







VOCABULARIUM

JURIS UTRIUSQUE

Ex variis ante editis, præſertim ex

ALEXAND. SCOTI,

JO. KAHL, BARN. BRISSONII,

ET

JO. GOTTL. HEINECCII

ACCESSIONIBUS;

OPERA ET STUDIO

P. PHILIP. VICAT,

Juris utriuſque D. & Profeſſoris.

TOMUS TERTIUS.

P — Z

EX OFFICINA

BOUSQUETIANA.

MDCCLIX.

Cum Privilegio S. Cæſareæ Majeſtatis,
Et Approbationibus.



VOCABULARIUM
JURIS UTRIUSQUE.

P

PABULUM *l.* 39. §. 3. D. *de legat.* 3. & Pabula *in l.* 12. §. 8. *D. de instruct. vel instr. leg.* alimenta pecorum vocantur in *l.* 2. C. *de curs. publ.* & cibaria jumentorum in *l.* 3. §. 7. *D. de pen. leg.*

PACATA sit provincia: *l.* 13. D. *de offic. præsid.* Pacatis rebus: *l.* 14. *D. de except. rei jud.*

Παχυμερέστερον in *l.* 7. D. *de peculat.* & apud Gell. *lib.* 14. *c.* 1. est pinguius, ut loquitur *l.* 14. D. *de except. rei judic.* & *l.* 49. *D. de re judicat.*

PACISCI & transigere differunt: *l.* 18. *C. de transact.* Paul. *lib.* 1. *sent. tit.* 1. §. 1. Nam, qui transigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit: Qui vero paciscitur, donationis caussa, rem certam & indubitatam liberaliter remittit, *l.* 1. D. *de transact.* In Edicto tamen prætoris, de his qui notantur infamia, & alibi passim pacisci idem est, ac transigere. *Qui furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, pactus erit, infamia notatur*: *l.* 1. D. *de his qui not. infam.* Pactus sic accipimus, si pretio quantocumque pactus est. Ceterum si precibus impetravit, ne secum ageretur, non erit notatus: *l.* 6. §. 3. D. *eod. tit.* & ita verbum pactos in *l.* 4. *D. de jur. fisc. l.* 18. C. *ex quib. caus. infam. irrog.* & pacisci *l.* 10. *C. ad leg. jul. de adult.* accipe. Si pepigerim ut decem petam: *l.* 25. §. 7. *D. de pact.* quam loquendi formam a veteri *pago* in XII. Tab. ubi est *ni pagunt*, usurpato, adversus Servium ex Quinctiliani *lib.* 1. *c.* 10. descendere docet Brisson.

PACTIO & *Pactum* promiscue in jure nostro sumuntur, ut patet ex *l.* 1. D. *de pact.* ubi definitur quod sit *duorum pluriumve in idem placitum* (juris nempe vel in re vel ad rem paciscentibus utrinque competentis mutandi causa) *consensus*; item ex *l.* 7. §. 14. D. *l.* 28. §. 2. *l.* 30. *l.* 50. D. *eod. tit.* ubi pro *conventione* in genere accipitur, quæ alias in generali suo significatu sub se *pactum* in specie sic dictum, & ab hoc diversum *contractum* comprehendit, ceu nos docet *d. l.* 1. §. 3. D. *de pact.* Vide in voce *contractus*. *Pactum* autem quod a contractu differt est conventio destituta nomine & caussa, id est datione vel facto, quæ obligationem civilem sua natura producere possint; vel est nuda rei,

vel facti in futurum promissio.

Pactum igitur a contractu diversum, est vel *nudum* vel non nudum; d. *l.* 7. §. 1. 2. 4. D. *de pact. l.* 10. *C. eod. tit. Nudum* quod in nudis placiti & conventionis finibus subsistit, & non quidem actionem producit, sed exceptionem: *d. l.* 7. §. 4. D. *de pact. l.* 10. *l.* 21. *l.* 28. *C. eod. tit. Non nudum*, alias *vestitum* vulgo vocant, quod actionem producit, vel quia speciatim ei lex, vel prætor adsistit: *l. 6.* D. *de pact.* vel quia in continenti contractui adjectum est: *l.* 7. §. 5. *l.* 13. *de C. pact.* quorum istud *pactum legitimum*, illud *pactum prætorium*, hoc *adjectum* vocatur. Legitimi autem pacti, ita quidem dicti, quod lege confirmatur speciali, exempla sunt *pactum dotale l.* 6. *C. de dot. prom. pactum donationis l.* 35. §. *ult.* C. *de donat.* pacta quædam de usuris: *l.* 30. D. *de usur. l.* 7. D. *de fen. naut. l.* 12. *C. de usur. Nov.* 136. *c.* 4. Contra *pacta prætoria* sunt hypotheca: *l.* 17. §. 2. D. *de pact.* constituta pecunia: *l.* 1. D. *de const. pecun.* & pactum de jurejurando præstando: §. 11. *Inst. de act.* Rursus, quod ad pacta in continenti adjecta: Sunt ICti, qui hoc ad contractus bonæ fidei restringunt, quos hodie communis fere opinio sequitur. Fundamenta suæ opinionis quærunt in *cit. l.* 7. §. 5. & 6. D. *l.* 13. *C. de pact.* In illa Ulpianus: Pacta conventa bonæ fidei judiciis inesse, in hac Maximus Imperator: In bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si in continenti fiat, scribunt. Sed ut hi contractum bonæ fidei solum mentionem faciunt, sunt tamen alii, qui idem in contractibus stricti juris obtinere docent. Ita Paullus *l.* 40. D. *de reb. cred.* pacta stipulationi in continenti adjecta, eidem inesse, aperte fatetur, atque idem in *l.* 4. §. 3. D. *de pact.* pactum de non petendo adjectum stipulationi, eidem inesse non dissimulat. Vide Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 99. Neque movet interpretatio Noodtii, qui voculam *inesse* in bonæ fidei contractibus partes actoris; in stricti juris vero rei respicere ait, cujus sufficiens probatio adhuc desideratur. Quod autem dictum est pacta ejusmodi naturam contractus adquirere, si adjiciuntur *in continenti*, ita accipiendum est, si statim & absque longiori intervallo: *l.* 3. §. 9. *D. de vi & vi arm. l.* 21. *C. de usur. l.* 40. *D. de reb. cred.* Non vero ita ac si fatale hoc adjiciendi momento si adstrictum, quod declarat *l.* 1. §. 8. *D. ad leg. falcid.* In continenti ita accipiendum, cum aliquo spatio. v. g. Titium ac Caium intercedit emtio venditio, illo huic ædes suas vendente. Convenit de pretio, ergo contractus perfectus est; Placet autem probationis saltem gratia eum in scripturam redigere, hocque perficiendum committitur Javoleno Notario; Post tres dies convenit inter eundem Titium & Caium, ut pretii quarta pars singulo trimestri spatio solvatur, committitur Javoleno hoc contractui inferendum, inferitur atque contractus ita formatus subscribitur ab utroque; pactum de pretio statis temporibus solvendo adjectum est. Ceterum nil refert, utrum pactum in instrumento contractum ipsum antecedat, an & mixtum sit; an vero subsequatur: istud *l.* 5. *C. de pact. int. emt. & vend.* illud *l. pen. C. eod.* hoc vero *l.* 3. *C. de ædilit. edict.* traditur, ut inde pateat, quod *l.* 7. §. 5. D. *de pact.* verba; *Ea enim pacta insunt, quæ legem con-*

contractui dant, *i. e. quæ in ingressu contractus facta sunt*, nihil definiant, sed tantum exemplo aliquo declarent, quod simili modo factum §. 8. *d. l.* verbis: Ne a persona petam, i. e. ne a Lucio Titio petam. Vid. Noodt. *de pact. c.* 11. Ceterum adjecta in continenti pacta naturam contractuum, quibus adjiciuntur, induunt; hinc actionem producunt contractui cognominam. Hæc ex Wurffel. *jurispr. definit.* §. 145. *in not.*

PACTORUM quædam *in rem* sunt, quædam in personam: *l.* 7. §. 8. *D. de pact.* In rem sunt, quoties generaliter pacifcor, ne petam. Alio modo dicitur, pactum in rem quod non personæ, sed rei caussa factum est, ut emptori prosit & ceteris ad quos res transit. Connan. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 8. In personam, quoties ne a persona, id est ne a Lucio Titio petam *d. l.* 7. §. 8. *D. de pact.* Utrum autem in rem, an in personam pactum factum est, non minus ex verbis quam ex mente convenientium, æstimandum est. Plerumque enim persona pacto inferitur, non ut personale pactum factum est. *d. l.*

Pactorum quædam *tacita* sunt, quædam *expressa*. Expressa sunt, quæ verbis designantur. Tacita, quæ vel re; vel tacito & obscuro consensu perficiuntur; (Obscuro nempe, quamdiu attenderis solum ad id quod verba per se important; aperto vero, ratione habita materiæ substratæ & ejus quod actum est.) In bonæ fidei contractibus ea insunt tacite, quæ solita sunt ex natura eorum opponi. Item, quia conventiones etiam tacitæ valent, placet in urbanis habitationibus locatis invecta & illata pignori esse locatori, etiam si nihil nominatim convenerit, ait Paull. *l.* 4. *pr. D. de pact.*

Pactum a pollicitatione quo differat vide in art. *pollicitatio.*

Plerumque & fere semper junctim, & absque copula dicitur *Pactum conventum*; *l.* 27. §. 2. & §. 11. D. *de pact. l.* 12. *D. de transact. l.* 19. *D. de pact. dotal.* & passim.

PACTUMEIUS Clemens laudatur a Pomponio *l.* 21. §. 1. D. *de statulib.* Id nomen in Pandectis sæpe numero corruptum, scriptumque pro eo esse: *pactum ejus*, ostendit Bynkersh. *lib.* 3. *observ. c.* 7. *Hein.*

PÆDAGOGIANUS puer, qui in palatio principis ministrabat, *l.* 5. *C. Theod. de divers. offic.* Ammian. Marcellin. *lib.* 26. *c.* 6. *p.* 357. & *lib.* 29. *c.* 3. *p.* 436. Delectos autem ad hoc ministerium fuisse non nisi elegantes & eximia præ aliis forma præditos, satis constat. Vid. Jo. a Wouvern. ad *Petron. p.* 411. *sequ.* Jac. Gothofr. *ad d. l.* 5. Car. du Fresn. *glossar. lat.* hac voce Reines. *ad Inscript. p.* 562. & Jac. Guther. *de offic. dom. aug. c.* 30. *p.* 814. *sequ.*

PÆDAGOGIUM. Pædagogia quæ in fundo habebat, ut, quum ibi venisset, præsto essent in triclinio: *l.* 12. §. 32. *D. de instr. vel instr. leg.* Ea adpellatione servilem familiam, non quidem universam, verum juniorum, qui circa patrem familias occupati erant, accipere debemus, id est, servos ætatis integræ, quos usus sui caussa paterfamilias habet, qui ad ipsius corpus tuendum, atque ad ipsius cultum præpositi destinatique sunt: ut loquitur *l.* 204. D. *de verb. signif.* Et ita apud M. Senecam *lib.* 2. *contr.* 1. pædagogia interpretari licet ministeria puerilia juveniliaque, ad eos usus parata destinataque.

PÆDAGOGUS, qui pueris

præest, in *l.* 15. §. 16. *D. de injur. l.* 13. *D. de manumiss. vind. l.* 35. D. *de fideicom. libert.* Pædagogi etiam, qui pueris pædagogianis in principis palatio præficiebantur. *Ti. Claudio Aug. L. Eutycho, pædagogo puerorum.* Marmor apud Vignol. *de columm. Antonini p.* 209.

P A G A N I C U S, *a, um*, idem quod *paganus* significat in *l.* 1. *C. de test. milit.* ubi *in paganico* est pro *in paganico solo.*

P A G A N I T A S, pro cultu Deorum profano; *l.* 5. *C. Theod. de spectac.*

P A G A N I in juris civilis libris *militibus* adversantur in *l.*26. *D. de lib. & postum.* Et miles quidem ab Appiano στρατιώτης, paganus ἀπόλεμος vocatur, *lib.* 1. *de bell. civ.* Hinc pagani his, qui habent castrense peculium vel quasi, opponuntur: *l.* 7. §. *ult.* D. *de donat.* & peculium in paganum, id est non militare, & castrense dispescitur: *l. ult. C. de inoff. test.*

Pagani dicuntur alieni a fide nostra, in Constitutionibus Imperatorum christianorum. Ita autem dicti, quod templis ac delubris, per urbes jussu Imperatorio clausis, homines superstitioni innutriti, in pagis & agris procul ab urbibus clandestina sacra peragerent; Unde Prudent. *Peristeph. hymn.* 14. *v.* 296. Non erubescis stulte, pago dedite: Te tanta semper perdidisse obsonia? Et *lib.* 1. *contr. Symmach. v.* 621. Deorum cultores vocat *pago implicitos.* Cui Brissonii sententiæ suffragantur Baronius, Vossius, Weizius, aliique viri docti. Nec tamen absonum est cum Heineccio suspicari, uti Pagani vulgari linguæ usu sæculo quarto dicti sunt omnes ἀστράτευτοι, ita idem nomen tulisse, Deorum cultores, quippe Christo non militantes.

P A G A R C H U S vid. infra *Præfectus pagi.*

P A G I N Æ orationis: *l.* 16. *C. Th. de navicul.*

P A G U S, pro villa, & quidem, ut Servius *ad lib.* 2. *Georg. v.* 382. scribit, ἀπὸ τῶν πηγῶν, a fontibus, circa quos villæ condi consueverint. Unde & *paganos*, quasi ex uno fonte potantes. Pagorum mentio est *l.* 12. D. *de ann. leg. l.* 2. *C. de suscept. Pagi* præfectus. Vid. *præfect.*

P A L A M, est coram pluribus: *l.* 33. *D. de verb. signif.* Donat. in Adelph. *Act.* 3. *sc.* 2. Coram, inquit, ad certas personas refertur: *palam* ad omnes. *Palam & aperte* conjunguntur in *l.* 9. D. *de his quæ ut indign. l.* 54. D. *de admin. & peric. tut.* quamvis Ascon. *in divinat.* & inter hæc eam statuit differentiam, quod aperte ad verba non obscura pertineat: palam ad præsentium multitudinem, & qualitatem frequentiæ loci. Et hoc fere sensu opponuntur *palam & clam*, in *l. ult.* D. *de rit. nupt.* §. 6. *Inst. de publ. judic.* palam & publice & secreto in *l.* 3. §. 20. D. *palam* & occulte apud Lactant. *lib.* 2. *inst. divin. c.* 17. quo pertinent: palam & bona fide comparare: *l.* 5. *C. de contrah. emt.* Et verba hæc: *Palam* non dat qui ita scribit, rogo vos heredes meos, in eo, quod a vobis petii, fidem præstetis: *l.* 40. *D. de jur. fisc.* Et hoc sensu, in fideicommissorum quæstione, *palam & tacite* opponuntur; *l.* 3. *pr.* §. 1. *l.* 13. §. 1. D. *eod. tit.* vide in voce *fideicommissum.* Quæ commendandi caussa in vendit onibus dicuntur, si palam adpareant; *l.* 43. D. *de contrah. emt.*

Palam est, id est, manifestum est; *l.* 3. §. 5. D. *de incend. ruin. naufr. l.* 14. §. 13. *D. de furt.* & passim.

Palam facere, id est, notum pu-

publice facere, in *l.* 18. §. *ult.* D. *de quæstion.* *l.* 34. §. *ult.* D. *de statulib.*

Palam nuncupare heredem: *l. ult.* D. *de jur. codicill.* non utique in publicum significat, sed ut exaudiri possit, nec ab omnibus exaudiri, sed a testibus septem: *l.* 2. D. *qui test. fac. poss.*

PALARIA silva, ex qua pali sumuntur: *l.* 9. §. *ult.* D. *de usufr.*

PALATINI, largitionales seu privatiani erant: atque in genere hoc nomine omnia officia eorum qui in sacro palatio militant, id est, memoriales, agentes in rebus, apparitores diversorum comitum, largitionum, vel sacrarum, vel privatarum rerum, continentur; de quibus *in tit. de palatin. sacr. largit.* Sed & ministeriani, de quibus *tit. de castrens. & ministerian.* Generalem hanc significationem comprobat *l.* 1. *C. de privil. eor. qui in sacr. pal. milit.* A palatinis, inquit, tam his qui obsequiis nostris inculpata officia præbuerunt, quam illis qui in scriniis nostris, id est, memoriæ, epistolarum libellorumque versati sunt, procul calumnias jubemus esse remotas. Andr. *epist.* 5. Palatina inquit, officia omnia, id est memoriales, agentes in rebus, apparitores diversorum Comitum. Palatium pro *palatinis* sæpe accipi Amm. Marcellin. testis est *lib.* 4. Tuas, ait, & palatii tui auferre jubeo propediem annonas. Et eodem libro: Relicto palatio omni. Palatini tamen nomen & de iis speciatim videtur dictum, qui in aula Imperatoris libellos petitionum, vel aliarum rerum, quæ Imperatori offerebantur, instruebant, vel gesta admissi alicujus libelli edebant, *l.* 2. *C. de pet. bon. subl.*

Palatini numeri, qui præsentes principis ministerio deputati erant; *l. ult. C. Theod. de re milit.* *l.* 10. *C. Theod. de numerar.* Iidem dicti Palatinæ vexillationes: *l.* 22. *C. Theod. de erogat. milit. annon.*

PALATIUM. Ne quis in palatio maneat. De hoc titulus exstat singularis in *C. Theod.* Palatium quandoque pro *palatinis* accipi modo docuimus ex Amm. Marcell.

PALÆSTRA. Mancipium de palæstra Ulpianus in *l.* 15. §. 1. D. *de usufr.* servum accipit, qui palæstræ operam dat. Vide infra in art. *Pancratium.*

PALEA in *l.* 9. C. *Theod.* & *l.* 2. *C. Justin. de erogat. milit. annon.* idem quod *capitum* dicitur in *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* id est, pabulum jumentorum seu animalium, ut docet Jac. Gothofr. *in Comm.*

PALLIA serica; *l.* 3. *C. Th. de vest. holover.* Fuere inter vestimenta muliebria, matris familias caussa comparata, quibus vir non facile uti poterat, sine vituperatione; *l.* 25 §. 2. D. *de aur. arg. legat.* Et tamen pallia paullo post sunt inter vestimenta communia, quibus sine reprehensione, vel vir vel uxor utatur. Quamvis vero ita legatur Florentiæ, eamque lectionem tueatur Petrus Faber, *lib.* 1. *Semestr. c.* 15. priore tamen loco scribendum esse *Palla*, quæ vestis mulieribus propria erat, docuit Octav. Ferrar. *de re vestiar. part.* 1. *lib.* 3. *c.* 18. Hein. Fuit autem pallium proprie extrema vestis, unde apud Plautum *in Trinum.* allegoria proverbialis, tunica pallio propior est. Isidor. *lib.* 19. *c.* 24. Pallium est, quo ministrantium scapulæ conteguntur, ut dum ministrant expediti discurrant. Plaut. si quid facturus eo, adpende in humeris pallium.

PALLIUM in *lib.* 1. *Decretalium*, *tit. de auctoritat.* & usu pallii, aliter accipitur. Hoc des-

cribit Polyd. Virgil. *lib.* 4. *c.* 12. Pallium, inquit, veſtis ſumma lanea, & candida; cujus utrinque pendent duæ faſciæ, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus inſignita eſt. Cujus ſane inſignem rationem D. Gregorius ad Maximum Epiſcopum Solymitanum ſcienter reddit, qui dicit illud humanitatem & juſtitiam ſignificare: ut ii qui illo utuntur, foris ſummiſſe ſe gerant, id eſt mites ſint, & intus animum æquum habeant, hoc eſt, juſtitiam colant. Et de hujuſmodi pallio (quod Patriarcharum, Primatum, & Metropolitanorum eſt proprium, ut per illud a ceteris Epiſcopis diſcernantur, & privilegiatam obtineant dignitatem) Tertullianus librum ſcripſit, quo ejus vetuſtatem & commodum uſum edocet. Olim erat Pallium indumentum totius corporis ad talos uſque promiſſum, ſplendidiſſimum atque pretioſum: *c.* 3. *de auct. & uſ. pall.* Hodie Pallium eſt circulus ſeu faſcia, latitudine trium aut quatuor digitorum, de candida lana contexta, quatuor crucibus intextis ornata, & ſolenniter ſuper altari S. Petri conſecrata, unde de corpore B. Petri ſumptum dicitur in *c. ſignificaſti* 4. *de election.* Eo indigent Archiepiſcopi & Epiſcopi exemti, abſque quo nec Epiſcopos aut Eccleſias conſecrare, nec clericos ordinare, nec Imperatores aut Reges coronare, nec chriſma conficere, nec concilium convocare *c.* 28. *in fin. eod. tit.* immo nec nomen Archiepiſcopi uſurpare poſſunt, *c.* 3. *de auct. & uſ. pallii.* Pallium non datur niſi fortiter poſtulantibus poſt datam fidei promiſſionem *c.* 1. 2. *diſt.* 100. & juramentum fidelitatis præſtitum, ut obedientiam & ſubjectionem oſtendant, *d. c.* 4. *de election.* Traditur vel præſenti, vel traditio ejus committitur uni vel duobus Epiſcopis, qui poſt miſſæ celebrationem genuflexo in eccleſia metropolitana id tradunt, adhibitis conſuetis formulis & ſubjunctis litteris. Pontifex eo utitur libere & ubique: Ceteri non item, ſed duntaxat intra quamlibet ſuæ eccleſiæ provinciam *c.* 1. 4. 5. *de auct. & uſ. pall.* præſcriptis quibuſdam diebus, dum miſſarum ſolennia celebrant, *c.* 6. 7. *eod. tit.* Alteri commodari nequit, & cum pallio ſepeliuntur *c.* 2. *eod. tit.* Translatus ad aliam ſedem archiepiſcopalem novo indiget pallio, *c.* 4. *de poſtul. prælat.* Duplici pallio opus eſt ei, qui duabus ſedibus præeſt archiepiſcopalibus.

P A L M A, nota arbor, cujus fructus etiam palma dictus inter dulcia eſt in *l. ult.* D. *de tritic. vin. leg.* De palma arbore hoc ſingulare eſt, eam ponderi non cedere, ſed reniti; propterea inquit Plutarchus in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ: Gell. *lib.* 3. *c.* 6. *Palma* laboris emeriti: *l.* 3. *C. Theod. de princ. agent.* Palmarum numero glorioſi equi: *l.* 6. *C. Th. de ſcenic.*

P A L M A R I U M. Palmarii nomine, id eſt, ob victoriam: *l.* 1. §. 22. D. *de extraord. cognit.* Palmarium autem eſt proprie, facinus victoria & gloria dignum, vel, ut gloſſæ exponunt, ἀξιόνικον. Terent. *Eunuch.* 5. 4. *v.* 8. Hinc translatum ad honoraria advocatorum, quæ in caſum victoriæ promittuntur. Originem vocabuli Abramus *ad Cic. pro Cæl. c.* 7. & 19. inde arceſſit, quod, parta ab oratoribus victoria forenſi, palma eorum foribus adpenderetur. Quam conjecturam refellens Ducker. *de latin. vet. ictor. p.* 423. *Quaſi vero, inquit, ætate Martialis, Juvenalis, Luciani. & aliorum, qui hujus ritus meminerunt, patroni cauſſarum pro his agen-*

agendis honorarium non acceperint. Sed acceperint tum honorarium: potuit tamen illis aliquid ultra illud dari in casum victoriæ, idque ab illo ritu commodissime vocari *palmarium.* Hein.

PALMATI equi: *l. un. utroqu. C. de greg. domin.* Vide supra art. *equus.*

PALMYRENA factio. Vid. supra voce *factio.*

PALPARE. Si equum quis palpatus est: *l.* 1. §. 4. D. *si quadr. paup.* Sic sæpe auctores non solum cadentis, sed & melioris latinitatis forma passiva active usi sunt. Varro: Adfectatus est regnum. Vellei. Paterc. *lib.* 2. *c.* 97. Peragratus omnes partes Germaniæ. Idem *c.* 109. Totumque ex male dissimulato agebat æmulum. *Ovid. lib.* 1. *de art. am.* 1690. Veste virum longa dissimulatus erat. Vide Gell. *lib.* 18. *c.* 12. & Jac. Perizon. ad Sanct. Minerv. *lib.* 1. *c.* 15. *n.* 4. Hein.

PALUS, *i.* Ea adpellatio generalis, quamvis arborum sustentacula & pedamenta complectitur, ac proinde pali non comburendi, sed fulciendi vel claudendi caussa parabantur. Pali quærendo fructui deserviunt: *l.* 12. §. 11. *D. de instr. vel instr. leg.* Palos non lignorum, sed materiæ numero haberi, constat: *l.* 56. D. *de legat.* 3. *l.* 162. D. *de verb. signif.* Pali inter ea, quæ vineis necessaria sunt numerantur: *l.* 1. D. *de tign. junct. l.* 7. §. *ult. D. de act. emt.* Si sit ager, unde *palo* in fundum solebat paterfamilias uti: *l.* 9. §. *ult. D. de usufr.* Pali compendium in *l.* 59. §. *ult. D. de usufr.* est jus ligna cædendi ad palos faciendos.

PALUS, *udis*; Est ubi paululum aquæ in altitudine, & late diffusa est, quæ etiam quandoque siccatur. Hoc modo accipitur *Tit. C. de alluv. & palud.*

PAMPHILUS, servi nomen: *l.* 88. D. *de legat.* 2. Ita & Pamphila ancilla: *l.* 41. §. 5. *de fideic. libert.*

Πάγκαρπον legunt quidam pro παγκράτιον *in Nov.* 105. *c.* 1. quod certe genus est spectaculi de quo modo dicetur. Πάγκαρπον autem vetus Interpres sylvam exponit, & Augustinus *ad Secundinum* testatur, *pancarpum* dici propter omnium generum, quæ inerant herbas. Hinc Festo *Pancarpiæ comatæ*, ex vario genere florum. Sic Nelæus jussus statuam erigere, ἀπὸ παγκαρπῶν ξύλων, erexit e quercu, in quo offenderat multos variosque suspensos fructus, ut interpres Callimachi scribit. Appellatur & a Sophocle *in Oedippo* laurus παγκάρπος. *Tertullian. adverf. Valentinian.* Igitur ex ære collatitio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris pulcherrimum Pteromatis sydus, fructumque perfectum compingunt Jesum. Eum cognominant Soteram & Christum, & sermonem, de patruitis, jam & omnia jam; ut ex omnium defloratione constructum *Graculum* Æsopi *Pandoram* Hesiodi, Acci *patinam*, Nestoris *Cocetum*, *Miscellaneam* Ptolemæi. Quam propius de Atticis historiis, *Pancarpiam* vocari a tam otiosis autoribus nominum. Vide Cujac. *ad d. Nov.*

PANCRATIUM, in *l.* 7. §. 4. *D. ad leg. Aquil.* Est certamen mixtum ex pugilatu & lucta. Aristot. 1. *Rhet.* Plutarch. 2. *Sympos.* 4. Vide Gell. *lib.* 13. *c.* 13. Alii, ut Barbarus apud Plin. putant παγκράτιον fuisse illos ludos, quorum meminit Ictus in *l.* 2. D. *de aleator.* nempe hastæ vel pilæ jactum, cursum, saltum, luctam, pugnam. Verum Lucianus παγκράτιον pro diversa ludicri specie sumit; dum *palæstram* ludum esse ait, qui lutæa aspergine fiebat: qui autem in pulvere fit recto stadio se percutiendo *pancratium*; cujus

ludi meminit Synesius libro *de somniis.* Thucydides 5. Propertius in illo carmine : *Dum patitur duro vulnera Pancratio.* Quod optime huic loco convenit. Pancratii quoque fit mentio apud Senec. *in Declam.* & 5. *de benef.* 5. Plin. 35. *l.* 1. *C. de athlet.* Dionys. Gothofr. *in not. ad d. l.* 7. §. 4. D. *ad leg. Aquil.*

Πανδέκτης, ὁ, & plurativum *αἱ πάνδεκται*, quia neutrum sua auctoritate destituitur, ceu pluribus ostendit Henr. Brenkmann. *Hist. pand. lib.* 3. *c.* 6. Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 6. *ἃ* (*βιβλια*) *καὶ Δίγεςα, ἤτοι πανδέκτην, ὡς πάντων δεκτικὰ τῶν νόμων ἐκάλεσεν.* Quæ etiam digesta aut Pandecten, quod omnis generis leges complecterentur, adpellavit. Theophil. *ad* §. *ult. Inst. de publ. judic.* & §. 6. *de except. ἤτοι τοῦ πανδέκτου.* Adde Justin. *Constit. græc. dedit nobis.* §. 1. *de confirm. digest.* Plura veterum testimonia, qui eo numero singulari & genere masculino usi sunt, collegit Ant. Augustin. *procem. libri de nomin. propr. pandect.* Numero autem plurali *πάνδεκται* legimus apud Plin. *in præf. nat. hist.* & *πανδέκτας* in casu quarto apud Gell. *lib.* 20. *c. ult.* & *lib.* 13. *c.* 9. Et jam pridem a Prisciano *lib.* 7. *p.* 759. Isaaco Casaubono *in not. ad Strab. p.* 218. & Ever. Ottone *in præfat. Tomi* 1. *Thesaur. jur.* observatum est, talia ex græco sumta ex masculinis in feminina transire, & A littera finiri, ut *ὁ κοχλίας*, *hæc cochlea*: *ὁ χάρτης*, *hæc charta*, *ὁ γαυσάπης*, *hæc gausape.* Ceterum & rei culinariæ esse hoc vocabulum *pandecte*, & ab Apicio *lib.* 4. *de re culin. p.* 103. ita vocari repositorium, quo varia condimenta & bellaria cœnis inferebantur, & hebræorum magistros, simili usos schemate libros quosdam suos inscripsisse *Colbo*, id est, in quo omnia reperiantur, observavit. *Hein.*

PANDERE, manifestare, aperire, palam proferre, publicare; passim in legibus nostris.

PANGERE vide supra *pacisci.*

PANIFICIUM: *l.* 3. 4. 21. *C. Th. de pistor.*

PANIS Ardinensis seu sordidus in *l.* 5. *C. Theod. de annon. civic.* Alii legunt Sardiniensis quasi ex Sardiniæ frumento. Nam ea ipsa tempestate Prudentius, *lib.* 2. *adv. Symmach. v.* 941. Romana horrea rumpi congestis Sardiniæ granariis ait. At cum Sardinia Strabone *lib.* 5. teste, optimi frumenti ferax fuerit, vixque credi possit ex optimo illo frumento nonnisi sordidos panes confectos, conjicit Jac. Gothofr. Ardynienses dictos esse panes ab Ardynio civitate in Campo Thebano, & sic Lydia, cujus Civitatis meminit Xanthus Lydius ipse Lydicor. 2. apud Stephan. voce *ἀρδύνιον.* Alias conjecturas vide ejusd. Gothofr. in *Comm. ad d. l.* 5. Vid. supra art. Ardiniensis panis sordidus.

Panes civiles in *l.* 17. §. 1. C. *de SS. eccl.* & *l.* 14. *C. eod. tit.* alias, annona civica de qua est *tit. C. Theod.* quæ publice erogabatur. Et quidem annua relicta erat & debebatur Ecclesiis quam dicta lege 17 alienari Imp. vetat. Tributa quoque erat ædibus ipsis a Constantino M. ut ædificandi studio magnitudo urbis augeretur; de qua est *l.* 1. *C. Theod. de annon. civic.*

Panes porro civiles, sunt vel *Panes militares* qui militibus, vel *palatini* qui palatinis, vel *populares* qui popularibus seu urbanæ populi plebisve multitudini erogabantur. De quibus est *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* & ibi Jac. Gothofr.

Panis gradilis, *l.* 2. 3. 4. 6. *C. Theod. eod. tit.* qui gradibus conscensis, a gradibus dispendebatur ut

ut ibi interpretatur Jac. Gothofr. Vide Turneb. *lib. 9. adverſar. c. 6. lib. 26. c. 34.* & Lipſ. *Elect. lib. 1. c. 8. & de magnitud. Rom. II.* 10.

Panis oſtienſis. Vid. ſupra in *Oſtienſis* & *fiſcalis*.

PANNICULARIA ſunt ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit, ſpolia, quibus inductus eſt, quum quis ad ſupplicium ducitur, ut & ipſa appellatio oſtendit: *l. 6. D. de bon. damn.* De cujus vocis etymo, erudita ſunt, quæ attulit Ægid. Menag. *Amœnit. jur. civ. c. 39.* & Ducker. *de latinit. vet. Ictor. p.* 425.

PANNO rubro fugatum pecus: *l.* 50. §. *ult. D. de furt.* §. 11. *Inſt. de oblig. quæ ex delict.* Senec. *lib. 3. de ira c.* 30. Taurum color rubicundus excitat. Cicero *de divinat.* Tu quid habes quare putemus cor in tanto opimo ſubito in ipſa immolatione interiiſſe? An quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde privatus eſt?

PANTHER, is, genus quoddam retis eſt, cujus meminit *l.* 11. §. *ult.* D. *de act. emt.* Varr. *lib. 4. de ling. lat.* Ferarum, ait, vocabula partim peregrina, ut leo, panthera, utraque græca: a quo etiam recte quoddam *panther*. Ergo in dicta *l.* 11. §. *ult.* recte *panthera* in accuſativo ſingulari græcorum more legetur, etſi habeat vulgata pantheram. Nec tamen diſplicet Alciati interpretatio, ibi *pantheram* intelligentis univerſam venationem quaſi ex duplici voce πᾶν *omne* & θήρα venatio, aucupium.

PANTHERA ejuſdem compoſitionis vocabulum, nomen eſt animalis feri & maculoſi, cujus meminit, *l. 2. §. 2. D. ad Leg. Aquil.*

PANTOMIMUS, *l.* 3. §. 5. *D. de cond. cauſ. dat. l.* 25. §. 1. *l.* 27. D. *de oper. libert. l.* 43. D. *de act. emt. l.* 4. C. *de ſpectac.* Caſſiodor. *lib. 4. var. epiſt. ult.* Pantomimus, ait, cui a multifaria imitatione nomen eſt, quam primum in ſcenam plauſibus invitatus advenerit, adſiſtunt conſoni chori, diverſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam litteris, edocet intuentis adſpectum, in illaque leguntur apices rerum & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declaravit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem, feminamque repreſentat & matrem, regem facit & militem, ſenem reddit & juvenem, & in uno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos: Idem *lib. 1. variar. epiſt.* 20. Conſtituatur a vobis Praſini Pantomimus, quatenus ſumtum, quem pro ſpectaculo civitatis impendimus, electis contuliſſe videamur. Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominavere majores, ſcilicet, quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcripturæ textura poſſit agnoſci. Pantomimus ὀρχηςῆ nomine venit apud Lucian. *de ſaltatione.* Et huic convenienter Sueton. *in Calig. c.* 57. ait: Pantomimus Mneſter tragœdiam ſaltavit, quam olim Neoptolemus tragœdus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occiſus eſt, egerat. Et ita ſaltare accipe apud eumdem Suet. in *Calig. c.* 54. *in Neron. c.* 54. & Plin. *lib. 7. epiſt.* 24. Pantomimorum ſaltatoris & interpellatoris mentio eſt apud. Quinctilian. *lib. 6. Inſt. orat. c.* 2.

A pleriſque ceterum *Pantomimus* hiſtrio adpellatur. Sic enim Mneſterem promiſcue & *Hiſtrionem* adpellari videmus a Seneca *in ludo de morte Claudii*, & a Sueton. Ca-

Calig. c. 36. & a Tacito *lib.* 11. *annal. c.* 36. Quem Ulpianus *l.*3. §. 5. *D. de cond. cauſ. dat.* cum Sueton. *Domit. c.* 10. pantomimum cum Tacito *lib.* 13. *annal. c.* 25. & Sueton. *Neron. c.* 24. hiſtrionem vocant.

PAPA ſanctiſſimus veteris Romæ: *l.* 7. *C. de ſumm. trin.* Senioris Romæ: *Nov.* 131. *c.* 2. Venerabilis: *l.* 62. *C. Th. de hæret.*

PAPPIA *Poppea* Lex, quæ toties in deſcriptionibus Legum noſtrarum occurrit, etiam Julia & Pappia adpellatur, quia in eam Juliæ ante factæ rogationes pleræque confluxerunt, lata eſt juſſu Auguſti ad populum a M. Papio Mutilo & Q. Poppæo ſecundo, conſulibus ſuffectis, anno V. C. 763. In ea capita haud pauca agebant de præmiis πολυπαιδίας. Sic e pluribus candidatis præferebatur is, qui plures ſuſtuliſſet liberos: Tacit. *annal.* 15. *c.* 19. Plin. *Epiſt.* 7. 16. E conſulibus quoque prior ſumebat faſces, qui collegam liberorum multitudine anteibat: Gell. *lib.* 2. *c.* 15. Latini porro ob filium filiamve anniculum anniculamve, Latinæ vero ob ternos partus jus Quiritium conſequebantur: Ulpian. *fragm.* 3. 1. Liberti ob multitudinem liberorum ab operis; ingenuæ & libertæ a tutela liberabantur: *l.* 37. *D. de oper. libert.* Plutarch. *in Num. p.* 66. Dio *Hiſt.* 66. *p.* 578. Ulpian. *fragm.* 29. 2. 3. Juvabant etiam liberi in hereditate & ſolidi capacitate. Ulpian. *fragm. tit.* 15. *&* 16. Immo & honoratior in theatro locus dabatur iis, qui plures haberent liberos. Gothofr. *ad Leg. Pap. Popp. c.* 7. *ſequ.* Inprimis vero hac lege fuerat cautum: ut qui ſecundum hanc legem liberos tres, Romæ natos, ſuperſtites, qui quatuor in Italia, qui quinque in provinciis haberet, omnium munerum perſonalium immunitatem haberet: *pr. Inſt. de excuſ. tut. l.* 18. D. *eod. tit. l.* 1. *&* *ult. C. qui numer. liberor. ſe excuſ.* Hæc ex Heinecc. *Antiquit. Rom. lib.* 1. *tit.* 25. § 7. Vid. ejuſdem *Comment. in legem papp. pop.* qui primum prodiit Amſtelodami anno 1726.

PAPIANUS, auctor *Reſponſi* ex Codice Theodoſiano, ejuſdemque Imperatoris & ſucceſſorum Novellis, quin & Ictorum quorumdam libris compilati, & quidem Gundebaldi, Regis Burgundionum juſſu, ut provincialibus loco corporis juris Romani eſſet, ceu colligimus *ex præf. Legis Burgund.* Certe ejuſdem Legis Burgundicæ ordinem obſervaſſe Papianum, viderunt jam Lindebrog. *in præf. Codic. Legum Alleman.* & Jac. Gothofr. *manual. jur. c.* 2. §. 11. Edidit hoc Reſponſum cum aliis antiqui juris reliquiis. Schulting. *juriſpr. vet. ante Juſtin.* Papianum hunc cum Papiniano (quem & ipſum a Græcis fere Παπιανὸν vocari, oſtendit Ev. Otto *in Papiniano c.* 2. §. 3. *p.* 17.) confundi videmus ab Aniano *in Breviar. Cod. Th. ad l.* 1. *de reſp prud.* Hein.

PAPINIANUS. Vid. ſupra *Æmilius.*

PAPIRIANUM jus, alias Papiſianum (nam Papiſii olim dicti, qui poſtea Papirii, ait Cicero *Epiſt. ad famil.* 9. 21.) conſtabat Legibus Regiis maxime ſacris, quas primus collegit C. Papirius, non multo poſt exactos Reges Pontifex Maximus, ut pater ex Dionyſ. Halicarn. *Antiquit. Rom. lib.* 3. Pomponius in *l.* 2. §. 2. & 36. *D. de orig. jur.* Papiſium modo *Sextum* modo Publium vocat: Dionyſius vero Halicarn. cui pluſimum ea in re credendum *Caium* adpellat. Quum autem Cujacius obſervat in codicibus MSC. legi VI. pro *ſextum*: non eſt dubitandum, quin ex nota numerali Sexti præ-

prænomen ſibi finxerint ſcribæ. Significare vero videtur numerus iſte Papiſium, quem Dionyſ. Halicarnaſſeus præcipue ſacras Numæ leges collegiſſe refert, ſexto demum libro reliquas leges regias veluti adpendicem adjeciſſe: Unde ita forſan legenda verba Pomponii: *Quæ omnes conſcriptæ exſtant in libro ſexto C. Papiſii.* De eo autem Papiſiano jure librum integrum tempore Cæſaris compoſuit Granius Flaccus laudatum in *l.* 144. *D. de verb. ſignif.* Heinecc. *antiqu. Rom. ad procem. Inſt.* Adde Bynkersh. *prætermiſſ. ad. l.* 2. *D. de orig. jur.*

PAPIRIUS. *Fronto*, Ictus cujus reſponſa laudat Calliſtratus *l.* 220. §. 1. D. *de verb. ſignif. l.* 4. *in fin. D. ad leg. Rhod.*

PAPIRIUS *Juſtus*, Ictus ſub M. Antonino & Commodo vixiſſe videtur, cujus reſcriptum ad Avidium Caſſium, memorat *l.* 60. D. *de pact.* & ita quidem, ut Antoninum Imperatorem non vocet Divum. Scripſit libros *Conſtitutionum* viginti ex quibus fragmenta in Pandectis nonnulla ſuperſunt. *Hein.*

PAPYRUS fem. vel neutro genere papyrum, ceu illud auctoritate Celſi & Plinii comprobant Voſſ. *in addend. ad lib.* 1. *de analog. c.* 36. & Ducker *de lat. vet. Ictor. p.* 339. Papyrum ad chartas paratum non continetur legatis chartis: *l.* 52. §. 6. D. *de legat.* 3. Lignorum adpellatione in quibuſdam regionibus, ut in Ægypto, (ubi arundine pro ligno utuntur & arundines, & papyrum comburuntur,) & herbulæ quædam, vel ſpinæ vel vepres continebantur.

PAR, ſimilis æqualis. Pares ætate: *l.* 1. D. *de reb. dub.* Par cauſſa: *l.* 25. D. *quæ in fraud. cred. l.* 91. §. 3. D. *de verb. obl.* & paſſim. *Par* conditio: *l.* 6. §. 7. *D. quæ in fraud. cred.* delictum: *l.* 154. *D. de reg. jur.* *Pari* gradu: *l.* 3. §. 9. *D. de ſuis & legit.* loco: *l.* 1. *D. ſi ex nov. cauſ.* Par majeſtas: *l.* 1. *pr. C. de ſumm. Trinit.* *Pari* modo: *l.* 1. §. 4. D. *de lib. exhib.* Par numerus: *l.* 2. *D. de rei vind.* Pares numero: *l.* 3. *D. de re judic.* Pari ratione: *l.* 12. §. *ult. D. de rit. nupt.* Pares ſententiæ diſſonantes: *l.* 24. *D. de manum.* id eſt pari vel æquo numero. Inter quas clementior ſeveriori præfertur, juxta Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 12. §. 5.

Par ratio adpellatur, quum accepti & expenſi ſumma congruunt, ac pares ſunt. Sic: *parem rationem* adſcribere: *l.* 22. D. *de manum. teſt.* facere *l. ult.* §. *ult.* D. *de dol. except.* Senec. *lib.* 9. *controv.* 1. Exſpectat me: vult mecum *pares rationes* facere. Eodemque ſenſu *patria* facere eſt, nulla rationis redditis reliqua trahere. Si Dama ſervus meus actus ſui heredi meo rationes reddiderit, *pariaque* fecerit: *l.* 40. §. *ult. D. de ſtatulib.* Quæ verba hoc ſignificare Scævola ibidem ait: Si omnem pecuniam ab omnibus exegerit, & heredi ſolverit. Add. *l.* 5. §. 10. *D. de jur. immun.* Senec. *Epiſt.* 9. Ut ſtatim tibi ſolvam, quod debeo, & quantum ad hanc epiſtolam, paria faciamus. Idem *Epiſt.* 101. Quotidie cum vita paria faciamus. Sic: *Paria* concludi, id eſt ſolutionem integram fieri, in *l.* 3. *C. Theod. de conl. fund.*

Par, ſufficiens. Si ita quidem tenues & exhauſti ſunt, ut publicis honoribus *pares* non ſint: *l.* 6. *D. de mun. & hon.*

Par eſt, *l.* 13. *C. de pact.* id eſt rationi & æquitati conveniens.

Par de binis uſurpatur. Par mularum: *l.* 22. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.*

PARABOLANI, qui ad curan-

randa debilium ægra corpora deputantur *l.* 42. *&* 43. *C. Theod. l.* 18. *C. justin. de Episc. & cler.* Duæ hujus vocis traduntur origines: una a parabola Christi Luc. *c.* 10. de benigno Samaritano, de qua Turneb. *lib.* 13. *adversar. c.* 23. altera verior Alciati *lib.* 14. *disjunct. c.* 9. qui vocabulum deducit a Græco παραβάλλειν, quod *parabolani* caritatis exercendæ gratia in varia pericula se projiciant. Et enim παράβολα dicuntur quæ summis periculis objecta sunt, ut patet ex Plutarch. in *Cæs.* Cassiodorus *lib.* 11. *trip.* Dum aliquo tempore in Amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus: Crudeli bestiæ artifex *parabolus* pugnet. Conf. Casaubon. *Epist.* 441. Voss. *lib.* 4. *Inst. orat. c.* 11. Reinesf. *Class.* 1. *inscript.* 3. *p.* 15. & Fabrot. *ad Cujac. paratitl. cod. tom.* 2. *oper. p.* 27.

PARACHARACTA, falsæ monetæ reus: *l.* 6. *C. Theod. de fals. monet.* ubi amplius eam vocem exponit Jac. Gothofredus, ostenditque, non eos tantum, qui falsæ fusionis rei sunt, sed & omnes, quorum circa monetam male ambulat fides, veluti qui arrodunt, ejusque circulum circumcidunt, hac voce designari.

Παράδοξον in *Novell.* 1. *c.* 3. Julianus vertit *mirabile* quid & novum seu inopinatum. Cujac. in *lib.* 13. *resp. papin.* in *l.* 15. §. 2. *D. ad leg. falcid.* Gloss. Cyrilli. παράδοξον *mirabile.* Theophilus etiam in *paraphr. pr. Inst. quib. alien. lic.* capita illa juris, de quibus isto titulo agitur, vocat παράδοξα θέματα. *Hein.*

PARAGAUDÆ vel *Paragaudiæ*, *l.* 1. *&* 2. C. *Theod. de vest. oloh.* modo vestes sunt, modo lora aurata, vestibus prætexta, quibus illæ constringebantur, neque in virilem usum venerunt, nisi post tempora Gallieni. Alb. Ruben. *de re vestiar. lib.* 1. *c.* 3. Id ornamentum postea iis proprium fuisse, qui in ministerio principis erant, observat Salmas. *ad script. hist. aug. p.* 241. Paragaudas tamen & militibus primus dedit Aurelianus Imp Vopisc. *in Aurel. c.* 46. Vid. & Turneb. *lib.* 9. *adversar. c.* 11. *Hein.*

PARAMONARII in *l.* 46. *C. de Episc. & cler.* sunt villici, seu actores possessionum, ex eorum genere, qui res ecclesiasticas administrant. Cujac. in *comm. ad d. l.* 46. & Dionys. Gothofr. Adde & quæ de hac voce observavit Car. Du Fresne in *Glossar.*

PARANGARIÆ in *l.* 2. *C. de Episc. & cler. l.* 2. *C. de quib. mun. & præst. l.* 13. *C. de excus. mun. l.* 2. *&* 21. C. *de curs. publ. l.* 2. C. *de præpos. sacr. cubic. lib.* 2. *feud.* 56. sunt præstationes agendi ferendi, commeatuum, a principe impositæ, quum non per viam cursumque publicum, sed aliovorsum iter suscipitur. De his vide Guilem. Tyrens. *bell. sacr. lib.* 5. *c.* 19. *lib.* 8. *c.* 8. *& lib.* 9. *c.* 19. Vide & *Angariæ.*

PARANYMPHUS, de quo mentio est in *C. sponsus* 33. *distinct.* 23. ab antiquis auspex dicebatur. Præerat enim nuptiis celebrandis, in quibus auspicium capi consuetum erat: & ideo a Græcis paranymphi appellantur, & sicut auspex pro viro, ita pro parte sponsæ *pronuba* adhibebatur, ut scribit D. Hieron. August. *lib.* 14. *de civit. Dei.* Nonne omnes, inquit famulos, atque ipsos etiam paranymphos, &c.

PARAPHERNA, quæ præter dotem dantur, vel res uxoris extra dotem constitutæ, vel vel res, quas uxor in domo mariti in usu habet, neque in dotem dat, quas Galli *peculium* adpellant; *l.* 10. §. 3. D. *de jur. dot.*

dot. l. pen. D. *ad leg. Falcid. l.* 31. §. 1. D. *de donat. l.* 8. & *l. ult. C. de pact. conv.* Quod & ipſa adpellatio oſtendit. Nam, ut Jul. Pollux. *lib.* 3. *Onomaſt. ſegm.* 35. ſcribit λέγοις δ' ἀν πρoῖκα καὶ φερνὴν τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσιν *Dotem vero* & φερνὴν *vocabis hoc, quod cum ſponſa datur.* Unde quod præter & ultra eam datur παραφέρνον vocat. Conſtantin. Harmenop. *lib.* 4. *tit.* 5. §. 21. ἐξώπροικα vocat.

Παρακπλεῖν in *l.* 19. §. 2. D. *de judic.* eſt navigio prætervehi, & ibi diſtinguitur qui παρακπλεῖ a viatore, qui pedibus iter facit: item ab eo qui tranſvehitur, equo ſcilicet.

Παραπομπικὰ in *Nov.* 128. *c.* 9. & *l.* 4. *C. de diſcuſſor.* ſumtus dicuntur provincialium in ſpeciebus tranſmittendis ad arcam præfecti prætorio, quæ ἀγώγικα dicuntur. Halcander vertit. *tranſmiſſoria.*

PARAPETASIA ſunt attenta & adpenſa opera, quæ aliis operibus cohærent, & adfixa ſunt, quæ alias ἐξώςαι, id eſt ſuggrundia & mœniana: in Baſilicis παραπέτασία, quod eſt *adplicita*, ſeu *adplicata.* Sed alia a mœnianis & ſuggrundiis eſſe parapetaſia, monet Car. Dufreſne in Gloſſar. *hac voce.* Ædificia, quæ vulgi more parapetaſia nuncupantur: *l.* 14. *C.* & *l.* 39 *C. Theod. de oper. publ.*

PARAPETEUMA, id eſt teſſera, quæ & πέτος & πέτευμα dicitur. Alii legunt periteuma alii periſſeuma. Vide Alciat. & Cujac. *ad l.* 2. *C. de annon. civil.*

PARAPSIS, *idis.* Parapſida quadrilaterum & quadrangulium vas fuiſſe, id eſt, partibus apſidibus, ſcribit Iſidor. *lib.* 20. *etymol. c.* 4. Male forſan, inquit Cujacius, *lib.* 10. *obſervat. c.* 17. quum *apſis* vas ſit, in quo ponitur eſca: Parapſis, quod illi accedit, acetabulum. Sunt qui paropſidem ſcribunt, & ἀπὸ τῦ ὄψει, id eſt, obſonio deducunt. Ceterum paropſidum mentio fit, *l.* 21. D. *de aur. arg. leg.* Sidon. Apollinar. *lib.* 2. *epiſt. ad Domitium*: quo inſitum inſtitutumque, multas epulas paucis parapſidibus adponi.

PARARE, pro inſtituere. Parare accuſationem: *l.* 2. §. *ult. D. ad l. jul. de adult.*

Parare interdum eſt adquirere, in *l.* 3. §. 12. D. *de adquir. poſſ. l.* 24. §. 2. *D. de minor.* Et eo ſenſu, *parare* actionem: *l.* 27. §. 3. D. *de pact.* excuſationem: *l.* 1. §. 2. *D. de vacat.* & *excuſ. mun.*

PARARI etiam dicitur, quod alicui uſui deſtinatur. Quæ ad navigantium uſum parantur, *l.* 19. §. 7. *D. locat.*

Paratum & emptum differunt ita, ut illud generis, hoc ſpeciei nomen ſit. Inter *emtum* & *paratum* hoc intereſt, quod in emto paratum ineſt: in parato non continuo emtum continetur. Veluti, ſi quis quæ prioris uxoris cauſſa emiſſet, poſteriori uxori tradidiſſet: ea res eum poſterioris uxoris cauſſa *paraviſſe*, non *emiſſe* conſtat: *l.* 47. §. 1. *D. de legat.* 3. Intereſt, uxoris cauſſa *parata* ſint ei legata, an ipſius cauſſa emta: paratis enim omnia continentur, quæ ipſius uſibus fuerunt deſtinata: *l.* 49. §. 1. *D. eod. tit.* Et ita verba hæc accipe *l.* 46. D. *eod. tit.* Emtorum paratorumque adpellatione non contineri ea, quæ in dotem data eſſent: *l.* 78. §. 6. *D. eod. tit.*

Parare alias eſt comparare, emere: Sic parare hominem: *l.* 32. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 1. §. 1. *D. de act. empt.*

Paratus etiam dicitur, qui præſto ad aliquid ſine ulla mora agendum, faciendum eſt. Sic: *paratus* accipere: *l.* 13. §. 1. D. de

de recept. arb. accusare : *l.* 1. *C. ad leg. jul. maj.* cavere : *l.* 6. §. *ult.* D. *de legat.* 2. compromittere : *l.* 21. §. 9. *D. de recept. arbitr.* defendere : *l.* 3. §. 7. D. *ad exhib.*

PARARII olim vocabantur qui nominis faciendi caussa interveniebant. Senec. *lib.* 2. *de benef. c.* 23. Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi *pararios*, nec signatores advocari. Idem *lib.* 3. *c.* 15. Adhibentur ab utraque parte testes : ille per tabulas plurium nomina interpositisarariis facit.

Παράσυνάξεις, conventus, coitiones, conventicula hæreticorum : *l.* 8. §. 3. *C. de hæret. & Manich.* Non enim hæreticorum dicuntur συνάξεις, quemadmodum nec baptismata sed parabaptismata in *l.* 14. *C. eod. tit.*

PARATIO pro comparatione. Etiamsi difficilis rerum alienarum paratio sit : *l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1.

PARATITLA. Sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitatem, quæ paratitla nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere, ait Justinian. in *Const.* Deo *auctore* §. 12. *de concept. digest.* quæ est *l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.* Si quid forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ paratitla nuncupantur componere : *Const. Tanta.* §. 21. *de confirm. digest.* quæ est *l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.* Haloander paratitla definit breves quasdam notas eorum locorum, quæ similitudinem aliquam, vel pugnantiam præferre videntur : dicta quasi tituli cum titulo collatio. Menagius vero *Amœnit. jur. civ. c.* 15. cum Leunclavio, Jano a Costa & Fabroto ita : Paratitla sunt ἀναπληρώσεις, hoc est, accessiones & suplementa, seu repletiones titulorum ex aliis titulis : quasi adpendices titulorum, quibus ea, quæ aliis in titulis ac locis ad quemvis titulum pertinentia exstant, adnotantur. Fabrot. *ad Cujac. paratitl. Cod. procem. in fin.*

Παρατατικῶς, id est large, & cum extensione, & cum quodam temporis spatio atque tractu, in *l.* 1. *D. unde legitim. l.* 6. D. *ad SC. Tertull. l.* 2. *in fin. D. quib. ex caus. in poss. eat.*

PARATUS, *us*, aliquando significat adparatum, præparationem, παρασκευὴν, cultum, omneque pompæ genus, quo & adventaturi, principes præsertim, sese parare, & adventantes a subditis, aliisque devotionis suæ cultusque testandi caussa, excipi solent, sicut cum aliis scriptoribus sæpius hoc sensu usurpata, tum Tacito *lib.* 6. *annal. c.* 37. *lib.* 11. *c.* 12. *lib. historiar.* 2. *c.* 81. & 84. Et eadem prorsus notione accipiendum est hoc vocabulum in *l.* 1. *C. Theod. de indulg. crim.* Si modo ita constituenda ejus lectio est, ut eam constituit Jac. Gothofr. *in Comment.*

PARAVEREDI, in *l.* 2. & 21. *C. de curs. publ. l.* 13. *C. de excus. muner. l.* 2. *C. de præpos. sacr. cubic. l.* 3. *C. de silentiar.* & apud Cassiodor. *lib.* 11. *var. epist.* 14. & *lib.* 5. *c.* 39. Paraveredi & agminales equi junguntur : in *l.* 6. *C. Theod. de curs. publ.* & *l.* 19. *C. just. eod. tit.* Usus eorum alias erat in cursu publico, non minus ac *veredorum*, nisi quod hi in viis publicis, Paraveredi vero tantum in transversis & militaribus, de quarum differentia plura adnotavit Brissonius *lib.* 19. usurpari consueverant. Cujac. ad *l.* 4. *C. eod. tit.* ait paraveredos a Græcis adpellari parrhippos : *l. ult. eod. tit.* Add. Jac. Gothofr. ad *l.* 3. *C. Theod. eod. tit.*

PAR-

PARCERE, ignoscere, *l.* 7. §. 1. D. *ad leg. jul. maj.*

Parcere, non nocere, non lædere. Ita: *parcere* pudori: *l.* 43. *D. de rit. nupt. l.* 28. D. *de reb. auct. jud. possid.* famæ: §. 5. *Inst. de susp. tut.*

PARCIUS, *parcissime l.* 24. §. 2. & 4. *D. de minor. l.* 12. §. 1. *D. de re mil. l.* 16. D. *de offic. præsid.* id est rarius, perraro.

PARENTIS adpellatione, non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & avia, & proavia. *l.* 51. *D. de verb. signif.* Adde *l.* 5. §. 1. *D. de agnosc. & alend. lib.* Parentes autem apud Romanos usque ad tritavum proprio vocabulo nominantur: ulteriores, qui non habent speciale nomen, *majores* adpellantur: *l.* 4. D. *de in jus voc. l.* 10. §. 1. *D. de grad. & adf.* sed non *parentis* solum adpellatio ita late patet, verum & *patris* vocabulo avus & proavus significantur, veluti apud Virgil. 7. *Æneid. v.* 571. & *Æneid.* 10. *v.* 619. Plin. *lib.* 7. *hist. nat. c.* 13. & Pers. *Sat.* 6. *v.* 57. ut & in sacris libris.

Parentum loco sunt patruus, avunculus, amita & matertera, per §. 5. *Inst. de nupt. l.* 39. D. *de rit. nupt. Parentis* locum socer obtinet: *l.* 16. *D. solut. matrim.*

At cum Ulpianus ait, profectitiam dotem esse, quæ a patre vel *parente* profecta est, *l.* 5. *D. de jur. dot. & l.* 3. §. 1. D. *de admin. & peric. tut.* parens vel pater, qui in potestate est. Parentem ibi accipere debemus per virilem sexum cognatione junctum, vel avum, proavumque paternum, quemadmodum idem Ulpianus docet: *tit.* 6. *regul.* §. 3. Similique modo parentis nomen interpretari convenit in definitione postumorum. Postumos dicimus eos duntaxat, qui post mortem *parentis* nascuntur: *l.* 3. §. 1. *D. de injust. rupt. irrit.* Et ita quoque *parentem* accipe in *rubr. D. si a parent. quis manumitt.*

Videtur & *parentis* significatio latius patere in *l.* 1. *C. si per vim. & l.* 4. *C. Theod. unde vi* ut & apud Tertulian. *lib. ad martyr. c.* 2. & de carne christi *c.* 7. Atque adeo jam a D. Hieronymi temporibus *parentes* militari vulgarique sermone cognatos & adfines nominatos, patet ex ejus *lib.* 2. *ad ruffin. non procul. ab initio.* Et hoc quoque sensu *parentum* vocem usum esse Jul. Capitolin. quando de M. Antonin. Philosopho *c.* 5. testatur: *adoptatum in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam eum exhibuisse, quantum privatus*, maxime videtur verisimile.

Ceterum decessores suos, quamvis nulla cognatione junctos, *parentes* adpellare solent Imperatores, quemadmodum abunde docuit Brisson. *lib.* 3. *de formul. c.* 61. Cujus rei exempla vide in *l.* 4. *C. ad SC. Trebell. l.* 1. *C. ne lic. potent. l.* 3. *C. si adv. fisc. junct. l.* 1. *C. qui ad lib. l.* 5. *D. de magistrat. conv. l.* 6. *C. de testam. l.* 1. *C. de divort.* & alibi passim. Et hanc observationem non modo ex legibus, verum etiam e numis, nec non ex Euseb. *Hist. Eccles. lib.* 10. *c.* 9. & 10. illustrat Ezech. Spanhem. Orb. Rom. exercitat. 2.

Nec solum antecessores suos, sed & præfectos prætorio, patriciosve, itemque præfectos urbi, magistros officiorum, militumque, hoc honore Imperatores adfecisse, & in rescriptis suis parentum nomine adpellasse, testantur *l.* 4. *C. de locato. l.* 6. *C. Theod. de annon. & trib. l.* 1. *C. Theod. de episc. jud.* aliique textus magno numero citati a Brissonio *lib.* 3. *de form. c.* 62.

PA-

PARERE, secunda correpta, proprie est ex utero partum fœtumve in lucem edere. Parere non modo de vivente partu, sed & de mortuo dicitur in *l.* 8. §. 1. D. *de suis & legit. hered.*

Parere, metaphorice est producere. Ita *parere* actiones: *l.* 42. §. 2. D. *de procur.* alienationem *l.* 3. §. 2. *D. de reb. eor.* condictionem: *l.* 26. §. 7. *D de cond. indeb.* confusionem: *l.* 93. D. *de solut.* exactionem: *l.* 11. *pr.* D. *de imp. nf. in ref. dot. fact.* obligationem: *l.* 108. *pr.* D. *de verb. oblig.* petitionem: *l.* 11. §. 5. D. *de except. rei jud.* Sic & pecuniæ usuras parere, vel non parere dicuntur: *l.* 33. *pr.* D. *de usur.* Sed dispiciendum est an in *d. l.* 33. pro *parere & non parere usuras*, non sit legendum: parere & non parere usuris. Vid. Bynkersh. *lib.* 6. *obs. c.* 4.

PARERE etiam adquirere significat. Hinc parta, id est, quæsita.

Parere secunda producta, obtemperare est, ut adparet ex *l.* 2. §. *ult.* D. *de noxal. act.* Extra territorium jus dicenti impune non paretur: *l. ult. D. de jurisd.* Si non paruerit heres voluntate: *l.* 69. §. 3. D. *de legat.* 2.

Parere alias est satisfacere. Ut: *parere* conditioni: *l.* 23. & 29. §. *ult. D. de statulib.* æri alieno, id est solvere, in *l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui sub. tut.* pensionibus: *l.* 54. §. 1. *D. locati* solutioni: *l.* 8. *C. de act. & oblig.* sorti & usuris: *l.* 8. *C. quod cum eo qui in alien. pot.* Plura exempla conduxit Cujac. *lib.* 25. *observ. c.* 15. & ad *l.* 54. §. 1. D. *locati.*

Parere aliquando comparere est. Copiam sui faciat in publico ibique pareat: *l.* 7. §. 13. D. *quib. ex cauf. in possess.*

Parere pro adparere. Si quædam ex signis non paret: *l.* 7. *D. de bon. possess. sec. tab.* Si ordo scripturæ non pareat: *l.* 24. §. 17. *D de fideic. libert.*

PARET, quod erat in formulis, Festus explicat *inveniatur.* Quanti eam rem esse paret: *l.* 179. *D. de verb. oblig.* In quantum paret, in illo acervo suum cujusque esse: *l.* 5. D. *de rei vind.* Plura de hac formula invenies apud Brisson. *lib.* 5. *de formul.* 10. & 11.

PARHIPPUS, Parhippum eum videri & habendum esse, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve, extra ordinem commoveat, ait Julianus Imp. *l.* 14. *C. Theod. de curs. publ.* quæ est *l.* 4. *C. Just. eod. tit.* quo quidem loco strictius accipitur hæc vox, quæ alioquin in genere quemvis veredum, seu equum etiam, qui licite, præter vehiculum & concessum veredorum numerum, exigi poterat, comprehendit. Adde *l.* 22. (ubi parhippus & avertarius παραλλήλως junguntur) *l.* 27. & 29. *C. Theod. eod. tit.* Vide supra *art. paraveredi.*

PARIARE, est paria facere: quod tum fit, quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant paresque fiunt. Ulp. *l.* 4. §. 5. *D. de manumiss.* Si ei numos prorogavit emtor, quum ei pariaverit, poterit ad libertatem pervenire. Utitur hoc verbo Tertulian. *lib.* 3. *adv. Marcion. c.* 29. *de resur. carn. c.* 6. & *c.* 53. & *libro de verbo Dei c.* 6. Hinc:

PARIATIO, in *l. ult.* §. 3. *D. de cond. indeb.* Et

PARIATOR, qui reliqua habenti opponitur in *l.* 81. D. *de cond. & dem.*

PARIES Ælio Gallo finitore, sive murus, sive maceria est, *l.* 157. *D. de verb. signif.* Isidor. *lib.* 15. *orig. c.* 8. Paries nuncupatus, quia semper duo sunt pares, vel a fronte vel a latere. Sive enim tetragonum, sive sexa-

xagonum fit, qui fe confpiciunt, ex pari erunt. Aliter enim ftructura facta deformis eft.

Parietis hæc funt adjuncta. *Paries* aptus, idoneus, novus, vetus. Genera autem hæc funt:

Paries communis vel *proprius*. Communis autem effe poteft paries, vel fi vicini aliquid utrinque ex proprio folo contulerit, ut ibi parietem inter fe ædificarent, quique impenfa communi ædificatus fit, veluti in fpecie *l.* 52. §. 13. *D. pro foc.* vel fi paries duobus communiter fit legatus, ut in fpecie *l.* 4. D. *de fervit leg.*

Paries craticius in *l.* 52. §. 13. *D. pro foc.* qui in cratis modum tignis contextis compofitus eft. De quo Vitruv. *lib.* 2. *c.* 8. *&* *lib.* 7. *c.* 3. agit. Feftus in verbo Solea: Solea, ut ait Verrius, eft non folum ea, quæ folo pedis fubjicitur, fed etiam pro materia robufta, fuperquam paries cratitius exftruitur.

Intergerinus paries, ut idem Feftus *lib.* 9. ait, dicitur qui inter confines ftruitur, & quafi intergeritur. De eo vid. Plin *lib.* 34. *c.* 12.

Paries rudis, id eft tectorio nondum inductus *l.* 44. D. *de ufufr.*

Paries folidus & fornicatus opponuntur apud Cic. *Topic. c.* 4. ubi *folidum* parietem accipimus, qui a folo continuo ductus ad faftigium exfurgit, fic ut nufquam fufpendatur: *fornicatum* vero qui arcum habet.

Parietem ventrem facere dixit *μεταφορικῶς* Alfen. in *l.* 18. D. *de ufufr.*

Paries pro domo. Intra domefticos parietes fcelus admiffum: *l.* 3. *C. de inceft.*

PARILIS, æqualis. *Parilis* majeftas: *l.* 12. *C. Theod. de fid. cathol.* notitia: *l. un. C. Theod. de quadrimenftr. brev.*

PARITER pro *fimul* frequens eft, ut in *l.* 16. *&* 18. *D. de reb. dub. l.* 44. D. *de contr. emt. l.* 15. §. 2. *D. de manum. vind.* & paffim. *l.* 20. D. *de cond. indeb.*

PAROECIA in *c. avaritiæ.* 10. *de præbend.* Goffr. *in fumm.* tit. de parochiis. *Parochia*, inquit, eft locus, in quo degit populus alicujus ecclefiæ, deputatus certis limitibus conftitutis. Hinc parochianus & parochiana, qui, & quæ eft de parochia. *Parochias* autem non primum, fed *paroecias* adpellatas effe manifeftum eft ex D. Auguftin. *lib.* 14. *de civit. Dei* Presbyter, inquit, fuit quidam nomine Reftitutus in paroecia Calamenfis ecclefiæ. *Paroecia* ait Budæus in *not. ad pand.* accolarum eft conventus & accolatus, facraque vicinia. Quare qui fanum, aliquod accolunt, *paroeci* dicti funt, ejufdem fcilicet fani confortes. Addit vero: Quod fi latine loqui magis placet paroeciæ *curiæ* dici poffunt, unde curiones olim dicti & paroeci ipfi curiales. Inde curionatus, quæ vulgo cura dicitur, & ædes ipfæ facræ dictæ, quæ fodalitia non habent, fed quæ curialibus deftinatæ funt, & accolas fuos vindicant. Quæ omnia partim probat, & partim erudite colligit ex auctoritate Livii & Fefti. Ceterum paroeciarum facrarum divifio ortum habuit a Dionys. Papa, cujus Epiftolæ ad Severum Epifcopum de ea re verba legimus in *c. un. cauf.* 13. *quæft.* 1. Ecclefias, ait, fingulas fingulis Presbyteris dedimus: paroechias & cœmeteria eis divifimus: & unicuique jus proprium habere ftatuimus: ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terminos aut jus invadat. Et in hoc confiftit jus parochiale, ut omnes parochiani diebus dominicis & feftivis miffam audiant in ecclefiis, in quarum parochiis habitant: *c. dicto.* 2. *de paroch.* Præterea confiftit in decimis perfonalibus, quæ ecclefiæ pa-

parochiali debentur: *C. si quis laicus* 42. *Cauf.* 16. *quæst.* 1. & postremo in oblationibus quæ dandæ sunt sacerdoti parochiali, qui pro populo orare debet: *C. quia sacerdos* 13. *cauf.* 16. *quæst* 1. Vide vocem sequentem.

PAROCHIALIS Ecclesia in *c. nemo* 15. *de electiön. in 6.* quæ nempe paroecianis constat ejus cui ecclesiæ & quidem minoris cura commissa est. *Parochiale* jus, de quo modo dictum est.

PAROECUS incola est, habitator in loco. Pompon. *l.* 239. §. 2. *D. de verb. signif.* Incola, ait, est qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quam Græci paroecum vocant.

Paroecus alias, vel *parochus* est sacerdos, qui ut Dominus (*clem.* 2. *de sepult.*) regit cum cura animarum ecclesiam minorem ex paroecanis compositam, cum jure excludendi alienos & cogendi proprios subditos ad sacra ibi peragenda, *clem.* 1. *de privil.* & jura paroecialia (de quib supra in voce paroecia) præstanda. *Parochus* juxta Gothofred. proprie significat convivatorem. Hor. *Serm.* 8. Tum parochi faciem nihil sic metuentis. Alias dicitur, qui peregrinis salem & ligna præbebat, hoc est omnia necessaria, teste Acrone ad illud Horatii: Proxima campano ponti quæ villula tectum Præbuit & parochi quæ debent ligna salemque: & ibi quoque Porphyrio: qui eos *parochos* dictos scribit ἀπὸ τȣ̃ παρέχειν hodieque dici Copiarios. *Parochias* inde quidam derivarunt, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet Eucharistiæ.

PARRICIDA, ait Festus *in voce paricid.* non utique is, qui parentem occiderit, dicebatur, sed qualemcunque hominem. Quod indicat lex Numæ Pompilii Regis, his composita verbis: Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto. Verum parricida proprie intelligitur, qui patrem, matrem, avum, aviam, occiderit: *l.* 9. *D. de leg. pomp. de parricid.* Quanquam enim sane Lex Pompeia de parricidiis non eos tantum adprehendebat, qui patrem, matrem, avum, avium; Sed & qui fratrem, sororem, patruelem matruelem, patruum avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam, occidisset: *l.* 1. D. *eod. tit.* Unde & B. Augustinus *lib. un. de patientia*: In ipsis, ait, parricidis, quanto propinquiorem quisque pereremerit, tanto indicatur immanior. Indeque & parricidam fraternum Cicero *pro Cluent. c.* 11. dixit Verum hi demum parricidii, id est, cullei pœna adficiebantur, qui patrem, matrem, avum, aviam, occidissent: qui vero alias personas lege Pompeia comprehensas occidissent, legis dumtaxat Corneliæ de sicariis pœna tenebantur: *l.* 1. & 9. D. *de lege pomp. de parricid.* Infanticidium quoque parricidii loco habet Tertullianus *apologet. c.* 9.

PARRICIDIUM, crimen proprie eorum est, qui Parricidæ vocantur. At parricidium quoque patriæ ceu parentis Cicero *lib.* 3. *de offic. c.* 21. & *philip.* 2. *c.* 12. dixit: Dixeruntque alii complures.

Parricidium aliquando judicia publica denotat, quibus præerant Quæstores. Parricidii quæstores. *l.* 2. §. 23. D. *de orig. jur.* Lex erat & 12. *Tab.* Quæstores parricidii, qui de rebus capitalibus quærant, a populo creantor. Vid. *infra art. Quæstores parricidii.*

PARS. *Partis* adpellatione rem *pro indiviso* significari Q. Mutius ait. Nam quod *pro diviso* nostrum sit,

fit, id non *partem*, sed *totum*, esse: *l.* 25. D. *de verb. signif.* & ita Ulpianus ait: Si divisit fundum regionibus, & sic partem tradidit *pro diviso*, potest alterutri servitutem imponere, quia non est *pars* fundi, sed fundus: *l. 6. §. 1. D. comm. præd.*

Servius tamen Sulpicius non ineleganter *partis* adpellatione utrumque significari aiebat in *d. l.* 25. D. *de verb. signif.* Unde *pars* quædam statuitur esse *pro indiviso*, quædam pro diviso: *l.* 43. *D. de adquir. possess.* Adde *l.* 5. *D. de usufr. l.* 7. *D. de except. rei judic. & l.* 64. D. *de evict.* Sed in hereditatis petitione, ad officium judicis nihil amplius pertinet, quam ut partem hereditatis *pro indiviso* restitui mihi jubeat. Distinctio enim in partes *pro diviso* & *indiviso* in petitione hereditatis locum non habet, quum hereditas, formaliter accepta, nunquam possideri *pro diviso* possit, *l.* 8. *D. de rei vind.* Item: Servus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro *partibus* utique *indivisis*, ut intellectu magis *partes* habeant, quam corpore: *l.* 5. D. *de stipul. servor.*

Parti pro *indiviso*, certus locus opponitur in *l.* 1. *D. de evict.*

Partis adpellatione, si non sit portio aliqua specialiter adjecta, *dimidia* intelligitur: *l.* 164. D. *de verb. signif.* Proinde, si interrogatus quis in jure, heredem se esse parte responderit, si ex dimidia heres sit, nihil ei nocet responsum, alioquin nocet: *l.* 12. §. 6. D. *de interrog. in jur. fac.* Quin etiam si testator jussisset heredem cum alio hereditatem partiri, dimidia pars bonorum legata videtur: Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 25. Simile obtinet de usufructu partis bonorum legato, *l.* 43. D. *de usufr.*

Partis & *pro parte* stipulationes dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter heredem & legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres: Ulp. *tit.* 25. *regul.* §. 15. Idem *ibid.* Ex Pegasiano SC. restituta hereditate, commoda & incommoda hereditatis communicantur inter heredem, & eum, cui reliquæ partes restitutæ sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum *partis & pro parte stipulationum.* Inter heredem & fideicommissarium, cui ex SCo Pegasiano hereditas restituitur, *partis & pro parte stipulatio* interponitur, ut heredi instituto pro quarta, actiones: pro ceteris vero portionibus fidei commissario competant: Paul. *lib.* 4. *sent. tit.* 4. Vide & §. 5. *Inst. de fideic. hered.*

Partem facere, dicitur is, cujus persona in *partibus* faciendis numeratur: *l.* 67. §. 3. D. *de legat.* 2. *l.* 14. *in fin.* D. *de jure codicill. l.* 11. §. 4. D. *de bon. poss. secund. tab.* Qui in utero est, partem facit his, qui pari gradu sunt: *l.* 3. §. 9. *D. de suis & legit hered.* Add. *l.* 1. §. 5. *D. de bon. poss. contr. tab.*

Partem quoque *facere* dicitur, is, cujus persona in partium divisione distributioneve numeratur, licet ad legatum vel hereditatem non admittatur: *l.* 84. §. 8. *D. de legat.* 1. *l.* 1. §. *ult. D. de collat. bonor.*

Pars pro clausula seu capite edicti, legis, conventionis, testamenti. Ex illa parte edicti, *l.* 227. *D. de verb. signif.* Ex ea parte (legis Juliæ) qua de eo cavetur: *l.* 8. *D. de sepulcr. viol.* Novissima parte pactorum: *l.* 17. §. 12. D. *de pact.* Ceteras partes stipulationis evanuisse: *l.* 15. *D. de acceptil.* Pars prima & posterior testamenti: *l.* 13. D. *de transact.*

Partes etiam ICti vocant eos, qui

qui inter se litigant. Sic: *pars* adversa, pro adversario: *l. 5. C. de pact. int. emt.* Utraque pars: *l. 6. C. depos.* Ex parte rei: *l. 25.* D. *de procur.* Una parte absente: *l. 40. C. de lib. cauff.*

Admonendi etiam sumus, *divisa Centumvirorum tribunalia*, ut loquitur Papinianus in *l. 76.* D. *de legat. 3.* seu *quatuor* eorum *Consilia*, prout adpellat Plin. *lib. 6. epist. 33. partes* vocari a Quintiliano *lib. 6. quadruplex judicium* ab eodem Plinio *lib. 4. epist. 24. & lib. 6. epist. 33.* Eoque pertinent hæc Marcelli verba: Si *pars* judicantium de inofficioso testamento contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit: *l. 10. D. de inoff. testam.*

In civilibus etiam bellis contraria civium inter se dissidentium studia & arma *partes* vocabantur, ut in *l. 21. §. un. D. de captiv. & postlim.* Atque ita procul dubio etiam vox ista sumitur in *l. 2. §. 11. versu per partes D. de orig. jur.* tametsi Cujacius *ibid.* per *κατὰ μέρος* interpretetur, quasi reipublicæ mutatio sensim & lento progressu facta sit. Nec omittenda est militaris hujus verbi significatio quam Vellei. Paterc. *lib. 2. hist. c. 52.* prodit his verbis: Ut primum C. Cæsar inclinatam vidit Pompeianorum aciem, neque prius neque antiquius quidquam habuit, quam in omnes *partes* (ut millitari verbo ex consuetudine utar) dimitteret.

Præterea officium, quod arbitris, judicibus, præsidibus aliisque incumbit, quodque ad eorum jurisdictionem, curam, sollicitudinemque pertinet, *partes* adpellamus. Ita de arbitris in *l. 21. §. 5.* D. *de recept. arb. l. 30. D. famil. ercisc.* de judice: *l. 15.* D. *de oper. nov. nunc.* de præside: *l. 2.* D. *de his qui sui vel al. jur.* de prætore: *l. 20. D. de manum. testam.* de procuratore: *l. 3. C. si serv. export.*

Partibus etiam fungi dicuntur, quæ vicem repræsentant. Sic donationes inter virum & uxorem factas, fideicommissi partibus fungi, ait *l. 2. C. ad leg. falcid.*

Partes actoris seu petitoris, heredum, defensoris, possessoris in *l. 74. D. de rei vind. l. 8. §. 3. D. si servit. vind. l. 2. §. 3. D. famil. ercisc. l. 45. §. ult.* D. *de procur.* id est, onus. Actoris partes sustinere & rei partes sustinere: *l. 6. §. ult. de Carb. edict.* Petitoris partibus fungi: *l. 14.* D. *eod. tit.*

Partes metonymice dicuntur pro caussis in *partibus* juris comprehensis: *l. 1. §. ult.* D. *de publician. in rem. act.* ut glossa quidem ibid. explicat. Cujacius autem species alienationis interpretatur.

PARS *est*, pro *similis quodammodo est.* Paull. *l. 4.* D. *de usufr.* Ususfructus in multis casibus pars dominii est. Virgil. *Æneid.* Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. Add. Viger. *idiotism. græc. ling. 3. 7.* Noodt. *de usufr. l. 2. p. 289. Hein.*

PARSIMONIA, in *l. 39.* D. *de pecul.* pro frugalitate & sumtuum moderatione.

PARTIARIUS *colonus* dicitur, qui lucri & damni cum domino particeps est, fructusque fundi cum eo quasi societatis cujusdam jure partitur: *l. 25. §. 6.* D. *locat.* Quo loco partiario colono is, qui ad pecuniam numeratam conduxit, opponitur: quæ duo diversæ loquutionis genera Plin. *lib. 9.* attigit his verbis: Medendi una ratio, si non nummo, sed partibus locem: ac deinde ex meis aliquos exactores operi, custodes fructibus ponam.

Partiarius legatarius adpellabatur is, cui pars bonorum legaba-

batur: §. 5. *Inst. de fideic. hered.* Ulpian. vero *tit.* 25. *regul.* §. 25. *Partiarium legatarium* interpretatur eum, cum quo partitus est heres. *Particulones* etiam auctore Nonio a veteribus coheredes inter se dicebantur, quod partes invicem sibi facerent.

Partiaria pecora, seu, quæ in commune pascenda dantur, ut loquitur: *l.* 52. §. 2. D. *pro soc. Si pascenda pecora partiaria*, id est, ut fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & pastorem dividantur, *Apollinarem suscepisse probabitur. l.* 8. *C. de pact.*

PARTICARII, in *l.* 7. *de excus. mun.* erant venditores *particarum*, id est pellium e Parthia allatarum, de quibus *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* & *vectig.* forsan & coriorum parthicorum, murice tinctorum, de quibus plura Reines. *ad inscr. Class.* 10. *inscr.* 8. & Voss. *ad Catull. p.* 190.

PARTICEPS doli: *l.* 1. §. *ult. D. simul. ventr. nom. in poss.* facinoris: *l.* 2. *D. de Carbon. edict.* fraudis: *l.* 10. §. 2. D. *quæ in fraud. cred.* muneris: *l.* 2. *C. de usur. pupil.* in munere: *l.* 7. *C. de excus. tut.* obligationis: *l.* 16. *D. de acceptil.* officii: *l.* 11. §. *ult. D. de legation.* sceleris: *l.* 15. §. D. *de SC. silan.*

Particeps absolute pro socio & collega: *l.* 10. *C. de profess.* & *med.* quemadmodum etiam videtur sumi in *l. un. C. si rect. provinc.* ubi ipse Tribonianus *participes* interpretatur *Consiliarios* seu adsessores administrantium, laudante Jac. Gothofredo *Comment. ad l. un.* C. *Theod. eod. tit.* Add. *l.* 5. *C. Theod. di iis quæ admin.* ibi: administrantium socii atque participes. Inde etiam *participatus* & *consilium* junguntur in *l.* 3. *C. Theod. de incest. nupt.* ut ut vocem *participatus* sustulerit Tribonianus in *l.* 6. *C. Justin eod. tit.*

PARTICIPARE lucrum & damnum: *l.* 53. *D. pro soc.* fraudem: *l.* 4. *C. si vend. pign.* & fraudis consilium: *l.* 2. *C. de crim. Stellion.* furtum: *l.* 1. *D. si famil. furt. fec.* consilium suum: *l.* 8. §. *ult. D. de legation.* obligationem: *l.* 4. *C. ad SC. Vellei.* Amplissimi ordinis collegium: *l.* 74. *C. Theod. de decurion.* pretium: *l.* 7. *D. de lib. caus.*

Participari eodem sensu. Si pretium participatus est: *l.* 9. §. 4. D. *de minor. l.* 1. *C. quib. ad libert. procl.*

PARTICIPIUM habere in re aliqua: *Nov.* 131. *c.* 11. & *auth. licet* C. *de Episc.* & *cler.* est negotium habere cum re aliqua, & tractare aliquid. Abstinere omni participio alicujus rei: *l. ult.* §. 3. *C. de Episc. aud.*

PARTICULA, idem quod *pars*, vel *minor pars*. Particula legis: *l.* 24. D. *de legib.* Quos Epicurus atomos, particulas minimas Alphenus vocat in *l.* 76. *D. de judic.* his verbis: Propterea quod, ut philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis constaremus, hæ quotidie e nostro corpore decederent.

PARTICULATIM, id est, per partes. *l.* 41. §. 1. D. *de usur. junct. l.* 4. §. 6. D. *de statulib.* Quamvis fundus particulatim venierit, omnes partes servitus sequitur: *l.* 23. §. *ult.* D. *de serv. præd. rust.*

PARTIM soluta pecunia, id est, per partes: *l. ult.* §. 2. *D. de cond. indeb.*

Partim alias, est ex parte. Partim proprio, partim communi jure: *l.* 9. *D. de justit.* & *jur.*

Partim semel tantum positum occurrit in *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.* ita: populique consensu *partim* in carcere necati. Suspicati quidem jam olim jurisconsulti alioquin præstantissimi, Zasius & Budæus, deesse quædam in illo loco, addideruntque, partim in ex-

filium acti. Sed superfluam esse hanc adjectionem, docent exempla similia, etiam optimæ notæ scriptorum, laudata a Ruperto ad *Enchirid. Pompon. lib.* 2. *c.* 10. & Bynkersh. in prætermiss. *ad l.* 2. §. 24. D. *de orig. jur.*

PARTIRI hereditatem: *l.* 19. §. 1. D. *ad SC. Trebell.* bona: *l.* 4. D. *pro soc.* possessionem, fundum, *l.* 3. & 30. D. *famil. ercisc.* pretium: *l.* 7. §. 1. D. *de liberal. caus.* administrationem tutelæ: *l.* 5. *D. de magistr. conv.*

PARTITIO, species quædam legatorum est, quam ita describit Ulpianus *tit.* 24. *regul.* §. 25. Universarum rerum quoque summa legari potest: ut puta: Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito, dividito. Quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem & alia pars, veluti tertia, vel quarta legari: quæ species *partitio* adpellatur. Ejusdem speciei meminit Imperator in §. 5. *Inst. de fideic. hered. Hein.*

PARTITUDO, pro partu. Petantur futuræ partitudinis testimonia: *l.* 10. C. *Theod. de bon. proscr.* Plauto etiam usurpata vox: *Aulul. Act.* 1. *scen.* 1. *v.* 36. & *Act.* 2. *sc.* 3. *v.* 9.

PARTUS etsi animalium quorumlibet dicatur, ut in *l.* 15. §. *ult. D. de hered. pet. l.* 17. *D. de rei vind.* Plerumque tamen mulierum partus, pecorum vero fœtus dicitur. Partu trino fœcunditati publicæ gratiosa mater: *l.* 19. *v. quod supplicio C. Theod. de bon. proscr.* Partus non subjici publice interest: *l.* 1. §. 13. D. *de inspic. ventr.*

Partus etiam, non modo in lucem editus, sed & dum adhuc in utero est adpellatur. *Partui* in hoc favetur: ut in lucem producatur, qui non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam reipublicæ nascitur: *l.* 1. §. 15. D. *de ventr. in possess. mit.* Partus nondum editus homo non recte fuisse dicitur: *l.* 9. §. 1. *D. ad leg. falcid.* Partus antequam edatur, mulieris portio est vel viscerum: *l.* 1. §. 1. *D. de inspic. ventr.*

Partus gerendi tempus legitimum ex *l.* 3. §. *ult. D. de suis & legitim. her.* intelligitur, ubi Ulpianus ait: De eo qui centesimo octogesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit, & Divus Pius Pontificibus rescripsit, justo tempore videri natum: nec videri in servitutem conceptum cum mater ipsius ante centesimum octogesimum secundum diem esset manumissa. Item ex *l.* 29. *D. de lib. & post.* ibi: Si quis mihi ex filio nepos, sive quæ neptis post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit. Gell. *lib.* 3. *c.* 16. Et multa opinio est, eaque jam pro vera accepta, postquam mulieris uterus concepit semen, gigni hominem septimo raro, nunquam octavo, sæpe nono, sæpe numero decimo mense. Eum esse hominem gignendi finem, decem menses, non inceptos sed exactos. Idque Plautum, veterem poetam, dicere videmus in Comœdia Cistellaria, his verbis: *Tum illa, quam compresserat Decimo mense exacto, hic peperit filium.* Varro in mysteriis, uti est apud Non. Marcellum: Nascimur spissius, quam emorimur: vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum. Notum est illud Virgilii *in Bucol. ecl.* 4. *v.* 6. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Plinius utique partus gerendi tempus usque ad initium decimi undecimique mensis *libro* 7. *c.* 3. definit. Vide & de hac re Censorin. *de die nat. c.* 7. Pluribus etiam

ex

ex recentioribus de justo partus tempore egit Hadr. Turneb. *lib.* 4. *adverf.* c. 21. *p.* 124. At multo majore cum adparatu tum veterum sententias, tum varias de justi partus humani tempore leges exposuit Carol. Hannib. Fabrotus singulari dissertatione, quæ inter exercitat. XII. junctim editas prima est, recusa in *Thesaur. jur. civ. Tom.* 3. *p.* 1149. *sequ.*

Partus pro editione, ut loquitur Ulp. *tit.* 6. *regul.* §. 3. Uno partu duos vel tres edere: Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 9. Incipiente partu existens conditio efficit, ut ex libera edatur, quod postea nascitur: *l.* 15. D. *de stat. hom.* Adesse partui: *l.* 1. §. 10. *D. insp. ventr.*

PARVITATE deformis indignus consortio virorum fortium: *l.* 12. *C. Th. de veteran.* Staturam enim in militibus maxime spectari, variis Codicis, præsertim Theod. locis docemur. Jac. Gothofr. *ad l.* 3. *de tiron.*

PARVULI dicuntur intra annum vigesimum quintum in *l.* 2. *C. de fund. patrim.* & *l.* 1. *C. de fugitiv. colon.* & ibi Cujac.

PARVUM tempus in *l.* 2. *C. de sec. nupt. l.* 19. *C. de legation.* est duorum mensium.

PASCERE, est alere & cibaria præstare, pecoribus vel servis; *l.* 52. §. 3. D. *de instruct. vel instr. leg. l.* 11. D. *ad exhib. l.* 21. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux.*

PASCENDI pecoris servitus, ut *l.* 4. D. *de servit. præd. rust.* vel jus pascendi, ut est in *l.* 1. §. *ult. D. eod. tit.* est jus pecora nostra in alterius prædium mittendi, ut gramine & herbis nutriantur.

PASCERE avaritiam in *l.* 7. *C. Theod. de curs. publ.* pro indulgere avaritiæ.

PASCHA. Sacros *pascha* dies, qui septeno numero vel præcedunt vel sequntur. *l.* 7. *C. de fer.* Nec venerabilem Paschæ diem existiment excipiendum: *l.* 10. *C. eod. tit.*

Paschales dies quindecim: *l.* 7. *in fin. l.* 8. *C. de fer.* Paschale tempus *l.* 6. *C. eod. tit.*

PASCUUS, *a*, *um.* Pascua silva est, quæ pastui pecorum destinata est: *l.* 30. §. *ult. D. de verb. signif.* Pascui saltus: Pascua publica. *Rubr.* & *l.* 1. *C. tit. de pascuis publ.*

PASSAGINI in *c.* 15. *decretal. de hæret.* alias Passagieri (gallico idiomate) sic adpellati quod extorres essent nec in certo loco sedes haberent; Iidem ferme sunt ac *Patarini* de quibus vide sub hac voce.

PASSIM est indifferenter, indistincte, promiscue: *l.* 6. §. *ult.* D. *de proconf.* Passim hoc est sine delectu: *l.* 43. *D. de rit. nupt.* Non passim, sed cum caussæ cognitione; *l.* 7. §. 1. D. *de ventr. in posses. mit.*

PASSUM vini adpellatione contineri ait Ulp. *l.* 9. D. *de tritic. vin. ol.* Passum, ait Non. genus liquoris, quod ex uva passa cogitur. Virg. *lib.* 2. *Georg. v.* 93. Et passo psithia utilior; Vide supra *defrutum.*

PASSUS, *us*, ut est in libro variorum auctorum de mensuris, dupliciter haberi videtur apud antiquos. Etenim passus dicitur, quod duobus gressibus gradiendo conficitur. *Passus* etiam dicitur quantum ambobus brachis extensis inter longissimos digitos est. Et alibi: *Palmus* autem quatuor digitos habet, *pes* sexdecim, *passus* pedes quinque, pertica passus duos. Vicena millia passuum in singulos dies dinumerari Prætor jubet: *l.* 3. D. *de verb. signif.*

PASTINA instituere; *l.* 7. §. *ult.* D. *solut. matrim.* Pastinum utique quemadmodum Pallad. *lib.* 2. *tit.*

2. *tit.* 10. scribit, fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus. Ibidemque: ubi tota terra debet effodi, aut ubi sulcis, aut scrobibus pastinandum sit, dicet. *Pastinum* ait Columella *lib.* 3. *de re rust. c.* 18. vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Unde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur. Hæc enim propria adpellatio restibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens consuetudo, quidquid emoti soli vineis præparatur, repastinatum vocat. Festus: Repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cujus natura mutatur fodiendo, quum aut silvester excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui vel pecoribus herba vel hominibus satione.

PASTINARE est vineis ponendis locum præparare, in *l.* 15. §. 1. D. *quod vi aut cl.* Pastinandi autem agri Columella *lib.* 3. *de re rust. c.* 13. rationem tradit: ut primum ex omni sive arbustino, sive silvestri loco, quem vineis destinaverimus, omnis frutex atque arbor eruatur, submoveaturque: deinde locus alte infodiatur, tum vinea deponatur. Arbusti pastinationem inter utiles impensas numerat Paull. *l.* 79. *D. de verb. signif.*

PASTIO idem quod *Pastus.*

PASTORES pecorum & anserum. Paul. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 76. *l.* 66. *D. de legat.* 3. Pastores oviliones: *l.* 25. §. *ult.* D. *de instr. vel instr. leg.* Alii sunt pastores, qui latronibus jungantur in *l.* 11. *C. de accus.* iidem nempe, quibus filios nutriendos tradi vetat *l. un. C. Theod. ne pastor. dent. filii nutr.* quibusque equorum usum, debilitandis improbis ipsorum conatibus & latrociniis, interdicunt Imperatores, in *l.* 2. & 5. C. *Theod. quib. equor. us.*

PASTUS, *us.* De *pastu* pecoris actio ex Lege XII Tab. *l.* 14. §. *ult.* D. *de præscr. verb.* Vetus glossar. *De pastu pecoris*, ὁ ἀλλοτρίαν γῆν εἰς βοσκὰς θρεμμάτων.

Pastus primipili, *l.* 8. *pr.* & *l.* 16. *pr. C. Theod. de cohortal. l.* 7. *C. Justin. eod. tit.* id est, omnes alimoniæ a primipilo ad alendos & pascendos milites ad limitem pervehendæ.

PATAMEN, *inis*, vox parum latina, neque hac nostra ætate usitata, pro patente aditu & egressu, in *l.* 53. *C. Theod. de oper. publ.* ibi: *ad quas nullus a platea aditus atque egressus patamen*, uti habent verba legis, ex emendatione Gothofredi, qua sine sensus integer non erat.

PATARENI, quorum mentio fit in *Auth. Gazaros princ. C. de hæret. & Manich.* & *c.* 15. *decret. de hæret.* Aliis Patarini, aliis patrini, iidem ferme qui, Cathari, pauperes de Lugduno & passagini dicuntur *in d. c.* 15. alias Valdenses & Albigenses.

PATER vox notæ significationis, græcis que usitata; Nec digna est quæ heic compareat Isidori de hujus verbi etymo ridenda hallucinatio, *lib.* 9. *orig. c.* 7.

PATRIS nomine & avus intelligitur. Justa interpretatione recipiendum est, ut patris nomine avus quoque demonstrari intelligatur: *l.* 200. D. *de verb. signif.* Quod in his maxime verum est quæ benigne accipienda & interpretatione adjuvanda sunt. Sed nec interpretatione solum, verum usu quoque, patris nomen apud veteres Latinos avum & proavum denotasse supra vidimus in art. *Parens.* Igitur interpretatione aliquando ita late patet ea vox, aliquando minus: Utique enim, in

in lege Julia de maritandis ordinibus, & in lege Julia de adulteriis patris adpellatione avus non continetur, ceu patet ex *l.* 44. §. 1. *D. de rit. nupt.* & *l.* 20. *l.* 21. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Pater est quem nuptiæ demonstrant: *l.* 5. D. *de in jus voc.* Igitur cujus uxor post sex menses a conjunctione vel decem mensibus a morte mariti proximis peperit, ei natam esse prolem tenendum est; quia id tempus est pariendi legitimum, ceu patet ex *l.* 3. §. *ult.* D. *de suis & legit.* & *l.* 29. *de lib. & post.*

Pater adoptivus, fiduciarius, naturalis. Vide sub his vocibus. Aliæ qualitates sunt justus, certus, incertus, de quibus vid. suis locis.

Patris nomine honoris caussa etiam rectores & præsides civitatis, exemplo hebræorum, veniunt. ut *in l.* 1. *C. quibus. muner. excus. Nov.* 160. Sic & patres Synagogarum in *l.* 4. *C. Theod. de judæis.*

Imperatores quoque interdum decessores suos *patres* adpellant: & ita Severus & Antoninus: Quum D. Claudius pater meus constituerit: *l.* 1. *C. qui non poss. ad libert.* Vide supra voce *parens.*

PATERA, *æ*, vas amplum & patens, potui imprimis inserviens. Argento potorio legato, omnia quæ ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur: veluti *pateræ*: Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 90.

PATERFAMILIAS adpellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine adpellatur, quamvis filium non habeat. Non enim solum personam ejus, sed & jus demonstramus. Denique & pupillum paterfamilias adpellatur. Et quum paterfamilias moritur, quotquot capita libera ei subjecta fuere, singula familias incipiunt habere, eisque pro parte præsunt: *l.* 195. D. *de verb. signif.* Filii cujuscunque ætatis sint, morte patris sui juris effecti, patres familias sunt: *l.* 5. *D. quand. dies legat.* Itaque patres familiarum definiuntur, qui sunt suæ potestatis, sive puberes sive impuberes: *l.* 4. *D. de his qui sui vel alien. jur.* Et: Paterfamilias fit servus manumissus: *l.* 14. *D. qui test. fac.* Festus quoque in *familia*, ducem & principem generis patrem familias adpellatum scribit. Adde quæ ex Tertullian. *de virgin. veland.* supra attulimus in voce *materfamilias.* In hoc autem verbo considerandum est, veteres ad detrahendam invidiam, patris magis quam domini nomen principi familiæ indidisse. Quod & Tertullianus in *Apologet. c.* 34. *notat.* Gratius, ait, est nomen pietatis quam potestatis. Etiam familiæ magis patres, quam domini vocantur. Et Senec *Epist.* 47. Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerunt, dominum patremfamilias adpellantes, servos familiares. Quem totum Senecæ locum Macrobius suppresso auctoris, unde hauserat, nomine *lib.* 1. *saturn. c.* 11. transtulit Vide & Martial. *lib.* 1. *epigr.* 85. Lactant. *lib.* 4. *divin. Inst. c.* 3. Patrem autem familias & familiæ Latinis dictum, Priscianus *lib.* 6. *p.* 679. *edit. Putschii* exemplis probat. Paterfamiliæ est apud Ulpianum *tit.* 21. *regul.* Servius *in XI. Æneid. v.* 801. Sane paterfamilias, quando dicimus familias, indeclinabile est, si autem *paterfamiliæ* dicere voluerimus, jam non erit unum nomen, sed loquutio, & familiæ erit dativus. Nam *pater*

 mihi

mihi est, dicimus. Terent. Natura tu illi pater es, consiliis ego.

Multi autem volunt in numero plurativo nomen utrumque declinari, ut dicamus, hi *patres familiæ*, horum patrum *familiarum*. Et ita patres familiarum legere est apud juris auctores, *l.* 4. *D. de his qui sui vel alien. jur. l.* 2. *D. ad SC. Maced. l.* 3. §. 4. *D. de minor.* Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* Item plures, *patres familias*, ait, dicere non debuerunt: Sed ut Sisenna scribit *patres familiarum*.

PATERNIANI a Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. *c.* 39. §. 57. *caus.* 24. *quæst.* 3. Vide infra art. *Patritiani.*

PATERNUS, *a*, *um*. *Paterna* absolute pro bonis paternis, in *l.* 9. D. *de re milit. l.* 62. *D. de contr. empt.*

PATERNUS Taruntius. Vide voc, *Taruntius.*

Πάθος, perturbatio: *l.* 5. D. *de ædilit. edict.*

PATI, varias, pro verborum, quæ adjunguntur, varietate, significationes habet; quarum has præcipuas ex Legibus nostris adnotasse sufficiet. Si male passus sit administrari tutelam: *l.* 60. §. 4. *D. de rit. nupt.* Si injuriam aut furtum passus sit: *l.* 16. *D. de offic. præsid.* Ubi furtum passus dicitur, cui res furto abest, subtractave est. Item: Fides bona non patitur: *l.* 56. *D. de reg. jur.* Quatenus peculium patitur: §. 4. *Inst. quod cum eo qui in al. pot.* id est, sufficiens est. Si totus ager sit hunc casum passus: *l.* 12. D. *de usufr. Pati* deportationem: *l.* 13. *de donat. int. vir. & ux.* poenam: *l.* 51. *D. de act. emt.* actiones, id est excipere: *l.* 18. §. *ult. D. de castr. pecul. l.* 4. D. *de pecul. l.* 4. D. *de contrar. tut.* æstimationem, id est sufferre: *l.* 63. *D. de rei vind.* cautionem, id est præstare, vel ea onerari: *l.* 3. §. 5. D. *si cui plus quaro per Leg. Falcid.* compensationem, *l.* 3. §. 1. *D. de negot. gest.* controversiam: *l.* 11. D. *de Carbon. edict.* quod de eo dicitur cui compensatio jure objicitur & controversia movetur.

Pati condemnationem, id est, condemnari, in *l.* 14. §. 4. D. *quod met. caus.* exceptionem, id est exceptione summoveri: *l.* 4. §. 28. *D. de dol. mal. & met. except.* evictionem: *l.* 75. *D. de jur. dot.* Falcidiam: id est deminutionem legati propter Falcidiæ rationem: *l.* 1. §. *ult.* D. *ad leg. falcid.* interdictum: *l.* 1. §. 19. D. *de vi & vi arm.* judicium, id est suscipere: *l.* 8. *l.* 22. *l.* 24. *D. de alien. judic. mut.* moram, cum alicui mora fit: *l.* 35. D. *de legat.* 3. quæstionem, cum alicui controversia fit: *l.* 14. §. 7. D. *de religios. & sumt. fun.* sententiam, id est sententia judicis condemnari: *rubr.* D. *& C. de sentent. pass.* servitutem, id est, alieno dominio subjici: *l.* 9. *D. de fideic. libert.* stuprum, id est stupro fœdari: *l.* 8. D. *quod. met. caus.* Ita mulier adulterium passa dicitur, cum qua quis adulterium admisit: *l.* 14. *C. ad L. jul. de adult.* at quæ vim patitur, non est in ea causa, ut adulterii vel stupri damnetur: *l.* 13. §. 7. D. *eod. tit.* Dicitur autem vim passus, cui vis facta, illata, adhibita est: *l.* 2. D. *de his quæ vi met.* Præterea notandæ sunt loquutiones: Caussam de totis bonis, quam heredes patiebantur: *l.* 39. D. *de fam. ercisc.* Ne ex adnotatione Præsidis calumniam patiaris, id est, ne tibi calumniose quæstio moveatur: *l.* 10. *C. de sent. pass.* Collationis onus pati, id est, conferre cogi:

gi: *l.* 4. §. *ult. D. ad Leg. Rhod. de jact.*

PATIENS freni: *l.* 2. D. *de captiv.* aratri, dixit Ovid. *lib.* 14. *trist. eleg.* 6. *v.* 1.

PATIENTIAM præstare: *l.* 4. §. 1. *l.* 11. §. 2. & *l.* 12. D. *de aqu. & aqu. pluv.* id est sinere. Patientiam tollendo operi præstantem, in *l. ult. D. de interd.* id est sinentem tolli opus. Maritus, qui uxorem in adulterio deprehendit, *patientiam* adumbrare prætextu incredibilitatis non potest: *l.* 29. *D. ad Leg. jul. de adult.* id est tolerantiam.

PATRIA respectu cujusque hominis trifariam intelligitur. Alia originis, quam *germanam* M. Tullius vocat, estque natale cujusque solum unde ortum ducit. Alia domicilii, alia communis. In se autem patria nihil aliud est quam ejusdem populi natio simul congregati, iisdem legibus vivens & institutis. Et sic: Patriæ functiones, honores, ministerium, munia, ordo, stipendia, *l.* 79. 91. 106. 69. 93. 57. 79. *C. Theod. decurion.*

Patria communis Roma adpellatur: *l.* 6. §. 11. D. *de excus. l.* 19. *D. de interd. & releg.* Symmach. *Epist.* 5. 44. & 92. & *Epist.* 2. 2. Rutil. Numat. *itiner. v.* 63. Fecisti patriam diversis gentibus unam. Plura ejus generis collegit, & ab Antonini Caracallæ demum temporibus potissimum frequentata docet Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *c.* 7. *p.* 161. *sequ.* Quum vero & jam ante ea tempora *communis patriæ* nomine veniat Roma, apud Liv. *lib.* 23. *c.* 5. Cicer. *Agrar.* 4. 83. Senec. *consol. ad Helv. c.* 6. Aristid. *in Rom. p.* 375. recte dixeris, antea ita dictam tantum Romam *αὐξήσει* quadam oratoria, postea vere id nomen tulisse. Unde Modestinus *d. l.* 6. §. 11. *de excus.* eleganter, ait: *κοινῆς οὔσης τε καὶ νομιζομένης πατρίδος τῆς βασιλευούσης*, quoniam urbs regia & est, & habetur communis patria. Add. Cujac. *lib.* 24. *observ. c.* 33. *Hein.*

PATRIARCHA, id est, princeps patrum; quod nomen non solum apud Christianos & Hebræos, sed & apud Gentiles obtinuit. In Christiana ecclesia primis temporibus dicebantur iidem, qui & metropolitæ & archiepiscopi & primates. Postea autem supra metropolitanos constituti sunt superiores patriarchæ. Primitus datum est titulus tribus sedibus Romanæ nempe, Alexandrinæ et Antiochenæ; quæ præcipuæ erant imperii præfecturæ seu diœceses. Quibus dein accesserunt alii duo Episcopi, juxta politicæ dignitatis ordinem asciti, Constantinopolitanus & Hierosolymitanus. Tandem etiam minorum præfecturarum, quæ Græcis *ἐπαρχίαι* dictæ, episcopi eodem nomine insigniti sunt. Hinc *patriarchæ* dicti etiam Primates: Gregor. *VII. lib.* 6. *ep.* 35. Acceperunt prætereа in occidente titulum patriarchalem episcopi Aquileiensis & Gradensis, qui tamen postremus patriarchatus anno 1458. in Venetum episcopum a Nicolao V. translatus fuit, qui antea episcopus Castellanus nuncupabatur. *Patriarchia* responsa, in oriente olim magnæ auctoritatis, quæ, post rom. episcoporum epistolas, inter canones relatas, cum auctoritate canonica, ad hoc exemplum in oriente coeperunt valere & colligi, ut ex codice ecclesiæ orientalis constat, cui multa addita sunt a Trullanis patribus. *Patriarchiæ* seu *patriarchales*, quinque præcipue Romæ basilicæ adpellatæ, ut iis adjuncta palatia, *patriarchica*: sc. Lateranenis, S. Perri in Vaticano, S.

S. Pauli extra muros, S. Mariæ majoris & S. Laurentis extra muros.

Patritiani a quodam Patritio nuncupati sunt, qui subſtantiam humanæ carnis a diabolo conditam dicunt, *c.* 39, §. 47. *cauſ.* 24. *quæſt.* 3. Vide supra *paterniani.*

Patriciatus dignitatem dixit Caſſiodor. *lib.* 8. *Epiſt.* 9. Patriciatus præſentalis apud eumdem *lib.* 10. *Epiſt.* 9. Paull. Diacon. *lib.* 14. *adpend. Eutrop.* de Aetio: Nec multo poſt etiam patritiatus dignitatem conſequutus eſt. Caſſiodor. *in formula patriciatus*, *lib.* 6. *Var. epiſt.* 2. Patriciatus culmen aſcendere, quod quidam juridicorum a *patribus* dictum eſſe voluerunt. Et mox: Leges tantam illis reverentiam detulerunt, ut in ſacris poſitus, quum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ poteſtatis nexibus exuatur. Quod conſtat ratione probabili conſtitutum: ut qui ampliſſimum genium pretioſæ libertatis acceperat, viliſſimam conditionem cum ſubditis non haberet. Quæ Caſſiodori verba pertinent ad §. 4. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot.* & ſignificant patriciatum perpetuum honorem fuiſſe, & cingulo ornatum, cum juriſdictionem tamen exerceret nullam. Quod a Zenone Imperatore ſignificari arbitratratur Hottomannus in *l.* 3. *C. de conſulib.* ubi patriciatum honorarium Conſulatum adpellat: tum & a Caſſiodoro hunc epiſcopis honorem tribui ſolitum ſignificari: illis ſcilicet qui Conſtantinopolitani Eccleſiæ præfecti, patriarchæ dicebantur. Cujus ſententiam hanc eſſe aſſerit, ut quando in populi Romani religione patricii ſoli ſacrorum procurationem Romuli inſtituto gerebant, & rex quidam ſacrorum eſſet: non incommodum videatur, ſi in religione chriſtiana, qui ſacris præeſt, idem etiam magiſtratus ſummi ornamentis atque inſignibus decoretur. Obſervat etiam hoc ex eodem auctore, patriciatum non magiſtratus, ſed ordinis nomen fuiſſe: neque enim unus erat patricius, ſed complures, quaſi Senatus principes, qui certis antea magiſtratibus perfuncti erant: denique quales Romæ florente republica, Conſulares, Prætorii & Ædilitii fuerunt, quibus in Senatu curuli ſella uti, primiſque ſententias dicere jus erat. Quare quod in *l.* 3. *C. de conſulib.* legimus, patriciatus honorem cæteris omnibus anteponi, non ita accipi vult, quaſi ſummus eſſet aliquis magiſtratus: primum, quia magiſtratus, ut diximus, non erat: deinde quia Caſſiodorus, in formula patriciatus ſcribit, Conſulatum patriciatu ſuperiorem fuiſſe. Præfectorios, inquit, & aliarum dignitatum viros præcedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum etiam a nobis conſtat aſſumi, hoc eſt, ut ipſe interpretatur, Conſulatui. Præterea præfectum urbi ſummum omnium magiſtratum geſſiſſe conſtat ex *l.* 1. *&* *l.* 3. *C. de offic. præf. urb.* Et quod Caſſiodorus de præfectoriis ſcribit, conſtat de iis qui jam præfectura functi ſunt, intelligendum eſſe. Nomen autem a Romanorum patriciorum ſplendore ductum eſſe res indicat.

Patricius enim olim dicebatur, qui ex Senatoribus, qui patres vocabantur, nati erant. Vellei. Paterc. *lib.* 1. *c.* 8. Romulus, ait, centum homines electos, adpellatoſque patres, inſtar habuit conſilii publici. Hanc originem nomen *patriciorum* habet. Liv. *lib.* 1. *c.* 8. Centum creat ſenatores. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum ad-

adpellati. Adde Plutarch. *in Quæstion. Rom. Tom.* 2. *p.* 278. Sunt qui patricios adpellatos dicunt, quod patres ciere possent, a quo non abhorret Cincius apud Festum, cujus verba hæc sunt: Patricios, ait in libro de Comitiis, eos adpellari solitos, qui nunc ingenui dicantur. Sed verius est, juxta Vossium, *etymolog.* duas posteriores syllabas in voce *patricius* esse tantum *patris* vocis productiones, quemadmodum ab *ædilis* fit *ædilicius*, a *novus novicius &c.* Patricii autem non iidem sunt qui nobiles, ut vulgo creditur. Nobiles enim speciatim sumto nomine, omnes sunt ex plebeiis: ut supra in voce *nobiles* ostendimus. Nam Populus Romanus ita distinguebatur, ut alii *patricii* essent, alii plebeii. Patricii qui eorum Senatorum progenies erat, quos Romulus crearat. Hac tamen ætate, inquit Livius, antiquissimæ cujusque senatoriæ familiæ liberi patricii adpellantur: tales erant Clodius, Piso, Catilina. Plebeii vero, qui ex populo a Romuleis Senatoribus reliquo dimanarant: ut C. Antonius, C. Cassius, M. Cicero, T. Pompon. Atticus. Horum plebeiorum *nobiles* alii vero *novi homines* dicebantur. *Nobiles* quorum parentes curuli aliquo magistratu erant functi. *Novi*, qui primi ex sua stirpe, magistratum, curulem erant adepti. Quod Asconii auctoritate verum esse docemur, cujus verba supra in art. *nobiles* attulimus.

Patricii longe aliter in principum constitutionibus accipiendi sunt. In his enim Patricii, Imperatorum Consiliarii, quasi eorum *patres*, vocantur. Sic enim a Justiniano, in *l. ult. C. de consul. &* §. 4. *Inst. quib. mod. jus patr. pot.* & a Nicephoro *lib.* 13. *hist. eccles. c.* 1. & 4. vocantur, ut & a Claudiano *lib.* 2. *in Eutrop. v.* 68. cujus verba de Eutropio, patriciatus honore decorato, hæc sunt: Præsidium Legum, genitorque vocatur principis, & famulum dignatur regia patrem. Idem *Claudian. in prol. dicti libri, v.* 49. Ereptas quid plangis opes, quas natus habebit, - Non aliter poteras principis esse pater. Itaque Patricius πατὴρ βασιλέως a Luitprando *lib.* 3. *de reb. per Europ. gest. c.* 8. vocatur. Vide & Zosim. *lib.* 2. *c.* 40. & Justiniani *Nov.* 81. *præf.* Sic in *l.* 3. *C. ubi senat. & l.* 64. *in fin. & l. ult. C. de decurion.* & in Epistolis Justinianeis, *patriciorum nomen*, *patriciatusque dignitatem* accipe.

PATRIMONIALES fundi sunt, ad patrimonium principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo, vel perpetuo jure tenebantur, ut ostendit *l.* 20. *C. Theod. de extr. mun.* Sic *in rubr. C. de fund. patrim. & rubr. C. de collat. fund. patrim.* & *l.* 13. *C. de præd. min.* & *l.* 1. 2. 9. 17. *C. Theod. de extraord. mun. patrimoniales* accipe, cujus fundos, qui colunt, patrimoniales coloni vocantur: *l.* 7. *C. ubi caus. fisc. rubr. C. de fugit. colon. patrim.* Vetus Glossarium: Patrimonialia ἰδιόκτητα τοῦ βασιλέως. Ita *patrimonialem* possessorem accipe, in *l.* 4. *C. Th. de annon. & trib.*

PATRIMONIUM proprie est, quod nobis a parentibus relictum est, & a majoribus obvenit. Cic. *lib.* 2. *epist.* 16. Filio meo, si ulla erit respublica, satis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei. Idem *pro domo c.* 58. Liberis autem nostris amplum patrimonium paterni nominis ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem *lib.* 1. *de orat. c.* 5. Propugnator patrimonii defensor juris paterni. Et ita patrimonium accipe in *l.* 61. *D. de condict. indeb. & l.* 38. D. *famil. ercisc.*

At-

Atque ut a *patris*, ita a *matris* quoque nomine hereditaria bona matrimonii adpellatione censentur. Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 8. *Filius Afraniæ ex suo admodum amplo matrimonio* (itaque quippe melioris notæ manuscripti codices habent,) *viginti millia numum legavit* M. Seneca *Declam. lib.* 2. *Controv.* 1. Quid porro ista matrimonia, in quæ male servi ruitis? gaudia dominorum, an onera sunt. Sueton. *in Aug. c.* 40. Quum plerique equitum, attrito bellis civilibus *matrimonio* spectare ludos & quatuordecim non auderunt. L. Senec. *lib.* 1. *de benef. c.* 3. Matris quoque nomen ad rem indicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia late patentis matrimonii sit, (sic optimi codices) beneficia dividere: tamquam matri post filias soleat nomen imponi, aut poetæ vere nomina reddant. Vid. supra art. *matrimonium.* Dicitur tamen aliquando *patrimonium maternum*, ut in *l.* 1. *pr. C. Theod. de matern. bon.*

Patrimonium porro generaliter pro quibuscumque bonis accipitur, & ideo *in patrimonio esse*, & *in bonis esse* idem valent. Omnium rerum, quas in cujusque patrimonio esse constaret: *l.* 1. *D. de usufr. ear. rer.* id est, omnium rerum, quæ in bonis sunt, ut *l.* 1. D. *de usu & usufr. leg.* Apes in patrimonio nostro computantur: *l.* 8. §. *ult.* D. *fam. ercisc.* Peculium & ex eo consistit, quod velut proprium *patrimonium* servum suum habere quis voluerit: *l.* 39. *D. de pecul.* Res, quam in patrimonium suum convertit: *l.* 25. *D. de hered. pet.* id est, quam ex pretio rei distractæ comparavit. Quæ sunt in fisci patrimonio: *l.* 2. §. 4. D. *ne quid in loc. publ.* Ea prædia Cæsaris, quæ in formam *patrimonii* redacta sub procuratore *patrimonii* sunt: *l.* 41. §. *ult. D. de legat.* 1. *Patrimonii* munera: *l.* 1. D. *de mun. & honor.* quæ nempe sumtibus patrimonii & damnis administrantis expediuntur, ut in *l. ult* §. 18. D. *eod. tit.* Utroque *patrimonio* erogata, id est, ex re nepotis & aviæ: *l.* 34. *D. de negot. gest.* Et ita *patrimonium* accipe in *pr. Inst. de divis. rer. l.* 1. *D. eod. tit. l.* 3. §. 2. D. *de bon. possess. l.* 5. D. *de verb. signif. l.* 35. *D. de verb. oblig. l.* 14. §. 1. *D. de serv. corrupt.* §. 8. *Inst. de action. l.* 8. §. 4. *D. de inoff. test. l.* 32 *l.* 47. §. *ult.* D. *de pecul. l.* 3. §. 5. *D. de minor. l.* 16. D. *de religios. & sumt. fun. l.* 9. *D. rem pupill. salv. l.* 72. 77. §. 20. D. *de legat.* 2. *l.* 25. §. 16. D. *de hered. pet. l.* 101. *D. de legat.* 3. *l.* 22. D. *de usu & usufr. legat. l.* 3. §. 11. D. *de mun. & honor. l.* 3. *D. de ann. legat. l.* 112. §. *ult. D. de verb. oblig. l.* 4. §. 1. *l.* 5. D. *de mun. & honor. l.* 35. D. *de negot. gest. l.* 8. *C. de decur. l.* 6. *C. ad SC. Vellei. l. ult. C. de alim. pap. præst.*

P A T R I A potestas. Jus potestatis, quod cives Romani habent in liberos, quos ex justis nuptiis procreaverunt: §. 2. *Inst. de patr. potest.* Ea in pietate debet, non in atrocitate consistere: *l.* 5. *D. ad Leg. Pomp. de parricid.* Eadem dicitur etiam *patrium* jus in *l.* 132. *pr. D. de verb. oblig. & l. un. C. de emendand. propinq.* Cic. *Philipp.* 2. *c.* 8. Eumque non modo tua familiaritate, sed etiam congressione *patrio* jure & potestate prohiberet.

P A T R O C I N A R I. Indignus est, cui hæc exceptio patrocinetur, id est prosit: *l.* 2. §. 8. D. *si quis caut.* & ita *patrocinari* accipitur in *l.* 24. §. 9 *D. de fideic. libert. l.* 24. *C. Theod. de jud.* Dum mulier substituto patrocinatur: *l.* 12. D. *de mort. causs. donat.*

P A-

PATROCINIUM pro advocatione. Si ita sunt litteris eruditi, ut patrocinia desiderantibus præstare possint: *l.* 2. *C. de postul.* Add. *l.* 6. §. 1. *C. eod. tit. l.* 21. *C. Th. lustral. conlat.*

PATRONA. Diversa erant ex lege Papia *Patroni Patronæve* circa bonorum possessionem jura, quum paria utriusque ex Lege XII Tabularum essent. *Patronæ* ex bonis libertorum illud jus tantum habent, quod lex XII Tab. introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ, duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id juris dedit, quod patronus habet ex edicto: Ulpian. *Tit.* 29. §. 6. Add. Hein. *Commentar. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. lib.* 2. *c.* 22. §. 7. Hein.

PATRONATUS curiarum. Vid. sub art. *patronatus.*

PATRONUS. *Patronos* primum dixerunt Romani, auctore Zonara *in Romulo. Annal. Tom.* 2. *p.* 6. & Hesychio in *voc.* Πάτρονος, τῆς ἡγεμονικῆς ἢ βοηθικῆς, qui & Προστάται, a Græcis nominantur. Sic in Legibus XII Tabularum, adnotante Servio ad Virgil. *Æneid. VI. v.* 96. ad verba: *Et fraus innexa clienti. Patronus*, ait, si clienti fraudem fecerit sacer esto. Hi autem cum clientibus sæpe in jure juvarent, caussas pro iis agerent, hinc

Patronus causarum sive Advocatus dicitur, *qui pro altero præsenti defensionem in judicio præstat, causam legitimæ deducendo secundum jura.* Differt a Procuratore 1. quod Advocati munus est publicum, multis privilegiis gaudens, *l.* 4. *c. de Advoc. divers. jud.* virum juris peritum exigens; *l.* 2. *c. hoc tit.* at Procuratoris munus magis privatum est, & onerosum; *l.* 34. *c. de Decurion.* 2 Advocatus pro præsenti postulat: Procurator nomine absentis agit, & fit dominus litis; *c.* 1. *de Procurat. in* 6. 3. Procurator causam male agens actione mandati tenetur; *l.* 10. *c. de Procur.* Advocatus vero de prævaricatione tenetur; *l.* 1. *c. de Advoc. div. jud.* Advocati alii publici sunt; *c. de Advocat. fisci.* aut jurati, vel ordinarii; *l.* 1. §. 4. *ff. hoc tit.* Advocare possunt, qui jure non prohibentur; *l.* 43. *ff. de Procurat.*

Jure civili prohibentur pro se & aliis advocare hæretici non tolerati; *l. fin. c. hoc tit.* Minores 17 annis, *l.* 1. §. 3. *ff. hoc tit.* surdi, servi, mulieres; *l.* 1. 32. *ff. de leg. jur. l.* 1. §. 5. *ff. hoc tit.* cœci, & imperiti, *l.* 1. §. 6. *ff. hoc tit. l.* 4. *c. h.* qui licentiati aut Doctores non sint, maxime in Italia, Germania, Gallia. Alii ut fiscus *l.* 3. *c. ne fisc. vel Resp. Procurat.* Vasallus adversus directum Dominum; 2. *feud.* 33. potentiores, *tot. tit. ne liceat potentiorib.* Jure canonico advocare prohibentur excomunicati; *c.* 8. *de sent. excom. in* 6. Regulares nisi in causa cænobii sui; *c.* 2. *hoc tit.* sacerdotes *c.* 1. *& fin.* nisi certis casibus a jure statutis; *c.* 9. *ne cleric. vel Monach.* qui sine justa causa pauperi patrocinium recusavit; *l.* 1. *c. hoc tit.* & qui fraude & malis artibus utuntur; *l.* 3. *cod. hoc tit.*

Advocati de quota litis pacisci nequeunt, ante finitam litem; *l.* 5. *c. hoc tit.* Modestiam, fidelitatem, & veritatem servare tenentur; *l.* 38. §. 8. *ff. de pœn.* alienas lites emere aut redimere non potest; *l.* 22. *& seq. c. mandat.* At liquidæ actiones Advocatis vendi possunt; *l.* 23. *ff. de hæred. & action. vend. l.* 3. 9. *c. eod.* Causas justas suscipere debet, juxta legis naturalis præceptum; *Segovia cap.* 26. *n.* 90. in dubiis opinionibus piæ causæ favere debet; *l. Advocati DD. & Glos. cod. de Advocat.*

vocat. diverſ. jud. Advocati munus egregium eſt, *Caoſiod. l.* 2. *Var. epiſt.* 12. Omnibus dignis honoribus Imperatores Theodoſ. & Valentin. eos eſſe judicant. *Novell. de poſtul.* Ulpianus juriſconſultos appellat juris ſacerdotes : *de juſt. & jure.* S. Cirilus inter Deos indigitatos commemorat; *lib.* 2. *Glaphir. f.* 1. Salvator noſter Advocatus appellatur. *Joan.* 2. S. Bernardus Moyſem fidelem advocatum nominat: *epiſt. ad Suger.* Romani Carolum Imperatorem Advocatum contra Reges Longobardos inſtituerunt. *Ongoliſm. in vita Caroli* M. Advocati fuere pauperum. *Chron. MS. Galliæ, & Italiæ.* Inter Divos 50. ex Advocatis numerantur, *elog. juriſperit. in Dodic.* Legata Advocato Bibliotheca, omnis generis libri legati intelliguntur, ob ſummam ſcientiam qua ornati eſſe debent. *Cabrera in perfecto Advocato.* Quanti apud Romanos fuerint. *Hiſt. Rom. fol.* 269. Eorum elogia *in Dodic. per tot.* Dn. GIRON.

Patronus vel advocatus fiſci, quem Philoſtratus in Cyrino *lib.* 2. *de vit. Sophiſtr. n.* 29. τὴν τῦ ταμείυ γλῶτταν, linguam fiſci, Baſilius *in Epiſt.* συνήγορον τῦ ταμείυ, *advocatum* fiſci vocant qui interveniat pro fiſco, in aula apud Comitem theſaurorum vel ſacratum largitionum, in provinciis apud procuratorem Cæſaris, in urbe apud præfectum ærarii. Hunc primus inſtituit Hadrianus, ut refert Dio Caſſ. *lib.* 53. & Spartian. *in Hadr. c.* 20.

Sunt & *patroni* corporum, *l.* 2. *& l.* 22. *C. Theod. de piſtor. & l.* 9. *C. Theod. de focar. & pecuar. Novell. Valentin. de ſicar.* quod nomen frequenter in lapidibus occurrit, *patroni, clientis.* Etiam memoratur curiarum *patronatus* in *l.* 46. C. *Theod. de curſ. publ.* Urbis Vulſinienſium Principales, qui tamen *Patronorum* adepti fuerint dignitatem : *l.* 61. *C. Theod. de decur.* Nempe tum principales, tum alii, qui maxime grati curiæ, meritis in rempublicam, veluti annonæ curatione acceſſiſſent, *pro prærogativa laborum atque officiorum*, ut hæc lex diſerte ait, hac patronorum dignitate honorari ſolebant, cujus magna prærogativa fuit : ſic quidem etiam, ut ex alio ordine, alii quoque ad honorarium hunc curiarum *patronatum* adſpirarent; quod docet *d. l.* 46. *C. Theod. de curſ. publ.* Jac. Gothofr. in Commentar. *ad d. l.* 61. *C. Theod. de decur.*

Patroni in *l.* 1. *C. Theod. de ſalgam. hoſpit. non præb.* dominos prædiorum interpretatur Jac. Gothofredus.

PATRUELIS. *Amitini*, ut Non. Marcell. ait, ſunt fratrum maris & feminæ filii. *Patrueles* marium fratrum filii. Conſobrini ex duabus editi ſororibus, quaſi conſororini. Vetus Gloſſarium : *Patrueles* ſunt filii fratrum germanorum. Vet. Gloſſar. græcum : *Patrueles fratres* ἐκ πατρῴων δύω ἀδελφῶν προελθόντες παῖδες. *Patrueles ſorores* ἐξαδελφαὶ ἐκ πατρῴων. *Patrueles fratres* ex duobus patribus, qui fratres invicem ſunt, nati filii. *Patrueles ſorores*, conſobrinæ ex patribus. Gaius *in collat. Leg. Moſ. & Rom.* Fratres *patrueles*, id eſt, qui ex duobus fratribus generati ſunt, quos plerique etiam conſobrinos vocant. Sciendum eſt autem patrueles adpellari tum fratres quam ſorores. *Fratres patrueles, ſorores patrueles*, id eſt, qui quæve ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi conſororini : *l.* 1. §. *ult.* D. *de grad. & adfin.* Quarto gradu ſunt & illi, qui vocantur *fratres patrueles* : item *ſorores patrueles*, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ. Hi autem ſunt,

qui

qui ex fratribus vel ſeroribus naſcuntur. Quod quidam ita diſtinxerunt, ut eos quidem, qui ex fratribus nati ſunt *fratres patrueles*, item eas, quæ ex ſororibus natæ ſunt, *ſorores patrueles:* ex fratre autem & ſorore, amitinos, amitinas: eos vero & eas, qui quæve ex ſororibus nati natæve ſunt, conſobrinos conſobrinas, quaſi conſororinos: *l. ult.* §. 4. D. *eod. tit.* Quarto gradu ex obliquo, *frater patruelis*, *ſoror patruelis*, id eſt, patrui filius, filia. Conſobrinus, conſobrina, id eſt, avunculi & materteræ filius, filia. Amitinus, amitina, id eſt, amitæ filius, filia. Itemque conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcuntur. Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 11. Eos, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie *fratres patrueles* vocari: Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcantur, *ſorores patrueles* adpellari: §. 4. *Inſt. de grad. cognat.* Et ita intellige *fratres patrueles* in *l.* 26. D. *de SC. Silan.* & apud Cic. *lib.* 1. *de finib. c.* 5. Vellei. *Paterc. lib.* 2. *c.* 9. Nam cenſura Metellorum *patruelium* non germanorum fratrum fuit. Suet. *in Jul. c.* 29. C. Marcello, qui fratri Patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat. D. Ambroſ. *lib.* 8. *epiſt.* 66. Quum lex divina etiam *patrueles fratres* prohibeat convenire in conjugalem copulam, qui ſibi quarto ſociantur gradu.

PATRUUS eſt patris frater: *l.* 2. D. *de ſuis & legit. her. l. ult.* §. 3. *D. de grad. & adfin. l.* 5. *D. und. legit.* Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 11. §. 4. *Inſt. de grad. cognat.* Vetus Gloſſar. Græcum: *Patruus* ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος, ἐδὲ ἑλληνιςὶ, πατρῶος.

Patruus magnus, avi paterni frater: *l.* 1. §. 7. *l. ult.* §. 15. *v. patruus D. de grad. & adfin.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 11. §. 4. *Inſt. de grad. cognat.* Et ita in *l.* 1. *C. de ſucceſſ. edict.* & apud Spartian. *in Hadr.* patruum magnum accipe. Proavi noſtri frater idem patris vel matris *patruus magnus*, nobis *Patruus major* eſt: *l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin. l.* 38. §. 4. D. *de legat.* 3. *l.* 1. §. *ult. D. de conjung. cum emancip.* Qui & *propatruus* a Caio in *l.* 1. §. *ult.* D. *de grad. & adfin.* & a Paullo *lib.* 4. *Sent. tit.* 11. ut & a Juſtiniano §. 5. *Inſt. de grad. cognat.* vocatur. Feſtus: *Major patruus: avi & aviæ patruus.*

Patruus maximus eſt abavi frater: *l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* qui & *abpatruus* dicitur, in *l.* 3. *D. eod. tit.* & a Paullo *ibid.* & a Juſtiniano §. 6. *Inſt. de grad. cognat.* Superiora autem omnia illa nomina valde corrupta ſunt apud Iſidorum *lib.* 9. *orig. c.* 7. ea autem, uti ſubiere, reſtituenda ſunt. *Patrui mei pater mihi patruus magnus eſt: ego illi, filii fratris filius aut filia. Patrui* mei avus mihi *Propatruus* eſt: ego illi, filii aut filiæ nepos aut neptis. *Patrui* mei proavus mihi ab patruus eſt: ego illi nepotis filius aut filia.

PAVIMENTA & tectoria facere: *l.* 7. §. 3. *D. de uſufr.*

PAULLATIM, id eſt, per partes. Poſſeſſionem, quam *paullatim* locaverat; *l.* 41. *D. de jur. fiſc. Paullatim* venditore de eo, quod petierat, detrahente: *l.* 8. *C. de contrah. emt.*

Paullatim alias eſt tractu & ſucceſſu temporis: §. 3. *Inſt. de teſtam. l.* 11. & 13. D. *de legat.* 3.

PAULLIANA, ea actio adpellatur, per quam, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, revocantur: *l.* 38. §. 4. *D. de uſur.* Theophilus etiam in §. 6. *Inſt. de action.* ait, creditoribus bona debitoris ex ſententia præſidis poſſidentibus ad ea, quæ in fraudem & circumſcriptionem eorum alie-

nata sunt, revocanda, in rem actionem dari, quæ *Paulliana* adpellatur.

PAULLIANI a Paullo Samosateno exorti sunt, qui dixit, non semper fuisse Christum, sed a Maria sumsisse initium, *c.* 39. *cauf.* 24. *quæst.* 3.

PAULLUS *Julius*, vid. art. *Julius*.

Paullus Virginius Jurisconsultus. Ejus fit mentio in *l.* 2. §. 40. D. *de orig. jur.*

PAUPERIOR fieri dicitur, qui deminuit quid de facultatibus suis, ut loquitur *l.* 5. §. 16. D. *de donat. inter vir. & ux.* Proinde *pauperiorem* fieri, & *locupletiorem* adversantur.

PAUPERIES verbum est XII Tabularum, *damnum sine injuria facientis datum* significans, secundum Ulpiani interpretationem, in *l.* 1. §. 3. *D. si quadr. paup. fec.* quam & Justinianus transcripsit in *pr. Inst. eod. tit.* Festus *lib.* 14. *Pauperiem* damnum esse, definit, quod quadrupes fecit. Itaque Caper in *lib. de orthographia p.* 2243. *ed. Putschii*: Paupertatem a *pauperie* eo separat, quod paupertas ipsa sit conditio; *pauperies* vero damnum. Vetus glossarium Græcum: ἡ δίχα κακουργίας γινομένη ζημία ἐπὶ τῶν ἀλόγων, οἷον ἵππου, καὶ τῶν ὁμοίων. Pauperiem autem sine injuria esse dicitur, quod bestiæ omni ratione destituantur, sicque involuntarie agunt, injuriamque inferre omnino non possunt. Quod porro a quadrupede damnum datum dicitur: Has non ex pedum numero Romani æstimabant, sed ex eo, quod gregatim pascerentur, §. 1. *Inst. ad Leg. Aquil.* atque ita bestiæ vox plerumque his jungitur: Curatius loqui volentes jumenta quadrupedum nomine venire credunt. Vid. Bynkersh. *de reb. mancip. & nec mancip. VI. p.* 119. *seq.* Plane pauperiem tum demum factam aiebant Jurisconsulti, si quadrupes non provocata, sed proprio motu, tamen contra naturam damnum dederit; *pr. Inst. l.* 1. §. 4. *D. si quadrup. paup.* Si enim ab aliquo esset provocata, non pauperiei actio noxalis locum habebat, sed in solidum adversus provocantem agi poterat ex lege Aquillia: *l.* 1. §. 4. *D. si quadrup. paup.* Si secundum naturam generis sui, feralem bestia nocuisset, dabatur quidem utilis actio de pauperie, quæ & locum habet quando animal non quadrupes damnum dedit: *l.* 4. D. *si quadrup. paup.* Si secundum naturam nec feralem animal damnum dedit, veluti gramina depascendo, competebat actio in factum *de pastu pecorum*: *l.* 14. §. *ult. D. de præscr. verb.* quæ & ipsa, ut de pauperie actio, noxalis fuisse videtur: Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 15 §. 1. Sin dominus immiserat bestiam: actioni ex lege Aquillia locus erat: *l. ult. C. ad Leg. Aquil.* Denique qui verrem, aprum, canem juxta viam, ubi iter fit, habet, is ei, qui damnum æstimabile inde sensit, in duplum; vel, si liber homo occisus, in ducentos solidos; sin eidem nocitum, in id, quod arbitratur judex, tenetur ex edicto Ædilitio: §. 1. *Inst. si quadr. paup. l.* 42. *D. de Ædil. edict.*

PAUPERTAS. Nonnulli propter paupertatem accusare prohibentur, ut sunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent; *l.* 10. D. *de accus.* Unde adparet, *pauperes*, quod ad accusationem perferendam attinet, haberi eos, qui minus quam quinquaginta aureos in bonis habent. Cui conveniens est, quod Constantin. Harmenop. *lib.* 1. *Epist. tit.* 6. scribit: *Paupertas* dat excusationem, si quis imparem se oneri injuncto possit probare: *l.* 7. D. *de excusat.*

Paupertas pro patrimonio vel hereditate in *l.* 78. §. 12. D. *ad SC. Trebell.* ubi tamen Haloander legit *hereditatis*. At retineri poteſt vocabulum *paupertas*. Teſtatores enim, aliique poſſeſſores extenuandi cauſſa patrimonium vocabant variis nominibus, veluti peculium ὑποκοριστικῶς, id eſt, deminutive, ut ait Ulpianus *l.* 16. *pr.* D. *ad SC. Trebell.* item *frivola* pro ſuppellectile, *l.* 11. §. 5. D. *de pignor. act.* Vid. Bynkersh. *lib.* 6. *obſ. c.* 25. Hein.

PAX, hanc vocem a *paciſci* derivat Ulpian. *l.* 1. D. *de pact.* Pactum, inquit, a pactione dicitur. Inde etiam *pacis* nomen adpellatum eſt. Plura de hoc vocabulo ejuſque ἐτυμολογία invenies apud Menag. *in Amœn. jur. civ. c.*39. *p.*316. & Duker. *de latin. vet. juriſc. p.* 465. Hein.

Pax, *l.* 4. *C. Theod. de hæret.* hæreſibus opponitur.

PECCARE, eſt contra leges agere in §. 4. *Inſt. de SC. Tertull.* Peccare in corpus, ἁμαρτῆσαι ἐις τὸ ἑαυτȢ σῶμα. Juſtinian. *Novell.* 115. *c.* 3. §. 11. Phraſis ex D. Paullo ſumta 1. *Corinth.* 6. ὁ δὲ πορνέυων ἐις τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Scortator in proprium corpus peccat.

PECCATA nocentium nota eſſe & oportere, & expedire: *l.* 18. *pr.* D. *de injur.*

PECTINATUS. Lana legata, ſive ſuccida, ſive lota ſit, ſive *pectinata*, ſive verſicoloria, legato cedit. Paul. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 82.

PECTUS. Auguſti pectoris curas participantes: *l.* 3. *C. Theod. de metat.*

PECULATOR, eſt, ut ait Aſcon. Pædian. *in* 2. *Verrin.* qui furtum fecit pecuniæ publicæ. Tacit. *lib.* 1. *hiſtor. c.* 53. Mox compertum pecuniam publicam avertiſſe, ut *peculatorem* flagitari juſſit.

PECULATUS, *us*, eſt publicæ pecuniæ vel ſacræ furtum, non ab eo factum, cujus periculo fuit: *l.* 9. §. 1. *D. ad Leg. jul. pecul.* Itaque qui pecuniam publicam, ſacram, religioſamve abſtulerit, vel interceperit, in remve ſuam verterit, & qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuerit, lege julia peculatus tenetur: *l.* 1. 3. 14. D. *eod. tit.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* A pecore *peculatum* furtum publicum, & quum quid eſſet coactum in publicum, ſi erat averſum. Auctor *Rhetor. ad Herenn. lib.* 1. *c.* 12. Si quis *peculatus* accuſetur, quod vaſa argentea publica de loco privato dicatur ſuſtuliſſe, poſſit dicere, quum definitione ſit uſus, quid ſit furtum, quid *peculatus*, ſecum furti agi, non peculatus oportere. B. Auguſtin. Tract. 1. *in Joann. c.* 12. Peculatus, ait, dicitur furtum de re publica, & non ſic judicatur furtum rei privatæ, ſicuti publicæ. Feſt. *lib.* 14. *Peculatus* dicitur a pecore. Qui enim populum fraudat, *peculatus* pœna tenetur. Idem: *Peculatus* eſt nunc quidem qualecumque publicum furtum; ſed inductum eſt a pecore, ut pecunia quoque ipſa. Et rurſus: *Peculatus* furtum publicum dici cœptus eſt a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis eſſe cœpit, ſiquidem ante æs, aut argentum ſignatum, ob delicta pœna graviſſima erat duarum ovium & triginta boum. Iſidor. *lib.* 5. *c.* 26. Peculatus judicium in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, publicamque pecuniam intervertunt. Qui vero plus debito tributorum nomine exegerit, *peculatus* non tenetur: *l.* 2. *C. ex quib. cauſſ. infam. Peculatus* damnatus intelligi non poteſt, qui quum plus debito nomine debitorum exegiſſet, in duplum a Præſide condemnatus eſt.

PECULIARE dicitur, quidquid in peculio aut ex peculio eſt. Sic *peculiare* debitum: *l. ult. D. de novat.* mancipium: *l.* 4. §. 1. *in fin. D. de his, qui not. infam.* negotium: *l.* 4. §. 17. *D. de dol. mal. & met. except.* nomen: *l.* 3. §. 5. D. *de in rem verſ.* quod nempe filiusfamilias vel ſervus numis peculiaribus, vel alia re peculiari fecit. Alias *peculiari* nomine fieri dicitur, quod in cauſſam peculii fit, & ut in peculium vertatur: *l.* 16. §. *ult. D. de liberal. cauſſ.* Si ſervus tuus *peculiari* nomine emat rem: *l.* 2. §. 10. D. *pro emt.* id eſt, ex cauſſa peculiari: *l.* 44. §. *ult.* D. *de uſucap.* Si *peculiari* nomine crediderit: *l.* 32. D. *de ſolut. Peculiare* vinum: *l.* 9. §. *ult.* D. *de trit. vin. ol. Peculiaris* creditor: *l.* 18. §. 5. *D. famil. erciſc.* merx: *l.* 27. *D. de pecul.* obligatio: *l.* 16. *D. de novat.* ſervus: *l.* 3. §. 7. *D. de ſuis & legit.*

PECULIARITER, id eſt, peculiari cauſſa, vel peculiari nomine. Si ſervus merces *peculiariter* emerit: *l.* 1. §. 4. D. *de except. rei vend.* Ita *peculiariter* negotiari: *l.* 2. D. *de tribut. act.* mutuari: *l.* 3. §. 1. D. *de in rem verſ.* res parare: *l.* 3. §. 12. D. *de adquir. poſſeſſ.* tenere: *l.* 1. §. 5. D. *eod. tit.* nanciſci: *l.* 8. *pr. D. de uſucap.* adquirere: *l.* 1. §. *ult.* D. *de adquir. poſſeſſ.*

Alias *peculiariter* eſt pecuniariter. Actio ad exhibendum ei creditur competere, cujus peculiariter intereſt: *l.* 13. *D. ad exhib.*

PECULIARIUS pro *peculiaris*; *l.* 4. 5. D. *de pecul. l.* 4. §. 34. *D. de dol. mal. & met. exc.* Terminationem Græco more inflexam in hoc vocabulo non minus ferandam eſſe, quam illa: *ſingularius* apud Gell. *lib.* 17. *c.* 9. *intercalarius* apud Aſcon. Pædian. *in Milon. argum. pupilliarius* apud Perſ. *Sat.* 2. *v.* 19. *vulgarius* apud Gell. *lib.* 12. *c.* 10. & denique *articularius* apud Caton. *de re ruſt. c.* 158. & Plin. *Hiſt. nat. præf. lib.* 23. oſtenderunt Bynkersh. *lib.* 1. *obſ. c.* 25. & Ducker *de Lat. vet. Ictor. p.* 372. Hein.

PECULIATUS, peculio inſtructus: *l.* 13. §. 4. D. *de act. empt. l.* 18. §. *ult.* D. *de Ædil. edict.* Cic. *lib.* 10. *ad Famil. epiſt.* 32. Trajecit ſeſe in regnum Bogudis plane belle *peculiatus.* Apulei. *de Aſin. aur. lib.* 10. *p.* 247. Liberto acceptiſſimo & ſatis *peculiato.* Ambroſ. *lib.* 3. *epiſt.* 11. Quis autem *peculiatus* ad vitam æternam tranſit, niſi virtutum fultus peculio? Auguſtin. *Comment. in Pſalm.*38. *peculioſum* dixit. Huic contrarius eſt *expeculiatus*, quo verbo Plautus *Pœnul. Act.* 4. *ſc.*2. *v.* 22. utitur.

PECULIUM eſt puſilla pecunia quam ſervus vel filius familias a rationibus dominicis vel paternis ſeparatam habet: *l.* 5. §. 3. & 4. *D. de pecul. l.* 37. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.* Vetus Gloſſar. Græcum: *peculium*, *κτῆσις τȣ͂ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξȣσίᾳ ὄντος, τȣτέςιν υἱȣ͂ ἢ δȣ́λȣ*, *patrimonium ejus, qui in aliena poteſtate eſt, ut puta filii familias vel ſervi.* Apud Iſidorum quoque *lib.* 5. *c.* 25. Peculium eſſe traditur, quod pater vel dominus filium ſuum vel ſervum pro ſuo jure tractare patitur. *Peculium* igitur eorum duntaxat eſt, qui in aliena poteſtate ſunt: pater enim familias *peculium* habere non poteſt, quemadmodum nec ſervus bona: *l.* 182. *D. de verb. ſignif.* Quod ex juſta cauſſa corporaliter a ſervo tenetur, id in ſervi *peculio* eſt: & *peculium*, quod ſervus civiliter quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditur poſſidere: quod vero ex maleficiis adprehenditur, id ad domini poſſeſſionem ideo non pertinet, quia

nec

nec *peculii* cauffam adprehendit: *l.* 24. *D. de adquir. poffeff.* Add. Varron. *lib.* 1. *de re ruft. c.* 2. & quæ ad peculium fervorum pertinent: *l.* 47. §. 5. *D. de pecul.* Juven. *Sat.* 3. *v.* 189.

Quum vero uxores quoque olim in manum convenirent, adeoque in poteftate effent maritorum: illis quoque erat *peculium*, quod feparatim habebant a rationibus virorum. Alludit ad jus illud Plaut. *Cafinar. Act.* 2. *fc.* 2. *v.* 26. Ita eft, unde ea tibi eft? Nam peculii probam nihil habere addecet clam virum: & quod habet partum, ei haud commodum eft, quin aut viro fubtraxerit, aut ftupro invenerit. Hoc viri cenfeo effe, quidquid tuum eft. *Hein.*

Interdum autem pater dominufve liberam *peculii adminiftrationem* filio fervove concedebat, ceu docent *l.* 7. *D. de donat. l.* 46. *D. de pecul. l.* 28. §. 1. *D. de pact.* Enimvero, cui libera *peculii adminiftratio* conceffa erat, novandi, in dotem dandi, non item donandi jus habebat: *l.* 24. *D. de jur. dot. l.* 7. *D. de donat. l.* 28. §. *ult. D. de pact.* Cui *peculii adminiftratio* data eft, delegare debitum fuum poteft: *l.* 48. §. *ult.* D. *de pecul.* Add. *l. ult. D. de novat.* Libera autem *peculii adminiftratio* conceffa non permanebat in fugitivo, neque in fubrepto: *l.* 48. D. *de pecul.* Liberorum peculia poft mortem patris in hereditate dividenda, in communionem redigenda: *l.* 13. *D. famil. ercifc.* Horum fane antiquiffimis temporibus una eademque fuit natura, at poftea cœpit eorum effe differentia quo *peculium* vel *militare* eft; vel *paganum*, quorum illud in militia vel fagata vel togata eft partum, adeoque *caftrenfe* eft, vel *quafi caftrenfe.* Paganum vero vel *profectitium*, quale omne olim peculium habebatur, vel *adventitium.*

Peculium caftrenfe eft, quod occafione militiæ fagatæ filius adquirit: *l.* 11. D. *de caftr. pecul. l.* 1. *C. eod.* Nam & fi mulier filio viro militi ad caftrenfes militarefve res comparandas pecuniam reliquerit, ea *peculio caftrenfi* adnumerabitur, & hereditas quoque a commilitone in caftris, vel eo, quem per militiam cognovit, relicta, in eumdem numerum cedit: *l.* 3. 5. 19. *D. de caftrenf. pecul.* Sed & quod pater materve filio in militiam profecturo donat, *peculio caftrenfi* adgregatur: *l.* 23. §. 4. *D. de fideicom. libert. l.* 3. §. 4. D. *de don. int. vir. & ux.* Enim vero res demum mobiles, vel fe moventes a patre filio in militiam proficifcenti datæ, in *peculio caftrenfi* computantur. Diverfa cauffa eft prædiorum: *l.* 4. *C. famil. ercifc.* Sed nec eodem loco habetur, quod pater filio militi reverfo donat: *l.* 15. D. *de caftrenf. pecul.* At ne *caftrenfis* quidem *peculii* fiet, quod non per militiam notæ perfonæ filio familias ita donaverint, ut caftrenfis peculii fiat, propterea quod veritas non fubeft: *l.* 6. 8. *D. eod. tit.* Filii familias poffunt habere fubftantias, quæ patribus adquiri vetitæ funt; nec non *peculium*, vel *caftrenfe*, vel quod patre volente poffident: *l.* 7. *C. qui bon. ced.* Hujufmodi *peculium caftrenfe* a Juvenali *Sat.* 16. *v.* 51. Solis præterea teftandi militibus jus Vivo patre datur: nam, quæ funt parta labore Militiæ, placuit non effe in corpore cenfus, Omne tenet cujus regimen pater.

Quafi Caftrenfe peculium eft, quod filiis familias in palatina vel togata militia verfantibus vel clericis factis, quæfitum eft, ab eo, quod ad exemplum caftrenfis per fimilitudinem quamdam introductum eft, dictum: *l.* 1. §. 22. D. *de collat. bon. l.* 3. §. 5. *D. de*

bon. poſſeſſ. l. ult. C. de inoff. teſtam. l. 38. C. de Epiſc. & cler. quod & *veluti caſtrenſe* adpellatur in *l. 7. C. de adſeſſor. l. 4. l. 8. C. de advocat. diverſ. jud. l. 1. §. 6. D. ad SC. Trebell. l. ult. C. de collat.* Vetus Gloſſarium *peculium quaſi caſtrenſe* interpretatur τὸ ἐξ οἰκείȣ ἐπιτηδεύματος πεκȣ́λιον. Huicque adſcribitur quod quis in forenſi militia, immo per omnes artes liberales, vel per officium publicum, vel liberalitate principis vel Auguſtæ, adquirit; *l. 14. C. de advoc. diverſ. judic. l. ult. C. de inoff. teſt. l. 7. C. de bon. quæ lib.*

Profectitium peculium, quale olim omne fuit, eſt quod vel ex re patris profectum eſt, vel filio contemplatione patris obvenit: *§. 1. Inſt. per quas perſonas cuiq. adquir. Adventitium*, quod ex alia cauſſa ad filium familias pervenit paganica. In illo pater dominium, filius familias adminiſtrationem & ſpem eo potiundi habet: *l. 1. §. 4. D. de min. l. 31. §. 2. D. de donat.* In hoc ordinarie dominium penes filium: uſusfructus & adminiſtratio penes patrem eſt: *§. 1. Inſt. eod.* qui & filium emancipans dimidium uſumfructum retinet, *§. 2. Inſt. eod.*

Dixi ordinarie. Datur enim *peculium adventitium extraordinarium*, cujus & dominium & uſusfructus penes filium eſt, quo pertinet, (1) quod liberis ea lege relinquitur, vel donatur, ne uſusfructus ad patrem perveniat: *Nov. 117. c. 1.* (2) hereditas renuente patre adita: *l. ult. pr. §. 1. C. de bon. quæ lib.* (3) bona; in quæ filius una cum patre ſucceſſit: *Nov. 118. c. 2.* (4) bona, in quibus ex fideicommiſſo reſtituendis, pater, doloſe verſatus eſt: *l. 50. D. ad SC. Trebell.* & ſi qui alii ſunt ejuſcemodi caſus.

Actio *de peculio*: *l. 1. §. 1. & l. 2. D. quand. de pecul. act. annal. l. 30. §. 1. D. de pact. l. 41. D. de dol. mal.* Quæ & *in peculium* quandoque adpellatur: *l. 30. §. 1. D. de pact. l. 41. D. de pecul. l. 9. §. 4. D. de dol. mal.* Et ita *condictio in peculium*: *l. 19. D. de condict. furt. In peculium* actio: *l. 27. D. de pecul.* vel perſequutio: *l. 41. D. de furt.* De *peculio* actio introducta a Prætore, ut quamvis ſine voluntate domini negotium geſtum fuerit a ſervo, etiam ſi non ſit in rem ejus verſum, id tamen eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur: *§. 4. Inſt. quod cum eo qui in al. poteſt.* Actiones *de peculio* ideo adverſus patrem dominumve comparavit prætor, quia licet ex contractu filiorum ſervorumve ipſo jure non teneantur, æquum tamen eſt, *peculio tenus*, quod patrimonium eſt filiorum filiarumque, item ſervorum, condemnari eos: *§. 10. Inſt. de action.* Unam autem eamdemque fuiſſe actionem de *peculio*, & *de in rem verſo*, quæ duas haberet condemnationes, tradit Juſtinian. in *§. 4. Inſt. quod cum eo.* Sane principaliter nullæ de peculio actiones inſtituebantur, ſed acceſſionis adjectionisve loco aliis legitimis ac vulgaribus actionibus, quæ ex negotio cum ſervis geſto oriebantur, accedebant, & qualitas condemnationis moderandæ cauſſa aliis actionibus adjungitur: verbi gratia, redhibitoria *de peculio*, de dolo *de peculio*, condictio furtiva *de peculio*. Si ſervus ſit qui vendidit, vel filius familias, in dominum vel patrem *de peculio* ædilitia actio competit: *l. 23. §. 4. D. de Ædil. edict.* Si ſervus vel filius vendiderit, *redhibitoria in peculium* competit: *l. 57. D. eod. tit.* De dolo actionem ſervi nomine interdum *de peculio* interdum no-

noxalem dari. Nam etsi ea res est, in quam dolus commissus est, ex qua de *peculio* daretur actio, & nunc in *peculio* dandam: sin vero ea sit, ex qua noxalis: hoc quoque noxale furtum: *l.* 9. §. 4. D. *de dol. mal.* Ex persona filiæ quæ res amovit, dandam in patrem condictionem in *peculium: l.* 19. D. *de condict. furt.* Hactenus de *peculio* eorum qui sub aliena potestate sunt.

Peculii vero adpellatio Latine loquentibus latius patet. Nam & generaliter pro facultatibus usurpatur, ac vel ipsorum patrumfamilias bona peculii adpellatione continentur. Ulpianus etiam idem juris esse ait, si quis patrimonium suum fuerit rogatus, & si facultates, & si, quidquid habeo, & si censum meum, & si fortunas meas, & si substantiam meam, & si *peculium* meum testator dixerit, quia plerique ὑποκοριστικῶς patrimonium suum *peculium* dicunt: *l.* 16. D. *ad SC. Trebell.* Servius ad ea verba Virgilii *Eclog.* 1. *v.* 33. nec curæ peculi. *Peculi*, ait, aut antique dixit, quia omne patrimonium apud majores *peculium* dicebatur a pecoribus, in quibus universa constabat eorum substantia, unde etiam pecunia dicta a *peculio.* Aut certe, & hoc ad morsum temporum pertinet. Nam modo tantum servi *peculium* dicimus, ut invidiose patrimonium suum dixerit *peculium*, ac si servus esset, quia se diu apud Mantuam servisse memoravit. Plutarch. in *Poplicola p.* 103. *Tom.* 1. *op.* Διὸ καὶ τὰς ȣσίας ἄχρι νυν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκȣλια καλȣ̃σι. Propterea facultates etiamnum a pecudibus *peculia* adpellant. Festus: *Peculium* servorum a pecore item dictum, sicut & pecunia nobilium.

Peculii verbo utitur etiam Apuleius *lib.* 3. *de Asin. aur.* & *lib.* 10.

Est & alia *peculii* significatio, quæ a Celso traditur in *l.* 79. §. 1. D. *de legat.* 3. his verbis: Proculus ait, audivisse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine *peculio* fragilem esse; *peculium* adpellantes, quod præsidii caussa seponeretur.

Alia rursus significatio occurrit in *l.* 9. §. 3. *D. de jur. dot. l.* 31. §. 1. *D. de donat.* ubi παραφέρνη mulierum Gallis *peculium*, dici traditur, Gallis nempe cisalpinis. Add. Menag. *Amœn. jur. c.* 3. *p.* 7. *Peculii* tamen vocabulum ea notione non fuisse videtur Gallicum, quod visum Dionys. Gothofredo, sed latinum, & quidem propriissime inditum a *pecude*, quam parentes nupturæ filiæ ultra dotem dedisse videntur in Gallia cisalpina, provincia admodum compascua. Quin mansisse iste mos videtur in illo Italiæ tractu, etiam sub Gothis, & postea sub Langobardis, quorum in legibus ejusmodi παραφέρνη vocatur *Faderfium*, id est, *Vater Vieh*, *pecus paterna*, describiturque, quantum de alio dono, quando ad maritum ambulavit, pater aut frater ei dedit. *Leg. Langobard. lib.* 2. *tit.* 14. Vid. Gundling. *dissert. de exemt. uxor. c.* 2. §. 12. Hein.

PECUNIÆ nomine non solum numerata *pecunia*, sed omnes res tam soli, quam mobiles, & tam corpora quum jura continentur: *l.* 178. & 222. D. *de verb. signif.* Justinianus quoque in *l.* 2. *C. de constit. pecun.* Neminem, ait, moveat, quod sub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus, quum & in libris antiquis prudentium licet *constituta pecunia* nominabatur, tamen non *pecuniæ* tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quæ pondere, numero, mensura constitutæ erant. Et post: Ita res omnes veniant in constitutam actionem, tamquam si fuisset ipsa *pecunia* constituta:

 quum

quum etiam *pecuniæ* adpellatione omnes res significari definiant. *Pecuniæ* tamen adpellationem angustiorem esse, quam rei, ait Paullus in *l.* 5. *D. de verb. signif.* rei enim adpellatio etiam ea, quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continet: quum *pecuniæ* significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. D. Augustin. in *lib. de disciplin. Christianor.* Tertium, ait, quidquid homines possident in terra, omnia, quorum domini sunt, *pecunia* vocatur: servus sit, vas, ager, arbor, pecus: quidquid horum est, *pecunia* dicitur. Et ideo *pecunia*, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus ponebant. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Pecus ab eo quod perpascat, a quo *pecunia* universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus. Donat. *in Phorm. Terent. Act.* 2. *Sc.* 3. ad hæc verba: *Ac si talentum rem reliquisset decem.* More, ait, Romanorum, apud quos hereditas *pecuniæ* erat. Et ita in XII Tabul. *pecuniæ* verbum non solum *numeratam* pecuniam, verum omnia corpora complectebatur. Sic & de *pecunia* sua testari, id est, de bonis: *l.* 77. §. 24. *D. de legat.* 2. Eodem sensu in *l.* 5. §. 9. D. *de reb. eor. qui sub tut.* & *in l. ult.* §. 2. *C. de sent. pass.* & *restitut.* accipitur. In stipulatione quoque hereditatis hæc verba: *Quanta pecunia ad te ex hereditate L. Titii pervenerit*, omnia hereditaria corpora & jura complectuntur: *l.* 50. *D. de verb. oblig. l.* 36. *D. de pecul. l.* 20. §. 1. D. *de stipul. serv. l.* 97. D. *de verb. signif.* Sane ita accipe in eo Legis Juliæ capite, quod ab Ulpiano refertur in *l.* 64. §. *ult.* D. *solut. matrim.* verba hæc: Quod ait lex; *Quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato*, ostendit æstimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem præstare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit.

Est, quum in angustum revocatur *pecuniæ* nomen, ut ea tantum contineat: quæ pondere, numero, & mensura constant, veluti in hac scriptura, qua legatorum dies profertur, *quas pecunias legavi, quibus dies adpositus non est*; *l.* 19. & 30. *D. de legat.* 1.

Plerumque vero pecuniæ adpellatio strictius accipitur, & *numos* tantum comprehendit. Ipsius *pecuniæ*, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, fœnerandi usus vix diuturnus: *l.* 20. *C. de administr. tut.* Pecunia signata: *l.* 19. *pr.* D. *de aur. arg. leg. Pecunias* nulli emere fas est, nec vetitas contrectare, quia in usu publico constitutas pretium oportet esse, non mercem: *l.* 1. *C. Th. si qui pecun. conflav.* in quo toto titulo nihil aliud, quam numos significat *pecunia*, quo sensu ipsi etiam auro & argento opponitur apud Æl. Lamprid. in *Alex. Severo c.* 33. ubi, scenicis, inquit, numquam aurum, numquam argentum, vix pecuniam donavit.

Interdum autem *pecuniæ* verbum numeratæ adjicitur. Mutui dationem non solum numeratæ *pecuniæ*, verum omnium, quæ mutua dari possunt: *l.* 7. §. 3. D. *de SC. Maced. Pecuniæ* non numeratæ exceptio. Vid. supra sub art. *numerata pecun.*

Pecunia pro pretio rerum. Si non magnæ pecuniæ res fuerint: *l.* 4. §. 1. D. *de incend. ruin. naufr.*

Pecunia pro mercede locationis operarum. Quum servus fructuarius operas suas locasset, & eo nomine pecuniam in annos singulos dari stipulatus esset: *l.* 18. §. *ult. D. de stipul. serv.* Et ita intelligitur pecunia in *l.* 5. §. 2. D. *de præscr. verb. l.* 1. §. *ult. D. mand. l.* 7. §. 3. *D. solut. matr.*

Pecu-

Pecunia constituta, fœnebris, otiosa, nautica, trajectitia. Pecuniam agitare, exercere, occupare. Vid. suis locis.

PECUNIARIE agi: *l.* 10. §. 2. D. *de compensat.* vel pecuniariter: *l. ult.* D. *de privat. delict.*

Pecuniaria actio: *l.* 9. *D. de sepulcr. viol.* adpellatio: *l.* 2. *C. de procur.* caussa: *l.* 9. *pr. D. de offic. procos. l.* 22. D. *de SC. Silan.* ubi *pecuniaria* caussa significat caussam bonorum fisco vindicandorum, ut sit caussa fiscalis *pecuniaria*, ut ait *l.* 9. *C. de offic. procos. l.* 9. *D. de quæst. l.* 9. §. *ult. D. de Leg. Cornel. de fals. l.* 3. *C. si reus vel accusat.* id est, civilis. Proinde *pecuniaria* caussa & *capitalis* opponuntur: *l.* 1. D. *an per alium causs. adpell.* Compensationes, quæ ad pecuniariam caussam respiciunt: *l.* 15. §. 1. D. *solut. matrim.* ubi *morum coercitio* opponitur *pecuniariæ* caussæ. In *pecuniariis* caussis, si alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus est: Paul. *lib.* 1. *Sent. tit.* 1. nec inopia probationum servos contra dominum interrogari posse: *l.* 1. *C. de quæstion. Pecuniaria* coercitio: *l.* 2. D. *de publ. jud.* condemnatio: *l.* 6. §. 1. D. *de re judic.* disceptatio: *l.* 4. C. *de patr. pot.* dos: *l.* 56. §. *ult. D. de jur. dot.* lis: *l.* 11. *C. ad Leg. Cornel. de fals.* mulcta: *l.* 3. *D. de term. mot. l.* 3. §. 1. *D. de re milit.* pœna: *l.* 4. D. *de custod. exhib. reor. l.* 9. D. *de religios.* res: *l.* 9. *C. de quæst. l.* 61. §. *ult.* D. *de judic. l. ult.* §. *ult. D. ad SC. Turpil. l.* 1. D. *an per al. causs. adpell. l.* 37. *D. de fideic. libert.* sententia: *l.* 1. §. *ult. D. de quæst.*

Pecuniarium fideicommissum adpellatur, quo res quælibet extra libertatem per fideicommissum relicta est. Atque ita fideicommissæ libertatis præstationi opponitur: *l.* 24. *in pr.* & §. 4. *l.* 26. *l.* 39. & *l.* 45. §. 1. D. *de fideicommiss. libert.* Interdum *pecuniarium* fideicommissum adpellatur, quo res singulæ per fideicommissum relinquuntur: *l.* 14. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.*

Pecuniarium nomen nomini corporis alicujus opponitur: *l.* 8. D. *de pignor. act.*

PECUS, *udis*, & *oris*. Pecoribus legatis Cassius scripsit, quadrupedes contineri, quæ gregatim pascuntur: *l.* 65. §. *ult. D. de legat.* 3. Ulpianus ad hæc ædicti Ædilitii verba: De cetero quoque pecore omni. Aliud significant jumenta, aliud significatur *pecoris* adpellatione. Boves utique pecoris adpellatione continebuntur: *l.* 38. §. 4. & 6. *D. de ædil. edict.* Non tamen perpetuum esse illud *jumentorum* & *pecoris* discrimen, præter alios locos, vel sola, *l.* 9. C. *Theod. de re milit.* ostenderit. Ibi enim equi, qui *in princ.* legis *jumenta*, mox generali adpellatione *animalia*, & *sub fin. pecora* vocantur. Add. Dion. Gothofred. *ad d. l.* 38. D. *de Ædil. edict. lit. i.* Si *pecoris* usus relictus est: puta gregis, ovilis, ad stercorandum usurum duntaxat: *l.* 12. §. 2. *D. de usu & habit.* Qui *pecus* alienum in agro suo deprehenderit, non jure id includit: *l.* 39. D. *ad Leg. Aquill.* Quamvis alienum pecus in agro suo deprehendisset: sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset. *ibid. Pecoris* ad aquam adpulsus: *l.* 14. §. *ult. D. de alim. & cibar. leg. l.* 1. *D. de servit. præd. rust.*

Pecora prædiis imponere, id est, *stercorare*, inter impensas utiles in dotem factas, habetur: *l.* 14. §. 1. D. *de impens. in res dot. fact.* Id intelligendum de more ruri apud nos usitatissimo, oves gregatim includendi cratibus, ut noctem ibi agentes alvumque egeren-

tes fimo agrum pingue faciant, paftoribus interim in plauftello pernoctantibus. Quod recte jam animadvertit. Jo. Brodæus *Mifcellan.* x. 15. *Hein.*

Pecudum nomine in lege Aquillia continentur omnes quadrupedes, quæ gregatim habentur: veluti oves, boves, equi, muli, afini, fues. Canis vero inter *pecudes* non eft, longeque magis beftiæ eo numero non funt: *l.* 2. & 29. §. 6. *D. ad leg. Aquill.* licet alibi grex ovium a bobus & equis difcernatur: *l.* 12. §. 2. 3. & 4. *D. de ufu & habit.*

PEDAMENTA funt pali vitibus fulciendis fuftinendifque cauffa parati: in *l.* 1. §. *ult. D. de tign. junct. l.* 3. §. 1. & 6. §. *ult.* D. *fervit. præd. ruft. l.* 10. *D. de ufufr.* Græci πάρακας vocant.

PEDANEUS adpellatur judex datus & delegatus, feu fpecialis, quafi imi fubfelli judex: *l.* 3. §. 1. D. *ne quis eum, qui in jus voc. l.* 4. D. *de tut. dot.* juncta: *l. ult. C. de offic. præft.* A Theophilo *pr. Inft. de interd.* χαμαιδικάςης adpellatur. Anianus ad Paull. *lib.* 5. *fent. tit.* 28. §. 1. *Pedanei*, ait, judices, id eft, qui ex delegatione cauffas audiunt.

In Conftitutionibus vero Imperatorum, qui humiliora negotia difceptabant, judices, de levibufque & minimis quibufque cauffis cognofcebant, pedanei vocantur: *l.* 4. §. *ult. C. de pedan. judic. l. pen. C. de pact. l.* 2. *C. de libert. & eor. lib. l.* 11. *C. de fals. l.* 13. *C. de judic. l. ult. C. ubi & apud quos.*

PEDE *plana* in *l.* 7. *C. de metat. & l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* funt pars illa ædificii folo proxima, quæ pede plano aditur. Græci vocant ἐπίπεδα. Simili fenfu *plani pedis ædificium* dixit Vitruv.

PEDES equiti adverfatur: *l.* 12. *D. de fervit. præd. ruft.*

PEDESTRE iter: *l.* 1. §. 14. *D. de flumin.*

PEDICULI. Eorum fit mentio: *l.* 32. *D. de aur. arg. Legat. Pediculis* argenteis adjuncta figilla ænea. Pancirolo *lib.* 1. *var. c.* 44. *pediculi* funt bafes argenteæ, figilla ftatuæ æneæ cubitales vel palmares. Sed quis ftatuas æneas imponeret bafibus argenteis? Hinc *pediculis* argenteis Bynkersh. *obs. lib.* 4. *c.* 23. legit *reticulis* argenteis, quæ ad mundum muliebrem pertinuerunt. Res incerta eft, & de qua præter conjecturas vix quidquam proferas. *Hein.*

PEDISSEQUUS, qui dominum fequitur: *l.* 65. *pr. D. de legat.* 2. *l.* 17. *D. de alim. & cib. legat.* Sed & *pediffequas* ancillas memorat: *l.* 59. *D. de manum. teftam.* & Terent. *Andr. Act.* 1. *fc.* 1.

PEDIUS *Sextus* Jurifconfultus. Vid. *Sextus.*

PEDULES *fafciæ*, pedum tegmina, quæ tamen ufum calceamentorum non præftant. Unde vefti cedere eas, quod partem corporis veftiant, ait Ulpianus, *l.* 25. §. 4. D. *de aur. arg. leg.*

PEGASIANUM SC. Pegafo & Pufione Coff. Vefpafiani Augufti temporibus factum: §. 5. & 6. *Inft. de fideic. hered.* Cujus tria capita funt: *unum*, ut ei, qui rogatus effet hereditatem reftituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque lege Falcidia ex legatis retinere concedebatur. *Alterum*, quo ex fingulis quoque rebus, quæ per fideicommiffum relinquerentur, eadem retentio permiffa erat. *Tertium* & quidem præcipuum erat, quo cavetur, ut fi recufaret fcriptus heres adire hereditatem, ob id, quod diceret, fibi fufpectam effe quafi damnofam: defiderante eo, cui reftituere rogatus erat, juffu prætoris adire, & reftituere hereditatem

co-

cogeretur, perindeque ei, & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac si ex Trebelliano SC. restituta fuisset. Et Trebelliano quidem SCo locus erat, si non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres restituere rogatus esset: quo casu ei, & in eum, qui hereditatem recipiebat, tamquam in heredem ex eo SC. actiones hereditariæ pro rata parte transibant. *Pegasiano* vero locus erat, si plus quam dodrantem, vel etiam plusquam totam hereditatem restituere rogatus esset: ac quarta retenta, si hereditatem restituisset, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur. Verum Justinianus hoc SCo exploso, totam ejus vim in SCum Trebellianum transtulit. Quæ omnia ex Ulpian. *tit. 26.* & Paull. *lib. 4. Sent. tit. 4.* Justiani *Inst. tit. de fideicomm. hered.* & *l. 2. §. 6. C. de vet. jur. enucl.* sumsit Brisson.

PEGASUS Jurisconsultus Proculo successit, qui temporibus Vespasiani præfectus urbi fuit: *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Hanc ejus præfecturam urbis attingit Juvenal. *Sat. 4. v. 77.* his verbis: Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi. Villicum enim vocat, quasi urbis custodem, nec tamen quasi urbis, sed quasi villæ fundive villicum dixit: propterea quod incendio magna ex parte absumta fuerat sub Nerone. Ad quem versum vetus interpres: *Pegasus*, inquit, Trierarchi filius, ex cujus Liburnæ parasemo nomen accepit, juris studio gloriam memoriæ meruit, ut liber vulgo, non homo diceretur. Hic functus omni honore, quum provinciis plurimis præfuisset, urbis curam administravit. Hinc est *Pegasianum* scilicet jus, quod juris peritus fuerat.

At quum Pomponius in *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Pegasum præfectum urbis functum scribat sub Vespasiano, Juvenalis vero testimonium ad Domitiani tempora pertineat: Pegasum bis præfectum urbi fuisse oportet. Ceterum & de ejus consulatu testem habemus Justinianum §. 5. *Inst. de fideic. hered.* Hein.

Pegasus autem, quod Proculeianus esset, merito Proculo sociatur, in *l. 7. de senator. l. 30. D. de pecul. l. 18. D. de negot. gest. l. 27. D. de adquir. rer. dom.* Labeoni etiam consentit, in *l. 12. §. 3. D. de instr. vel instr. leg.* & *l. 95. §. 7. D. de solut. & liberat.* ut & Nervæ filio, *l. 2. §. ult D. de his qui not. infam. l. 6. §. 4. D. de pecul.* A Proculo tamen dissentit in specie: *l. 11. §. ult. D. de jurisd.* Ibidemque Cassio, licet diversæ scholæ auctori, assentitur, ut & *in l. 12. §. 2. D. de usufr.* Sabinus quoque & *Pegasus* in eadem sunt sententia, in *l. 4. D. de condict. ob turp. causs.* contra diffident in *l. 115. D. de verb. oblig.* *Pegasi* quoque sententiam Julianus sequitur, *l. 25. §. ult. D. de usufr.* Discordant *Pegasus* & Aristo, *l. 19. D. de hered. inst.* Citatur a Pomponio *Pegasus*, *l. 22. §. 1. D. de legat. 3.*

PEGMA, *tis*, substructio est, in theatris maxime usitata. *Pegmatum* fit mentio in *l. 12. §. 25. D. de instr. vel instr. legat.* in qua Ulpianus ait, in emtione domus specularia & *pegmata* cedere, sive in ædificio sint posita, sive ad tempus detracta. Unde adparet, non in theatris modo, sed & in ædificiis privatis *pegmata* habita.

PELAGIANI a Pelagio Monacho exorti. Hi liberum arbitrium divininæ gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda jussa divina: *c. 39. causs. 24. quæst. 3.*

Pel-

PELLICEM Massurius scribit, apud antiquos eam habitam, quæ quum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine amicam, paullo honestiore, concubinam vocari. Granius vero Flaccus, *pellicem* nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat, quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴ Græci vocant: *l.* 144. *D. de verb. signif.* Secundum illam Granii definitionem Gell. *lib.* 4. *c.* 3. Pellicem adpellatam probrosamque habitam, quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii caussa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus: *Pellex* aram Junonis ne tangito. Si tangit, Junoni crinibus dimissis agnum feminam cædito. *Pellex* autem quasi πάλλαξ, id est, quasi παλλακὴ, (id est, concubina,) uti pleraque alia ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est. Sex. Pomp. *Pellices* nunc quidem adpellantur alienis incumbentes non solum feminæ, sed etiam mares. Antiqui eam proprie *pellicem* nominabant, quæ uxorem habenti nubebat. Add Ægid. Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 39. & Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 156. *seq.*

PELLIONES memorantur in *l.* 6. D. *de jur. immun.* & *l.* 1. *C. de excus. artif.*

PELLIS *Pelles* Babylonicæ & Parthicæ: *l. ult.* §. 7. D. *de publicam.* Parthicæ autem pelles non aliæ sunt, quam Ibericæ vel Sibericæ. Vid. Isaac. Voss. *in nat. ad Catull. p.* 190. *Hein. Pelles* indutoriæ apud Paull. *lib.* 3. *tit.* 6. §. 79. de quibus *l.* 25. §. 3. D. *de aur. arg. legat. Pelles* lanatæ, in *l.* 70. §. 1. D. *de legat.* 3. Ut *pelles* teutoriæ ad tabernacula & teutoria paratæ, apud Trebell. Pollion. in *Claud. c.* 14. de quibus, *l.* 7. D. *de supellect. legat.* accipienda est. Solebant enim antiquitus sub pellibus milites degere. Q. Curt. *lib.* 7. *c.* 8. Sæpe pellibus tabernaculi allevatis, ut conspiceret hostium ignes. Ammian. Marcellin. *lib.* 19. *c.* 6. Sub pellibus que exercitu diffuso, ait, per Istri fluminis margines barbaros observabat.

PENARIA cella. Vid. *pennaria.*

PENATES pro domo. Qui sine commeatu aliquo annum in propriis penatibus transegerint: *l. ult. C. de commeat.* Et eo significatu accipiuntur penates in *l.* 2. *C. de exhib. & transmitt. reis.*

PENDERE, secunda producta, dicitur quod in suspenso est. Quod *pendet* non est pro eo, quasi sit: *l.* 169. §. *ult.* D. *de regul. jur.* Dum *pendet*, an convalescere possit testato donator: *l.* 16. *D. de mort. causs. don.* Ita *pendere* dicitur actio: *l.* 9. *D. de negot. gest.* actus: *l. ult.* D. *commun. præd.* conditio: *l.* 12. §. *ult.* D. *de usufr.* patris intentio: *l.* 14. *D. de inoff. test.* jus matris: *l.* 2. D. *ad SC. Trebell.* legis Falcidiæ ratio: vel caussa *l.* 51. D. *ad Leg. Falcid. l.* 31. D. *eod. tit.* mutui datio: *l.* 8. *D. de reb. cred.* patria potestas: Ulp. *tit.* 10. §. 4. status pupillorum: *l.* 3. §. 5. *D. de Carbon. edict.* traditio: *l.* 11. §. 7. *D. de don. int. vir. & ux.*

In *pendenti* esse eodem significatu est in *l.* 62. & 82. *D. ad leg. falcid. l.* 22. *D. de liber. leg. l. ult.* §. *ult. D. ad SC. Tertull. l.* 19. *D. de manum. vind. l.* 6. §. *ult.* D. *de tutel. l.* 12. §. *ult. l.* 25. §. 1. D. *de usufr. l.* 20. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 16. §. 5. D. *de fidejuss. & mand. l.* 80. D. *de jur. dot. l.* 18. & 21. *l.* 26. *D. de stipul. serv. l.* 28. §. *ult.* D. *de solution. l.* 106. *D. de verb. oblig.*

l. 15.

l. 15. D. *de usuc. vel usurp. l.* 43. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* Si in *pendenti* habeamus dominia : *l.* 19. §. *ult. D. de castr. pecul.* Neque est, quod quemquam hæc offendat loquutio, quum & *in certo*, *in occulto*, *in obscuro*, *in dubio*, *in integro est* inveniatur apud bonæ Latinitatis auctores. Vid. Ducker *de Latin. vet. Ictor. p.* 389. *seq. Hein.*

Pendere etiam dicitur, quod necdum finem accepit, nec terminatum est. Sic *pendere* dicuntur adpellatio : *l.* 21. §. 1. D. *de adpell. & passim.* caussa adpellationis : *l. ult.* §. *ult.* D. *de adpell.* tempus adpellationis : *l.* 5. *C. si reus vel accus.* probatio : *l.* 3. & 4. *C. si pend. adpell.* caussa : *l.* 2. *C. ut lit. pend.* controversia : *l.* 1. *C. de alien. pup. præst.* judicium : *l.* 61. §. 1. *ult.* D. *de furt.* lis : *l.* 2. *C. de litigios.* & *rubr. C. ut lit. pend. Sub.* Sub consultationis ambiguo jugi expectatione pendere : *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* Sic & opera dicuntur pendere, quum cœpta non absolvuntur : *l.* 29. *C. Th. de op. publ.*

Pendere etiam dicitur, quod aliunde proficiscitur, manet, sustinetur. Sic *pendere* dicuntur actiones quædam ex bonis defuncti : *l.* 66. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* conditiones ex famosis caussis : *l.* 36. *D. de oblig. & act.* libertas ex conditione : *l.* 16. §. 4. *D. qui. & a quib. manum.* vel ex morte : *l.* 18. *D. de manum. test.* ex jurisdictione quæstio : *l.* 88. D. *de solut.* stipulationes ex negotio : *l.* 5. D. *de verb. oblig.* æs alienum ex quæstu : *l.* 12. D. *pro soc.* lucrum ex societate : *l.* 38. D. *eod. tit.* actus ex tutela : *l. ult.* §. *ult.* D. *de dol. mal. except.* Testamentorum jura non ex alieno arbitrio pendere debent : *l.* 12. *pr.* D. *de hered. inst.*

Pendere quoque id dicitur, quod nondum existit, & cujus eventus exspectatur, veluti conditio : *l.* 12. §. *ult. D. de usufr. l.* 16. D. *de condict. indeb.* dies : *l.* 10. D. *de adsign. libert.* novatio : *l.* 60. §. 1. D. *de condict. indeb.*

Pendere etiam fructus dicuntur, qui solo cohærent, ut adparet ex *l.* 61. §. 8. D. *de furt. l. ult.* §. 6. *D. quæ in fraud. credit.* & ex Paullo 3. *sent.* 6. §. 46. Fructus *pendentes* pars fundi videntur : *l.* 44. D. *de rei vind. Pendens* oliva dicitur in *l.* 39. §. 10. *D. de contr. emt. Pendens* vindemia, nondum lecta, in *l.* 25. D. *de act. emt.*

Pendere etiam dicebantur edicta, quæ proponebantur. Lamprid. in *Alex. c.* 45. Tacebantur secreta bellorum: itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum *penderet* ante menses duos. Auson. in *Gratiar. act.* Has ergo litteras tuas in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti *pendere* mandavero. Et quod est apud Euseb. *lib.* 8. *hist. eccles. c.* 5. προτεθῆναι γραφὴν, Ruffinus *edicta pendere* vertit.

PENDERE secunda correpta, significat solvere & præstare. Sic *pendere* pœnas : *l.* 20. *D. de oblig. & act.* Festus : *pendere* pœnas, solvere significat, ab eo, quod ære gravi eum uterentur Romani, *penso* eo, non numerato debitum solvebant. Unde etiam pensiones dictæ. Pœnas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur. Sic *pendere* sumtus : *l.* 52. §. 15. *D. pro soc.* tributum : *l.* 24. *D. de præscr. verb.* usuras : *l.* 37. *D. de usur. & passim.*

Pendere metaphorice, pro trutinare. Sic penso consilio fecit : *l.* 3. §. 2. D. *de admin. & peric. tut.*

PENES te, amplius est, quam apud te. Nam apud te est, quod quali-

qualitercumque a te tenetur: *penes* te est, quod quodammodo a te possidetur: *l. 63. D. de verb. signif.* Si hæ *penes* te sunt tabulæ: *l.* 1. D. *de tab. exhib.* Si pecunia *penes* argentarios sit: *l.* 15. §. 11. D. *de re judic.* Tutores, qui negant, habere ad alendos pupillos *penes* se aliquid: *l.* 7. §. 8. D. *de admin. & peris. tutor.* Add. *l.* 7. §. 10. *D. eod tit.* Is penes quem depositum: *l.* 5. §. 2. D. *commod. l. 29. pr. D. depos. l.* 3. §. 5. *D. de legit. tut.* relictum est: *l.* 5. §. 14. D. *commod.* tutela *penes* patronos est: *l.* 3. §. 5. D. *de legit. tut.*

PENETRALIA regalis aulæ: *l.* 12. *C. Theod. de medic. & profess.*

PENSARE pro compensare: *l.* 33. D. *solut. matr. Pensare* lucrum cum damno: *l.* 11. D. *de negot. gest.* creditum cum pretio: *l.* 4. D. *qui pot. in pign.* fructus mercedis nomine: *l.* 35. §. *ult.* D. *locat.* Et ita pensare accipitur; in *l.* 18. D. *de pign. act. l.* 13. §. 2. D. *de pign.*

Pensare alias est ponderare, trutinare. Sic res, quæ numero, pondere, & mensura constant, a Caio Inst. *lib. 2. tit. 9.* §. 1. describuntur: quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo damus. Metaphoriæ vero est expendere, examinare. Ita *pensare* partium allegationes: *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* dicta hominum ex personis: *l. un. C. si quis Imp. maled.* Hor. *lib. 2. Epist. 1. v. 29.* Romani pensantur eadem Scriptores trutina.

PENSATIO, pro compensatione: *l.* 39. *D. solut. matrim. l.* 67. §. 3. & §. 4. *D. de legat.* 2. *l.* 18. D. *commod. l.* 52. §. 2. *D. famil. ercisc. l.* 8. §. 2. D. *de negot. gest.*

PENSIO proprie est merces inhabitationis ædium alienarum, quæ Græce ἐνοίκιον dicitur. Sic *pensiones* ædium: Suet. *in Claud. c.* 47. & *in Neron. c.* 44. insularum: *l.* 55. *D. de cond. indeb.* ædificiorum: *l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1. prædiorum urbanorum: *l.* 7. §. 11. D. *solut. matr. l.* 35. *D. de usur.* Pensiones calendis Martiis inferri: *l.* 58. *pr. D. de usufr.* Sed & agri fundive locati merces, quæ a colono præstatur, *pensio* adpellatur: *l.* 88. D. *de usufr. l.* 58. D. *de fidejuss. & alibi.*

Pensio alias præstationem solutionemve certis temporibus & portionibus divisam significat. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* vocabula enumerans ab ære impendendo derivata, inde *prima pensio & sic aut secunda, aut quæ alia. terminos solvendi* vulgo vocamus. Stichus annua, bima, trima die, denos aureos heredi si dederit, liber esse jussus est, si prima *pensione* stetit per heredem, quo minus acciperet decem, exspectandam esse primam pensionem, quia & tempus adjectum est, & adhuc supersunt duæ pensiones: *l.* 3. §. 13. D. *de stat. lib* ibidemque *primam*, *sequentem* & *tertiam pensionem* observare licet. Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, trigenta forte dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adjectum, æquis *pensionibus*: *l.* 3. D. *de ann. legat.* Si ita sit legatum: Heres meus Titio decem trima die dato, utrum pensionibus, an vero post triennium debeatur: *l.* 3. §. 5. *D. eod. tit.* Lex Falcidia si interveniat, in omnibus pensionibus locum habet: *l.* 47. *D. ad leg. falcid. Pensiones* vectigalium: *l.* 10. §. *ult.* D. *de publican.*

Pensiones trientes pro trientario fœnore dixit Lamprid. *in Alexand. c.* 26. Columell. *de re rust. lib.* 10. *in præf.* Fœnoris tui, Sylvine, quod stipulanti tibi spoponderam, reliquam pensiunculam percipe.

Alia hujus vocis significatio est in

in *l.* 4. *C. Theod. de canon. frum. urb. Rom.* ubi *penſiones aquæ* molarum, explicante Jac. Gothofredo, ſunt moduli aquarum, quibus aqua expenditur, ſeu erogatur: & ſic *expenſiones.* Nimirum modulos hos aquæ a principe, aut etiam annonæ Præfecto, ejuſve officialibus privati vel petebant, vel proprio auſu per furtivos meatus, &, ut loquitur: *l.* 10. *C. de aquæd.* clandeſtinis inſidiis, fontibus & aquæductibus publicis ſurripiebant, ad irrigationes ſcilicet ſuorum agrorum, bonorumque delicias, ad balnea item & nymphæa, molaſque privatas, prout fieri conſueviſſe docent: *l.* 10. *&* *l.* 4. 7. 8. 9. *C. Theod. eod. tit.* quæ & ſevere temerarios ejuſmodi auſus atque improbas petitiones inhibent, ſtatutiſque quinque librarum auri aliiſque pœnis plectunt.

PENSITARE uſuras: *l.* 5. C. *de pact. int. emt. & vend.* quod verbum etiam de tributorum collatione uſurpatur: *l.* 8. *C. de excuſ. mun. l.* 1. 7. 35. *C. Theod. de annon. & trib. & alibi.*

PENSITANDA, pro functionibus fiſcalibus, *l.* 6. *pr. C. Theod. de patrocin. vic.*

PENSITATIO auri, quod negociatoribus indicitur: *l.* 9. *C. Th. de luſtr. conl.* ænei frumenti: *l. un. C. Theod. de frum. Carthag.* publica: *l.* 2. *&* 3. *C. Theod. & Juſtin. ſine cens. & reliq.* ſolemnis & canonica: *l.* 2. *C. de lucr. advoc.* fiſcalis: *l.* 12. *C. Th. de exact.* fiſcalium: *l.* 3. C. *de Epiſc. & cler. Penſitationis* neceſſitas: *l.* 5. *C. Th. de luſtr. conlat.* prærogativa: *l.* 10. *C. de excuſ. mun.*

PENSITATIONEM recognoſcere: *l.* 1. *C. de palatin. ſacr. largit.*

Penſitationem, (vel, ut in aliis legitur, *penſationem*) reliquiſſe teſtatorem per quadriennium: *l.* 24. D. *de ann. legat.*

PENULA, genus veſtis, itineris frigoriſque cauſſa, & ad propulſandos imbres a Græcis primo inventum, poſt ad Romanos quoque translatum, cujus mentio aliquoties fit, in *l.* 1. C. *Th. de habit. quo uti oport. intr. urb.* ubi varia de ea congeſſit Jac. Gothofr. *in Comment.* Add. Cujac. *lib.* 12. *obſ. c.* 39.

PENURIA, ait Feſtus, *eſt id, quod pæne minus eſt, quam neceſſe eſt:* Itaque pro quovis defectu & inopia ſumitur. Sic: Quoties penuria eſt eorum, qui magiſtratum ſuſcipiunt: *l.* 11. §. 2. *D. de mun. & hon.* Penuria adverſarii, id eſt, abſentia adverſarii, in *l.* 27. §. 1. *D. de liberàl. cauſſ.*

PENUARIA cella: *l.* 3. §. 8. *D. de pen. leg. Feſt.* Penora dici ait res neceſſarias ad victum quotidianum, & locum earum *penarium.* Sit ne autem cella *penaria* an *penuaria* ſcribendum? vid. Cujac. obſ. *lib.* 10. *c.* 26.

PENUS, *oris*, & *us* & *penum*, *i.* Hoc nomen omnibus generibus dicitur: *l.* 4. §. 3. *D. de penu leg. l.* 2. D. *de tritic. vin. ol. leg.* Vid. hic Ducker. *de Latin. vet. Ictor. Penus* autem ſecundum Q. Mucium, cujus in hac re auctoritate Ulpianus in *l.* 3. *pr. D. de pen. leg.* & Gell. *lib.* 4. *c.* 1. utuntur, ea omnia continet, *quæ eſui potuique ſunt.* Cic. *lib.* 2. *de natur. Deor. c.* 27. *Penum eſſe omne, quo veſcuntur homines*, definit. Penori itaque cedunt cibaria omnia, quæ paterfam. uſus ſui cauſſa ejuſque familiæ, quam circa ſe & ſuos habet, paravit, & cibaria jumentorum, uſibus ipſorum deſervientia, & legumina, quæ in cella penuaria habentur: ligna quoque & carbones *penus* parandi cauſſa, & thus & cerei in

in domesticum usum parati , & unguenta & odores & chartæ epistolares, & vasa, sine quibus *penus* haberi non potest, & quæ, cumque alendi caussa bibuntur - & adpellatione continentur : *l.* 3. *&* 5. D. *de pen. leg.* Unde penus alia *esculenta*, alia *poculenta* statuitur. *Esculenta* penu legata, non ea tantum, quæ esse, sed & per quæ esse solemus, continentur, nisi voluntas testatoris repugnet. *Poculenta* vero ea, quæ vini numero paterfamilias habuit.

PEPUZITÆ, Phrygum secta, a Pepuza, Phrygiæ quadam urbe sic dicti, quorum fit mentio in *l.* 5. *C. de hæret. & l.* 59. *C. Theod. eod. tit.* In *l.* 24. *pr. C. Theod. de pagan.* vocantur.

PEPITÆ, alias etiam notiori vocabulo *Pepuziani*. Vid. de eorum hæresi Augustin. *de hæres. ad Quod vult. Deum. c.* 27.

Sunt hi, qui & Quintiliani & Priscilliani, a Quintilla & Priscila, summis eorum prophetissis, vocantur, de quorum erroribus disputat Epiphan *lib.* 2. *hæres.* 49. *Tom.* 1. *oper. p.* 417. Add. Philastr. *de hæres. c.* 49. *Hein.*

PER *judicem*, id est, judicis interventu, judice imminente, judice adito. Vid. art *judex.*

Per aliquem factum esse dicitur, cujus dolo, culpa, vel mora quid factum est. Sic : *Per* magistratum factum videtur, in edicto *ex quib. causs. major. in integr. restit.* si magistratus jus non dixit, vel per sordes aut gratiam dixit : *l.* 26. §. 4. *D. ex quib. causs. major. Per* aliquem stetisse, vel factum, quo minus daret, videtur, si interpellatus non dederit, aut si rem debitam occiderit: *l.* 23. D. *de verb. obl. l.* 5. D. *si cert. pet.* Vid. & *l.* 49. D. *de verb. oblig.* Hac stipulatione, *per te non fieri*, non hoc tantum significatur, nihil te facturum, quo minus facere possim, sed & curaturum te, ut facere possim : *l.* 50. *D. de verb. oblig. Per* heredem autem, nisi pupillus sit, in ejusmodi stipulatione fieri videtur, quamvis absit, & ignoret, & ideo non faciat, quod fieri oportet : *l.* 40. §. *pen. D. eod. tit.*

Per aliquem, interdum significat alicujus opera, ministerio, corpore, facto. Vid. *l.* 1. §. 2. *&* 5. D. *de adquir. vel amitt. possess. l.* 12. §. 2. D. *de capt. & postl. l.* 3. *D. quod vi aut. cl. l.* 9. §. 4. D. *de adquir. rer. dom. l.* 1. §. 12. *D. de vi & vi arm. l.* 25. D. *de novat. l.* 1. §. 1. D. *de eo per quem fact. l.* 4. D. *de exercit. act.*

Per semet ipsum, id est, in ipsiusmet persona. Aut *per semetipsum* alicui fit injuria, aut *per* alias personas. *Per semet*, quum directo ipsi cui patrifamilias vel matrifam. fit injuria : *l.* 1. §. 3. D. *de injur. Per* filium vel uxorem, id est, in persona filia, uxoris : *l.* 18. §. *ult* D. *eod. tit.*

Per se, id est, vi sua, natura & specie sua. Sic : servitutes per se nusquam longo tempore capi possunt, cum ædificiis capi possunt : *l.* 10. §. 1. D. *de usurp. & usuc.* ubi *per se* est, a prædiis separatæ. Similia exempla vid. in *l.* 14. §. *ult. D. de rit. nupt.* §. 8. *Inst. de excus. tut. l.* 62. D. *pro soc. l.* 1. *pr.* D. *de aqu. & aqu. pluv. arc. l.* 1. §. 10. D. *de collat. l.* 4. §. 1. *D. de hered. inst.*

Per quandoque valet *propter*. Si *per* aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat : *l.* 26. §. 3. D. *de condict. indeb.* Adde *l.* 15. §. 1. *D. eod. tit. Per* hoc recte tutorem esse : *l.* 1. *Inst. qui testam tut.* ubi Theophil. διὰ τοῦτο.

Per se habere triginta librarum pondus dicitur substantia libertinorum, in *l.* 9. *C. Theod. de pistor.*

ftor. & catabol. ubi per ſe idem eſt, ac in argento in ſpecie, non in ædificiis atque agris, aut aliis ſpeciebus quibuſcumque, ut ipſa citata lex explicat.

Per publicum convenire, id eſt, in publico, ſeu publice: *l.* 51. & 56. *C. Theod. de hæret.*

PERÆQUATIO dicitur munus ſive actus peræquatorum: *l.* 5. & 6. *C. Juſtin.* & *l.* 4. 5. 6. & 13. *C. Theod. de cenſib.* eodem loquendi genere, quo munus inſpectorum adpellari ſolet inſpectio, *l.* 11. & 14. *C. Theod. eod. tit.*

PERÆQUATORES autem in *tit. C. de cenſib & cenſitor. & peræquator.* ſunt, qui tributa ex æquo inter cives partiuntur, & *modum cenſuum adponunt*, ſive conſtituunt: *l.* 3. *C. eod. tit.* defectaque loca, quæ præſtationem ſuam implere non poſſunt, adæquant, ut, quid præſtare poſſunt, mera fide & integra veritate ſcribatur, id vero, quod impoſſibile eſt, e vaſariis publicis, (id eſt, libris cenſualibus) auferatur, ut loquitur: *l.* 12. *C. Th. eod. tit.* Cujac. *ad rubr. C. de cenſib.* Peræquatores, inquit, & inſpectores ſunt, qui emendant cenſus, prædiis inſpectis & adæquatis invicem, ut releventur, quibus gravius eſt onus adſcriptum, graventur, quæ ſunt cenſita levius: additque: idem pæne munus eſſe *inſpectoris* & *peræquatoris*. Recte dicit *pæne*: Nec enim prorſus confundendi ſunt, & alter alteri in totum exæquandus. Differunt autem cum ipſi inter ſe, tum ab utroque *cenſitor.* Hic enim erat, qui primus cenſus modum definiebat; poſt quem, & ad eum, ſi minus recte definitus erat, emendandum, *peræquatores* mittebantur & *inſpectores.* Et *peræquator* quidem quantitatem ſeu modum cenſus æquabat, & ut æqualitas inter tributarios ſervaretur, proſpiciebat; *inſpector* vero qualitatem agrorum inſpiciebat, ſterileſque & infœcundos vel relevabat, vel opimos poſſidentibus adjiciebat, ut qui, ſecundum *l.* 8. *C. Theod. eod. tit.* per impotentiam, id eſt, violentiam, fundos opimos ac fertiles occuparant, cum quæſtuoſis uberibuſque pro rata portione ſuſciperent infœcundos, atque horum non minus nomine cenſum & tributum fiſco præſtarent. Add. Jac. Gothofr. *in paratitl. ad d. tit. C. Theod.*

PERÆQUE, ex æquo, ſeu eodem modo, ſimiliter; ut in *l.* 9. *D. de juſt. & jur. l.* 1. D. *de his, qui ſui vel al. jur.* §. 1. *Inſt. eod. tit.* §. *pen. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l.* 1. D. *de adquir. rer. dom. l.* 3. *D. de injur. l.* 22. *D. de pign. act.*

PERAGERE, perficere, abſolvere, conſummare. Sic dicimus *peragere* factum: *l.* 38. §. *ult. D. de pœn.* iter: *l.* 4. D. *de vac. & excuſ. mun.* venditionem: *l.* 12. D. *de reb. auct. jud. poſſid.* ſollemnitatem; vel ſollemnia: *l.* 25. §. *ult.* D. *de adopt. l.* 44. *D. de manum. teſt.* munera: *l.* 6. *C. de decurion.* adminiſtrationem: *l.* 8. *C. de adminiſtr. tut.* ſupremam conteſtationem: *l.* 11. §. *ult. D. qui teſtam. fec.* teſtamentum: *l.* 12. D. *de his quæ ut indign.* litem: *l.* 57. *D. de procur.* cauſſam: *l.* 22. D. *de inoff. teſt.* ubi litem peragere & obtinere vincereque ſeparantur. Ordine edictorum *peracto*: *l.* 75. D. *de judic.* Ante *peractum* diem: *l.* 3. *D. de oper. libert. Peracto* quinquennio: *l.* 35. *D. de uſu & uſufr.* Emtio conſenſu *peragitur*, id eſt, abſolvitur; *l.* 1. §. *ult.* D. *de contrah. emt.*

Peragere reum accuſator dicitur, qui inſtitutam accuſationem uſque ad ſententiam exſequitur, ſive victoriam de eo reportet, ſive reus criminis, quo poſtulatur, condem-

demnetur. *Peregisse* autem non aliquis videtur, nisi & condemnaverit; *l.* 2. D. *ad leg. jul. de adult.* id est, nisi condemnationem adversus reum obtinuerit, ceu expositum est supra sub art. *condemnare.* Et contra *non peregisse* reos dicuntur, qui accusatione incepta usque ad sententiam non perstiterunt, aut ex quorum accusatione reus damnatus non est. Vid. *l.* 6. §. 2. D. *ad SC. Turpill. l.* 16. D. *ad leg. jul. de adult.* In SCum Turpillianum incidunt, qui subjecti postulassent, nec peregissent: *l.* 15. *pr.* D. *ad SC. Turpill.* Tacit. *lib.* 14. *Annal. c.* 21. Ceterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neque tamen *peractus* ob mortem opportunam.

PERCEPTIONEM fructus accipere debemus, non si perfecte collecti, sed etiam cœpti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint: veluti si olivæ, uvæ lectæ, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum sit. Statim enim ipse accepisse fructum existimandus est: *l.* 78. D. *de rei vind. Perceptio* ususfructus: *l.* 27. §. 11. *D. ad leg. jul. de adult.*

Perceptio etiam *numorum* dicitur debiti solutio & numeratio, id, quod a debitore creditor recipit: *l.* 15. §. 2. D. *quod vi aut. cl. l.* 32. D. *de pecul. l.* 7. §. *ult. D. quod fals. tut. auct. l.* 3. §. 4. D. *de his, qui effud. l.* 36. *D. de fidejuss.*

Perceptio sua, & militibus debita, pro annona, seu modo annonæ, quæ iis debetur, *l.* 6. C. *de erog. mil. annon.* quæ est *l.* 17. *C. Theod. lib.* 7. *tit.* 4.

PERCIPERE debitum: *l.* 77. §. 21. D. *de legat.* 2. *l.* 22. D. *de pign. act. l.* 36. D. *de fidejuss.* operas: *l. ult. C. de part. pign. & omn. causs.* litis æstimationem: *l.* 63. D. *de rei vind.* mercedem: *l.* 2. D. *de usu & usufr. leg.* pensiones: *l.* 1. §. *ult.* D. *de dot. præleg.* pecuniam: *l.* 41. §. 7. D. *de legat.* 3. pretium: *l.* 12. §. 1. D. *de distr. pign.* usuras: *l.* 26. §. 1. *D. quand. dies legat.*

Percipere etiam dicitur, qui quid ex testamento capit & consequitur, ut fundi partem: *l.* 13. *D. de legat.* 3. fideicommissum: *l.* 49. D. *de legat.* 2. legatum: *l.* 17. D. *de alim. & cib. leg.* quid legati nomine: *l.* 21. D. *ad leg. falcid.* alimenta: *l.* 20. *D. de alim. & cib. leg.* cibaria & vestiaria: *l.* 4. *D. eod. tit.*

Percipere fructum, est colligere, ut loquitur Paullus *lib.* 1. *sent. tit.* 13. §. 9. & *l.* 78. D. *de rei vind.* Is ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos perceperit: §. 36. *Inst. de rer. divis. Percepti* itaque fructus dicuntur, qui sunt collecti, & a solo separati, ut adparet ex *l.* 78. D. *de rei vind. l.* 12. §. *ult. D. de usufr. l.* 26. §. *ult. D. de usur.* Fructuarii non fiunt fructus, antequam ab eo *percipiantur.* Ad bonæ autem fidei possessionem pertinent, quoquo modo a fundo separati fuerint: *l.* 25. §. 1. D. *de usur.* Fructus non sunt fructuarii, nisi ab eo *percipiantur*, licet ab alio terra separentur: *l.* 12. §. *ult. D. de usufr.* Omnes fructus non jure soli, sed jure seminis percipiuntur: *l.* 25. D. *de usur.*

PERCLUDERE. Antequam pensionis nomine percludantur: *l.* 9. D. *in quib. causs. pign. vel hypoth.*

Percludebantur conductores, qui pensionem non solverant: *d. l.* 9. At aliquando tamen non *percludebantur*, sed evulsis foribus, ablata tegula, obstructo puteo migrare cogebantur.

Stob.

tur. Stob. *ſerm.* 1. Καϑάπερ ϗ ἐξ οἰκίας (φησιν ὁ Βίων) ἐξοικιζόμεθα, ὅτ' ἂν τὸ ἐνοίκιται ὁ μιϑώσας ὁ νομιζόμενος τὴν ϑύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφελῃ, τὸ φρέαρ ἐγκλείσῃ. Conf, Merill. *Obſerv. lib.* 3. *c.* 25. *Hein.*

P E R C U R R E R E militiam & legitimis ſtipendis determinare *: l.* 24. *v. quicumque C. Th. de judæis & coelicol.*

P E R C U S S O R, qui aliquem per vim aut cædem occidit, interſecitque *: l.* 1. §. 28. *l.* 6. D. *de SC. Silan.* Paull. *lib.* 3. *ſent. tit.* 5. §. 12. Sueton. *in Jul. c.* 83. & *in Veſpaſ. c.* 16.

P E R C U T E R E pugno : *l.* 11. D. *de injur.* gladio, clavo, ferro : *l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. Corn. de ſicar.* fuſte vel lapide *: l.* 1. §. 17. D. *de SC. Silan.* alicui os : *l.* 7. §. *ult. D. de injur.*

Percutere falſam monetam : *l.* 19. D. *de leg. Cornel. de fals.* Paull. *lib.* 5. *ſent. tit.* 22. §. 12. id eſt, cudere, ſeu ſignare. Et ita : materia forma publica percuſſa : *l.* 1. *D. de contrah. emt.*

P E R D E R E cauſſam *:* Paull. *lib.* 1. *ſent. tit.* 17. §. 5. intentionem ſuam *: l.* 9. §. 6. *D. ad exhib.* litem *: l.* 19. D. *ſi ſervit. vind.* civitatem & libertatem : *l.* 29. D. *de poen.* auxilium provocandi : *l.* 1. D. *a quib. adpell. non lic.* bonorum poſſeſſionem : *l.* 33. §. 1. *D. de fideicomm. libert.* numos : *l.* 3. §. 2. D. *de ſtatul.* pecuniam *: l.* 18. D. *de hered. pet.* rationes : *l.* 60. §. 10. *D. de edend.* inſtrumenta : *l.* 8. §. 1. *D. quod met. cauſſ. Perdita* nomina : *l.* 40. §. *ult. D. de ſtatulib.* id eſt, deperdita, & male contractu, ut *l.* 16. D. *de adminiſtr. & peric. tut.*

P E R D I T U R O dare, id eſt, conſumturo, dilapidaturo : *l.* 8. *D. pro emt.* Et ita *perditurus* accipitur in *l.* 15. D. *de ann. legat. l.* 21. §. 11. D. *mandat. l.* 35. §. 3. *D. de adminiſtr. & per. tut. l.* 22. §. 1. D. *ſolut. matrim. l.* 73. §. *ult. D. de jur. dot.*

P E R D I T I in *l.* 3. *C. de apoſtat.* vocantur, qui jam baptizati, adeoque fideles fuerunt, ſed apoſtatæ facti ſunt. Vid. ſupra verbo *lapſi. Perditorum* temeritas, id eſt, latronum : *l. un. in fin. C. Theod. de ſaturian.* Sed in *l.* 4. *C. Theod. de pagan.* quæ eſt *l.* 1. *C. Juſtin. eod. tit. perditos* eos vocari, notat Gothofredus, qui in *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* veſani audiunt, qua voce non alii eo loco videntur ſignari, quam homines pagani, qui vetitis ſacrificiis diurnis nocturniſque, (ut habent verba legis,) futura de reipublicæ ſtatu, principiſque ſalute ſub exſecrabili conſultatione cognoſcere audent. Alias *perditorum* nomine homines nequam & diſſolutos ut plurimum inſigniri, adeo notum eſt, ut & monere ſupervacuum ſit.

P E R D U C E R E ad libertatem: *l.* 4. D. *de option. legat. l.* 2. D. *de manum. vind.* & paſſim : ex ſervitute ad civitatem Romanam : *l.* 3. §. 1. D. *de bon. libert.* ad prætorem *: l.* 43. D. *de act. emt.* ad magiſtratum *: l.* 4. D. *ubi pupill. educ.* ad egeſtatem *: l.* 3. §. *ult.* D. *eod. tit.* in familiam : *l.* 12. §. *ult.* D. *quod fals. tut. auct.* ad finem uſque *: l.* 8. *C. de his qui ut indign.* ad effectum *: l.* 55. D. *de oblig. & act.* ad nihilum : *l.* 3. §. *ult. D. de alim. vel cib. leg.* ad locum *: l.* 20. §. *ult.* D. *de ſervit. de præd. ruſt.*

Perducere quoque eſt inducere, cancellare, forte litura per medium traducta, ut in *l.* 20. §. *ult.* D. *de teſtam. milit. l.* 8. § 3. D. *de bon. poſſ. ſec. tab.* Inducta accipiendum eſt ; & ſi *perducta* ſint *: l.* 1. *pr. D. de his, quæ in teſtam. delent.*

PERDUELLIO, crimen eorum est, qui *perduelles* vocantur, quive hostili animo adversus rem publicam animati sunt: *l. ult. D. ad leg. jul. majest.* Ratæ donationes esse non possunt, post crimen perduellionis contractum: quum heredem quoque teneat, etsi nondum postulatus vita decesserit: *l. 31. §. ult. D. de donat.* Sosipater *lib. 2. Inst. Grammat. p.* 188. Per, pro *perquam valde*, ut *perduellio*, *perquam duellis*, & plus quam hostis, ut Rabirius, qui perduellionem fecisse dicebatur, id est, contra rempublicam sensisse. Quod judicii genus Sacer in eadem oratione M. Tullii, ab Horatio sumtum ait, dictumque, quod per tempus belli sit factum, quum is in sororem suam gladio usus esset.

Perduellionis vox non semper ipsum crimen, sed aliquando etiam eos, qui perpetrant, seu hostes designat, ut in *l. 7. C. Theod. de repar. adpell.* ibi: Sitque depulsis *perduellionibus*, hæc prima litium rerumque reparatio.

PERDUELLES a veteribus adpellatos, quos nos hostes adpellamus, Caius scribit, his verbis: Quos nos hostes adpellamus, eos veteres *perduelles* adpellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset: *l. 234. D. de verb. signif.* Varro *lib. 5. de ling. lat.* ad hæc verba Ennii: Quin inde invictis sumserunt perduellibus. *Perduelles*, ait, sunt hostes. Idem *lib. 4. de ling. lat.* Hostem aliud nunc ostendere, aliud ante significasse docet. Nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur; nunc autem eum, quem tum dicebant perduellem. Cic. *lib.* I. *De Offic. c.* 12. Eum quoque, qui proprio nomine *perduellis* esset, hostem vocatum a majoribus lenitate verbi, tristitiam rei mitigante. Festus: Duellum, bellum videlicet, quo duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde & *perduellis* qui pertinaciter retinet bellum. Et ita apud Plaut. in Amphitr. Perduelles penetrant se in fugam.

PERDURARE in libertatis adfectu cum parentibus: *l. 3. C. Theod. de lib. causs.*

PEREGER factus ab Ulpiano *tit. 17. Regul.* §. 1. dicitur, qui ad *peregrinitatem* redactus est Hanc vocem auctoritate Ausonii *Epist. 17. ad Symmach.* qui *nedum*, ait, me *peregrem existimes*, tuetur neque damnandam adeo censet Schulting. in *Jurispr. Antejustin. p. 616. Hein.*

PEREGRE agere: *l. 7. §. 13. D. quib. ex causs. in possess.* ducere: *l. 13. §. 3. D. locat.* ire: *l. 35. §. 3. D. de contr. emt.* proficisci: *l. 3. §. 4. D. de adquir. rer. dom.* mitti: *l. 5. §. ult.* D. *ad exhib.* muneribus fungi: *l. 5. §. 3. D. de jur. immun.* esse: *§. ult. Inst. de hered. inst.* defunctus: *l. 11. D. de bon. possess. sec. tab.* mortuus: Ulp. *tit.* 21. §. 1. obire: *l. 34. D. de negot. gest.* portare, ferre: *l.* 18. D. *commod.*

PEREGRINARI: *l. 4. §.* 1. D. *de hered. inst. l. 26. §. 9. D. ex quib. causs. major.*

PEREGRINATIO longa, necessaria: *l. 9. l. 23.* D. *de procur.* quam ipsam esse absentiam reipublicæ caussa, ostendit Cujac. *lib. 23. observ. c. 26.*

Peregrinatio pro legatione in *l. 56. C. de decurion. l. 189. C. Theod. eod. tit. l. 9. C. Theod. de legat. & decret.* Symmach. *lib. 7. Epist.* 54. Scis, quantum legatio sollicitudinis habeat, quantum peregrinatio difficultatis circumferat. Idem *eod. lib. Epist.* 114. Laborem peregrinationis fecit optabilem.

PE-

PEREGRINITAS. Ad peregrinitatem redigi, in *l.* 10. §. 6. D. *de in jus voc.* quid ſit, explicat Briſſonius *lib.* 1. *Select. antiqu. c.* 13.

PEREGRINUS vocatur, qui civis Romanus non eſt. Peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum eſt. Neque autem *peregrinus* civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in poteſtate habere poteſt. Ulp. *tit.* 10. §. 3. Qui deditiorum numero eſt, neque quaſi civis Romanus teſtari poteſt, quum ſit *peregrinus*: Ulp. *tit.* 20. §. 14. nec inſtitui heres poteſt: Idem *tit.* 22. §. 2. Qui deportantur, ſi heredes ſcribantur, tamquam peregrini capere non poſſunt: *l.* 1. *C. de hered. inſt.* Et hoc eſt, quod ait Marcianus *l.* 17. *D. de poen.* in inſulam deportatos ἀπόλιδας eſſe, hoc eſt, ſine civitate.

Peregrinus prætor, qui inter cives jus dicebat. Non ſufficiente prætore *urbano*, quod multa turba etiam *peregrinorum* in civitatem veniret, creatus eſt & alius prætor, qui *peregrinus* adpellabatur ab eo, quod plerumque inter *peregrinos* jus dicebat: *l.* 2. §. 27. *D. de orig. jur.* Ad cujuſmodi prætoris *peregrini* edictum Labeonem libros ſcripſiſſe conſtat ex *l.* 9. §. 4. D. *de dol. mal.*

Peregrinus locus & urbanus opponuntur in *l.* 12. *D. de ſuppell. legat.*

Peregrinus civis in *l.* 1. *C. Theod.* eſt qui alterius civitatis, ſive provinciæ incola vel civis eſt. Sic & Epiſcopi & clerici *peregni*, in *l.* 37. *C. Theod. de Epiſc. Peregrini* commeatus: *l.* 51. *C. de decur.* Peregrina judicia, quæ de iis agitantur, qui in alia provincia degunt: *l.* 10. *C. Th. de accuſ.*

Peregrini naturæ dicuntur magi, artibus ſuis magicis elementa turbantes, vitáſque inſontium labefactantes: *l.* 6. *C. de maleſ. & mathem. l.* 5. *C. Th. eod. tit.*

PEREMERE. Vid. *perimere.*

PEREMTORIUM dicitur, quod non tam cauſſam exſtinguit, uti Anianus interpretatur ad Paull. 5. *ſent. tit.* 5. §. 7. quam perimit, vel tollit diſceptationem. Unde *peremtorium* edictum *l.* 9. *C. quum & quand. l.* 1. §. 3. D. *quæ ſine adpell. l.* 53. *l.* 54. D. *de re judic.* quod tribus propoſitis edictis impetratur: quod inde nomen ſumſit, quod perimeret diſceptationem; *l.* 70. *l.* 71. *D. de judic.* Nonnumquam *edictum peremtorium* poſt tria numero edicta, quæ præceſſerint, datur; nonnumquam poſt unum vel alterum; nonnumquam ſtatim, quod adpellatur unum pro tribus: *l.* 72. *D. eod. tit.*

Peremtoriæ exceptiones *dilatoriis* adverſantur; *l.* 2. §. *ult.* D. *de except.* Perpetuæ atque *peremtoriæ exceptiones* ſunt, quæ ſemper locum habent, nec evitari poſſunt, qualis eſt doli mali & rei judicatæ, & ſi quid contra leges ſenatuſve conſulta factum eſſe dicetur. Item pacti conventi perpetui, id eſt, ne omnino pecunia petatur; *l.* 3. D. *de except.* Exceptiones *perpetuæ* & *peremtoriæ* ſunt, quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rem de qua agitur perimunt; §. 9. *Inſt. de except. Peremptorias* exceptiones omiſſas in initio, antequam ſententia feratur, opponi poſſe; *l.* 2. *C. ſent. reſcind. non poſſ.* Circa hæc autem eſt obſervandum, *peremtorias* ex mente juris civilis proprie eas eſſe, quæ ubi ſunt propoſitæ rem perimunt ita, ut ea in judicium amplius deduci nequeat, eaſdemque eo ſenſu *perpetuas* dici quatenus ſemper ſeu in perpetuum agentibus obſtant, ubi

ubi nempe ſunt propoſitæ. Si vero *perpetuas* ſeu ſemper obſtare valentes exceptiones intellexeris eas, quæ perpetuo durant, ſeu quibus nullo tempore præſcribitur, omnes utique exceptiones ordinariæ peremtoriæ ſimulque perpetuæ ſunt hoc ſenſu, quia reus non poteſt prius excipere, quam actione conveniatur; *l.* 5. §. *ult. D. de dol. mal. & met. except.* Sed ſunt quædam *peremptoriæ*, ſeu in perpetuum actionem perimentes, quæ tamen certo tempore exſpirant, quales ſunt quæ per modum actionis proponi poſſunt, ut exceptio doli & non numeratæ pecuniæ, qui idcirco biennales ſunt, nec proinde *perpetuæ* poſteriori ſenſu dici poſſunt. Igitur quod Ulpianus *d. l.* 3. *D. de except.* & Imperator in *d.* §. 9. *Inſt. eod. tit. peremptorias* & hoc poſteriori ſenſu *perpetuas* feciſſe videntur, non eſt accipiendum niſi de ordinariis exceptionibus.

Peremptoriam præſcriptionem objicere quandoque licet; *l.* 8. *C. de except.* Poſt ſuſceptam ſuper præſcriptionibus peremtoriis adpellationem præſcriptiones peremtorias reſervari; *l.* 24. C. *Theod. quor. adpell. non rec.*

PERENDINI nomine diem tertiam olim in formulis ſignificatam, Cicero *pro Muræna c.* 12. Gell. *lib.* 10. *c.* 24. *die perendini.* Plutarch. *in Apophthegm.* τρίτην ἡμέραν, *tertium diem* vocat, quod Valerius Probus *perendie.* Adde Briſſon. *de Form. Pop. Rom. lib.* 5. *p.* 346.

PERENNIS, *e.* jugis, perpetuus. Perennis aqua eſt, quæ ſemper fluit: *l.* 1. §. 5. *D. de aqu. quot. & æſtiv.* Ovid. *de remed. amor. v.* 651. Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire, Sed tamen hæc brevis eſt, illa perennis aqua. Fluminum quædam ſunt *perennia*, quædam torrentia. *Perenne* eſt, quod ſemper fluat, ἀέννaος, *torrens* χειμάῤῥȣς, id eſt, *hyeme fluens*: *l.* 1. §. 1. D. *de flumin.* Publicum flumen eſſe, Caſſius definit, quod *perenne* ſit: *l.* 1. §. 3. D. *eod. tit.* Liv. *lib.* 4. *c.* 30. Terra quoque ingenito humore egens vix ad perennes ſuffecit amnes. B. Auguſtin. *ſerm.* 186. Sollemnitas enim ab eo, quod ſolet in anno, nomen accepit, quomodo *perennitas* fluminis dicitur, quia non ſiccatur æſtate, ſed per totum annum fluit. Ideo *perenne*, id eſt, per annum. Sic & *ſollemne*, quod ſolet in anno celebrari. Idem *in pſalm.* 74. Torrentes dicuntur proprie, quaſi ſunt *perennes.*

Perennis memoriæ pater: *l.* 6. *pr. C. Theod. de cohortal.* recordationis: *l.* 5. *C. Theod. de hæret.* ærarii emolumenta: *l.* 2. *pr. C. Th. de ſenat.* nota: *l.* 15. *C. de adpell.*

PERENNITAS noſtra: *l.* 31. *pr. C. Theod. de oper. publ.* pro quo Juſtinianeus Codex habet: *Noſtrum numen.*

PERFECTE, abſolute, pleno jure in *l.* 38. §. 3. *D. de ſolut. l* 139. §. *ult.* D. *de reg. jur.*

PERFECTISSIMATUS, τελειότης, διασημότης, proxima *clariſſimatui* dignitas, tributa quibuſdam præſidibus, correctoribus, præfecto annonæ, præfecto vigilum, magiſtro cenſus: *l.* 32. C. *de Epiſc. & cler.* itemque Rationali ſummæ rei, magiſtris ſcriniorum & tribunis notariorum, quæ omnia exempla firmat Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 6. *inſcr.* 28. *p.* 407. *ſeq.* Enimvero & duumviros poſtea *perfectiſſimatus* dignitatem adfectaſſe, patet ex marmore apud Gruter. p. CCCLXIII. 2. in quo laudantur *Viri perfectiſſimi & principales*, *& Splendidiſſimus ordo Puteolanorum*, nec non ex Lac-

Lactantio *de mortib. persequut. c.* 21. *Torquebantur ab eo, non modo decuriones, sed primores etiam civitatum, egregii ac perfectissimi viri.* Denique Justinianus *perfectissimatus* ornamenta omnibus indulsit promiscue, qui principis codicillos impetrassent, dum non essent servilis conditionis, neve fisco aut curiæ obnoxii, vel pistores, vel institores, vel procuratores, nec denique illum honorem sibi venali suffragio coemissent: *l.* 1. C. *de perfectissim. dignit.* Hein.

PERFECTISSIMUS, titulus est dignitatis in constitutionibus posteriorum Imperatorum: *l.* 1. *C. de natur. liber. l.* 11. C. *de quæstion.* & in *Cod. Theod.* sæpe tribuitur *proconsuli Africæ* apud D. Augustin. *Epist.* 68.

PERFECTA ætas id est legitima, seu 25. annorum: *l.* 9. §. 1. *D. de tut. & rat. distr. l.* 7. *C. si alien. res. l.* 32. *D. de minor. l.* 16. D. *de tutel. l.* 4. *l.* 8. D. *de legit. tut. l.* 2. C. *de usuc. Perfecta* donatio: *l. ult.* §. *ult. D. de don. l.* 4. *C. de don. quæ sub mod. l.* 32. D. *de mort. causs. don.* emtio: *l.* 8. *D. de peric. & commod. rei vend. l.* 12. *C. de contr. emt. l. ult. C. quand. lic.* legatio: *l.* 2. *D. de judic.* res: *l.* 9. §. 3. D. *quod met. causs.* venditio, *l.* 35. §. 5. *D. de contr. emt. l.* 5. *D. de rescind. vend.* §. 1. *Inst. de emt. & vend. l.* 24. *C. de evict. Perfecta* venditione in *l.* 1. C. *de vend. reb. civ.* id est, re tradita & pecunia soluta, sicut accipi quoque debet: *l.* 3. & 5. C. *de rescind. vend.* cum alias ad perfectam venditionem non requiritur ut pretium solutum sit, nec ut res sit tradita, per *pr. Inst. de emt. & vend.* Aliquando requiritur scriptura; *d. pr.* Perfecta locatio; *l.* 21. §. *ult.* D. *ad municip.*

Perfecto munere: *l.* 34. *D. ad municip.*

Perfectum testamentum; *l.* 6. D. *ad Leg. Corn. de fals.* §. 1. & 3. *Inst. quib. mod. testam. infirm. l.* 29. D. *qui testam. fac.* §. *ult. Inst. de testam. ordin.*

Perfectus partus; *l.* 12. D. *de stat. hom.*

PERFERRE, exportare; *l.* 20. §. *ult.* D. *de præscr. l.* 20. *D. commod. l.* 11. D. *ad exhib.* Rumore *perlato*: *l. ult.* D. *de hered. inst.*

Perferre actionem: *l.* 76. D. *de legat.* inchoatam accusationem: *l.* 8. *C. de his, qui ut indign.* caussam adulterii: *l.* 11. *D. ad SC. Turpill.* excusationem: *l.* 1. *pr. D. de oper. publ.* id est, ad exitum deducere.

Perferre præstare. Sic perlatum jusjurandum in *l.* 3. *C. Gregor. de pact. & transact.* quæ sumta est ex *vet. consultatione* & est in *l.* 3. *C. de in lit. jur.* ubi tamen legitur *prolati. Perferre* evictionum subsidia, in *l.* 20. C. *Theod. de curs. publ.*

PERFICA Dea, a perficiendo erat adpellata, quæ obscenæ libidini patrandæ præerat. *Perfica* etiam *natura* a Lucretio *lib.* 2. *v.* 1114. vocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præest, ut adnotavit Turneb. *lib.* 11. *adversar. c.* 20.

PERFICERE, absolvere, peragere, consummare, ad exitum perducere. Ita *perficere* litem: *l.* 5. §. 6. *l.* 39. §. 12. *D. de administr. & peric. tut.* crimen: *l.* 14. §. *ult. D. de bon. libert.* ædificium: *l.* 61. §. 1. D. *de usufr. & quemadm. l.* 139. *D. de verb. signif.* donationem: *l.* 33. §. *ult. D. de donat.* emtionem; *l.* 57. *pr.* D. *de contr. emt.* id est, pretium solvere; at in *l.* 8. D. *de rescind. vend.* est rem tradere. *Perficere* libertatem; *l.* 1. §. 1. *D. de pollic.* mandatum; *l.* 45. D.

D. *mandat.* monumentum ; *l. 6.* D. *de condit. instit.* negotium. *Perfecto* negotio ; *l.* 25. § 4. D. *de adquir. hered.* ubi Jac. Gothofr. ad *l.* 29. *D. de reg. jur.* legendum putat negotia *provecta negotio.* Sed nihil emendatione opus. Non enim ea lex ait dudum perfecto negotio auctorem fieri posse tutorem, sed *perfecto negotio*, id est, simul ac iste actus explicatus erat, a quo negotium perfectionem capiebat & substantiam. Sic e. g. in stipulatione pupillus interrogatus, congrue respondebat, eoque perfecto actu, tutor præsens statim interponebat auctoritatem. Hein. *Elem. Inst.* §. 250. *Perficere* opus ; *l.* 3. *D. de pollic.* stipulationem : *l.* 137. §. 1. *D. de verb. obl.* testamentum ; *l.* 22. D. *de adim. legat.* venditionem : *l.* 1. C. *de litigios.* rei nempe traditionem.

PERFIDE agere ; *l.* 55. §. 1. *D. de admin. & per. tut.* gerere ; *l.* 3. §. 2. D. *de dol. & met. except.*

PERFIDIA, mala fides est, ut fidei verbum bonam fidem semper significat ; *l.* 1. D. *de constit. pec. l.* 1. §. 4. D. *depos.*

Aliquando *perfidia* pro defectione a religione usurpatur, ut *l.* 4. *C. de summ. Trinit.* & cognata huic significatione pro hæresi in *l. 6. pr. l.* 12. *l.* 63. *C. Theod. de hæret.*

PERFIDUS, qui fidem violavit ; & a fide venit. Infidus vero, cui non est fidendum, dicitur, & a verbo *fido* descendit, primamque habet longam. *Perfida* Eunomianorum mens ; *l.* 25. *C. Theod. de hæret.* secta ; *l.* 15. *C. Th. eod. tit.*

PERFOCARE, suffocare. Qui partum *perfocat* : *l.* 4. D. *de adgnosc. & alend. lib.* Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 24. §. 9. Fortassis tamen legendum est *præfocat*, quod verbum usurpavit Ovid. *in Ibim v.* 558. *præfocant animæ* Gnosia mella viam. Add. Schulting. *Jurispr. vet. antejustin. p.* 315. & Bynkersh. *de jur. occid. lib. c.* 7. *p.* 147.

PERFORARE muros ; *l.* 11. D. *ad leg. jul. peculat.*

PERFRUI, id est, plene & ad finem usque frui ; *l.* 133. §. 30. D. *de act. emt. l.* 10, *C. de decurion.*

PERFUGERE ad hostes ; *l.* 2. D. *ad Leg. jul. majest.* Inde perfuga adpellatus qui ad hostes transfugit.

PERFUNCTORIE, leviter est, uti apud Petron. *satyr. c.* 11. Budæus hunc vocem exponit, non bona fide, neque ex animo, nec justa denunciatione, eamque invenisse sibi videtur in *l.* 5. §. 1. D. *quod vi aut cl.* Ant. etiam Augustinus in *l.* 2. §. 32. D. *ad SC. Tertull.* & *l. un. C. qui muner. tut.* Verum ibi non *perfunctorie*, sed *defunctorie* esse, & in *d. l.* 5. §. 1. D. *quod vi aut cl.* Florentiæ legi *perfusorie*, animadvertit Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 408. *Heins.*

PERFUNDERE aliquem fimo corrupto ; *l.* 1. D. *de extra-ord. crim.* Ut oculos puero *perfunderetur* : *l.* 5. §. *ult.* D. *ad Leg. Aquill.* Vid. supra sub art. *effundere.*

PERFUNGI, defungi ; *l.* 3. D. *de decurion.*

PERFUSORIE, id est, vago & ambiguo sermone ; *l.* 2. §. 32. *D. ad SC. Tertull. l.* 5. §. 1. *D. quod vi aut cl. l.* 69. §. 5. D. *de evict.*

PERGAMENA sive chartæ pergamenæ. *Quod & de carthis & pergamenis* obtinet ; Cai. *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 4. Add. Schulting. *in jurispr. vet. antejust. p.* 81.

PERGULA fuit locus persi-

picuus & apertus, in publicum prospiciens, adeo ut oculis transeuntium exposita essent, quæ illic proponerentur. Quod & Plinius indicat *lib.* 21. *c.* 3. L. Fulvius argentarius bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu e *pergula* sua in forum prospexisse dictus, ex auctoritate senatus in carcerem abductus, non ante finem belli emissus est. Suetonius *de Illustr. Grammat. c.* 18. Crassitium Grammaticum in hujusmodi loco docuisse, tradit. *Pergularum magistralium*, in quibus publice docebant Grammaticæ & Rhetoricæ, aliarumque artium magistri & professores, meminit Vopisc. in *Saturn. c.* 10. Plinius *lib.* 35. *c.* 10. de Apelle loquens: idem, ait, perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens &c. Lactant. *lib.* 1. *Divinar. Inst. c.* 2. ex Lucillio hunc versum citat: *Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.* Quum pictor in *pergula* clypeum vel tabulam expositam habuisset: *l.* 5. §. *pen.* D. *de his, qui effud.* Picturæ professores *pergulas* & officinas in locis publicis sine pensione obtineant, si tamen in his usum propriæ artis exerceant: *l.* 4. *C. Theod. de excus. artif.*

In gestationibus quoque & deambulationibus *pergula* sedem habet, eaque significatione verbum hoc usurpasse Plinium, manuscripti codicis beneficio deprehendit Brissonius. Apud eum siquidem *lib.* 14. *c.* 1. ubi vulgo legitur: *subdivales ambulationes umbrosis operculis opacat*, vetus optimæ notæ codex habet: *subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat.*

PERHIBERE, testimonium, est dicere & præbere in *l.* 20. §. 3. *l.* 21. §. 2. *D. qui testam. fac. l.* 8. *C. de testib. l.* 3. §. 6. *D. eod. tit.* Ulp. *tit.* 20. §. 9. ubi Cujac. *lib.* 6. *obs. c.* 37. & *ad Paull. sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 4. legi vult: *testimonium perhibitote*, quum alias legatur præbitote. At non *perhibere* solum *testimonium*, sed & *præbere* dixisse veteres, auctoritate Ciceronis *pro Flacco c.* 10. & Scholiast. Juvenal. ad *sat.* 16. *v.* 31. probavit, nihilque adeo mutandum esse censuit Bynkersh. *lib.* 3. *observ. c.* 21. *Hein.*

PERHORRESCERE alicuius potentiam: *l. un. C. quand. Imp. int. pupill.* calumniam: *l.* 1. C. *Th. de his, qui condit. propt.*

PERICLITARI: *l.* 3. §. 3. *D. de incend. ruin. naufr.* de statu: *l.* 3. §. 5. *D. de Carbon. edict. l.* 8. §. *ult. D. rat. rem hab.* inops fieri: *l.* 50. D. *de re judic.*

PERICLITANTES; id est, criminis accusati, in *l.* 12. *C. Theod. de accus. & inscr.*

PERICULOSE heredem facturum si vinum effundat, *l.* 7. §. *ult. D. de trit. vin. ol.*

PERICULOSA dilatio: *l.* 1. D. *de damn.* res: *l.* 1. §. 13. D. *de quæstion. l.* 54. *D. de act. emt.*

PERICULUM, discrimen: *l.* 2. *l.* 35. §. 4. D. *de mort. causs. don. Periculum* capitis: *l.* 28. *D. de poen.* corporis: *l.* 2. *C. de reb. cred.* vitæ: *l.* 16. D. *de oper. libert.* infamiæ: *l.* 10. *C. depos.* justum: *l.* 6. D. *de mort. causs. don.* insidiarum: §. 3. *Inst. de pupill. substit.*

Periculo adversarii denunciante: *l.* 20. D. *quod vi aut cl. Periculum* effugere. *l.* 15. §. 2. D. *de pignor.* Patris *periculum* agitur: *l.* 27. D. *de minor.* Periculum est ne &c. *l.* 17. D. *de hered pet.*

Periculum alias casum quemlibet ac damnum fatale, seu, quidquid fato, mortalitate, vi majore, vel alio fortuito casu con-

tingit, significat. Hoc sensu Ulpian. *l.* 5. §. 2. *D. commod.* Quid veniat, ait, in commodati actione, utrum dolus, an & culpa, an vero & omne periculum? Et ita *periculum præstare*, *periculum alicujus esse*, ad aliquem *pertinere*, *respicere*, *spectare*, dicit Ulpianus *l.* 5. §. 13. 14. & *l.* 10. D. *eod. tit.* item, periculum sustinere, *l.* 1. *D. de peric. & commod.* transit ad eum, *l.* 9. §. *ult.* D. *de reb. cred.* Venditor se *periculo* subjecit: *l.* 1. *D. de peric. & commod. rei vend. periculo* liberatur venditor: *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit. periculum* administrationis: *l. ult. C. de peric. nomin.* creationis: *l.* 1. *C. eod. tit.* Ad ipsius *periculum* is casus pertinet: §. 3. *Inst. de emt. vend. Periculum* evictionis: *l.* 19. *C. de evict.* litis: *l.* 8. *D. de legat.* 3. nominis; *l.* 96. §. 2. D. *de solut. l. ult.* §. 1. *D. de admin. rer. ad civ.* nominum: *l.* 7. §. 6. *l.* 39. D. *de admin. & peric. tut. & passim.* suum *periculum* facere; *l.* 7. D. *eod. tit. periculo* teneri; *l.* 9. §. *ult. D. eod. tit.*

Aliquando hæc vox notat *periculum* culposum, excluso damno fatali, ut in *l.* 14. §. *ult.* D. *de furt.*

Periculo alicujus res esse dicitur, quum damnum detrimentumve, quodcumque incidere possit, ad eum respicit: *l.* 18. D. *de damn. infect. l.* 47. §. *ult.* D. *fam. ercisc.* & ita qui *periculo* suo rem habuit: *l.* 4. *D. de reb. cred.* Si tibi rem periculo tuo utendam commodavero: *l.* 21. *D. commod.* Rem periculo suo persequi; *l.* 1. *C. de evict.* restitui; *l.* 11. D. *de rei vind.* Si pecuniam suam *periculo* suo credidisset; *l.* 10. §. 8. *D. mand.* Peto des fratri numos fide & *periculo* meo: *l.* 24. D. *de fidejuss.* Vasa utenda communi *periculo* dedi; *l.* 21. *D. commod.* Actiones *periculo* tuo tibi præstare debeo: *l.* 31. D. *de act. emt.* Qui suo periculo velit adiri hereditatem: *l.* 71. *D. ad SC. Trebell.* Ut tutores adjutorem suo *periculo* constituant: *l.* 13. D. *de tutel.* Suo *periculo* convenire alterum: *l.* 7. *D. commod.* Ut suo periculo confidejussores conveniuntur: *ll.* 10. *D. de fidejuss.* Exactionem nominum periculo suo facere: *l.* 35. D. *de admin. & peric. tut.* Fidejussores, quos magistratus suo periculo nominant; *l.* 17. §. *ult.* D. *ad municip.* A debitore stipulatus sum *periculo* tuo: *l.* 45. §. 7. D. *mand.*

Periculum etiam pro indice & brevi seu libello, unde sententias recitare solebant judices: *rubr. C. de sent. & periculo recit.* De *periculo* vero, ex quo recitatæ sententiæ, mirum est sententiarum divortium. *Pariculum* malunt Sirmond. *Antirrhet.* 2. c. 11. Desid. Herald. *Observ. c.* 50. & *Animadv.* ad Jus *Attic. II.* 7. 4. & Grot. in *Flor. spars. ad Cod. Justin. VII.* 44. ob codicis manuscripti auctoritatem, in quo ita scriptum reperit Sirmondus. Contra alii *breviculum* reponunt, conjectura paullo audaciore, veluti Alciat. *Dispunct. I.* 20. Perrenon. *animadvers. II.* 17. Ferrand. Adduens. *Explic. lib.* 2. *p.* 575. *Tom.* 2. *Thesaur. jur. civ.* At quidni retineas *periculum*, quod habet Cornel. Nepos *Epaminond. c.* 8. Sunt, qui ibi substituunt sepulcrum, sed ex conjectura ut opinor, quia apud Appianum legerunt κατὰ τὸν τάφον. Quasi vero semper inter historicos conveniat, maxime in ejusmodi περιςάσεων genere. Eodem vocabulo usus est Codicis Theodosiani auctor in *rubr. & l.* 2. *de sent. & peric. recit.* mirumque esset, casu accidisse, ut in utrumque codicem idem vitium irreperet. Add. Ev. Otton. *præf. Tom.* 2. *Thes. jur. p.* 20. *sequ.* Hein. Cic. *in Frument.* Honestius est, quod

quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ & *pericula* magiſtratuum committantur. Vid. Cujac. 5. *obſerv.* 35. *in fin.* Plaut. in Querulo: Si paraſitus inquit, amplius quam præfinitum eſt, poſtularit, plus petiti *periculo* ſtranguletur.

PERIMERE, ſive ut apud juris Romani auctores frequentius legitur, *peremere*, eſt conſumere, exſtinguere, tollere. Scipio quidem Gentilis *in Origin.* voce *peremtorium edictum* hanc vocem *prohibere*, Menagius *Amœnit. jur. civ. c.* 39. *tollere*, quod ſignificantius eſt, interpretatur. Sic *perimere* actionem: *l.* 34. §. *ult.* D. *de oblig. & act. l.* 66. §. 1. *D. de legat.* 2. *l.* 7. *C. de ſent. interloquut. l.* 75. D. *de ſolut. l.* 7. *D. de feriis & dilat.* cauſſam: *l.* 9. *C. de ſent. & interloq.* diſceptationem: *l.* 70. D. *de judic.* donationem: *l.* 20. D. *de donat. int. vir. & ux.* fideicommiſſum: *l.* 64. *D. de legat.* 3. jura: §. 11. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* legatum: *l.* 40. §. 4. D. *de condit. & demonſtr. l.* 11. D. *de adim. legat.* obligationem: *l.*100. D. *de verb. oblig. l.* 5. *D. de fidejuſſ.* pignus: *l.* 11. D. *de pignor. act.* partem ſtipulationis: *l.* 17. D. *de acceptil.* uſumfructum: *l.*1. §. *ult. D. quib. mod. uſusfr. l.* 17. §. 2. D. *de uſufr.*

Ita & *perimi*, vel *peremi* dicitur, quod intercidit, conſumitur, exſtinguitur, perit. Sic *peremitur* actio: *l.* 29. D. *de jur. fiſc. l.* 52. §. 27. D. *de furt. l.* 1. 2. D. *ſi ex noxal. cauſſ. l.* 35. §. *ult. D. locat. l.* 1. D. *de in rem verſ. l.*76. D. *de ſolut. l.* 3. *C. ad exhib. l.* 1. §. 20. *D. de tutel. & rat. diſtr.* cauſſa: *l.* 3. *C. ſi pend. adpell. l.* 1. §. 2. D. *de pignor.* communio: *l.* 8. §. *ult.* D. *de reb. cor.* condictio: *l.* 22. D. *rat. rem habit.* corpus: §. 10. *Inſt. ad Leg. Aquil.* eligendi facultas: *l.* 77. §. 4. *D. de legat.* 2. primus gradus teſtamenti: *l.* 3. §. *ult. D. de lib. & poſtum.* jus: *l.* 44. *D. de adquir. poſſeſſ.* libertas: *l.* 39. D. *de manum. teſtam.* navis naufragio: *l.* 36. §. *ult.* D. *de rei vind. Perempta* navis videtur, quæ reſoluta eſt, & intercidit, tabulis omnibus refixis ea mente, ut in alium uſum deſtinarentur: *l.* 83. §. 5. D. *de verb. oblig. Perimitur* obligatio: *l.* 14. D. *de fidejuſſor. l.* 13. D. *de duob. reis. l.* 3. D. *und. cogn.* præſcriptio & negotii quæſtio: *l.* 10. *D. de diverſ. temp. præſcr.* agnatus capitis deminutione: *l.* 2. *C. commun. de ſucceſſ.* ſtipulatio: *l.* 98. D. *de verb. oblig. l.* 1. *C. de judic.*

PERINDE ac ſi: *l.* 29. D. *de noxal. act.* atque: *l.* 18. 24. D. *ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* atque ſi: *l.* 44. D. *de damn. infect.* quaſi: *l.* 52. D. *de action. emt. l.* 32. D. *ad SC. Trebell.*

ΠΕΡΙΟΔΕΥΤΑΙ medici, id eſt, circulatores: *l.* 6. §. 1. D. *de excuſ.* de quibus vide Ulr. Huber. *lib.* 3. *digreſſ. Juſtin. c.*23. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 35. Recte hic per medicos περιοδευτὰς non intelligit circumforaneos agyrtas & aretalogos, ſed medicos clinicos, qui vicatim viſitant ægrotos. Recte etiam huc refert *presbyteros* περιοδευτὰς, quorum mentio fit in *l.* 42. §. 9. C. *de Epiſc. & cler.* Sed eadem jam obſervarunt Coler. *parerg. c.* 12. & Perrenon. *Animadv. lib.* 1. *c.* 29. *Hein.*

PERIRE dicitur, quod in rerum natura eſſe deſinit, quod rebus humanis ſubducitur ac ſubtrahitur, quod intercidit. Ac primo quidem perſonæ perire dicuntur, veluti naufragio: *l.* 12. D. *de reb. dub. l.* 26. D. *de pact. dotal. l.* 17. §. 7. D. *ad SC. Trebell. l.* 9. D. *de reb. dub.* bello *ibid.* amatorio poculo: *l.* 38. §. 5. D. *de pœn.* ex vulnere: *l.* 11. §. 3. D. *ad Leg. Aquill.* Sed & res & quidem cor-

corporales dicuntur perire, ut argentum: *l.* 20. §. *ult.* D. *de præscript. verb.* bos: *l.* 17. §. 3. D. *eod. tit.* §. 1. *Inst. locat.* margarita: *l.* 17. §. 1. D. *de præscript. verb.* navis: *l.* 6. D. *de naut. fœn.* pecunia: *l.* 3. §. *ult.* D. *de in rem vers.* pecus: *l.* 2. §. 20. D. *de vi bon. rapt. l.* 53. §. 13. D. *pro soc.* vasa: *l.* 22. D. *de manum. test.* vestis: *l.* 3. §. *ult.* D. *de in rem vers.* vestimenta: *l.* 17. §. 4. D. *de præscr. verb.*

Perire quoque jura dicuntur, id est, exstingui & evanescere. Sic *perire* dicuntur actio: *l.* 13. §. *ult.* D. *de negot. gest. l.* 37. D. *de jur. dot. l.* 139. D. *de reg. jur.* adpellatio: *l.* 6. D. *de adpell.* caussa: *l.* 29. D. *de jur. fisc.* legatum: *l.* 112. D. *de cond. & demonstr. l.* 65. §. 1. D. *de legat.* 2. lis; *l.* 2. D. *de divers. temp. præscr. l.* 18. §. 4. D. *de dol. mal. l.* 8. D. *de legat.* 3. privilegium: *l.* 29. D. *de novation.*

Perire præterea etiam dicitur, quod non quidem interiit, exstinctum est, sed abest vel amissum est, veluti furto *l.* 35. §. 4. D. *de contrah. emt. l.* 14. §. *ult.* D. *de peric. & commod. rei vend. l.* 52. §. 3. D. *pro soc.* Quum in caupona vel in navi res perierit: *l. un.* §. 3. D. *furti advers. naut.*

Perire alicui dicitur, quod ejus damno & dispendio cedit, quod ei decedit & detrahitur, ut in *l.* 13. §. 5. D. *ad Leg. Falcid. l.* 30. D. *eod. tit.* Eodem modo *perire* dies dicuntur patrono vel heredi, quibus operæ non eduntur: *l.* 20. §. *ult.* D. *de oper. libert. l.* 7. D. *de ann. legat.* *Pereunt* patrono *operæ*, quas libertus propter adversam valetudinem præstare non potest: *l.* 34. D. *de oper. libert.*

PERITIA artis: *l.* 1. D. *de decret. ab ord. fac.* Arte alicujus vel *peritia* uti: *l.* 27. §. 2. D. *de usufr.* ut monimenta fierent opera & *peritia* Asiani: *l.* 57. §. 7. D. *pro soc.*

Peritiæ pro perita. Vid. sub art. *censere.*

PERJURIUM: *l.* 21. D. *de dol. mal.* De *perjurio*, si sua pignora esse quis in instrumento juravit, crimen stellionatus sit: *l. ult.* D. *stellion.* Qui falsa testimonia protulerit, de perjurio convenitur: *l.* 13. *C. de testib.* Dignitate, qua se per suum videlicet perjurium indignos esse probaverint, spolientur: *l. pen.* C. *de dignit.* perjurii pœna: *l.* 22. D. *de dol. mal.* Augeri magis nostram rempublicam, & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis *perjuriis* adfici volumus: quum satis esse inhumanum videatur, per leges, quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri: *l.* 2. *in fin. C. de indict. viduit.* Facessant ergo, qui pœnam nullam Romano jure perjurio positam, tam secure adhuc adseruerunt, indeque calumniandi illud occasionem arripuerunt. Add. *l.* 13. §. 6. *D. de jurejur. l.* 41. *C. de transact.* & Jac. Gothofred. *in not. ad Tertullian. ad nation. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 107.

Perjurii quidem, si per Deum juratum sit, nullam esse pœnam legibus Romanis proditam, sed vindictam ejus Deo relictam esse, existimat Cujac. *lib.* 2. *observ. c.* 19. Si tamen per principem pejeratum sit, fustibus castigari perjurus jubetur: *l.* 13. §. *ult.* D. *de jurejur.* Cui legi quomodo conciliandа sit, *l.* 2. *C. de reb. cred.* docet idem Cujac. *lib.* 8. *observ. c.* 7. Add. Reinold. *Var. I.* 14. *p.* 109. *seq.* Hein.

PERLATOR. Sed si quid forsitan urgere cœperit, referri ad Celsitudinem tuam statuimus, & auctore te fieri, & eo *perlatore*, ferri ad scientiam nostram. Ita non abs re legendum in *l.* 8. *C. Th.*

de extraord. sive sord. mun. videtur Jac. Gothofredo, quum ante legeretur *persolutore*, & Cod. Justinianeus in *l.* 8. D. *de excus. artif.* Rara est alias vox *perlatoris*, & veteribus vix usurpata, quamquam *lator* passim reperiatur. Sed illa tamen utitur Symmachus *lib.* 5. *epist.* 30. *extr.* Et *perlatori*, ait talium litterarum benignus arride.

PERLUSORIUS, pro *prolusorius.* Si *perlusorio* judicio actum sit adversus testamentum: *l.* 14. *D. de adpellat.* Ita legitur Florentiæ, quum Haloand. habeat *prolusorio*, atque sic etiam Budæus legi jubeat, qui interpretatur caussam præjudicialem. Nihil hic mutat Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 409. quem *perlusorium judicium* per *collusorium* ex ipsa *l.* 14. D. *de adpell.* exponentem merito sequimur. *Hein.*

PERMANERE, perseverare, durare, *l.* 60. D. *de cond. indeb. l.* 1. §. 1. *D. de oblig. & act. & passim.*

PERMILITARE: *l.* 8. §. 9. *l.* 9. *D. de excusat.*

PERMISCERE caussas: *l.* 52. D. *de adquir. possess.* legata: *l.* 11. §. 7. D. *ad Leg. Falcid.* Damna, quæ violentia permixta sunt: *l.* 2. §. 9. D. *de vi bon. rapt.*

PERMISSU creditoris: *l.* 8. §. 7. *D. quib. mod. pign.* eorum, quibus permittendi vis est: *l.* 3. §. 4. D. *de sepulcr. viol.* meo: *l.* 106. *D. de solut.* mulieris: *l.* 63. *D. de jur. dot.* prætoris; *l.* 7. §. 1. D. *de reb. eor.* principis: *l.* 31. *D. de pœn.*

PERMITTERE, i. e. concedere, sinere dicuntur Lex: *l.* 7. D. *de legib. l.* 3. §. 5. *D. de sepulcr. viol. l.* 45. §. 4. D. *ad Leg. Aquil.* Prætor: *l.* 12. *D. quib. ex causs. pign.* edictum: *l.* 4. *C. de servit.* creditor: *l.* 158. *D. de reg. jur.*

Singularis est loquendi ratio, quam usurpat Tryphoninus, in *l.* 41. §. *ult. D. de testam. mil.* ubi: *permittitur*, ait, *militem filio facere testamentum*, pro *militi*; quam tamen erudite defendit Duker. *de Latinit. vet. Ictor. p.* 355. Hein.

Permittere, pro perimere, seu remittere, in *l.* 3. D. *de publ. jud.* Promiscue accipi *permittere* & *remittere* observarunt Cujac. *lib.* 21. *obs. c.* 29. & Just. Lips. ad Tacit. *lib.* 1. *Annal. p.* 19. Exempla similia sunt in *l.* 37. *D. de pact. l.* 6. §. *ult.* D. *de jur. patron. l.* 2. *C. de prec. Imp. offer.* Gell. *lib.* 1. *c.* 3. Hein.

PERMUTARE dicuntur, qui res, quarum domini sunt, invicem mutant, ultro citroque dando & accipiendo. Olim unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia *permutabat*; *l.* 1. *pr.* D. *de contr. emt.* Qui rem *permutatam* accepit, emtoris similis est: *l. ult.* D. *quib. ex causs. in possess.*

PERMUTARE pro mutare, commutare. Sic: permutare conditionem; *l.* 10. §. 1. D. *de pœn.* quædam in opere; *l.* 60. §. 3. *D. locat.* pœnam, *l.* 9. §. 10. D. *de pœn.*

Permutare, aliud pro alio dare, extra contractum. Sic: Si pallium fullo *permutaverit*, & alii alterius dederit, *l.* 13. §. 6. D. *locat.* Eodem sensu permutationem facere dixit Alfenus, *l.* 31. D. *locat.*

Permutare pro alternare. Convenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur; *l.* 5. D. *de aqu. quotid.*

PERMUTATIO est, quum res pro re, corpus pro corpore datur. Si pecuniam dem, ut rem accipiam, emtio venditio est; sin autem rem do, ut rem accipiam, non placet permutationem verum emtionem esse; *l.* 5. D. *de præscr. verb.*

Per-

Permutatio pro mutatione. Status permutatio; *l.* 1. D. *de capit. minut.*

PERNECESSARIA res: *l.* 11. §. 4. D. *de minor.*

PERNICIANUM Senatusconsultum. Ita vocatur ab Ulpiano, *tit.* 16. §. 3. Vid. *Persicianum.*

PERNICIES. Fructuarius non debet quidquam facere in perniciem proprietatis; *l.* 13. §. 4. D. *de usufr.* Ne in perniciem mariti mulier punita sit; *l.* 36. D. *solut. matrim.*

Pernicies exsecranda delatorum; *l.* 2. C. *Theod. de petit. & ultro dat. Perniciem* hæreticis minantur Imperatores, in *l.* 4. *C. Theod. de hæret.*

PERNICIOSE agere; *l.* 3. §. 5. D. *de susp. tut.* errare; *l.* 91. §. 3. D. *de verb. oblig.*

PERNICIOSUS furor; *l.*22. §. 7. D. *solut. matrim.*

PERNOCTARE extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est. *Per* enim totam noctem significat; *l.* 66. §. *ult.* D. *de verb. signif.*

PERNUMERARE res hereditarias; *l.* 1. D. *de ventr. in poss. mitt.*

PERORARE caussam vel negotium, est caussam orare vel agere, in *l.* 46. *C. Theod. de decurion.* Alias *perorare* caussam est peragere, ad finem deducere; *l.*14. §. 8. D. *de bon. libert. l.* 6. D. *de quæstion.* Eodem sensu *perorare* negotium est in *l.* 19. *C. Theod. de adpellat. & consult. l.* 64. *C. Th. eod. tit.*

PERPENDERE fidem testimonii: *l.* 13. D. *de testib.* Perpensa cura; *l.* 29. *pr. C. Th. de annon. & trib.* deliberatione; *l.* 1. *C. de metallar. Perpenso* judicio; *l.* 7. *C. de accus.* studio: *l.* 5. *C. Theod. de suscept.* Mulier, cujus prætor perpensam voluntatem intellexerit; *l.* 1. §. 7. D. *de suscept. tut.* §. 3. *Inst. eod. tit.* Quo tamen posteriore loco aliæ editiones habent *propensam*, quemadmodum & Theophilus legisse videtur: εἰ δὲ καὶ τις ἑτέρα γυνὴ, ἧς ὁ πραίτωρ ὁρᾷ τὴν γνώμην ῥέπουσαν εἰς τὸ εὐσεβεῖν. Sed si qua alia mulier fuerit, quam prætor pietatis studio eo venire viderit.

PERPERAM petere; *l.* 22. §. 4. D. *rem rat. hab.* pronunciare; *l.* 8. §. 4. D *si serv. vind.* judicare; *l.* 62. D. *de re judic. l.* 42. D. *de liber. causs. l. ult. C. de pœn. judic.* exheredatus; *l.* 12. §. 3. D. *de bon. libert.* excusatus; *l.* 11. §. 4. D. *de minor.* contractum; *l.* 18. D. *de tutel. & rat. distr.* injunctum officium; *l.* 5. *C. qui tutor.* agere; *l.* 2 §. 6. D. *de eo quod cert. loc.* scriptum; *l.* 24. D. *de reb. dub.* sese manifestare; *l.* 14. *C. de contrah. & commit. stip.* i. e. non jure, injuria. *Perperam* alias est per errorem & imprudentiam. Sic *perperam* consensum dare; *l.* 1. *C. si major. fact.* pecuniam accipere; *l.* 80. §. 5. D. *de furt.* solvere; *l.* 26. §. 1. D. *de pact. dot. l.* 9. D. *de pecun. constit. l.* 40. D. *de condict. indeb.* Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 92. Ulpian. *tit.* 24. §. *ult.* tradere; *l.* 4. §. 2. D. *pro soc.* agere; *l.* 2. *C. si major. fact. alien.* confiteri; *l.* 5. D. *de interrogat.* pronunciari; *l.* 12. §. 3. D. *de bon. libert.* judicare: Cic. *lib.* 2. *in Verr. c.* 23. Hirtius de *bello Hispan. c.* 12. Quibus ex locis adparet, ita quoque accipiendum esse, quod Varro scribit, *lib.* 3. *de re rust. c. ult.* Ille flens narrat ab nescio quo percussum cultello concidisse, quem, qui esset, animadvertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse, vocem *perperam* fecisse. Suet. *in Domit. c.* 11. Quod enim comitiorum consularium die destinatum perperam præco non consulem ad popu-

populum, sed imperatorem pronunciasset.

Perperam accipere, id est, *perperam* seu errore solutum accipere; *l.* 80. §. 5. D. *de furt.* Per fraudem vel dolum vel *perperam* sine judicio factis divisionibus; *l.* 3. *C. commun. utriusque judic.*

PERPES, pro perpetuus. *Perpes* auctoritas; *l. ult. C. Theod. de can. frum. urb. Rom.* firmitas; *l.* 4. *pr. C. Theod. de collat. donat. l.* 2. §. 2. *C. Theod. si cert. pet. de suffrag.* Ubique *perpetua* substituit Justinianus, *l.* 3. *C. de can. frum. urb. Rom. l. un.* §. 1. *C. de suffrag.* Gesta translata in publica monumenta habere volumus *perpetim* voluntatem; *l.* 55. *C. Theod. de hæret.* Sed Codex Justinianeus *perpetim* mutavit in perpetuam, *l. ult.* C. *de re judic.*

PERPETRARE, id est, factum peragere. Qui sibi manus intulit, & non perpetravit; *l.ult.* §. 6. D. *de bon. eor.* junct. *l.* 38. §. *ult.* D. *de pœn.* Add. *l.* 1. §. 1. *C. de rapt. virg. l.* 4. *C. ad Leg. jul. de adult.*

PERPETUARE obligationem; *l.* 56. §. *ult.* D. *de fidejuss.* Litis contestatione temporales actiones perpetuantur; *l. ult.* §. *ult.* D. *de fidejuss. tutor.* ut & per oblationem precum & ad eas rescriptionem; *l. ult. C. quand. libell.* Perpetuari dicuntur obligationes, quæ ob culpam factumve debitoris vel litis contestatione perpetuæ efficiuntur. Post litem contestatam *perpetuatur* adversus eum obligatio; *l.* 9. §. 3. D. *de jurejur.* Quoties culpa intervenit debitoris, perpetuari obligationem; *l.* 91. §. 3. D. *de verb. oblig. Perpetuari* etiam pœna dicitur, quæ quum temporaria esset, perpetua efficitur; *l.* 87. §. 7. D. *de pœn.*

PERPETUARII fundi rei privatæ principis; *l.* 14. *C. Theod. de tiron.* Eos non alios esse, quam Emphyteuticarios, ostendit Jac. Gothofred. *in Comment. ad l.* 12. *C. Theod. de extraord. siv. sord. mun.* Vocantur alias fundi *perpetui juris*, *l.* 10. *C. Th. de infirm. his, quæ sub tyrann.* Prædia *jure perpetuo consignata*: *l.* 10. *C. de excus. muner.* Fundi ad patrimonium principis pertinentes, *qui perpetuo jure tenentur*; *l.* 15. *C. eod. tit.* Possessores eorum dicuntur *jure perpetuo possidentes*, *l.* 12. *C. Theod. de extraord. sive sord. mun. perpetuo jure retinentes*; *l. ult. C. Theod. de conlat. fund. patrim. & emphyt.* & sæpius *perpetuarii* in *l.* 5. *C. de locat. præd. civil. vel fisc.* ipsumque jus, quod possessores hujusmodi fundorum habent, jus *perpetuarium*, hoc est, emphyteuticarium, *l.* 1. *C. de offic. Comit. sacr. palat.* Add. Alciat. *lib.* 1. *parerg. c.* 37. ubi & illud Senecæ in ἀποκολοκυντ. *Claud. Cæsar. Tu autem, qui plura loca calcasti, quam ullus mulio perpetuarius*, huc refert, ibique *mulionem perpetuarium* interpretatur mercenarium, qui mulam veterinam conductam in perpetuum, dum vixerit, certo pretio habet, eaque vecturam facit. Sed aliter Gronovius *ad eum locum*, *n.* 12, & Barth. *lib.* 11. *adversar. c.*37.

PERPETUO, id est in perpetuum, dicitur actio competere; *l.* 3. §. 1. *D. de vi & vi arm.* actio & interdictum dari; *l.* 4. §. *ult. l.* 17. §. 3. *D. de damn. infect. l.* 20. §. 6. *D. de op. nov. nunc.* heres conveniri: *l.* 17. *D. de castrens. pecul.* Atque hoc sensu verba hæc a juris auctoribus scripta erant, quæ hodie ex principum constitutionibus non ultra triennii spatium porriguntur. Quod ex naturali caussa fit, etsi non adsidue fit, perpetuo tamen fieri existimatur; *l.*28. *D. de servit. præd. urb.* An ad tempus fideicommissum, an perpetuo præstari voluerit;

rit; *l. 6. D. de ann. legat.* Servi, qui hoc animo a domino inducti essent, ubi *perpetuo* essent, non temporis caussa adcommodarentur; *l. 32. D. de pignor.* Res, quas *perpetuo* quis ibi habuerit, atque ita disposuit, ut perpetuo haberet: *l. 32. §. 3. D. de hered. inst.* Prædia, quæ perpetuo quibusdam sumenda traduntur, id est, quamdiu pensio sive reditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi ejus, cujus conductor heresve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, auferre liceat: *§. 3. Inst. de locat.*

PERPETUUS, *a*, *um*. Perpetuæ actiones temporalibus opponuntur. *Perpetuæ* autem *actiones* olim dicebantur, quæ perpetuo, seu in infinitum competebant, quales erant rei persequutoriæ, quæ ex legibus, SCis, aut ex sacris constitutionibus proficiscebantur, aliter atque eæ, quæ ex prætoris jurisdictione pendebant, quæ plerumque annuæ erant. Hæc actio, quæ competit de effusis & dejectis, *perpetua* est; *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel dejec.* Atque ita in Pandectis accipere debemus, quod a ICtis scriptum est, *perpetuo* seu *in perpetuum* actionem dari, ut *l. 28. §. ult. D. de dol. mal.* Idem etiam significat in perpetuum teneri; *l. 29. D. eod. tit.* *Perpetuæ* autem erant olim actiones, seu *perpetuo* competebant, heredique & in heredem dabantur actiones, quæ rei persequutionem habebant. Unde Ulpianus de Faviana actione loquens: Hæc actio, ait, in perpetuum datur, quia habet rei persequutionem: *l. 3. §. 1. D. si quid in fraud. patron.* Similiter de actione damni infecti. Hæc actio, ait Ulpianus, quum rei habet persequutionem, & heredi & in heredem, & *perpetuo* dabitur; *l. 4. §. ult. D. de damn. infect.* Hæc actio, quæ adversus heredes ceterosque successores pertinet, perpetuo competit; quia in eo rei persequutio continetur; *l. 3. §. 1. D. de vi & vi arm.* Judicati actio *perpetua* est, & rei persequutionem continet; *l. 6. §. ult. D. de re judic.* Hoc interdictum *perpetuum* est; *l. 3. §. ult. D. de hom. lib. exhib. l. 20. §. 6. D. de oper. nov. nunc. l. 2. §. 34. D. ne quid in loc. publ.* Hæc judicia, quamvis honoraria sunt, tamen perpetua sunt; *l. ult. §. ult. D. naut. caup. stab.* Eodem sensu perpetuam obligationem accipe, in *l. 35. §. ult. D. de negot. gest. l. 91. §. 4. D. de verb. oblig.* ex qua nimirum actio in *perpetuum* datur. Nec aliter *perpetua* stipulatio exaudienda est; *l. 24. §. ult. D. de usur.*

At novo jure *perpetuæ* actiones accipiuntur, quæ usque ad triginta vel quadraginta annos extenduntur. His enim temporum curriculis & cancellis omnes, tam in personam, quam in rem actiones tamdem principalibus constitutionibus circumscriptæ fuerunt; *pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. 3. 4. C. de præscript. trig. vel quadr. ann.* Proinde alia est hodie, atque olim fuit, verbi hujus sententia. Et ideo hodie *in perpetuum*, prout & Justinianus interpretatur, est usque ad finem constitutionibus introductum: *pr. Inst. de perpet. & temp. act.* Unde etiam actio *perpetuo durare* dicitur, quæ etiam post triginta annos & usque ad annum quinquagesimum durat: *l. 1. junct. l. 3. C. de aleator.*

Perpetuæ exceptiones & temporales opponuntur: *l. 3. D. de except.* Vide supra sub *articulo peremtoriæ exceptiones.* Exceptio *perpetua* pacti conventi: *l. 5. C. de pact.* *Perpetua* exceptio parit condictio-

dictionem ; *l. 26. §. 7. D. de condict. indeb.* Jusjurandum perpetuam exceptionem parit ; *l.* 40. D. *de jurejur.* Exceptione *perpetua* ſuccurri ei , qui per vim expulſus poſt retinuit poſſeſſionem.

Perpetua aqua ; *l.* 1. §. 3. *D. ut in flum. publ.* ubi temporali opponitur.

Perpetua cauſſa. Quod dicitur : omnes ſervitutes prædiorum *perpetuas* cauſſas habere debere , *l.* 28. D. *de ſerv. præd. urb.* hunc ſenſum habent : ita ſervitutes conſtitutas comparataſque eſſe debere , ut res ſemper ſit idonea ad ſervitutis uſum : verbi gratia ; ex aqua , quæ areſcit , & ex ciſterna aquæductus cedi non poteſt , quoniam cauſſam ſeu materiam *perpetuam* , id eſt, vivam & perennem aquam non habet ; *l.* 1. §. 3. D. *de fonte.* At ejus aquæ , quæ ex cœlo cadit , in vicinum immittendæ utiliter conſtituitur ſervitus , quoniam etſi ea adſidue non cadat, quum tamen ex naturali cauſſa cadat , perpetuo cadere intelligitur. Contra non *perpetuam* cauſſam habet , quod manu fit ; *l.* 28. D. *de ſervit. præd. urb.*

Perpetua condictio ; *l.* 10. *C. locat.*

Perpetua conſuetudo ; *l.* 6. D. *quod cujuſq. univ. nom.* id eſt , ſemper obſervata , ut *l.* 32. §. 6. D. *de adminiſtr. & peric. tut.*

Perpetuum edictum adpellatum eſt , quod ex annuis prætorum edictis, *perpetuæ* juriſdictionis cauſſa propoſitis , iiſque magna ex parte tralatitiis a Salvio Juliano compoſitum & in ordinem digeſtum , tituliſque diſtinctum , *perpetui* juris vim vigoremque Hadriani Imperatoris auctoritate , nec non Senatus conſulti quod ſuper ea interceſſit, auctoritate obtinuit ; *l.* 2. §. 18. *C. de vet. jur. enucl.* Vid. ſupra ſub art. *Edictum.* Nimirum perpetuum dicitur , non modo , quod fine caret , ſed & , quod continuum vel non interruptum , ſive quod non ceſſat , quamdiu durat. Tales ſunt loquutiones veterum : Palus *Perpetuæ* Cæſ. *de bell. Gall. lib. 7. c.* 57. Biennium *perpetuum* , Terent. *Aecyr. Act.* 1. *SC.* 2. *v.* 12. & ibi Donat. *Perpetuæ* ædes , Plaut. *Moſtel. Act. SC.* 2. *v.* 68. *Perpetua* nox, Idem *Rudent. Act.* 2. *ſc.* 3. *v.* 40. Unde intelligitur , quod jam ante Hadrianum Lege Cornelia *perpetua* facta ſint *Edicta* prætorum , quum tamen his adhuc integrum fuerit , ſub magiſtratus auſpicia nova edicta proponere. Quia enim per annum mutari amplius non poterant edicta , vocabantur *perpetua.* Quod quum non animadverteret Jac. Menardus in *Not. ad Cic. Verr.* 1. *p.* 103. apud Aſcon- Pædianum legendum putavit , *ex edictis ſuis propoſitis* , pro *ex edictis ſuis perpetuis.* Quin ex eodem hujus notionis neglectu , *ante Hadriani tempora nuſquam edicti perpetui vocem reperiri* , perperam ſcripſit Guil. Grotius *de vir. juriſconſultor. II. 6. Hein.*

Perpetua excuſatio temporali opponitur ; *l.* 4. §. 1. D. *de muner. & honor. l.* 8. D. *de excuſ.*

Perpetuum flumen , id eſt , perenne & quod ſemper fluit. Ovid. *de remed. amor. v.* 651. *Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire.*

Perpetuum impedimentum : *l.* 101. §. 2. D. *de verb. ſignif.*

Perpetui inhabitatores : *l.* 1. §. *ult.* D. *furt. adv. naut.*

Perpetuæ juriſdictionis cauſſa propoſitum , opponitur illi quod proponi ſolet prout res incidit : *l.* 7. *pr. D. de juriſd.* ubi perpetua : juriſdictio intelligitur ſenſu quo ante Hadriani tempora *perpetua* adpellata fuiſſe *edicta* prætoris modo vidimus. Et ita accipe ju-

jurisdictionem *perpetuam* in *l.* 2. *C. de restit. milit.*

Perpetuum jus, id est, certum, & *in omnia tempora scriptum*, ut Quinctil. *Declam.* 150. Secundum jus *perpetuum* : *l.* 3. *D. de pignor. act.* ubi Julius Pacius edictum perpetuum intelligit, Juxta juris *perpetui* formam : *l.* 5. *C. de appellat.* Annon facit dolo qui jure perpetuo utitur : *l.* 42. *D. de act. emt.*

Perpetuus lacus : *l.* 23. §. 1. *D. de servit. præd. rust.* id est, qui perpetuam aquam habet, ut *l.* 1. §. 1. *D. ut in flum. publ. navig. lic.*

Perpetuum legatum : *l.* 23. D. *de ann. legat.*

Perpetua mensura : *l.* 1. §. 5. *D. de flum.*

Perpetuus morbus, qui intermissionem non habet, sed rebus gerendis impedimento est, *l.* 6. *l. ult.* §. 1. D. *de Ædil. edict. l.* 27. §. 7. D. *solut. matrim. l. ult. C. de curat. furios. l.* 5. *D. de postul. l.* 54. *D. de procurat.*

Perpetui officiales, in *l.* 34. *pr.* D. *de reb. cred.* dicuntur, non qui officii finem nullum habent, sed qui non habent officii finem certum, seu quorum officium non finitur, finito officio præsidum.

Perpetuum opus. In opus *perpetuum* vel temporarium dari : *l.* 1. §. *ult. D. effract. l.* 34. *D. de pæn.* id est, ad totum vitæ tempus.

Perpetuum pactum, quod non est ad tempus factum. Exceptio pacti conventi *perpetui*, id est ne omnino pecunia petatur : *l.* 3. *D. de exception.*

Perpetua pensitatio : *l.* 24. D. *de ann. legat.*

Perpetua exsilii pœna : *l.* 39. *D. de jur. fisc. Perpetuis* pœnis tenebitur : Ulpian. *tit.* 16. §. 3.

Perpetuæ quæstiones, quas Censorino & Manilio consulibus constitutas Cicero in *Bruto c.* 27. scribit, ita duabus de caussis adpellatas bene quidem monuerunt. Una est, quod ordo hujusmodi publicorum judiciorum exercendorum lege semel præscriptus fuit, certaque forma in universum data, ut nova deinde lege non opus esset. Altera est, quod annuam his quæstionibus exercendis prætores illi, qui publicis judiciis præerant, operam darent, non quemadmodum ante fieri solebat, quum ita res tulisset, ut quæstio decernenda videretur, tum legeretur, qui quæreret, specialisque de ea rogatio perferretur.

Perpetuæ sepulturæ traditum corpus, & ad tempus alicui loco commendatum opponuntur, apud Paull. *lib.* 1. *sent. tit.* 21. §. 4. Add. *l.* 10. *C. de religios & sumt. fun. l.* 3. §. 4. D. *de sepulcr. viol.* In *perpetuam* servitutem venire : *l.* 44. §. 7. D. *de legat.* 1. *l.* 1. *C. si serv. export. ven.*

Perpetua valetudine tentus : *l.* 1. *C. qui morb. se excus.* Plin. *lib.* 1. *epist.* 12. Evasit *perpetuam* valetudinem.

Perpetua vincula : *l.* 8. §. *ult. l.* 35. D. *de pæn. l.* 1. *C. qui non poss. ad libert. l.* 5. *C. famil. erc isc.*

Perpetua & constans voluntas : *l.* 10. D. *de just. & jur. pr. Inst. eod. tit.*

Perpetuus usus : *l.* 17. §. 7. D. *de action. emt. l.* 242. §. *ult.* D. *signif.*

Perpetua utilitas : *l.* 3. D. *de impens. in rem. dot. fact.*

Notandæ porro phrases. Dotis caussa perpetua est, & ita contrahitur ut semper apud maritum sit : *l.* 1. D. *de jur. dot.* id est, durante matrimonio. Hoc non est perpetuum, id est, non semper locum habet : *l.* 40. D. *de condict. indeb. pr. Inst. de satisd. tut. l.* 36. D. *ad SC. Trebell.* Utrum uno duntaxat anno, an in *perpetuum*

tuum decem annua præstandæ sint: *l.* 20. §. *ult. D. de ann. legat.* puta quoad vixerit legatarius. Sic procurator, dari in *perpetuum*, vel usque ad diem: *l.* 3. & 4. D. *de procur.* In *perpetuum* relegatus: *l.* 3. *C. qui pot. tut.* Societas coiri potest in *perpetuum*, (id est, dum vivunt,) vel ad tempus: *l.* 1. *D. pro soc.* non in æternum, *l.* 70. D. *eod. tit.*

PERPLEXUM. Dixi τῶν ἀπόρων id est, ex *perplexis* hanc quæstionem esse: *l.* 88. *pr. D. ad leg. falcid.*

PERQUAM nimiæ diligentiæ: *l.* 6. *in fin* D. *de cadaver. punit.* Perquam ridiculum: *l.* 7. §. 22. *D. de interd. & releg.*

PERRARO *l.* 18. §. 1. D. *de minor.*

PERSCRIBERE. Ut chirographum perscriberet sua manu: *l.* 26. §. 1. D. *de pignor.*

PERSCRIPTIO (ita enim legendum pro proscriptio in *l.* 10. D. *de decurion.*) est in tabulas publicas relatio. Cic. *Philip.* 5. Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis *perscriptionibus*, donationibusque avertit. Idem *pro Flaco. Perscriptiones* pro Syngraphis accepit his verbis: *perscriptiones* cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti. Attamen *proscribere* in pacto convento pro perscribere legitur in *l.* 71. *pr.* D. *pro soc.*

PERSECARE. Tunc reus homicidii fit dominus, si servum occiderit ferarum unguibus latera *persecando*: *l.* 1. *C. de emendat. servor.*

PERSEQUI, insequi: *l.* 44. D. *de adquir. rer. dom. Persequi* feram: *l.* 5. §. 1. D. *l.* 41. D. *de adquir. rer. dom.* aliquem inimicitiis: *l.* 22. *D. de adim. legat.* servum fugitivum: *l.* 2. D. *ad leg. Fab. de plag.*

Persequi alias est per judicem vel per prætorem quid petere. Proinde persequi dicimur rem nostram, sive nobis pignori obligatam, sive nobis debitam. *Persequi* videtur & qui satis accepit; *l.* 57. §. *ult. D. de verb. signif. Persequi* per actionem; *l.* 2. D. *ad leg. Fab. de plagiar.* caussam adpellationis; *l.* 27. *D. de adpell.* legis Aquilliæ damnum; §. 11. *Inst. de leg. Aquill.* dominium; *l.* 10. *C. de præd. minor.* hypothecam; *l.* 11. *de quib. mod. pign.* judicatum; *l.* 39. §. 12. *D. de admin. & peric. tut. l.* 52. §. 1. *D. de fidejuss. pr. Inst. de action.* jus suum; *l.* 30. §. *ult. D. de except. rei jud.* patrimonium: *l.* 3. §. 2. *D. de bon. possess.* litem; *l.* 5. *D. rat. rem habit.* mandati judicio; *l.* 16. D. *mand.* pignora; *l.* 14. *D. de pignor. l.* 9. *C. de præd. minor.* rem; *l.* 32. *D. de fideicom. libert.* Hinc actiones rei persequendæ gratia comparatæ, quædam pœnæ persequendæ; §. 16. *Inst. de action.* Nec tantum, qui privata actione experitur, sed & qui accusat, postulat, defert, persequi dicitur. Sic *persequi* accusationem: *l.* 16. *C. ad leg. Corn. de fals.* crimina: *l.* 1. *C. de general. abol.* criminis caussam; *l.* 1. *C. de furt.* suam suorumque injuriam: *l.* 12. *C. de his qui accus. non. poss.* reum; *l.* 17. *D. ad SC. Turpill.* ultionem & mortem filii; *l.* 9. *C. de his, qui accus.* Sed & Lex *persequi* dicitur, uti in *l.* 1. *C. ad Leg. Viscell.*

PERSEQUUTIO. Hoc verbo, ait Ulpianus, extraordinarias *persequutiones* puto contineri, ut puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent juris ordinarii exsequutionem: *l.* 178. §. 2. D. *de verb. signif.* id est, quarum cognitionem extraordinem magistratus ipsemet suscipit, qui jure ordinario non cognoscere ipse, sed judices dare solet.

Et ita *persequutio* ab *actione petitioneque* separatur, ut in stipulatione Aquilliana. Quæcumque mihi tecum *actio*, quæque adversus te *petitio*, vel adversus te *persequutio* sit; *l.* 13. §. *ult.* *D. de acceptil.* §. 2. *Inst. quib. mod. oblig. toll.* Sic & in stipulatione de rato, cujus ea de re *actio*, *petitio*, *persequutioque* sit: *l.* 23. *D. rat. rem hab.* Adde *l.* 10. D. *de verb. obl.* *l.* 49. *D. de verb. signif.* *l.* 4. §. 1. D. *de castr. pecul.* Papinianus utique ita hæc distinguit, *Actio* in personam infertur, *petitio* in rem, *persequutio* in rem vel in personam. Verum subtilis hæc verborum differentia plerumque confunditur. Namque, *actionis* verbo etiam *persequutionem* contineri tradit Paullus, *l.* 34. *D. de verb. signif.* Sic quæ fideicommissi *persequutio* dicitur; *l.* 3. D. *de usur.* *l.* 32. *D. de fideic. libert.* *l.* 14. C. *de donat. int. vir. & ux.* eadem & fideicommissi actio vocatur; *l. ult.* §. 4. *D. de legat.* 2.

Denique *persequutionis* adpellatio latius patet, atque ad quaslibet actionum petitionumque species porrigitur, ut *pr. Inst. de except.* *l.* 45. §. 9. D. *de jur. fisc.* *l.* 40. *D. de minor.* *l.* 2. §. 1. *D. de vi bonor. rapt.* *Persequutio* dedictorum aut propria aut communis: *l.* 2. D. *de re milit.* eorum, quæ vi vel furto ablata sunt: *l.* 1. *C. de his, quæ vi metusve caussa.* *Persequutio* loco deteriori non fit, quamvis exactio rei possit esse difficilior: *l.* 11. D. *si quis caut. in judic. sist.* *Persequutio* hereditatis: *l.* 5. §. 4. D. *de legat. præst.* juris suis: *l.* 46. D. *de pact.* legati: *l.* 16. §. 7. D. *de bon. libert.* nominis: *l.* 2. *C. de donat.* pecuniæ: *l.* 16. *C. de don. int. vir. & ux.* pignoris & hypothecæ: *l.* 17. & 18. *C. de pignor.* pœnæ: *l.* 1. §. 4. *D. ad SC. Turpill.* rei: *l.* 6. §. *ult.* *D. de re jud.* ususfructus: *l.* 3. D. *si cert. pet.*

Persequutio bestiæ: *l.* 5. *pr.* *l.* 44. D. *de adquir. rer. dom.*

PERSEQUUTORES, *Persequutoria.* Vid. infra *prosequutor*, *prosequutoria.*

PERSEVERANTIA: *l.* 3. D. *de divort.*

PERSEVERARE agere injuriarum; *l.* 17. §. 6. D. *de injur. & famos libell.* petere: *l.* 2. §. 3. D. *de dol. mal. & met. except.* vel in petendo: *l.* 34. §. *ult.* *D. de aur. leg.* dominus rerum hereditariarum: *l.* 6. *C. de hered. vel act. vend.* *l.* 3. *C. de his, quæ a non dom.* bonorum esse: *l.* 12. §. 1. *D. de capt. & postl.* mortuo illo tutores; *l.* 12. D. *de tutel.* in eodem actu: *l.* 37. *D. de administr. & per. tut.* in administratione; *l.* 11. *C. arbitr. tut.* in eadem contumacia: *l.* 3. *C. de suspect. tut.* in crimine usque ad sententiam: *l.* 7. D. *de accusat.* in eadem cura; *l.* 25. *D. de tut. & cur.* in eodem furore; *l.* 32. §. 6. D. *de usu & usufr. leg.* in lite; *l.* 10. §. *ult.* D. *de judic.* in matrimonio; *l.* 101. §. 3. D. *de condit. & demonstr.* *l.* 11. §. 10. D. *ad leg. jul. de adult.* in eadem obstinatione; *l.* 5. *C. de ingen. manum.* in officio; *l.* 37. D. *de administr. & peric. tut.* in possessione; *l.* 15. §. 35. D. *de damn. infect.* in querela; *l.* 15. §. 1. *D. de inoff. test.* in societate; *l.* 42. §. 1. D. *de adquir. hered.* in eadem temeritate; *l.* 28. §. 3. D. *de pœn.* in viduitate; *l.* 15. §. 8. D. *ad leg. jul. de adult.* in eadem voluntate; *l.* 65. D. *de rit. nupt.*

Perseverare, id est, durare constare dicuntur, caussa; *l.* 20. §. 13. D. *de oper. nov. nunc.* cura; *l.* 16. §. *ult.* D. *de tut. & rat. distr.* legatum; l. 32. §. 6. D. *de usu & usufr. leg.* matrimonium; *l.* 5. *C. de collat.* obligatio; *l.* 11. D. *quib. mod. pign.* *l.* 14. D. *de* pi-

pignor. *l.* 30. §. *ult.* D. *de except. rei jud.* pignoris persequutio; *l.* 29. §. 2. D. *de pignor.* voluntas; *l.* 1. §. 14. D. *quod legator.*

PERSICIANUM, vel uti Ulpian. *Fragm. tit.* 16. §. 3. vocat. *Pernicianum* Senatusconsultum, quod erat de sexagenariorum & quinquagenariorum nuptiis. Plura de hoc SCo habes apud Schulting. *in jurispr. vet. Antejustin. p.* 614. & apud Hein. *in Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 204.

PERSOLVI dicitur quod in totum solvitur, in *l. ult.* §. 4. D. *de legat.* 2. *l.* 2. §. 3. D. *pro emtore.*

PERSONA in jure nostro est homo cum statu suo consideratus. Nativo suo significatu hoc vocabulum notat fictitiam faciem, sive larvam, qua utebantur comici, ut varium fingerent vultum pro vario, quod imitabantur, subjecto. Vid. Gell. *lib.* 5. *c.* 7. Indigitat hoc ipsum Phædrus *lib.* 1. *fab.* 7. *Personam tragicam forte vulpes viderat, O! quanta species, inquit, cerebrum non habet.* Hinc desumpta methaphora aliis rebus & personis adplicari cœpit. Ita jam Seneca *c.* 24. ad hoc digitum intendit: *Non hominibus tantum, ait, sed & rebus demenda persona est, & reddenda facies sua.* Nec inconcinnam hanc translationem fuisse, facile adparet; quem enim modo conspexisti jura civitatis suæ defendentem Caium, eum mox videbis ut maritum potestatem maritalem defendentem, mox ut parentem bonæ filii adventitia sibi addicentem. Et ita non nisi mutata persona contemplari licet Caium pro diversitate status. Eleganter hæc exponit Hert. in *Diss.* de uno homine plures personas repræsentante. *Wurfel. jurispr. de fin.* §. 49. Servi utique in ratione civilis status *personam* non habent, eosque in rebus censeri notissimi juris est. Itaque recte Theophilus *ad* §. 2. *Inst. de hered. inst.* & *pr. Inst. de Servor.* Servos ἀπρόσωπους vocat. Quatenus vero cum statu naturali consideratur servus, persona quoque dicitur. Hinc summa de jure personarum divisio hæc est, quod omnes homines liberi sint aut servi: *l.* 3. D. *de stat. hom.* De *personarum* statu, id est, hominum: *l.* 2. D. *eod. tit.* In *personam* servilem nulla cadit obligatio; *l.* 22. D. *de divers. reg. jur.* Omnes jus vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones; *l.* 1. D. *de stat. hom.* Ex *persona* patris vel filii domini: *l.* 11. D. *de legat.* 1. In *persona* filii; *l.* 19. §. 2. D. *de stipul. servor.* In cujus *persona* stipulatio consistit; *l.* 11. D. *eod. tit.* In stipulationibus numquam *personam* inesse, nisi expressa sit; *l.* 126. §. 2. D. *de verb. oblig.* *Personæ*, quæ ex virili sexu, vel ex feminino descendunt; *l.* 1. §. *ult.* D. *de legat. præst.* Pupillus in his, quæ a substituto relinquuntur, *personam* sustinet ejus, a quo sub conditione legatur: *l.* 7. §. *ult.* D. *de liberat. legat.* Hoc in eorum *persona* concessum est, qui &c. *l.* 57. D. *de adquir. rer. dom.* In quibus factum personæ desideratur; *l.* 61. D. *eod. tit.* Ex *persona* sua filius, vel ex persona filii pater; *l.* 17. §. 2. D. *ad municipal.* *Personæ* uxorum; *l. ult.* §. 1. D. *de liberal. causs.* Singularis *persona*, vel collegium, vel corpus: *l.* 9. §. 1. D. *quod met. causs.* Ex cujus *persona* fideicommissa esse cœperunt; *pr. Inst. de codicill.* *Persona* certa, incerta, legitima. Vide his vocibus.

Personæ cohærere dicuntur jura quæ personas non egrediuntur, eorumque, quibus competunt, morte exstinguuntur, nec ad heredes transeunt. Conditiones, quæ per-

personis cohærent ; *l.* 6. §. *ult.* D. *de statulib.* Jus aquæ dandæ, quod prædiis datur, exstincta *persona* non exstinguitur : quod datur *personis*, *cum personis* amittitur ; *l.* 2. §. 43. D. *de aqu. quotid.* & *æstiv.* Jus fruendi morte exstinguitur, sicuti si quid aliud personæ cohæret ; *l.* 3. §. *ult* D. *quib. mod. usufr.* Munera, quæ *personis* cohærent : *l.* 1. C. *de mulier.* & *in quo loc. munera sex.* quæ & *personarum* munera vocantur ; *l.* 1. D. *de muner.* nec non munera, quæ personis mandantur ; *l.* 1. C. *de sumt. recuper.*

Persona ut plurimum caussæ sive rei opponitur. Haustus aquæ, pecoris ad aquam adpulsus, est servitus *personæ* : *l.* 14. §. *ult.* D. *de alim.* & *cibar. leg.* Servitutes aut *personarum* sunt, aut rerum ; *l.* 1. D. *de servit.* id est, aut hominum, aut prædiorum, ut *l.* 15. D. *eod. tit.* Privilegia quædam caussæ, quædam *personæ*, quæ ad heredem non transeunt ; *l.* 196. D. *de regul. jur.* Tutor *personæ*, non rei vel caussæ datur ; *l.* 14. D. *de testam. tut.* Itaque *in personam* & *in rem* invicem pugnant. Sic in *personam* & *in rem* actio adversantur. Actiones aut in rem sunt, aut in *personam.* Namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio, quo casu proditæ sunt actiones in *personam*, per quas intendit, adversarium ei dare aut facere oportere ; §. 1. *Inst. de action.* In *personam* actio, quæ & condictio adpellatur, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper adversus eundem locum habet : *l.* 25. D. *de oblig.* & *action* Litis nomen omnem actionem significat, sive in rem, sive in *personam* : *l.* 36. D. *de verb. signif.* sive in *personam* sive in rem petitio : *l.* 178. §. 2. D. *eod. tit.* Actionem fideicommissi in personam competentem : *l. ult.* §. 4. D. *de legat.* 3. Pactum si in rem constituatur, & si in *personam* conceptum est, opponuntur ; *l.* 17. §. 5. D. *de pact.* Similiterque si in rem pasciscatur, & in *personam* pactum conceptum est, pugnant. *l.* 21. §. 1. D. *eod. tit.* Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum sit ; *l.* 57. D. *eod. tit.* Tale pactum ; profiteor te non teneri, non in personam dirigitur ; *l.* 40. pr. D. *de pact.*

Persona pro potestate & jure *personæ* competente. Majorem sibi in rebus filiorum vindicare *personam* : *l.* 3. C. *Theod. de matern. bon.*

Persona etiam dicitur de hominibus defunctis & angelis. Si quis donaverit aliquam rem *personæ* martyris, aut prophetæ, aut angeli : *l.* 15. C. *de SS. eccles.*

Persona pro statua vel sigillo, cujus ex ore æquæ saliunt : *l.* 17. §. 9. *D. de act. emt.* Item constat, sigilla, columnas quoque & *personas*, ex quarum rostris aqua salire solet, villæ esse. Vocantur alias *Marsyæ.* Glossarium Petronii : *Marsyæ*, *personæ*, *seu sigilla*, *ex quorum rostris*, *aut alia corporis parte aqua salire solet*, *varie efficta. In fontibus ac puteis putealia adpellantur.* In theatris erant ejusmodi statuæ seu *personæ*, quæ odorato humore spectatores adspergebant. Lucan. *pharsal. lib.* 9. *v.* 808. Utque solet pariter totis se effundere signis Corycii pressura croci. Propert. IV. 1. 14. Pulpita solemnes non oluere crocos. Vid. Em. Frigel. *de statuis illustr. Rom. c.* 6. *p.* 53. *Hein.*

PERSONALE, quod personæ cohæret, non rei aut caussæ : quod cum persona exstinguitur, nec ad heredes transit : quod personam

ſonam non egreditur. Hac ſignificatione videtur accipi actio *perſonalis*, in *l. ult. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. Perſonale* beneficium *: l.* 63. §. 1. D. *pro ſoc.* id eſt, ſoli ſocio, non ejus fidejuſſori datum. Hoc legati *perſonale* beneficium eſt : *l.* 28. *D. de judic.* Tale beneficium *perſonale* eſt, & cum *perſona* éxſtinguitur *: l.* 13. D. *ſolut. matrim.* Conſtitutiones principum *perſonales*, quæ nec ad exemplum trahuntur *: l.* 1. §. 2. *D. de conſtit. princ.* §. *6. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. perſonalis* electio *: l.* 76. *D. de verb. oblig. Perſonale* munus, quod corporibus, labore, cura, ſollicitudine animi ac vigilantia ſolemniter exſtitit *: l.* 1. §. 1. *D. de mun. & honor.* ex qua pete hujuſmodi munerum exempla. Add. *l. ult. D. eod. tit. l.* 1. *C. de decurion. Perſonalis* obligatio : *l.* 11. *D. quib. mod. pign. perſonale* pactum *: l.* 21. *&* 25. §. *ult. D. de pact.* id eſt, in perſonam conceptum *:* ut *l.* 17. §. 5. *l.* 21. §. 1. *l.* 55. *D. eod. tit.* quod alii non prodeſt, præterquam ei ſoli, cum quo conventio facta eſt ; quod ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad heredem, ut eadem: *l.* 25. §. *ult. D. eod. tit.* Quoties cohæret perſonæ id, quod legatur, veluti *perſonalis* ſervitus, ad heredem ejus non tranſit *:* ſi non cohæret, tranſit : *l.* 8. §. *9. D. de liberat. legat.*

Perſonale & reale, ſive id, quod in rem conceptum eſt, datur, competit, infertur, adverſantur. Ita : *Perſonalis* actio *: l.* 38. *D. de judic. l.* 1. §. 21. *D. de collat. l.* 178. §. 2. *D. de verb. ſignif.* Hujuſmodi enim actiones heredi & in heredem dantur, nec perſonis contrahentium cohærent: ſed ideo *perſonalis* actio, quod in *perſonam* ſit, non in rem. Unde & in *perſonam* adpellatur, *l.* 25. D. *de oblig. & act. l.* 36. D. *de verb. ſignif.* ſeu in perſonam competens, ut *l. ult.* §. 4. *D. de legat.* 2. ſeu quæ in perſonam infertur, ut *l.* 28. *D. de oblig. & act.* nimirum per quam intendit quis, adverſarium ei dare aut facere oportere, §. 1. *Inſt. de action.* Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa *perſonalia* ſunt : *l.* 1. § *ult. D. de interd.* Petitio hereditatis, etſi in rem actio ſit, habet tamen præſtationes quaſdam perſonales : *l.* 25. §. 18. *D. de hered. pet.*

PERSPICITUR, id eſt, conſtat, perſpicuum eſt. Dos donationis inſtar *perſpicitur* obtinere *l. un. C. ſi dos conſt. matrim.* quæ pars poſterior eſt *l.* 3. *C. Theod. de dotib.*

PERSPICUI debitores : *l.* 9. *C. Theod. quor. adpell.* i. e. manifeſti.

PERSTARE pervicaciter : *l.* 3. §. 16. *D. de ſuſp. tutor.*

PERSTREPERE, obſtrepere. Præſcriptiones civiles, quæ occurrere, atque *perſtrepere* examini conſueverunt : *l.* 33. *C. ad leg. jul. de adult.* quæ eſt *l.* 7. C. *Theod. eod. tit.*

PERSUADERE τῶν μέσων eſt. Nam & bonum conſilium quis dando poteſt ſuadere, & malum : *l.* 1. §. 3. *D. de ſerv. corrupt. Perſuadere* eſt plus, quam compelli atque cogi ſibiparere *: d. l.* 1. §. 3.

PERTENTARE, ſive ut vulgo ſcribitur *pertemtare*, pro tentare, in *l.* 4. *extr. C. Theod. de princip. agent. in reb.*

PERTICÆ his, quæ vineis neceſſaria ſunt, adnumerantur *: l.* 1. D. *tign. junct.* in materiæ numero non lignorum redimuntur, ut pote quæ fulciendi cauſſa parantur *l.* 56. D. *de legat.* 3. Perticæ quibus araneæ detergantur: *l.* 12. §. 22. *D. de inſtr. vel inſtr. leg.*

PERTINERE. Verbum illud latiſſime patet. Nam & eis rebus petendis aptum eſt, quæ dominii noſtri ſunt, & eis, quæ jure aliquo poſſideamus, quamvis non ſint noſtri dominii. *Pertinere* ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla earum cauſſa ſint, ſed eſſe poſſint: *l.* 181. *D. de verb. ſignif.* Sic. Si Seius legatum ad ſe pertinere voluerit: *l.* 64. *D. de furt.* Add. *l.* 44. §. 2. D. *de legat.* 2.

Pertinere etiam dicuntur quæ jure obligationis, officii, item quæ jure intereſſe nos afficiunt. Quum legataria fideicommiſſum ad ſe pertinere noluiſſet: *l.* 43. *D. de act. emt.* Quæ ad judicem pertinent: *l.* 5. §. 8. *D. de Ædil. edict.* ad officium judicis: *l.* 10. *D. uſufruct. quemadm. cav.* magiſtratus: *l. ult.* §. 2. D. *ad municipal.* patris: *l.* 17. §. 18. *D. de injur.* ad prætorem: *l.* 12. D. *de recept.* ad juriſdictionem: *l.* 53. §. *ult. D. de re judic.* ad notionem præſidis: *l.* 26. D. *de adpell.* Inter ipſos, aut qui ad eos *pertinent*: *l.* 5. §. 2. D. *de don. int. vir. & ux.* Qui nihil ad ſe *pertinentes* latrones recipiunt: *l. ult.* D. *de receptat.* Semproniam ad animum meum pertinere cognoviſti: *l.* 60. §. 1. D. *mandat.* Cauſſam ad ſe pertinentem idonee tueri: *l. ult.* §. *ult.* D. *de adpell.* Litem ad ſe pertinentem exſequi: *l.* 24. §. *ult.* D. *eod. tit.* Quum omnis exſequutio adpellationis ad adultos pertineat: *l. ult.* §. *ult.* D. *eod. tit.*

Ad aliquid *pertinere* etiam dicitur, quod illo comprehenditur, & conjunctum eſt. Si Codicilli ad teſtamentum pertinere dicuntur: *l.* 3. §. 8. D. *ad exhib.* Etenim teſtamento facto, codicilli ejus jus ſequuntur: *l.* 46. D. *de jur. codicillor.* Proinde verba hæc teſtatoris: Si quid ad hoc teſtamentum pertinens reliquero; etiam codicillos ante teſtamentum hoc ſcriptos comprehendunt: *l.* 18. D. *eod. tit.* Add. *l.* 1. *C. de codicill. l.* 1. §. 1. D. *de tab. exhib.* Ad cauſſam teſtamenti pertinere videtur, id, quodcumque quaſi ad teſtamentum factum ſit: *l.* 2. §. 1. D. *teſtam. quemadm. aper.* Add. *l.* 3. §. 18. D. *de SC. Silan. l.* 11. §. *ult.* D. *qui teſtam. fac. l.* 3. *C. quemadm. teſtam. aper.*

Pertinere interdum eſt porrigi, extendi. Poſteriores leges ad priores pertinent: *l.* 28. D. *de legib.* id eſt, trahuntur: *l.* 27. D. *eod. tit.* Cujus ſignificatus alia vide exempla in *l.* 27. D. *de legib. l.* 1. D. *de jur. immun. l.* 17. §. *ult.* D. *de injur. & famos. libel. l.* 3. §. 3. D. *quod quiſq. jur. in al. ſtat.* Hæc verba: *Is, ad quem ea res pertinet*, variam habent in prætoriis edictis, & in ſtipulationibus interpretationem. Plerumque certe ſic intelliguntur, ut qui in univerſum dominium vel jure civili, vel prætorio ſucceſſerint, contineantur, *l.* 70. D. *de verb. ſignif.* Atque ita in Ædilium edicto verba hæc: emtori, aliiſque, *ad quos ea res pertinet*, accipimus: *l.* 1. §. 1. *l.* 19. §. 5. *l.* 31. §. 21. D. *de Ædil. edict.* Unde & in *l.* 53. D. *de oblig. & act.* quum adjicitur: *eive, ad quem ea res pertinet*, & adrogati, & eorum, qui jure nobis ſuccedunt, perſonas comprehendimus. Iiſdem verbis heredes & bonorum poſſeſſores & ceteri ſucceſſores demonſtrantur: *l.* 1. §. 14. 15. & *l.* 2. §. 1. D. *quod legator.* Eodem modo & in *l.* 40. D. *ſi cert. pet.* & *l.* 37. §. 3. D. *de legat.* 3. hæc verba accipimus. Sed & in edictis de jurejurando, & in cautione de rato, non eos tantum, qui in jus univerſum, ſed & qui in rem ſucceſſerint, ea verba complectuntur: *l.* 7. & 8.

8. D. *de jurejur. l.* 3. *&* 22. §. 7. D. *rat. rem haber.* Heredes ceterique *ad quos ea res* pertinet *: l.* 3. §. *ult. D. de contrar. tut.* Heres, *ad quem ea res pertinebit: l.* 126. §. 2. *D. de verb. oblig.* In edicto vero de ventre inspiciendo, ii continentur, quorum intereſt, partum non edi, vel totam habituri hereditatem, vel partem ejus, ſive ab inteſtato ſive ex teſtamento. De partu ſuppoſito accuſant parentes, aut his *ad quos ea res pertinet*, dominus tantum continetur, non etiam creditores *: l.* 33. 3. *&* 39. §. 1. *&* 2. *D. de procurat.* In edicto de bonis auctoritate judicis poſſidendis, iiſdem verbis etiam curator bonis diſtrahendis datus & ipſemet debitor, ſi contigerit, ut ejus bona veneant, continebitur: *l.* 9. *pr. &* §. 3. *D. de bon. auct. judic.* Plenius vero in lege Julia de adulteriis hæc verba accipiuntur, ut bonæ fidei emtores & fructuarios, & qui pignori acceperunt, & omnes, quorum intereſt, comprehendant: *l.* 27. *D. ad leg. jul. de adult.* Hæc eadem verba in ſatiſdatione, quæ ab adrogatore præſtari debet, non heredes duntaxat legitimos, ſed & ſubſtitutos, & eos, quibus libertates datæ vel legata relicta ſunt, complectuntur. *l.* 8. *&* 19. *D. de adoption.*

Pertinere videntur rationes, quod ad verba edicti de edendo attinet, ſi eas argentarius, actore vel procuratore ejus mandante, tractaverit. *Pertinere* quoque videtur ad procuratorem ratio, quam cum domino habet. Ad nos quoque pertinet non tantum, quum ipſi contraximus, vel ſucceſſimus ei, ſed etiam ſi is, qui in noſtra poteſtate eſt contraxit: *l.* 4. *pr. l.* 6. §. 5. *l.* 9. *in fin. D. de edend.*

Pertinet pro ſpectat. Eo pertinet ſcire, ut poſſideat*: l.* 20. §. *ult. D. de interrog. in jur. fac.* Eo *pertinet* ut: *l.* 1. §. *ult. D. de inſpic. ventr.* Quod maxime quæri *pertinere* ait*: l.* 34. §. *ult. D. mandat.* Ad rem pertinet *: l.* 93. *D. de condit. & demonſtr.*

Pertinere etiam competere ſignificat. Damni infecti ſtipulatio *pertinet*, etiam ſi quid ejus operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ cauſſa vitio damnum mihi contigerit: *l.* 30. *D. de damn. infect.* Eadem hujus vocis notio eſt in *l.* 11. *D. de auct. tut.* notante Cujac. *in Recit. ad tit. de bon. poſſeſſ. furios. p.* 1680.

Pertinere ad aliquid, veluti beneficium, pœnam, eſt eo contineri, vel ejus participem eſſe. Neque filii libertorum, neque ſucceſſores ad hoc beneficium pertinebunt *: l.* 1. C. *de revoc. donat.* Nemo poſſit ad indultum a nobis beneficium pertinere: *l.* 14. *C. Theod. de petit.* Add. *l.* 3. *C. Theod. de privil. eor. qui in ſacr. pal.* Qui honeſtiori loco nati ſunt non debent ad hanc pœnam pertinere *:* Ulp. in *Collat. Leg. Moſ. & Rom. Tit.* 11. §. 8.

Pertinere etiam lex, edictum, SC. dicitur ad ea, in quibus locum habet. Et ita conſtitutio *: l.* 1. *C. de iis, qui in prior. cred. l.* 4. C. *de fideic. libert.* edictum *: l.* 4. §. 2. *D. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l.* 19. §. 1. *D. de teſtam. tut.* lex: *l.* 1. §. 6. *D. ad leg. falcid.* SC. Silanianum : *l.* 1. §. 7. *D. de SC. Silan.*

Quin etiam *pertinere* ad conſtitutiones, ad edictum, ad legem, ad SCum dicitur, quod edicti, legis, SCi verbis vel mente vel ſententia continetur. Ita ad conſtitutionem : *l.* 4. §. 11. *D. de manumiſſ.* ad edictum : *l.* 13. *D. ex quib. cauſſ. major. l.* 7. *D. quod met. cauſſ. l.* 1. §. 2. *D. de op. nov. nunc. l.* 8. *D. quod met. cauſſ.* ad

ad commune jus : *l.* 25. *D. de testam. milit.* ad legem juliam de vi publica : *l.* 8. *D. de sepulcr. viol.* ad militum privilegia : *l.* 20. §. *ult. D. de testam. milit.* ad rescriptum : *l.* 45. *D. de act. emt.* ad SCum : *l.* 60. *D. de rit. nupt.*

Pertinere ad aliquem porro dicitur augmentum : *l.* 33. *D. ad SC. Trebell.* periculum : *l.* 60. *D. de rit. nupt.* Et pertinere quid dicitur ad alicujus periculum : *l.* 45. §. 1. *D. de act. emt.* invidiam existimationemque : *l.* 1. *D. de inspic. ventr.* ignominiam : *l.* 3. *C. testam. quemadm. aper.* Ratihabitio ad confirmationem prioris stipulati pertinet *l. ult. D. de bonor. possess.*

Pertinere aliquando est pervenire, pertingere. Si filii ancillæ ad libertatem pertinere non possint : *l.* 13. §. *ult. D. de manum. testam.*

In interdicto de cloacis, quod ex ædibus ejus in tuas *pertinet*, hoc significat, dirigitur, extenditur, pervenit : *l.* 1. §. 10. D. *de cloac.*

PERTINGI, id est, attingi, inquietari. Necesse erit & eum pertingi, qui vetuit : *l.* 8. §. *ult. D. de negot. gest.*

PERTUNDERE. Si tector saccum vino plenum pertudit : *l.* 27. §. *ult. D. ad Leg. Aquill.* Si uxor margaritas perforasset, ut pertusis in linea uteretur : *l.* 27. §. 30. *D. eod. tit.*

PERVADERE jus alienum : *l.* 2. *vers. quæ non minus* C. *Th. unde vi.* rem debitam : *l.* 6. §. 1. *C. eod. tit.* Qui per tumultum solum occupat, aut pervaserit : Papian. *Resp. tit.* 8. *& tit.* 38. id est, invaserit. Plura de verbi *pervadere* significatione dixit Guil. Forner. *Select. lib.* 2. *c.* 11. *Tom.* 2. *Thesaur. jur. p.* 59. *Hein.*

PERVASIO pro spoliatione, invasione, in *l.* 5. *&* 6. *C. Theod.* D. *de denunciat Pervasionis* actio : Novell. Valentinian. *tit.* 12. quæstio : Gregor. *lib.* 9. *Epist.* 55.

PERVAGARI ignis dicitur ad prædium vicini, in *Coll. Leg. Mos. & Rom. tit.* 12. §. 7.

PERVEHERE, provehere. *Pervehere* in altioris militiæ gradus : *l.* 2. *C. Theod. quis in grad. præfer.*

PERVENIRE, ad locum destinatum contingere, ut in *l.* 21. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 137. *D. de verb. oblig. l.* 1. *D. de captiv. & postl. l.* 3. *D. de usur. l.* 5. *D. de off. procos.*

Pervenire ad aliquem statum, veluti ad ætatem quamdam, ut in *l. ult.* §. *ult. D. de adpell. l.* 46. *D. de manum. testam l.* 3. *D. quand. dies legat. l.* 20. §. 2. *D. de annuis legat. l.* 18. §. 2. *D. de alim. & cibar. leg. l.* 62. *D. ad SC. Trebell.* ad dignitatem : *l.* 34. *D. de oper. libert.* ad libertatem : *l.* 51. §. 1. *D. de eviction. l.* 20. §. 4. *D. de adquir. vel omitt. hered. & passim* ad pubertatem : *l.* 81. §. *ult.* D. *de legat.* 1. ad statum suum : *l.* 77. §. 14. D. *de legat.* 2. ad legitimum statum : *l.* 22. D. *de his, quæ ut indign.* in adoptivam familiam : *l.* 3. §. 9. D. *de bon. possess. contr. tab.* in jus alienum : *l.* 14. §. *ult.* D. *quand. dies legator.* in potestatem alicujus : *l.* 13. D. *qui testam. fac. l.* 22. D. *de capt. & postl. l.* 33. D. *de testam. milit. l.* 55. D. *de adquir. rer. domin. l.* 12. D. *de dot. præleg.* ad inopiam : *l.* 26. D. *de fidejussor.*

Pervenire ad aliquem dicitur id, cujus vel dominus efficitur, vel in quo aliud quodvis jus adquirit. Sic dicuntur *pervenire* bona ad fiscum : *l.* 27. §. 1. D. *de legat.* 3. *l.* 3. *C. de fidejussor.* ad heredem : *l.* 1. D. *si is, qui testam. lib. esse juss.* quid ex here-

reditate bonisque: *l.* 16. *D. ad SC. Trebell.* hereditas: *l.* 94. §. 1. D. *de legat.* 1. *l.* 15. D. *de injust. rupt. l.* 73. *D. de regul. jur.* pecunia ex hereditate: *l.* 25. D. *ad SC. Trebell.* fundus: *l.* 49. D. *de donat. int. vir. & ux.* patrimonium: *l.* 126. D. *de legat.* 1. numi: *l.* 27. §. 21. D. *ad Leg. Aquil.* pecunia: *l.* 10. *D. de condict. causs. dat.* quæ dicitur in rem pupilli pervenire: *l.* 33. *D. de solution.* Ita & *pervenire* ad aliquem dicitur commodum: *l.* 4. *C. de usu & habit.* dominium: *l.* 4. *C. de rei vind. l. ult. C. de serv. pign. dat.* dos: *l. ult.* §. 5. D. *de legat.* 2. legatum: *l.* 26. §. 6. D. *de fideicom. libert. l.* 26. D. *de adim. legat.* proprietas: *l.* 4. *D. de usu & usufr. legat.* ususfructus: *l.* 9. D. *eod. tit.* stipulatio: *l.* 5. D. *de oper. libert.*

Sed & quis *pervenire* dicitur ad fideicommissum: *l.* 63. §. 5. D. *ad SC. Trebell.* hereditatem: *l.* 93. *D. de condict. & demonstr.* ad suum commodum: *l.* 8. *C. de distr. pign.* ad suum: *l.* 1. D. *de eo quod cert. loc.* Cic. *lib.* 13. *epist.* 26. Quum illum studeo quam facillime ad suum pervenire. Idem *lib.* 13. *epist.* 4. Ut quam commodissima conditione negotium conficiat, ad numosque *perveniat.* Et ita colonum ad fructum *pervenire* ait Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 4.

Verbi *pervenire* singulares præterea sunt significationes, quæ plenius in ipsis legibus explicantur, quasque hic per lancem saturam exhibemus. *Pervenisse* proprie illud dicitur, quod est remansurum: *l.* 71. *D. de verb. signif.* & quod deductis oneribus ad aliquem pervenit; *l.* 16. §. 1. *D. ad SC. Trebell. Pervenire* utique cum effectu accipiendum est; *l.* 64. §. *ult.* D. *de verb. signif. l.* 12. §. 3. *D. de hered. vel act. vend.* Proinde in SC. circa petititionem hereditatis facto, si possessor vendidit, & evicta re restituit, quod accepit, non videbitur ad eum *pervenisse*, quia nihil apud eum remanet; *l.* 20. §. 18. *D. de hered. pet.* Pervenisse ad venditorem hereditatis quomodo videatur, quæritur? Et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum *pervenisse*, quatenus mandare potest earum rerum persequutionem, actionesque tribuere: enimvero ubi corpora nactus est, vel debita exegit, plenius ad eum videri *pervenisse.* Nec tantum si nactus sit, sed & si dolo malo id egerit, ne ad eum *perveniret*, *pervenisse* existimabitur, veluti si alienaverit, aut accepto quem liberaverit, aut dolo malo id egerit, ne quid hereditati adquireretur. Quæ omniæ fusissime explicantur in *l.* 2. §. 3. *seq. D. de hered. vel act. vend.* In eo legis Juliæ capite, quo maritus, quidquid ad eum ex bonis liberti, *pervenerit*, restituere jubetur, *pervenisse* accipimus, sive jam exegerit, sive exigere possit, quia actio ei delata est: *l.* 4. §. 1. D. *solut. matrim.* Quæ interpretatio etiam in specie *l.* 13. *D. de act. emt.* facienda est. Hoc legato; *quanta pecunia ad me ex hereditate Titii pervenit, tantum dato*, id continetur, quod ex ea hereditate acceptum in tabulas suas testator retulerit, cautione a legatario præstanda, si quid forte postea ejus hereditatis nomine præstiturus est; *l.* 29. §. 1. *D. de legat.* 3. Plane quum Prætor actionem in aliquem dat de eo, quod ad eum *pervenit*, veluti in heredes ex defuncti delicto dolove, in municipes, ex dolo eorum, qui res civitatis administrant, in dominum ex dolo procuratoris: sufficit, si vel momento ad eum pervenerit ex dolo defuncti: *l.*

170.

170. D. *de reg. jur. l.* 5. *D. de calumniat. l.* 1. §. *ult. l.* 3. & 9. *D. de vi & vi arm. l.* 16. §. 1. & §. *penult. l.* 18. *in fin. l.* 27. *D. de dol. mal. l.* 17. & 19. D. *quod met. cauſſ.* In his enim cauſſis ſatis eſt, ſemel *perveniſſe*, ut de eo perpetuo in heredes actio competat, & ſi conſumto eo quod *pervenerit*, heres deceſſerit, in heredem ejus omnino actio datur. Re etiam ſemel in pecuniam aliamve rem converſa, ultra non quærimus, quis exitus ſit, *l.* 17. *l.* 18. *D. quod met. cauſſ.* Perveniſſe autem intelligitur id, quo locupletior facta eſt hereditas, vel quod in corpus patrimonii ſit verſum, ut certum ſit, ad heredem *perventurum.* Idem eſt & ſi debitor liberatus, vel pecunia accepta lata ſit, dolo malo heredis factum, quominus eo hereditas augeretur: *l.* 7. 28. & 29. *D. de dol. l.* 20. *D. quod met. cauſſ.* Quantum autem *pervenerit* litis conteſtatæ tempus ſpectabitur. Ceterum qui rogatus eſt, quod ad ſe ex hereditate boniſve *pervenerit*, quum morietur, reſtituere, fructus, quos vivus perceperit, item quæ fructuum vice ſunt, niſi alia teſtatoris mens adpareat, non reſtituet: *l.* 81. *D. de legat.* 3. *l.* 3. §. 3. D. *de uſur.* Perveniſſe autem ad nos recte dicitur, quod per nos ad alium *pervenit*, ut in exemplo, *l.* 171. D. *de verb. ſignif.*

PERVERSI vel irati judices; *l.* 2. *pr. C. de evictione.* quæ eſt *l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

PERVERSITAS hæreticorum: *l.* 20. C. *Theod. de hæret.* judaica; *l.* 19. *verſ. quam quidam C. Th. de judæis.* gentis hujus: *l.* 24. *C. Th. eod. tit.*

PERVERTERE ac uſurpare res filiorum dicuntur patres, in *l.* 3. *C. Theod. de matern. bon.* qui majorem quam legibus permiſſum eſt, in illas ſibi vindicantes poteſtatem, in rem ſuam eas vertunt, adeoque filiis intervertunt.

PERVICACIA obſtinata ejus, qui gemino judicio ſuperatus iterum provocat: *l. un. C. Th. de poſſeſſ. ab eo qui provoc.*

PERVICACITER: *l.* 3. §. 16. D. *de ſuſpect. tut.*

PERVIDERE, perſpicere: *l.* 11. *C. de fideicomm. libert. l.* 7. *C. quod cum eo, qui in al. pot. l.* 16. *C. de procurat.* Quo verbo utimur in re clariſſima, quemadmodum notat Cujac.

PERVIGIL diligentia: *l.* 2. *C. de curioſ.*

PESTIBILIS fundus: *l.* 4. C. *de Ædil. edict.* id eſt, peſtibiles herbas vel lethiferas habens. Cujuſmodi eſt ſaltus, in quo mala herba naſcitur, *l.* 20. §. 1. D. *locat.*

PESTILENS cælum; *l.* 1. §. 2. D. *de cloac.* fundus: *l.* 48. *D. de Ædil. edict. l. pen.* D. *de reb. eor.* Varro *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 4. Utiliſſimus autem is ager, qui ſalubrior eſt, quam alii, quod ibi fructus certus, contraque in *peſtilenti* calamitas. Seneca *lib.* 5. *controv.* 5. Peſtilentem mihi domum arbor faciebat. Sic *peſtilens* regio Thuſcorum dicitur a Sidonio Appollin. *lib.* 1. *epiſt.* 5. Et ita peſtilentes ædes accipe apud Cic. *lib.* 3. *de offic. c.* 13. & Plin. *lib.* 8. *epiſt.* 27. Sane interdum Varro citato loco ſcribit, propter terram aut aquam, odoremve, quem aliquo loco eructat *peſtilentiorem* eſſe fundum contingit.

PESTILENTIOSUS locus odore ſuo: *l.* 2. §. 29. *D. ne quid in loc. publ.*

PESULANIA lex de cane memoratur a Paullo *lib.* 1. *Sent. tit.* 15. §. 1. Sed quum plane incerta ſint omnia de hoc *Peſulanio*, & contra de Solone conſtet, cum tuliſſe legem, κύνα δακόντα παραδοῦναι κλείῳ τετραπήχει δεδεμένον. ut canis, qui momorderit, catena qua-

quatuor cubitorum revinctus dederetur: Plutarch. *Solon. c.* 40. Non absurda est conjectura Cujacii, Ritterhusii aliorumque, hanc ipsam legem Solonis hic intelligi, scribendumque adeo esse *lege Solonia*, vel, quod malim, *lege per Solonem.* Hein.

PETERE, proprium verbum est, & fideicommissis proprie convenit, ut Ulpian. *tit.* 25. §. 2. tradit. Exempla suppetunt ex *l.* 69. & 76. §. 5. D. *de legat.* 2. & aliis infinitis locis. De te *peto* uxor carissima: *l.* 57. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* Si probaveris Demetrium petiisse de matre heredeque tua: *l.* 1. *C. de fideicom.*

Petere, postulare. Petere arbitrum: *l.* 13. *C. de probat.* bonorum possessionem; *l.* 20. §. 4. *D. de bon. libert. l.* 1. §. 3. & 10. D. *de honor. possess. secund. tab.* judicem: *l.* 2. *C. de judiciis.*

Petere satis: §. 1. *Inst. de satisd. tut. l. ult.* §. 1. D. *quod legator.*

Petere, alias est agere & judicio experiri: *l.* 47. & 50. D. *de solution.* Et ita petere accipimus, in *l.* 112. D. *de verb. oblig.* judicio persequi, seu per judicem *petere*; *l.* 22. *D. de reb. cred.* Proinde in stipulatione de rato, in qua procurator promittebat, rem ratam dominum habiturum, aut *amplius non peti*, ut *l.* 14. *D. rem rat. hab.* verbum hoc: *amplius non peti*, Labeo ita accipiebat, si judicio *petitum* esset. Si autem in jus eum vocaverit, & satis judicio sistendi caussa acceperit, judicium tamen cœptum non fuerit, ego puto non committi stipulationem *amplius non peti.* Hic enim non *petit*, sed *petere* vult; *l.* 15. *D. eod. tit.* Et ita *petitum* intelligitur post litem contestatam: *l.* 57. D. *de solution.* Immo & ante litem contestatam: *l.* 3. §. 1. *D. de al. judic. mut. causs.* ibi: *Petebamus*, pro *petere* volebamus. Et hoc verbum non solum ad actiones personales pertinet, sed & ad reales, ut cum quis rem vindicat, *l.* 38. *D. de oblig. & act. l.* 1. §. *ult. D. de remiss. l.* 178. §. 2. *D. de verb. signif. l.* 24. *D. de rei vind. l.* 1. §. *ult. D. de condict. tritic.* §. 14. *Inst. de action.* Petere usumfructum; *l.* 2. *D. de op. nov. nunc.* fundum; *l.* 6. *D. de rei vind.* hereditatem, id est, suam esse intendere: *l.* 3. & 10. *D. de pet. hered.* fundum suum esse: *l.* 11. & 21. §. 3. D. *de except. rei jud.* domum suam esse; §. 30. *vers. certe Inst. de rer. divis.* servum suum esse: *l.* 42. D. *de liberal. causs. l.* 21. §. 2. *D. de except. rei jud.* rem suam esse: §. 18. *Inst. de action.*

Petere controversiam, id est, peragere. Quæcumque incidisset controversia, ejus *petendæ* negotium Titius haberet: *l.* 6. §. 1. D. *quod cujusq. univers. nom.*

Petere aliquando est repetere, revocare, ut: *Petere* ex libertate in servitutem: *l.* 16. D. *de bon. libert.* & libertate in servitutem; *l.* 26. D. *de liberal. causs. l.* 2. *D. de injur. l.* 9. & 30. D. *de bonis libert. & passim.* In servitutem *petiisse* non is videtur, qui ei, qui in possessione erat servitutis, *petenti* se in libertatem contradixit, verum is, qui ex *libertate petit* in servitutem: *l.* 16. D. *de bon. libert.* Mancipia non petuntur in publicum; *l.* 1. *C. si serv. export. ven.*

Petere aliquando est ambire. Sic: petere honores; *l.* 7. D. *de mun. & honor. l.* 4. §. 4. D. *de re milit.* magistratum aut sacerdotium: *l.* 1. D. *de Leg. jul. ambit.* Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 30. §. 1. Sic apud Catullum & alios *petitor* adpellatur, qui honores petit.

PETITIO est persequutio in jure apud judicem, & maxime pro in rem actione sumitur. *Petitio*

titio in rem infertur, ut actio in personam: *l.* 28. D. *de oblig.* & *act.* *Petitionis* verbo in rem actiones significari videntur: *l.* 178. §. 2. *D. de verb. signif.* *Petitio* ab actione separatur: *l.* 1. D. *ad SC. Maced.* *l.* 18. D. *de acceptil.* *l.* 23. *D. rem rat. hab.* *l.* 49. *D. de verb. signif.* Petitio hereditatis; *l.* 18. & 25. §. 18. D. *de perit. hered.* *l.* 27. §. 3. *D. de rei vind.*

Petitio pro repetitione, revocatione. In servitutem petitio: *l.* 4. *C. de liberal. causs.*

Petitio pro ambitu. *Petitio* honoris: *l.* 7. D. *de muner.* & *honor.* *l.* 6. D. *quod cujusq. univ. nom.*

Petitio bonorum vacantium & caducorum. De ea sublata vid. *tit. C. de petit. bonor. subl.* cui respondet *tit. C. Theod. de petition.* & *ultro dat.* De *petitionibus* & *petitoribus* operum publicorum agitur, *l.* 10. 40. 41. 42. 43. C. *Th. de oper. publ.* & *l.* 15. *C. Justin. eod. tit.*

Petitio æque ac solutio & acceptilatio dicitur modus solvendi obligationem in *l.* 27. §. 6. *D. de pact.* Id explicare nititur ipse Brissonius *de solut.* 2. *p.* 162. ex *l.* 129. D. *de verb. oblig.* & *l.* 66. *de procur.* Sed hos textus nihil ad rem facere, ostendit Bynkersh. *observ. lib.* 8. *c.* 10. qui ideo vel *deditio* legendum, vel textum ita exponendum putat, ut agat de stipulatione alternativa, e. g. *Stichum aut decem.* Alterutro enim simpliciter petito, actor plus petit, caussaque cadit, adeoque tunc soluta est obligatio. Quod posterius magis placet. *Hein.*

PETITOR adpellatur actor quilibet: *l.* 31. D. *de judic.* *l.* 9. *D. de furt.* & *passim.* Opponuntur *petitor* & is cum quo agitur: *l.* 4. §. 2. D. *de dol. mal. except.* *Petitor* & possessor; *l.* 30. D. *de liberat. legat.* & *passim.* item *petitor* & reus, seu unde petitur; *l.* 2. §. 3. D. *de eo, quod cert. loc. dar. op.* Petitor non qui excipit, probare debet; *l.* 9. D. *de probat.* Petitori probationis onus incumbit; *l.* 20. *D. eod. tit.* Petitoris partes sustinere, & fungi partibus dicitur, cui probatio incumbit, quique de suo jure probare necesse habet: *l.* 7. §. *ult.* *D. de lib. causs.* *l.* 15. D. *de oper. nov. nunc.* *l. ult.* D. *si liber. ingen.* *l.* 35. *D. de adquir. possess.* *l.* 8. *D. si serv. vind.* *l.* 18. & 19. D. *de probat.* & hæc sunt onera petitoris: *l.* 62. D. *de judic.* *l.* 25. D. *de rei vind.* *l.* 1. §. 3. D. *uti possidet.* Petitor fundi: *l.* 1. §. 2. D. *quar. rer. act.* hereditatis: *l.* 1. C. *de petit. hered.*

PETITORIA actio; §. 4. *Inst. de interd.* id est, rei vindicatio. Eodem sensu *petitorium* judicium, in *l.* 36. D. *de rei vind.*

PETITRIX, ut petitor dicitur, *l.* 4. D. *ad SC. Trebell.* *l. ult.* *D. de hered. instit.*

PETRONIA lex. Ea continebatur, ut qui jure viri delatum adulterium non peregisset, numquam postea ad hoc crimen deferendum admitteretur; *l.* 16. *C. ad Leg. jul. de adult.* Lege etiam *Petronia* dominis facultatem ademtam suo arbitrio servos ad bestias depugnandas tradendi: *l.* 11. §. *ult.* D. *ad Leg. Cornel. de sicar.* Refertur & alia legis cujusdam *Petroniæ* sententia in *l.* 24. *D. de manum. vind.* Junia *Petronia* Lex. Vid. supra art. *Junia.*

PETRONIUS Magnus Prætor: *l.* 9. D. *de pact. vetal.*

PETRUS Divus Apostolus; *l.* 1. *pr. C. de summ. Trin.* *l.* 2. *C. Th. de fid. cathol.*

PETULANTER adquisitum dominium dicitur servi Christiani, quem Judæus, prohibente lege, sibi comparavit: *l.* 4. C. *Th. ne mancip. Christian. jud. hab.*

PETULANTIA a violentia

tia discerni solet: *l.* 16. §. 6. D. *de pœn.*

PHANTASMA, visio: *l.* 38. D. *de verb. signif.*

PHARMACUM mediæ significationis vox est. Caius *l.* 236. D. *de verb. signif.* Id, quod nos venenum adpellamus, Græci φάρμακον dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. Docet id Homeri versus, cujus meminit idem Jurisconsultus: Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala. Vid. infra art. *venenum.*

PHASIANARII, phasianis præfecti, in *l.* 66. *D. de legat.* 3.

PHASIANI debentur legatis avibus: *l.* 66. *D. de legat.* 3.

PHILANTHROPIUM seu φιλανθρώπιον, quod & ἑρμηνευτικὸν, *l.* 3. *D. de proxenet.* & *proxeneticum*, *l.* 1. *D. eod. tit.* adpellatur, est honorarium proxenetis præstari solitum: *l.* 2. D. *de proxenet.* Vid. Cujac. *lib.* 11. *obs. c.* 18. Alciatus *lib.* 8. *parerg.* c. 21. cum Budæo legit φιλανθρωπίας, id est, humanitatis, sed verior est altera illa lectio, quam & vulgari codices retinent.

PHILARCHI erant Duces optionum, id est, eorum qui fœderatis auxilia ferunt. Hinc recte Philarchum Julianus *Novell.* 102. Ducem Sarracenorum interpretatur, quos ex fœderatis Romano nomine fuisse constat. Sext. Ruffus: *Philarchi* Sarracenorum in Osrœne cessere superati. Jornandas: In Osrœne Sarracenorum *philarchi* devicti Romanis dediderunt. Cujac. in exposit. *Nov. Justin.* 22. *de secund. nupt.*

PHILARGYRUS. Attia uxor mea optato Philargyrum puerum: *l.* 28. §. 1. D. *de condit. & demonstr.* ubi Philargyrum argenti custodem interpretatur Ant. Augustinus *de nomin. propr. Pandect.* cui ideo Græcæ linguæ ignorantiam exprobrat Ægid. Menag. *c.* 31. *Amœnit. jur. civ. p.* 189.

Φιλικὸν, id est, amicale, & quod datur amice. Hac dictione utuntur Impp. in *l.* 4. *C. de navicular.* Solatiis pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, & eo quod vocatur φιλικόν.

PHILIPPI, numi genus, *l.* 27. §. 4. *D. de aur. arg. legat.* Ab Horatio *regale numisma* adpellatur *lib.* 2. *epist.* 1. *v.* 234. Rettulit acceptos regale numisma, *philippos.* Fit & apud Trebell. Pollion. in *Claud. c.* 14. & Vopisc. *in Bonoso c.* 15. & in *Aureliano c.* 9. & 12. & *in Probo c.* 4. philippeorum æreorumque mentio, qui, licet imagine vultus recentiorum principum signati, priscum tamen nomen retinuerunt.

PHILIPPI, *orum*, Colonia Thraciæ sive Macedoniæ, de qua Lucanus: Vidi jam Phoebe *Philippos.*

PHILIPPENSIS coloniæ meminit ICtus in *l. ult. D. de censib.*

PHILOSOPHANTES, pro philosophi, in *l.* 8. §. 4. D. *de vacat. & excus. mun.* cui gemina prorsus est, *l.* 6. §. 7. *D. de excusat.*

PHILOSOPHI excusantur a tutelis: *l.* 6. *D. de excus. Philosophis*, qui se frequentes atque utiles per eamdem studiorum sectam contendentibus præbent, tutelas & munera sordida remitti: *l.* 8. §. 4. *D. de vacat. & excus. mun.* Philosophi professorum numero non sunt: *l.* 1. §. 4. *D. de extraord. cognit.*

PHILOSOPHIA vera non simulata: *l.* 1. §. 1. D. *de justit. & jur.*

PHILYRA, in *l.* 52. *pr.* D. *de legat.* 3. & apud Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 87. frutex est, pa-

papyro Niloticæ non absimilis, ut Suidas *Tom.* 3. *p.* 614. docet his verbis: Φίλυρα, εἶδος δένδρε, ἔχον φλοιὸν βύβλῳ ἢ παπύρῳ ὅμοιον. Tilia, arboris genus, quod corticem byblo vel papiro similem habet. Ductilis autem erat *philyræ* liber, adeo ut ex ea coronæ olim necterentur, ut Horat. *lib.* 1. *Carm. od. ult. v.* 2. & Ovid. *lib.* 5. *Fastor. v.* 337. & Plin. *lib.* 10. *c.*18. significant. Apertissime omnium id indicat Herodian. *lib.* 1. *c.* 17. de Commodo loquens: λαβὼν, ait, γραμματεῖον τέτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλε τε ἀνακλάσωι ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων γράφει ὅσες χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι. Sumto in manus libello, quales de phylira tenuissimi atque in utramque partem replicabiles fiunt, conscribitque in eo, quoscumque illa nocte interficere destinaverat. Xiphilinus *in Domitian. p.* 766. Τὰ ὀνόματα εἰς σανίδιον φιλυρίνον δίθυρον ἐσγράψας. nomina scripta in tabulis tiliaceis, iisdemque duplicibus. Plin. *lib.* 13. *hist. nat. c.* 11. Nempe & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est, eumdem usum habere chartæ. Et mox: Præparantur ex eo chartæ divisa acu in prætenues, sed quam latissimas, *philuras.* Vetus Horatii *Comment. ad lib.* 1. *Carm. od. ult.* Corticem tiliæ arboris *philyram* dici, tradit. Ac plane idem tiliæ ac *philyræ* usus erat, quemadmodum docet Septimius Romanus, qui latine Dictim Cretensem interpretatus est, in ejus auctoris vita. *Sex volumina in tilias digessit Phœniceis litteris.* Idem in Epistola ad D. Arcadium de eadem re loquens: *Libros*, inquit, ex *philyra in lucem producturi.*

PHORMIONES, in *l.* 12. §. 18. *D. de instr. vel instr. legat.* sunt tegeres ex juncis aut straminibus contextæ. Donatus *in Phormion.* scribit Phormionem parasitum putari a formula litis, quam intenderit, nominatum: quum Græca lingua fiscus sparteus & stramen nauticum sic dicatur: a cujus rei vel capacitate vel utilitate etiam ab Apollodoro parasitus *Phormionis* nomine nuncupatur. Sed & φορμοὶ dicebantur tegeticula, quibus insternitur pavimentum, & inde parasitus vilissimæ conditionis *phormio* dictus est. Sed & in Dictionario Græco latino, φορμὸς florea interpretatur.

PHOTINIANI in *l.* 5. *C. de hæret. & Manich.* a Photino Gallo græciæ Syrmii (quod erat Illyrici caput) Episcopo nuncupati, qui Hebionitarum (& Paulli Samosatensis) hæresin suscitans, asseruit Christum a Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum: Philastr. *in hæres. catalog. c.* 65. Isidor. *lib.* 8. *orig. c.* 5. *Causs.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 36.

Φράτωρες *in l. ult. D. de colleg. & corp.* sunt contribules. Vid. Casaubon. ad Athenæum *lib.* 4. *c.* 9.

PHRENETICUS, id est, mente captus: *l.* 1. §. 9. *D. de Ædil. edict.*

PHYLACTERIA dicuntur chartæ in quibus continentur incantationes, ut 26. *qu.* 5. *in pr.* Vid. *lib.* 60. *Basil. tit.* 39. *c.* 27. *in interpretatione S. Basilii ex can. Synodi Laodicenæ.*

PIACULARIS doctrina rebaptisantium: *l.* 2. *C. Theod. ne sanct. baptism. Piaculare* crimen: *l.* 6. *in fin. C. Th. eod. tit.*

PIACULUM, scelus, apud Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 21. §. 4. *l.* 7. §. *ult.* D. *de jur. delib. l.* 2. & 5. *C. Th. de sepulcr. viol. l.* 8. *C. ad leg. Cornel. de sicar. l.* 122. *C. Theod. de decurion. Piaculum* secretius pro domestico cultu seu sacrificio, cui publica victimarum & hostiorum immolatio opponitur, *l.* 12. *in pr. C. Theod. de pagan.*

Unde

Unde adparet & ipſum admiſſum ſcelus, & expiando huic præſtari ſolitum ſacrificium, *piaculum* vocari. Vid. Jac. Gothofred. *ad l.* 2. *C. Theod. de ſepulcr. viol.* & Cujac. *ad Paull. Sent. lib.* 1. *tit.* 23. §. 1.

PICARE, pice oblinere: *l.* 19. §. 2. D. *locat.*

PICARIÆ, in *l.* 17. *in fin.* D. *de verb. ſignif.* ſunt picis fodinæ, quales populus Romanus in reditu habuit. Cic. *in Brut. c.* 22. *Liberi ſocietatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio Cenſoribus redemiſſet:* quo loci recentiores *pecuaria* emendarunt, quam recte alii viderint.

Diſplicet hæc explicatio Jo. Gœddeo *ad d. l.* 17. D. *de verb. ſignif.* qui eo nomine non *picis fodinas*, *ſed vectigal quoddam rerum picariarum*; & apud Cic. hujus vectigalis conductores intelligit. Sed utique proba eſt Briſſonii interpretatio, & de *foſſili pice*, cujus Plin. *lib.* 16. *Hiſt. nat. c.* 12. accipienda. Inde etiam ejuſmodi fodinæ *picariæ* eadem analogia, qua cotium fodinæ *cotariæ* in *l.* 15. D. *de public. & vectig.* vocantur.

PITACIUM. Vid. infra *Pittacium.*

PICTOR. Pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaque horum legato cedunt, item peniculi, & cauteria & conchæ; *l.* 17. D. *de inſtr. vel inſtrum. legat.* Pictoris mentio eſt etiam in *l.* 5. §. *ult.* D. *de his, qui effud. vel dejec. l.* 3. §. 3. D. *ad Leg. Aquill. l.* 28. *D. de rei vind.*

PICTORIÆ operæ: *l.* 26. §. 12. *D. de cond. indeb. l.* 6. §. 33. *D. de oper. libert.*

PICTURA inter impenſas voluptarias numeratur: *l.* 79. §. *ult. D. de verb. ſignif.* Picturas tabulis non cedere, ſed ex diverſo tabulas picturis cedere: *l.* 9. §. 2. D. *de adquir. rer. dom.*

PICTUS, *a*, *um*. Pictas tabulas ſtudioſe intueri, animi vitium eſt; *l. ult. pr.* D. *de ædil. edict.*

PIE. Non minus parentibus, quam liberis *pie* relinqui debet: *l.* 15. D. *de inoff. teſt.*

PIETAS eſt, ut inquit Cic. 1. *de natur. deor.* juſtitia adverſus Deos, quam religionem dicimus, qua ſublata, non poſſit conſtare fides, humanique generis ſocietas.

Pietas eſt parentibus a liberis debitum obſequium, debitus honor, debita reverentia ac caritas, in *l.* 4. *D. de curat. furioſ. l.* 1. & 10. *D. de obſeq. parent. l.* 8. *D. de probation. l.* 3. C. *de patr. poteſt. l.* 5. §. 15. & 17. *D. de adgnoſc. & alend. lib. l.* 6. *C. de his quæ ut indign. l.* 7. *C. de teſtam. l.* 8. *C. de inoff. teſt.*

Eſt quoque *pietas* naturalis parentum erga liberos adfectus, ut in *l.* 22. D. *ad Leg. jul. de adult. l.* 1. §. 10. *D. ſi quid in fraud. patron. l.* 5. *D. ad SC. Macedon. l. ult.* C. *de alend. lib. l.* 3. §. 4. D. *de hom. lib. exhib. l.* 5. D. *ad Leg. pomp. de parricid. l.* 31. §. 6. *l.* 34. D. *de negot. geſt. l.* 1. & 11. C. *eod. tit. l.* 14. *C. de his qui accuſ. l.* 2. D. *de inoff. teſtam. pr. Inſt. eod. tit.*

Pietas quoque fratrum inter ſe dicitur: *l. ult. D. famil. erciſc. l.* 30. *D. de adim. legat. l.* 27. §. *ult.* D. *de negot. geſt.*

Pietas etiam erga propinquos alios dicitur: *l.* 23. *D. de his qui not. infam. l.* 1. §. 7. *l.* 6. *C. de ſuſp. tut.*

Quin etiam quodlibet humanitatis officium *pietati* tribuitur, ut in *l.* 14. §. 7. *D. de religioſ. & ſumt. fun. l.* 32. §. 2. *D. de condict. indeb. l.* 14. §. 1. D. *de adimend. legat. l.* 41. §. 2. D. *de legat.* 3. *l.* 46. *D. de uſufr.*

Cauſſa *pietatis* jure ſubnixa, *l.* 19. *C. de SS. Eccleſ.* id eſt, pia cauſſa. Eadem notione & *pietatis* offi-

officium dicitur eorum, qui orphanotrophiis, xenodochiis & similibus locis velut tutores & curatores præfecti sunt: *l.* 35. D. *de Episc. & cler.*

Pietatem etiam suam Imperatores adpellant. Inconsulta pietate nostra: *l.* 13. *C. de oper. publ.*

PIGRA senectus: *l.* 84. *C. Th. de decurion.*

Pigrioris silentii ignavia, *l.* 22. *pr. C. Th. de prætor. & quæstor.*

PIGMENTARIUS. *Pigmentarii*, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum pituocampas, aut bubrostim, mandragoram, & id, quod lustramenti caussa, dederint cantharidas: *l.* 3. §. 3. *D. ad Leg. Corn. de sicar.* Glossæ Nomicæ: Πημεντάριος προπετῶς διδȣ̃ς τὸ κώνειον ἢ σαλαμάνδραν κατέχεται τῷ δε σικαρίοις. *Pigmentarius*, qui temere dedit cicutam vel salamandram, lege Cornelia de sicariis tenetur. Ubi auctor ipsam *d. l.* 3. §. 3. *D. de leg. Cornel. de sicar.* expressit. Græci *Basil. lib.* 60. *tit.* 39. Πημεντάριοί εισιν, οίτινές εισὶν ἀφωρισμένοι ἐπὶ τῷ τὰς βοτάνας συλλέγειν καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν τῷ ξενῶνι· οίτινες καὶ τῶν βοηθημάτων φροντισαὶ εισιν. *Pigmentarii* sunt, qui destinati colligendis herbis, & deponendis in xenone, qui & auxiliorum curatores sunt. Car. Labb. *ad Gloss. vet. verb. jur. p.* 144. Conf. Barth. *lib.* 29. *Adverſ. c.* 9. Hein.

PIGNORARE, vel *pignerare*, est pignori ponere: *l.* 14. *D. de diverſ. temp. præſcr. l.* 8. *D. pro emtor. l.* 4. *C. quæ res pignor. l.* 24. §. 10. *l.* 45. *D. de fideicomm. libert. l.* 12. *D. de precar. l.* 29. D. *de except. rei judic.*

PIGNORATICIA *actio*, eaque *directa* est in personam actio, quæ debitori & datur adversus creditorem ejusve heredes, soluto debito, vel si eo nomine satisfactum sit, ad rem oppignorat cum omni caussa restituendam, resarciendaque damna, culpa etiam levi data: *tit. D. & C. de pignor. act.* §. *ult. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* Qui ante solutionem agit *pignoratitia*, non recte agit. Omnis enim pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum, ut nascatur *pigneratitia* actio: *l.* 9. §. 3. D. *de pignor. act.*

Pignoraticia actio *contraria* creditori competit adversus debitorem ejusve heredes ad indemnitatem: veluti si creditor impensas in pignus fecerit, si damnum inde passus sit dolo vel culpa debitoris levi, si res aliena ipsi obligata fuerit, *l.* 1. 3. 8. 9. & 16. §. 1. *l.* 25. & 36. *D. de pign. act.*

Pignoraticiam etiam interdum jurisconsulti vocant hypothecariam, quæ creditori pignori persequendi caussa tribuitur, actionem, *l.* 9. D. *quib. mod. pign. l.* 11. *in fin. & l.* 30. §. 1. D. *de except. rei judic. l.* 5. *C. si res alien. pign. Pignoraticia* Serviana, sive hypothecaria, quæ creditoribus competunt: *l.* 3. §. 3. D. *ad exhib.* Add. *l.* 7. §. 12. *D. commun. divid. l.* 19. D. *de exception.*

Datur & utilis actio *pignoraticia* creditori in specie *l.* 41. *D. de pignorat. act.* Add. *l.* 13. D. *de condict. indeb. l.* 5. C. *si res alien. pign.*

Atque ut *pignoraticia* actio, ita & *pignoraticia* exceptio est in *l.* 6. §. 9. D. *commun. divid.*

PIGNORATICIUS creditor: *l.* 11. & 15. §. 25. *D. de damn. infect.* id est, qui sub pignoribus credit, qui pignora vel hypothecas suscipit. *Pignoraticius* fundus, i. e. pignori oppositus, *l.* 46. D. *de ſolut.*

Pignoraticium judicium, *l.* 34. §. *ult. l.* 36. D. *de pignor. act.* adpellatur a Papiniano judicium, quod de pignore dato proponitur; *l.* 2. D. *de pignor. l.* 30. *in fin. pr.* D. *de negot. gest. l.* 40. *D. de pignor. act.*

PIGNO-

PIGNORATIO, id est, pignoris obligatio, in *l. 9. D. de pignor.*

PIGNUS, adpellatum est a pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur: *l.* 238. §. 1. D. *de verb. signif.* Quam tamen derivationem ut falsam & ineptam rejicit cum Salmasio Menag. *Amœn. jur. civ. c. 39. p.* 323. Pignus autem proprie est, quum (in securitatem debiti) possessio tradita est creditori: *hypotheca* vero, quum non transit possessio ad creditorem: *l.* 1. §. 9. D. *de pignor. act.* Inter *pignus* & *hypothecam*, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest. Nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut si pro debito obligata, utraque hac adpellatione continetur: sed in aliis differentia est. Nam *pignoris* adpellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ adpellatione contineri dicimus: §. 8. *Inst. de action.* Unde pignora & hypothecæ interdum separantur, ut *l.* 2. & 7. D. *de distr. pign. l.* 8. D. *quib. mod. pign. l. ult. C. de crim. stellion. l.* 10. *l. ult. C. de remiss. pign. l.* 32. D. *de negot. gest. l.* 2. *C. de fidejuss.* Verum in usu hæc verborum proprietas plerumque confunditur, & promiscue *pignoris* & hypothecæ vocabula usurpantur. Unde Marcianus: Inter *pignus* & *hypothecam* solum sonus differt: *l.* 5. §. *ult. D. de pignor.*

Pignus conventionale est, quod ex conventione proficiscitur. Et hujusmodi pignus contrahitur non solā traditione, sed etiam nuda conventione, si non traditum est: *l.* 1. *D. de pignor. act.* Et ita debitor sub pignore: *l.* 59. D. *ad SC. Trebell.* sub pignoribus pecunias mutuas accipere: *l.* 12. D. *de pignor. act.* pignori accipere: *l.* 15. §. 30. *D. de damn. infect.* dare: *l.* 13. §. 5. D. *de jurejur.* res nixæ: *l.* 22. §. 1. *D. de jur. fisci.* obligare aurum: *l.* 1. D. *de pignor. act.* ponere: *l.* 33. & 38. D. *de legat.* 3. opponere dixit Plaut. in *Pseud. Act.* 1. *sc.* 1. Terent. *Phorm. Act.* 4. *sc.* 3. *v.* 56. Festus: Reluere, resolvere, repignerare. Caicilius in Carine: ut aurum & vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi opposuit *pignori.* Interdum & *opponere* simpliciter eodem sensu, ut illo Senecæ loco *lib.* 7. *de benef. c.* 14. *Rebus meis in securitatem oppositis.* Ex cujus verbi ambigua significatione est elegans jocus Catulli *Epigr.* 26. quod vide supra sub art. *hypotheca.*

Pignora quæ generaliter vel specialiter habeo obligata: *l.* 6. *C. de oblig. & act.*

Aliud est *pignoris* genus, quod prætoris magistratusque, ad quem & jurisdictio pertinet, auctoritate imperioque constituitur. Unde & *prætorii* nomen traxit, *tit. C. de præt. pign.* Tale pignus nanciscuntur habentque creditores, qui rei servandæ caussa legatarii fideicommissariive, qui legatorum seu fideicommissorum servandorum caussa in possessionem mittuntur. Etenim si ex quacumque caussa magistratus in possessionem aliquem miserit, *pignus* constitui, ait Ulpianus, sed non alias, nisi ventum fuerit in possessionem, *l.* 26. D. *de pignor. act.* Ita: Jus *pignoris* contrahitur sive legatorum servandorum caussa, sive damni infecti ut procedat: *l.* 3. §. 2. D. *de distract. pign.* Misso legatario in possessione, res pro emtore usucapitur, salva *prætorii pignoris* caussa: *l.* 12. D. *pro emtor.* quod explicatur *l.* 2. D. *pro hered.*

in qua traditur, eum, qui legatorum servandorum caussa in possessionem mittitur, non interpellare possessionem ejus, qui pro emtore usucapiebat. Nam etiam impleta usucapione jus *pignoris* retinebit, ut non prius discedat, quam si solutum ei legatum fuerit, aut eo nomine satisfactum. Mitti liberos in possessionem fideicommissi servandi caussa, ut pro *pignore*, non ut pro dominis possideant: *l.* 114. §. 12. *D. de legat.* 1. Plane eum, qui rerum ejus, qui sine dolo malo reipublicæ caussa abfuit, in possessionem missus sit, *pignus* non contrahere, ait *l.* 35. D. *de reb. auctor. jud. possid.*

Est & aliud *pignus*, quod ex caussa judicati ex auctoritate ejus, qui jubere potest, capitur, ac per officium distrahitur: *rubr. C. si in causs. judic. pign. cap.* Adde *l.* 74. §. 1. *D. de evict. l.* 10. D. *qui pot. in pign. l.* 5. §. 1. *D. de reb. eor. qui sub tut. l.* 9. *pr. D. de minor. l.* 40. D. *de re judic.*

Denique *pignoribus* captis ac distractis judicato satisfacere condemnatus compellitur, ut in *l.* 5. §. 10. *D. de adgnosc. & alend. lib. l.* 31. *D. de re judic. l.* 2. *pr.* D. *de administr. & peric. tut. l.* 1. *C. si advers. vendit. pignor.* In venditione autem *pignorum* facienda, primo quidem res mobiles animales *pignori* capi magistratus populi Romani jubent, mox distrahi: quarum pretium si suffecerit, bene est, si non suffecerit, etiam soli *pignora* capi jubent, & distrahi. Quod si nulla moventia sint, a pignoribus soli initium faciunt: *l.* 15. §. 2. *D. de re judic.*

Pignora etiam coercendæ contumaciæ caussa capiuntur. Mulier, quæ se prægnantem esse dissimulat, vel negat, evocari ad prætorem potest, cogendaque erit remediis prætoris, & in jus venire, & si venit, respondere: *pignoraque* ejus capienda & distrahenda, si contemnat: *l.* 1. §. 1. *&* 3. D. *de inspic. ventr.* Eum tamen, qui missum in possessionem damni infecti nomine non admittit, *pignoribus* a magistratibus coerceri, Ulpiano non placet, *l.* 4. §. 2. D. *de damn. infect.* Eamque pecuniam ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret, id est, pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo: *l.* 9. §. *ult. D. ad Leg. jul. peculat.* Sic & in ea lege, quæ a Frontino *lib.* 2. *de aquæduct.* refertur: Tum ei prætori eo nomine cogere & coercere, mulctæque dicendæ, sive pignoris capiendi jus potestasque est. Et paullo post: Eoque nomine his pignoris capio mulctæque dictio utique esto. Sic: Cic. *lib.* 3. *de orat. c.* 1. *Pignoribus* ablatis Crassum instituit coercere. Sueton. *in Jul. c.* 17. Vectium *pignoribus* captis & direpta supellectile male mulctatum conjecit in carcerem. Liv. *lib.* 37. *c.* 51. Et imperia inhibita ultro citroque, & *pignora* capta. Tacit. *lib.* 13. *Annal. c.* 18. Cohibita arctius & Ædilium potestas, statutumque, quantum curules, quantum plebeii *pignoris* caperent, vel pœnæ irrogarent. Senatores utique *pignoribus* in curiam venire cogebantur, ut ex Cic. *Philipp.* 3. adparet. Liv. *lib.* 3. *c.* 38. Postquam citati (senatores) in curiam non conveniebant, dimissi circa domos adparitores ad *pignora* capienda. Sic *pignorum capio*, in *l.* 7. *C. Theod. de exaction. l. ult. C. Th. de distr. pignor.* Gell. *lib.* 7. *c.* 10. *Pignoris capio, junctæ sunt partes, & productæ dicebantur, verba Catonis sunt ex l. epistolic. quæst.* Pignoris *capio ob æs militare.*

Præterea est *quasi pignus*, quum res pignoris loco in securitatem retinetur. Ante pretium exsolutum

tum venditor quasi pignus retinere potest eam rem, quam vendidit: *l.* 13. §. 9. D. *de act. emt.* Proinde si emtor, antequam pecuniam solverit, rem emtam subtraxerit, furti actione teneri, perinde ac si pignus subtraxisset: *l.* 14. §. 1. D. *de furt.* Si ob aliquas impensas, quas in rem commodatam fecisti, retentionem ejus habueris, etiam cum ipso domino, si eam surripiat, habebis furti actionem, quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit: *l.* 15. §. *ult.* D. *de furt.*

Pignora etiam pro liberis non apud veteres auctores tantum, sed & in jure nostro accipiuntur. Sic: Filium adoptivum, quem ad vicem naturalis pignoris tibi adscribis: *l.* 4. *C. de decurion.* id est filii naturalis. Quinctil. *lib.*6. *Inst. orat. c.* 1. Adfert in his momentum & ætas, & sexus, & *pignora:* liberi dico, & parentes, & propinqui. Tacit. *Agricol. c.* 38. Aliquando frangi adspectu *pignorum* suorum, sæpius concitari. Apulei. *de asin. aur. lib.* 5. *p.*164. Nuntio Psyche læta florebat, & futuri pignoris gloria gestiebat, & materni nominis dignitate gaudebat. Justin. *lib.* 26. *c.* 1. Princeps eorum Hellanicus, senex & liberis orbus, ut qui nec ætatis nec *pignoris* respectu timeret.

Pignus pro anulo pronubo seu arrha sponsalitia quacumque, *l.* 3. C. *Th. de sponsalib.*

PIGRESCENTES actus animalium cursui publico destinatorum innocuo titillo admonere: *l.* 2. *C. Th. de curs. publ.*

PILA pro orbiculo, qui hinc inde a collusoribus jactatur, accipiturque, *l.* 11. D. *ad Leg. Aquil. l.* 52. §. *ult.* D. *eod. tit.* Ovid. *lib.* 1. *de art. am.* Reticuloque *pilæ* tenus jactantur in altum.

Pilæ etiam lapideæ dicuntur, quæ aliquod onus sustinent. Si *pilas* in mare jactaverim, & super eas inædificaverim: *l.* 3. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom.* Add. *l.* 3. D. *ne quid in loc. publ.* Liv. *lib.* 11. *c.* 51. M. Fulvius plura & majoris locavit usus porticum & *pilas* pontis in Tiberi, quibus *pilis* fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus & L. Mummius Censores locaverunt imponendos. Q. Curt. *lib.* 5. *c.* 1. Saxo *pilæ*, quæ totum onus sustinent, instructæ sunt. Super *pilas* lapide quadrato solum stratum est.

PILEATI servi venum ire solebant, inquit Gell. *lib.* 7. *c.* 4. & eorum nomine venditor nihil præstabat, ut scriptum reliquit Cælius Sabinus Ictus. Cujus rei caussam esse ait, quod hujusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, ut emptores errare & capi non possent, neque lex vendendi opperienda est, sed oculis perciperent, quodnam esset mancipiorum genus, sicuti mancipia jure belli capta, antiquitus coronis induta venibant & idcirco dicebantur sub coronis venire.

PILEUS. *Pilei* impositio in *l.* 10. *C. de testam. manum.* pro manumissione. Nempe libertatis symbolus erat *pileus*, eoque donabantur qui libertatem consequebantur. Dionys. Halicarn. *IV. p.* 228. Scio, (inquit secundum latinam interpretationem) qui tota servitia testamento libera esse juberent, ut benignitatis laudem ferrent post mortem, & in funeris elatione lecticam eorum magna *pileatorum* prosequeretur frequentia in qua pompa quidam erant, ut a scientibus audivi, recens dimissi e carcere, malefici, mille supplicia meriti. Istos impuros urbis *pileos* plerique cum stomacho adfectant & respuunt eorum consuetudinem. Sueton. *in Tib. c.* 4. Ac primo Præneste, inde Neapolim evalit: servisque ad pileum

(id est, ad libertatem) frustra vocatis, in Siciliam profugit. Idem *in Neron. c. ult.* Obiit secundo & trigesimo ætatis anno. . . Tantumque gaudium publice præbuit, ut plebs *pileata* tota urbe discurreret. Appianus *lib.* 1. *de bell. civil.* refert eos, qui Jul. Cæsarem interfecerunt, prætulisse hasta per mediam urbem pileum, quasi morte Tyranni restituta civibus libertate. Idem *in bello Mithrid.* scribit, Perseo Macedonum rege capto, Prusiam Bithyniæ regem, venisse Romam, toga & calceis indutum, ceterum capite raso & pileato professum se populi Romani libertum, a quo Persei dominio esset liberatus: quod & Livius ex Polybio refert, in extremo *quinti lib.* 5. *decad.*

PINGUIOR natura fideicommissorum: §. 1. *Inst. de legat.* pinguius succurrere: *l.* 49. D. *de re judic.* *Pinguius*, in *l.* 14. *pr.* D. *de except.* id est laxius & crassiori, ut aiunt, Minerva, seu παχυμερέστερον, ut *l.* 7. §. 2. *D. de pecul.* & ἐν πλάτει, ut *l.* 12. §. 2. D. *rem rat. hab.*

PINGUITUDO terræ, pro pinguedine, *l.* 1. §. *ult.* D. *de aqu. & aqu. pluv.* Utrumque enim recte & Latine dici auctoritate Varron. *de re rust. lib.* 2. *c.* 4. & *lib.* 3. *c.* 9. & Plinii *lib.* 23. *hist. nat. c.* 8. aliorumque probat Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 370. Hein.

PINUS. De *pinu* integri strobyli: *l.* 167. D. *de verb. signif.*

PIPERIS genera duo recensentur in *l. ult.* §. 7. D. *de publican.* *Longum & album*, inter quæ etiam differentiam statuit Theophrast. *lib.* 9. *hist. plant. c.* 22. Dioscorides *lib.* 2. & Galen. *lib.* 7. *simpl. medicam.* Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Solin. *in polyhist. c.* 53. Isidor. *lib.* 17. *c.* 8. Nascitur autem *piperis* arbor in India & in latere Caucasi montis, quod soli obversum est.

PIRATARUM insidias casibus, quibus resisti non possit, adnumerat Caius, *l.* 18. D. *commod.*

PIRATICAM facere: *l.* 20. D. *de oblig. & act.*

PISCARI in fluminis publici diverticulo. *l.* 7. D. *de divers. temp. præscr.* in mari vel in lacu: *l.* 3. §. *ult.* D. *de injur.* *l.* 5. §. *ult.* D. *de divis. rer.*

PISCATIONEM thynnariam exercere: *l.* 13. *D. commun. prædior.*

PISCATOR: *l.* 5. D. *de nautic. fœn.* Ne piscatores nocte lumine ostenso fallant navigantes: *l.* 10. D. *de incend. ruin. naufr.* Piscatoribus Phormianis & Capenatis D. Pius rescripsit: *l.* 4. *D. de divis. rer.*

PISCINA, *l.* 1. *pr.* *l.* 4. §. *ult.* D. *de fonte*, opponitur stagno, *l.* 3. §. 14. D. *de adquir. vel amitt. possess.* Gell. *lib.* 2. *c.* 2. Lacus & stagna, quæ piscibus vivis coercentur clausa, suo & proprio nomine *piscinas* nominaverunt.

PISCES capientium fiunt: *l.* 1. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom.*

PISTERES, de quibus singularis est titulus *C. Just. & C. Theod.* Pistorum corpus: *l.* 1. D. *quod cujusq. univ. nom.* Qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur: *l. ult. pr. D. de excus.*

PISTRINUM: *l.* 13. §. *ult.* D. *de usufr.* insulæ dotali adjectum, impensis utilibus plerumque adnumeratur: *l.* 79. D. *de verb. signif.* Pistrinum exercere: *l. ult. pr. D. de excus.*

PITHANON, vel πιθανῶν libros scripsit Antistius Labeo, in quibus regulas juris generales proposuit. Quum vero eo nonnumquam, ut fieri solet, fallerent, scriptis in eos libros notis exceptiones addidit Julius Paullus. Vid. Bynkersh. *lib.* 3. *obs. c.* 6. Hein.

PIT-

PITTACIUM, in *l.* 5. *&* *l. penult.* §. 3. *C. de erogat. milit. annon. l.* 29. *C. Theod. de petition. & ultr. dat.* Lamprid. *in Alexandr. c.* 21. De promovendis etiam militibus sibi adnotabat & perlegebat cuncta *pittacia.* Cassiodor. *lib.* I. *var. Epist.* 18. Si Romani prædium sine delegatoris cujusquam *pittacio* præsumtor barbarus occupavit. Moschopulus περὶ σχεδῶν: πεττύκια, ait, Δωρικῶς, τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων, ἀφ' ὧ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν. Πεττύκια Dorice *sunt tenuia segmenta coriorum, unde nos pittacia dicimus.* Est autem *pittacium* index, sive libellus brevis, rationes & commentarii annonarum militarium, quorum mentio quoque fit in *l.* II. *&* 13. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* ubi vid. Gothofred. & Jo. a Wouwern. *Not. ad Petron. Satyr. c.* 43. Add. Car. Du Fresne *in Glossar. h. v.* Ceterum *pittacium* videtur descendere ἀπὸ τῆς πίττας vel πίσσας, a *pice* vel *maltha*, qua panni vel linteamina illiniebantur. Plin. *Hist. nat. lib.* 2. *c.* 104. & *lib.* 36. *c.* 24. Unde libri lintei fuisse videntur Cironio *observ. jur. Canon. lib. c.* 13. Hein.

PITUOCAMPÆ, vel pityocampæ, in *l.* 3. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* pinorum erucas, & in picea nascentes erucas Plinius interpretatur *lib.* 23. *hist. nat. c.* 2. *& lib.* 29. *c.* 4. quæ & inter venenata ab eodem ponuntur, ut & a Dioscoride qui de earum noxia vi tractat *lib.* 2. *& lib.* 6.

PIARUM actionum diœcetæ & curatores: *l.* 46. §. 6. *C. de Episc. & cler.*

PIUS filius: *l.* 38. D. *de fideicomm. libert.*

Pius adpellatus Antoninus. Unde & *Divi Pii* adpellatione in libris nostris exaudiendus est. Justinian. *Novell.* 78. *c.* 5. Ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ ὧπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καθήκει. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus, ex quo etiam ad nos adpellatio hæc pervenit. *Pissimum* & justissimum duxi: *l.* 3. §. 4. *D. de adim. legat.*

PLACARE. Antiqui juris altercationes placavimus: §. *ult. Inst. de libert.*

PLACERE plerumque in libris nostris dicuntur, quæ prudentium auctoritate recepta introductaque sunt. Atque ita interpretandum est illud *placet* in *l.* 7. §. 14. *D. de administr. & peric. tut. l.* 21. *D. de damn. infect. l.* 4. D. *de pact. & passim.* Placet, ut multis rescriptis continetur: *l.* 7. §. I. D. *de administr. & peric. tut. Placuit*, id est, visum est juris auctoribus, responsum est, obtinuit, & pro re certa habitum est: *l.* 29. D. *de usur. l.* 20. *D. de tut. & rat. distr.* & aliis locis. Vid. Bynkersh. *obs. lib.* 5. *c.* 7. Placere video: *l.* 55. D. *de legat.* 2. Hac ratione *placuit*: *l.* 69. §. 2. D. *eod. tit.* Recte placuit: *l.* 33. D. *de excus.* placuit, & rescriptum est: *l.* 44. D. *de excus.* placuit eoque jure utimur: *l.* 6. §. I. D. *de aqua & aqu. pluv.* Aristoni placet: *l.* 13. *D. ut legator. seu fideicom.* & ita aliis Jurisconsultis passim nominatis *placere* dicitur.

Placuit alias est, inter consentientes convenit: *l.* 69. §. 7. *D. de jur. dotium.* Pacto placuit, ut *l.* I. §. 3. *D. de pignor. & hypot.* inter creditorem & venditorem; *l.* 10. *pr.* D. *quib. mod. pign.* inter duos: *l.* 30. D. *de pact. dot.* Placita pœna: *l.* 2. *C. de recept. arbitr.* id est, compromisso comprehensa. Placitum pretium: *l.* 9. *C. de contrah. emt. l.* II. *C. de rescind. vend.* id est, conventum.

Placuisse etiam principibus dicitur, quod ab illis constitutum,

rescriptum, decretum est; ut *l.* 1. *C. qui manum. non poss. l.* 4. *C. quæ res pign. l.* 66. D. *de legat.* 2. Quod principi *placuit* legis habet vigorem: §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l.*1. *pr.* D. *de constit. princ.* Et plerumque hoc verbo principum constitutiones significari notat Cujac. in *Papinian. lib.* 2. *ad l.* 1. D. *de usur.* Sæpe etiam *placuit* nota exceptionis est, ab Imperatore adversus regulam juris introductæ. Jac. Gothofred. *ad l.* 2. *C. Th. famil. ercisc.*

Placere etiam Senatui dicitur, quod Senatus æquum censet & decernit, ut ex SCo Macedoniano, Velleiano & de hereditatis petitione facto constat: *l.* 1. D. *ad SC. Macedon. l.* 1. D. *ad SC. Vellei. l.* 20. §. 6. D. *de hered. pet.* Aliud senatui placuit: *l.* 21. D. *de SC. Silan.*

Verbum quoque *placuit* in sententiis usurpatum, indicat *l.* 40. D. *de pœn. l.* 88. *pr.* D. *de legat.* 2. *l.* 14. §. 4. *D. de bon. lib. l.* 30. *in fin.* D. *de pact. dotal.* Placuit, scilicet prætori, vel judicanti: *l.* 22. 16. & 29. *D. eod. tit.*

Placet generaliter pro velle usurpatur, *l.* 14. & 41. §. 4. *D. de fideicom. libert. l.* 78. §. 1. D. *de legat.* 3.

PLACITUM pro qualibet conventione & pactione usurpatur, ut in *l.* 10. *C. de contrah. emt. l.* 1. §. 2. D. *de pact. l.* 74. *D. de evict. & passim.* Interdum tamen pro mera & nuda conventione, quæ nudis conventionis finibus stetit, nulla rei traditione sequuta, aut stipulatione interposita. Et ita *placitum* accipe in speciebus *l.*96. §. 2. D. *de solut. l.* 26. §. 4. D. *de pact. dotal. l.* 4. D. *de servit. l.* 7. 14. & 17. C. *de transact. l.* 53. D. *de judic. l.* 20. §. 3. D. *famil. ercisc. l.* 45. D. *de pact. l.* 15. *C. famil. ercisc. l.* 4. §. 1. *C. de rer. permut. l.* 7. D. *mandat. l.* 3. 5. & 7. *C. de rer. permut. l.* 6. *C. comm. utriusq. judic. l.* 2. *C. de condict. ob causs. dat. l.* 36. *C. de liberal. causs.*

Placita quoque leges, & constitutiones principum, & rescripta, immo & sententiæ judicum vel arbitrorum dicuntur: *l.* 4. & 5. *C. de ædific. privat. l.* 2. *C. famil. ercisc. l.* 12. *C. ad leg. falcid.* §. 3. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l.* 1. *C. si pign. dat. l.* 1. *C. de recept. arbitr. l.* 4. *C. de hered. inst.*

PLAGA, regio, tractus. *Plaga* agri: *l.* 39. & 41. §. 9. *de legat.* 2.

PLAGÆ, idem ac retia: *l.* 12. §. 13. *D. de instr. vel instr. leg.* Virgil. *lib.* 14. *Aen. v.* 131. Retia, rara *plagæ*, lato venabula ferro. Ubi Servius ait: Multos per retia rara, majora: per *plagas* minora intelligere. Alios *Plagas* per definitionem accipere, ut intelligamus, quæ sint retia rara, nimirum *plagæ.* Ipse vero *plagas* proprie dici subjicit, funes illos, quibus retia tenduntur, circa imam & summam partem.

Plagæ pro insidiis. In has contubernii *plagas* depulerit: *l.* 3. *C. Theod. ad SC. Claudian.*

Plagæ pro verberibus, Ictibus & percussionibus. Sic: *plagarum* correctio: *l.* 20. *in fin. C. Theod. de emendat. servor.*

PLAGIARIUS adpellatur, qui mancipia aliena sollicitat, celat, supprimit: *l.* 52. §. 12. *D. de furt.* Unde & suppressor vocatur in *l.* 6. *D. ad leg. Fab. de plag.* Tertullianus *lib.* 1. *advers. Marcion. c.* 23. & Ulpian. *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 14. §. 3. *plagiatorem* vocant. Add. *l.* 17. §. 7. *D. de Ædil. edict.* & *l.* 48. §. 2. *D. de furt.*

Plagiarius quoque habetur, qui liberum hominem sciens dolo malo

lo vendit, emit, donat, celat, in vinculis habet. Et ita *plagiarios* accipe: *l.* 13. *D. de offic. præsid. l.* 4. §. 1. *D. ad leg. jul. peculat. rubr. D. & C. ad leg. Fab. de plagiar.* Vetus glossarium: *Plagiarii* sunt, qui liberos homines surripiunt & vendunt, *Plagiarii* in Indice Βασιλικῶν dicuntur ἀνδραποδισαί Auctor Etymologici: Ἀνδραποδιςὴς, ȣ̓ μόνον ὁ τȣ̃ς ἐλευθέρȣς ἀπάγων ἐις δȣλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τȣ̃ς δȣ́λȣς ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν ἐις ἑαυτόν *Plagiarius*, non solum qui liberos homines in servitutem abducit, sed & qui servos a dominis abstrahit.

PLAGIUM, crimen est, quo tenetur, qui mancipium alienum supprimit, vel liberum hominem servitio premit, aut servum sciens abstrahit: *l.* 6. *D. ad leg. Fab. de plagiar. l.* 8. *C. eod. tit.* Quod nomen a Græco verbo πλάγιον, quod obliquum significat. Isidor. *lib.* 10. *etymol. p.* 1084. *edit. Dionys. Gothofr. Plagiorum* vero pœna olim erat pecuniaria, ut adparet ex *l. fin. D. ad leg. Fab. de plagiar. Eclog.* 48. *c.* 1. quæ propter sceleris frequentiam in usu esse desiit: postea capitalis esse cœpit, & plerumque in exsilium, sive in metallum damnatio *d. l. fin.* Sane hominis liberi suppressio pœnam habet mortis: *l. fin. C. eod. tit. l.* 1. *D. eod. tit.* Sed servi alieni suppressionis pœna minor est, quod constat ex §. 10. *Inst. de publ. jud.*

PLANARIAM interpellationem quum in *l.* 4. *C. de dilat. cum in l. penult. C. de naufrag.* (Sic enim utrobique corruptum hoc verbum emendandum non ex ingenio solum, sed & scriptorum codicum fide) accipe de judice adito *non pro tribunali*, sed *ex æquo loco*, ut puta quum stat, aut procedit, aut alias prodiens in transitu sui potestatem facit. Ita *planarii conflictus* apud Ammian. Marcellin. *lib.* 19. *c.* 5. qui ex solo plano fiunt, non ex montibus. *Plenariam* tamen in *l. pen. C. de naufr.* contra Brisson. & Cujac. legendum censet Jac. Gothofred. ad *l. ult.* C. *Theod. eod. tit.*

PLANCIANUM Senatusconsultum de liberis adgnoscendis: *l.* 1. §. 10. *l.* 3. §. 1. *D. de liber. adgnosc.* Erat & alterum, de fideicommissis personis incapacibus relictis, a M. Plancio Varo, ut videtur, conditum, quo cavebatur, ne detractionem quartæ haberet, qui non capienti hereditatem restituere rogatus esset. Ejus autem mentio fit: *l.* 59. §. 1. *D. ad leg. falcid.* Vid. Hein. *Hist. jur. lib.* 1. §. 234. *Hein.*

PLANE simpliciter, sine conditione determinationeve adjicienda: *l.* 48. *D. de administr. & peric. tut. l.* 41. §. 6. *D. de vulg. & pupill. substit.* §. 1. *Inst. de testam. milit.*

Plane, pro sed, in *l.* 52. §. 7. *D. de legat.* 3. & *l.* 7. §. 4. *D. ad leg. Aquil.*

PLANUM est æquum sive æquabile. Sic *Plana* & clausa via opponuntur: *l.* 2. §. 32. D. *ne quid in loc. publ.*

PLANO quoque *sublime & editum* adversatur. Unde de *plano* opus facere & in machina operari, contrarie relata invenimus in *l.* 5. §. 7. *D. commodat.* Quum ripæ cedunt, ex quo primum a *plano* vergere incipit usque ad aquum: *l.* 3. D. *de flumin.* Itaque *de plano* cognoscere, interloqui, discurrere, quo genere loquendi utuntur nostri in *l.* 1. *D. de constit. princip. l.* 9. §. 3. D. *de offic. procos. l.* 6. D. *de accusat. l.* 11. §. 6. *D. de adulter.* significat *ex plano* & ex æquo loco, non ex superiore cognoscere, ut Cic. *pro Cæcina c.* 17.

17. *lib.* 3. *ad familiar. epist.* 8. & *lib.* 3. *de orator. c.* 6. loquitur, id est, non pro tribunali, sed in via, in transitu, quum vel lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia magistratus prodierit: *l.* 7. *D. de manum. vind.* §. 2. *Inst. de libertin.* Eodemque modo χάμοθεν, id est, *de plano* & πρὸ βήματος opponuntur a Modestino, in *l.* 13. §. 10. D. *de excusat* Sicque *de tribunali* & *de plano* adversantur apud Paull. *sent. lib.* 5. *tit.* 16. §. 14 Unde *de plano* legi possit, *l.* 11. §. 3. D. *de institor. act.* id est, ἐξ ἐπιπέδου, ut est apud Joseph. *lib.* 19. *Antiquit. Judaic. c.* 4. Fuit hæc formula edictalis, qua edicta proponi jubebantur *apud forum palam, unde de plano recte legi possitur.* Ita enim illam in tabula ænea, bibliothecæ Regiæ repetit Cujac. *lib.* 7. *observ. c.* 29. In edictis a Josepho recensitis ea formula frequentissima est: ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ ὅπως ὑπὸ πάντων ἀναγινώσκεσθαι δυνήσεται. Joseph. *lib.* 14. *Antiq. Judaic. c.* 12. Usi eadem sunt Seneca *Natural. Quæst.* 1. 4. Auson. *in Gratiar. action. ad Gratian.* imo & Cicero *ad Attic. lib.* 9. *Epist.* 27. *Hein.*

Planum pro apertum, liquidum, manifestum. Quid tam *planius*, per pleonasmum, *l. un. pr. C. Theod. quor. bonor.* Similia exempla sunt apud Plaut. *Menæchm. prolog. v.* 55. *Stich. Act.* 5. *sc.* 4. *v.* 22. *Pœnul. prolog. v.* 82. & *Act.* 2. *sc.* 1. *v.* 15. *Aulul. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 8.

PLATEA: *l.* 14. *C. de oper. publ.*

PLATO summæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos: *l.* 2. *D. de nundit.*

PLAUSTRUM vel *Plostrum.* Sueton. *in Vespas. c.* 22. Mestrium Florum Consularem, admonitus (Vespasianus) ab eo *plaustra* potius, quam *plostra* dicenda, die postero *Flaurum* salutavit. Hoc autem vocabulum occurrit in *l.* 7. §. 1. D. *de servit. præd. rust. l.* 27. §. 33. *l.* 52. §. 2. *D. ad leg. Aquil. l.* 12. §. 10. D. *de instr. vel instr. legat. l.* 1. §. 9. D. *si quadrup. paup.* Multa tam de *plaustris* quam de *plaustrariis* docte scripta adfert Jo. Schoeffer. *de re vehicul. lib.* 2. *c.* 19. *p.* 243. & *lib.* 1. *c.* 17. *p.* 219.

PLAUSUS, *a, um*, *Plausorum* inconsulta insania: *l.* 2. *C. Theod. de expens. ludor.*

Plausus populi: *l.* 177. *pr. C. Theod. de decurion.* popularis: *l.* 1. C. *Theod. de spectac. l.* 5. *C. Justin. eod. tit.*

PLAUTIUS, jurisconsultus, cujus sententiæ aliquot in libris nostris laudantur. Ad eum notas scripsisse Neratium, adparet ex *l.* 5. D. *de servit. præd. rust.* ut & Javolenum, quod compluribus Pandectarum locis comprobatur, maximeque ex inscriptione *l.* 83. *D. de verb. signif.* quæ hunc titulum præfert. Scripserunt & ad hunc Plautium Sex. quidem Pomponius libros septem, Julius vero Paullus libros octodecim, quemadmodum prope innumeris Pandectarum locis planum fit. Omnes auctores apud *Plautium* de hoc consenserunt: *l.* 1. §. 3. D. *de usufr. adcresc.* Ceterum floruisse *Plautium* sub Vespasianis, ex eo patet, quod ipse laudat Proculum & Cassium, *l.* 8. D. *de aur.* & *arg. legat. l.* 43. D. *de condit.* & *demonstr.* & vicissim laudatur a Neratio, *l.* 5. *D. de servit. præd. rust. Hein.*

PLEBANI in *cap.* 1. *ne cler. vel monach. in lib.* 6. quales jus habeant docet Innocen. in *c. dilectus de capell. monach.*

PLEBEIUS dicitur, qui est vilioris conditionis, & vulgo & humili loco natus. Unde & *plebeius*

beius & decurio in libris noſtris quandoque opponuntur : *l.* 3. D. *de teſtib. l.* 9. §. *pen.* & *l.* 10. §. *ult.* D. *de pœn.* Decurionum honoribus *plebeii* fungi prohibentur : *l.* 7. §. 2. D. *de decurion.* Si agro vel pecunia idonei comprobantur *plebeii*, munus curialibus aggregari eos jubet Theodoſius M. Imp. in *l.* 133. *C. Theod. de decurion.* Alias *plebeius* & honeſtior opponuntur : *l.* 1. §. *ult.* D. *de effract. Plebeii* & qui ſunt in aliquo honore poſiti : *l.* 3. §. 2. D. *de ſtellionat.* Sic *plebeius* & humilioris conditionis ſeparatur ab eo, qui ſuperioris cujuſcumque loci dignitatiſve eſt : *l.* 1. *C. Theod. de deſert. Plebeii* & negotiatores opponuntur illis, qui nobiliores natalibus & honorum luce conſpicui & patrimonio ditiores ſunt, in *l.* 3. *C. de commerc.* & *mercat.* Eminentiſſimorum & perfectiſſim. virorum uſque ad pronepotes liberos, *plebeiorum* pœnis vel quæſtionibus non ſubjici : *l.* 11. *C. de quæſtion.* Prudent. *Periſteph. hymn.* 14. *v.* 11. *ſeq. Adparitores ſed furenti ſuggerunt : Illum vetuſta genitum proſapia, Meritiſque multis eſſe primum civium. Jubet amoveri noxialem ſtipitem, Plebeia clarum pœna ne damnet virum.* Eodem modo & milites neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in cauſſis criminum ſubjungi concedit : *l.* 8. *C. de quæſtion. Plebeia* faex vilitaſque : *l.* 5. *C. Theod. de bon. proſcript. Plebeiam* ſuſtinere capitationem : *l.* 36. *C. Th. de decurion.* hoc eſt, talem, quæ non a curialibus, ſed a plebe præſtari ſolebat.

PLEBISCITUM. Pomponius ita adpellatum ait, jus, quod ſibi populus ſine auctoritate patrum conſtituebat : *l.* 2. §. 8. D. *de orig. jur.* Juſtinianus vero *plebiſcitum* definit, quod plebs plebeio magiſtratu rogante : veluti tribuno, conſtituebat : §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent.* & *civ. Plebiſcitum* ſecundum Capitonem, eſt lex, quam plebs non populus accipit. Feſtus *lib.* 17. Sciſcere, ait eſſe ſententiam dicere, ſuffragium ferre : eoque *ſcita plebis* dici, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu rogante. Ita : Lex *Aquillia plebiſcitum* eſt, quum eam Aquillius Tribunus plebis a plebe rogaverit : *l.* 1. D. *ad leg. Aquill. Plebiſcito* continetur, ut ne quis præſidum, munus, donum caperet : *l.* 18. D. *de offic. præſid.* Cicero *contra Rullum* & *lib.* 3. *de legib.* vocat *legem tribuniciam.*

PLEBS eſt cæteri cives ſine ſenatoribus : *l.* 237. D. *de verb. ſignif.* Eaque eo differt a populo, quo ſpecies a genere. Nam populi adpellatione univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. *Plebis* autem adpellatione, ſine patriciis & ſenatoribus ceteri cives ſignificantur : §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent.* & *civ.* Gell. *lib.* 10. *c.* 20. Plebs ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non inſunt. Differentiam *plebis* a populo clare innuit : *l.* 2. §. 9. D. *de orig. jur.* quia difficile plebs convenire cœpit, populus certe multo difficilius in tanta turba hominum. Quod autem Juſtinianus *l. c.* plebem a populo ut ſpeciem a genere differre ait, id populariter eſt accipiendum, voluit enim plebem a populo differre, ut quod continetur ab eo, quod ipſum continet.

Plebs pro vulgo & vilioris conditionis hominibus. Sic *plebs* & decuriones opponuntur : *l.* 5. *C. de defenſor. civit. plebis* defenſores : *l.* 8. *C. Theod. de donat. plebs* pro ruſticis : *l.* 5. *C. de metat. l.* 26. *C. Theod. de annon.* & *tribut.* Add. *tit. C. de ſedit.* &

& de his, qui plebem contra rempubl. audent colligere.

PLECTERE, punire, in *l.* 29. §. 4. D. *ad leg. jul. de adult. Plectere* capite : *l.* 27. C. *ad leg. Fab. de plagiar.* capitis pœna : *l.* 9. D. *ad leg. Pomp. de parricid.* exſilii pœna : *l.* 13. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* falſi pœna : *l.* 32. D. *de leg. Cornel. de fals.* pœna pecuniaria : *l.* 4. D. *de cuſtod. & exhib. reor.* ſtellionatus crimine : *l.* 29. §. 5. D. *mandat.* tripli condemnatione : *l.* 14. §. 9. D. *quod met. cauſſ.* SCo Turpilliano : *l.* 1. §. 10. D. *ad SC. Turpill.* uſuris : *l.* 7. §. 3. D. *de admin. & peric. tut.*

PLECTIBILIS uſurpatio : *l.* 16. *C. Theod. de piſtor. & catabol.* invidia apud Sidon. *lib.* 4. *epiſt.* 6. vita apud eumd. *lib.* 6. *epiſt.* 1.

Aliquando *plectibilia* abſolute pro delictis : *l.* 5. *C. Theod. de hæret.* & apud Sidon. Apollinar. *lib.* 4. *epiſt.* 13.

Immo & pro pœna uſurpatur, quo ſenſu, *plectibili* ſeveritate fraudibus obveniendum, ait : *l. ult. princ. C. Theod. de decurion.*

PLENARIA interpellatio. Vid. ſupra ſub *planaria.*

PLENE penitus, omnino : *l.* 9. §. 4. D. *de interrog. in jur. fac.* quo ſenſu *plenius* dicitur in *l.* 1. §. 10. D. *ſi is, qui teſtam. lib. & paſſim.*

PLENUM. Hoc verbo ſignificatur omne id, quod eſt integrum, abſolutum, completum, ſolidum, individuum. Sic *plena* negotiorum actio ; *l.* 37. D. *de negot. geſt.* dicitur, quæ in ſolidum, non quatenus maritus facere poteſt, datur. *Plena* legis actio : *l.* 1. *C. de adoption.* cuſtodia, ut & diligentiam præſtet : *l.* 2. §. *ult.* D. *de peric. & commod. rei vend. Plena* defenſio ; *l.* 21. §. *ult.* D. *ex quib. cauſſ. major. l.* 1. §. 2. D. *de adminiſtr. & peric. tut. l.* 34. §. 4. D. *de jurejur.* definitio : *l.* 1. §. 5. D. *quod vi aut clam.* facultas : *l.* 1. §. 10. D. *ad SC. Trebell.* Falcidia : *l.* 16. D. *ad leg. Falcid. Plenam* fidem teſtatori exhibere, eſt ei, qui voluit ſolidum & minime delibatum fideicommiſſum præſtare : *l.* 20. *in fin. D. de donat. l.* 19. D. *quæ in fraud. credit. l.* 5. §. 15. D. *de donat. int. vir. & ux.* Hoc Juſtinian. *Novell.* 1. *C.* 1. dicit: καταβαλεῖν ὁλόκληρα τὰ πρεσβεῖα, καὶ πλήρη τὴν γνώμην τοῦ διαθεμένου τηρῆσαι. Indebitum ſolviſſe non videtur, qui plenam fidem defuncto præſtare maluit : Paull. *lib.* 4. *ſent. tit.* 3. §. 4. *Plena* immunitas : *l.* 7. *C. de muner. patrim.* liberatio : *l.* 82. D. *ad leg. Falcid.* poſſeſſio : *l.* 54. C. *de Epiſc. & cler.* poteſtas : §. *ult. Inſt. de rer. diviſ.* proprietas, quæ nudæ adverſatur : eoque nomine ſolida & non ſeparata uſufructu proprietas demonſtratur : *l.* 36. §. 1. *l.* 46. D. *de uſufr. l.* 2. *de quib. mod. uſusfr. amitt. l.* 78. D. *de jur. dot. l.* 10. & 26. D. *de uſufr. legat. l.* 15. *in fin.* D. *de caſtrens. pecul. plena* pubertas ; *l.* 40. §. 1. D. *de adoption.* ſignificatio ; *l.* 38. §. 4. D. *de uſur.* ſumma, id eſt, integra & ſolida ; *l.* 108. §. 10. D. *de legat.* 1. voluntas ; *l.* 39. §. *ult.* D. *de fideicom. l.* 3. C. *de donat. l.* 16. D. *de legat. præſt.*

Plenum arbitrium ; *l.* 11. §. 7. D. *de legat.* 3.

Plenum compromiſſum, cui pœna, vel alia res vice pœnæ addita eſt. Item quod de rebus omnibus controverſiiſque conſtitutum eſt, denique quod omnibus numeris perfectum eſt & abſolutum. Si alter rem, alter pecuniam ſtipulanti promiſerit, *plenum* compromiſſum eſt ; *l.* 1. §. 2. D. *de recept. arbitr.* Si petitor quis ſtipulatus

pulatus eſt, poſſit dici *plenum* eſſe compromiſſum; *l.* 13. §. 1. D. *eod. tit. Plenum* compromiſſum adpellatur, quod de rebus controverſiisque compoſitum eſt, nam, ad omnes controverſias pertinet: *l.* 21. §. 1. D. *eod. tit.* Hoc compromiſſum *plenum* eſt, quod & doli clauſulæ habet mentionem; *l.* 31. *in fin.* D. *eod. tit.*

Plenum corpus Homeri; *l.* 5. §. 2. D. *de legat.* 3.

Plenum dominium dicitur, cui uſusfructus cohæret; *l.* 4. D. *de alim. & cibar. legat. l.* 1. *v. & ſi non nuptæ C. de rapt. virgin. l.* 54. *C. de Epiſc. & cler.*

Plenum judicium animi: Ulpian. *tit.* 20. *regul.* §. 12.

Plenum jus: *l.* 29. D. *qui & a quib. l.* 11. *C. de act. emt. l.* 1. *C. de revoc. donat. l.* 126. §. 1. D. *de verb. oblig. l.* 28. *D. de uſur. l.* 17. D. *quib. mod. uſusfr. amitt. l.* 19. D. *de ann. legat. l.* 17. D. *de rei vind. l.* 19. D. *de bon. libert. l.* 1. *C. eod. tit. Pleno* jure noſtrum id eſſe accipimus, cujus & uſusfructus & proprietas ad nos pertinet.

Plenum legatum, ex quo Falcidia non detrahitur: *l.* 147. D. *ad leg. Falcid.*

Plenum obſequium præſtare teſtatoris judicio: *l.* 16. D. *de legat. præſtand.*

Plenum officium: *l.* 2. §. 2. D. *ad SC. Tertull.*

Plenum tempus. Dummodo vivos & *pleni* temporis pariant: Paull. *lib.* 4. *ſent. tit.* 9. §. 1.

Plenus adfectus: *l.* 3. *C. de adquir. vel retin. poſſeſſ.*

Plenus annus cœpto vel inchoato opponitur; *l.* 8. D. *de muner. & honor.* Annum agens plenum nonum decimum; *l.* 74. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* Annus viceſimus quintus cœptus pro pleno habetur; *l.* 8. D. *de muner. & honor.*

Plenus fundus. An poſt tempus decennii *plenus* fundus ad legatarium pertineat: *l.* 26. D. *de uſu & uſufr. legat.* id eſt, pleno jure.

Plenus numerus mancipiorum; *l.* 21. D. *de option. vel elect. legat.* actionum; *l.* 11. D. *de præſcr. verb.* ordinis; *l.* 2. D. *de decurion. Plenus* ordo; *d. l.* 2. D. *de decurion.*

Plenus, repletus, & vacuo opponitur. Sic: Vaticinatores, qui ſe Deo plenos adſimulant; Paull. *lib.* 5. *ſent. tit.* 21. §. 1. id eſt, ἐνθεαςικὸς. Plenus locus; *l.* 2. D. *de decurion.*

Plenior, id eſt, amplior, uberior. *Plenior* prætoris animadverſio *l.* 15. §. 28. D. *de injur.* interpretatio: *l.* 18. §. 1. D. *de pecun. conſtit.* hereditas; *l.* 56. D. *ad leg. Falcid.* obligatio; *l.* 95. §. 3. D. *de ſolut. & liberat. l.* 5. D. *de fidejuſſ. l.* 51. §. 3. D. *de evictiion. Plenius* legatum; *l. ult.* D. *de alim. & cibar. legat. pr. Inſt. de legat. l.* 46. D. *de legat.* 3. munus; *l.* 13. D. *de vacat. & excuſat. muner.*

Pleniſſima coercitio; *l.* 17. §. 1. D. *de uſufruct.* firmitas; *l.* 13. D. *de donat. int. vir. & ux.* immunitas; *l.* 17. §. 1. D. *de excuſat.* indulgentia; *l.* 2. D. *de teſtam. milit.* jurisdictio; *l.* 7. D. *de offic. procoſ.* ſeveritas; §. *ult. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* voluntas; *l.* 27. D. *de inſtr. vel inſtr. legat. Pleniſſimum* flumen; *l.* 3. D. *de flumin.* verbum; *l.* 19. D. *judic. ſolv.*

PLERUMQUE ut plurimum, fere ſemper; *l.* 10. D. *de jur. dot. l.* 22. §. *ult.* D. *ad leg. Jul. de adulter. l.* 28. §. 11. & 12. D. *de pœn.* & paſſim. Aliquando ſignificat *interdum*, ut in *l.* 25. *in fin. l.* 26. D. *de pact.* Et ita accipe in *l.* 43. §. 11. D. *de furt.* ne pugnet cum; *l.* 21. §. 1. D. *de adquir. poſſeſſ.* & *l. penult.* D. *pro*

de

de relict. & *l.* 8. D. *de leg. Rhod.* Simili modo & in *l.* 3. D. *de interrog. in jur. fac.* Quod *plerumque* ab imprudentibus dici solet; *l.* 17. §. 1. D. *de ædil. edict. princ. Inst. de inoff. test. l.* 52. *fin.* D. *de oblig.* & *act. l.* 50. §. 4. D. *de legat.* 3. An & in *l.* 1. §. 10. D. *de offic. præfect. urb. verb.* nam & puniendi plerumque liberti? Sane eadem illa notione *plerique* pro nonnullis aliquando dicuntur: *Plerique* cum cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui animi & offensa; *l.* 32. §. 10. D. *de donat. int. vir.* & *uxor.*

PLOSTRARIUS, *plostrum.* Vid. *plaustrarius*, *plaustrum.*

PLOTINA Augusta. Ejus fit mentio; *l.* 57. *D. de legat.* 2.

PLUMARII sunt, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt: quo genere prisca luxuria delectata est. Prudent. in Hamarrigenia: Avium quoque versicolorum Indumenta novis texentem pluma telis. Vel erant *plumarii* qui acu pingentes exprimebant animalium vel hominum figuras. Hieronym. in *Chronicis*: Macedonius artis *plumariæ.* Et in *versione Exodi* sæpe. Firmicus 3. *c.* 13. Facient linteones aut tunicarum textores, plumarios. Idem *c.* 10. Qui erunt etiam linteones aut plumarii. Itaque pro *plumbarii* in *l.* 1. *C. de excusat. artif.* legendum censet Jac. Gothofr. Cujac. *plumarii*, atque ita in veteribus libris reperiri testatur, & Græcos legere. De *plumariis*, horumque arte plura Salmas. *ad script. hist. August. p.* 310. 398. 507. & *seq.*

PLUMBARE est plumbo divisas materias jungere, in *l.* 27. D. *de adquir. rer. dom.* Ejusdem significationis est verbum *adplumbare.* Statua *adplumbata* est in *l.* 2. D. *de sepulcr. viol.* Plumbo nimirum liquefacto statuas figebant Romani, in primis simulacra Deorum, ne fugerent. Arnob. *lib.* 6. Inter quæ omnes, aiit, sinus commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, & salutares moras signorum diuturnitatibus commodare. Prudent. *advers. Symmach.* 1. *v.* 231. Suffusa figunt vestigia plumbo ubi adde quæ notavit Jo. Weitz. in *Not. p.* 734. *Hein.*

PLUMBARII, qui tubos & canales plumbeos fundebant. Eorum mentio fit *l. ult.* D. *de jur. immun.* & *l.* 2. *C. Theod. de excusat. artif. Hein.*

PLUMBATA, æ. *Plumbatarum* verbera, *l.* 2. *C. de exactor. tribut.* Sic enim illic legendum docet; *l.* 3. *C. Theod. de exaction.* & *l.* 2. *C. Th. de quæstion.* & *l.* 8. *C. Theod. de decurion. Plumbatarum* ictibus subjiciatur; *l.* 40. *C. de decur.* Ambros. *de passior. Gervas.* & *Protas*: Tunc indignatus comes Astacius jussit eum tamdiu de *plumbatis* contundi, quamdiu spiritum redderet. Et *in passione quatuor coronatorum martyrum*: Illis autem reluctantibus renunciatum est Diocletiano Augusto, qui eos jussit ante ipsum simulacrum ictu *plumbatarum* deficere. Item in *Martyrologio* Usuardi *ad Carol. August.* Quarto nonas decembr. Romæ passis sanctæ Bibianæ martyris, quæ jubente Juliano iniquissimo tamdiu plumbatis cæsa est, donec redderet spiritum. Suidas *Tom.* 3. *p.* 132. πλυμβατοῖς, μολίβδοις, κατὰ γλῶτταν. *Plumbatis*, *pilis plumbeis*, *secundum glossam.* Itaque apud Basil. M. in Homilia *de Gordio martyre.* Πῦ δὲ αἱ μολυβδίδες, πῦ δὲ αἱ μάστιγες: quod interpres *laminas plumbeas* vertit; *plumbatas* vertendum erat. Adpellantur & *plumbi* verbera, *l.* 7. *C. Theod. de exaction.*

Ex

Ex quibus minus obſcurum videbitur, quod in *l.* 1. *C. de his, qui potent. nom.* præcipiunt Imperatores, eos, qui in potentiores litem tranſtulerint, *plumbo adfectos relegari:* ut & illud, quod D. Ambroſ. *lib.* 5. *Epiſt.* ita ſcribit: Si compertum fuerit, data auctoritate aliquos Chriſtianorum aut gladio, aut fuſtibus, aut *plumbis* necatos. Prudent. *Periſtephan. hymn.* 14. *v.* 116. Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus, *Plumboque* cervix verberata extuberet. Ad quem locum ita ſcribit Jo. Veitzius: Erat id genus tormentorum quaſi flagellum ex funiculis, in quorum ſummitatibus glandes plumbeæ erant impactæ: his terga ad collum damnati hominis verberabantur. *Ictus plumbeos* eodem ſenſu dixit idem *eod. Hymn. v.* 122. Adde quæ de hoc ſupplicii genere dixerunt Jac. Gothofred. ad *l.* 2. *C. Theod. de quæſtion.* & Pet. Fab. *lib.* 2. *Semeſtr. c.* 8. Immo & Barthol. Barrient. *Adnot. Sylv. c.* 28. Sagittar. *de cruciat. martyr. c.* 5. §. 18. *ſeq.* & quos laudavit Bynkersh. *lib.* 1. *obſerv. c.* 2. Id addere licebit, in *l. un.* C. *de his, qui potent. nomin. adfectos plumbo* non dici, *plumbatis* cæſos, ſed *numellas plumbeas geſtantes.* Græci: *τῆς τιμωρίας τὸ εἶδος, ἵνα μολίβδῳ πανταχόθεν περισφιγγόμενος, τȣτέςι κλοιοφορῶν ἢ πλȣματιζόμενος, διηνεκιῶς εἰς τὸ μέταλλον ἐκπέμπηται.* Supplicii hæc ſpecies eſt, ut undique plumbo conſtrictus, hoc eſt, numellas geſtans ac veluti plumbatus in metallum perpetuo datur. Vid. Car. Labbæi *obſervat. & emendat. in Synops Baſilic.*

Plumbata etiam jaculi genus in modum ſagittæ penni inſtructum fuit. Cujus duo genera facit auctor libelli *de rebus bellicis*, qui *Notitiæ Imperii Romani* ſubjungitur, *p.* 31. edit. Guid. Pancirol. unum, cujus ligno ferrum ad formam venabuli aptatum inſigebatur, fiſtula ejuſdem ferri parumper extenſa, ſupra quam modico interjecto ſpatio plumbo adhærentes aculei velut tribuli emergebant, quæ *plumbata tribolata* adpellabatur. Altera *mamillata*, quæ bene extenſa & directa virga accipiebat in extremitate ſui rotundum & in acumen deductum ferrum ſimilibus locis, quibus ſuperior, in *tribolata plumbo & pennis* adhærentibus. Cujuſmodi *plumbatarum* meminit Veget. *de re milit. lib.* 1. *c.* 17. & *lib.* 2. *c.* 16.

PLUMBUM. Plumbi liqueſcentis ingeſtio, pœna nutricum raptus conſilium puellis dantium, praviſque adeo ſuaſionibus ſuis cuſtodias parentum deludentium, de qua in *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virgin.* ubi: his pœna immineat, ut eis meatus oris & faucium liquentis plumbi ingeſtione claudatur.

PLURALIS loquutio duorum numero contenta eſt: *l.* 12. D. *de teſtib.*

PLUS, petitur quatuormodis, re, tempore, loco, cauſſa: §. 33. *Inſt. de action.* Si totum petas, *plus* petendo cauſſa cadis: Paull. *lib.* 2. *ſent. tit.* 5. §. 3. Add. *l.* 1. *D. de interrog. in jur. fac.* Vetus gloſſar. Græcum: *Plus petitio, ἡ ὑπερ᾽απαίτησις, ἤτοι τὸ πλέον τȣ̃ ἐποφειλομένȣ πράγματος.* Plus præſtitiſſe, quam debuiſſet heres, intelligitur, qui ante tempus pecuniam reſtituit: *l.* 15. D. *de annuis legat.* Re autem plus petitur, quum re aut quantitate aliqua certa debita, res plures, aut major quantitas petitur. Tempore, quum quod in diem, aut ſub conditione debetur, ante tempus vel exiſtentem conditionem petitur. Loco, quum quod ut certo detur loco cautum eſt, ſtipula-

pulatione, vel alio modo petitur, non facta mentione loci, in quo peti debuit. Loci nempe mentione facta, actioneque arbitraria constituta, ut iniquitas loci compensetur, alio loco recte petitur. Causa, cum ex pluribus rebus disjunctis, puta, Sticho aut Pamphilo: vel generaliter, puta, homine, promissis certe petitur; quia actor unam aliquam rem certam petens, aufert reo electionem, quæ alioqui etiam ejusmodi promissionibus conceditur: *l. ult. D. de verb. oblig. l.* 10. *D. de jur. dot.* aut quum ejusdem speciei rem meliorem postulamus, quod exemplum posuit Paullus Sent. *lib.* 2. *tit.* 5. §. 3. Quin etiam si quis petat id, quod est vilissimum. Ceterum pœna plus petentium alia erat olim, alia hodie. Olim erat hæc, ut plus petens caussa caderet, i. e. rem amitteret, vel ut planius dicam, omni in posterum actione excluderetur, nec umquam & debitum petendi potestas concederetur. Sed hodie ex Zenonis constitutione, cujus fit mentio in §. 33. *in fin. Inst. de action.* & §. 10. *sub fin. Inst. de exception.* & qui plus tempore petit, alterum tantum temporis sine ullo interusurio exspectat, quanto statutum tempus antevertere conatus est, & sumtus prioris litis refundit. Qui vero plus loco vel summa, vel qualitate petit, ex constitutione Justiniani omne damnum præstat in triplum: & qui reo debita quantitate ampliorem cautionem dolo malo exprimit, etiam jus omne crediti amittit: *l.* 1. *C. de plus petit.* Plautus in *Querulo*, *plus peti periculum* dixit.

PLUTEI circa parietes ædium non sunt: *l.* 17. §. 4. D. *de action. emt.* ubi *plutei* videntur esse receptacula sive repositoria. Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 7. Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.

PLUVIAM aquam dicimus, quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit: *l.* 1. §. 1. *D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.*

PNEUMATOMACHI, hæretici iidem cum Macedonianis: *l.* 11. *C. Th. de hæret.*

POCULENTA penu ea, quæ vini loco paterfamilias habuit, continebuntur: *l.* 3. §. 2. D. *de pen. legat.*

POCULUM *Pocula* dicuntur omnia potui parata, veluti trullæ, scyphi, modioli, phialæ: *l.* 36. *D. de aur. arg. legat. Poculum* aureum: *l.* 36. *D. eod. tit.* oleagineum: *l.* 30. *D. de legat.* 3. *Poculum* commune polluere: *l.* 12. *C. de re milit.* quæ est: *l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* quo loco *poculum* commune nihil aliud est, quam flumen quemadmodum hoc nomine quoque adpellatur a Virgilio *lib.* 3. *Georg. v.* 529. *seq.* & Apulei. *lib.* 1. *de asin. aur. p.* 111. *Poculum* abortionis. Vid. sub *abortio.*

PODAGRÆ valetudo a muneribus decurionatus non præstat excusationem: *l.* 13. C. *de decurion.*

PODIUM apud Ulpian. in *l.* 11. §. 21. D. *de instr. vel instrum. legat.* est locus extra ædificium porrectus, unde spectamus, si quid foris fiat. Est præcipuus locus in theatro, unde Imperator, vel Senatores ludos spectabant. Hinc illa inscriptio: *Theatrum stravit pavimento, podio circumscripsit.* Vid. Vitruv. *lib.* 5. *c.* 7. Adde Cujac. *lib.* 13. *observ. c.* 12.

POENA, est noxiæ vindicta: *l.* 131. D. *de verb. signif.* generale est nomen, omnium delictorum coercitio: *ibid.* non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet: *ibid.* ubi Ulpianus *mulctæ & pœnæ* dissimilitudinem plenissime exsequitur.

De qua vide quoque Paullum, in *l.* 244. D. *eod. tit.* in qua inter cetera, *poenas* certas fingulorum peccatorum effe, tradit. *Poena* capitalis eft, quæ lædit caput hominis. Caput autem hominis dupliciter accipimus, naturaliter & civiliter. Naturaliter omnes homines habent caput: civiliter non omnes caput habent. Et qui habet civile, is utique & naturale habet, non viciffim. Is tamen, qui naturale caput perdit, fiquidem habet civile, idem caput civile protinus amittit. *Pœna* capitis naturalis, eft mors naturalis, quæ fit vel gladio, vel fecuri vel lapidatione, vel aqua vel fufpendio, vel confractione vel igne. *Poena* capitalis civilis eft mortis civilis, quæ contingere poteft, falvo capite naturali. Caput autem civile confiftit in tribus, nempe in libertate; in civitate & in familia. Vid. fupra art. *caput*. *Poena* exfilii: *l.* 13. *C. de his qui adv. rempubl. Poena* legitima quæ dicatur. Vid. fupra fub *art. legitima*, *Poena* metalli: *l.* 21. *C. de poen. Poenæ* fervus. Vid. infra art. *fervus*. *Poena* fubdici, *l.* 1. §. 13. *D. ad SC. Turpill.* de quo vid. art. *fubdici*.

Poena etiam dicitur incommodum quod teftator alicui imponit, fi quid faciat vel nifi quid faciat vel præftet. Sic *poenæ* caufa, five nomine, legati videtur, quod coercendi heredis cauffa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat; veluti fi quis ita fcripferit: heres meus fi filiam fuam in matrimonium Titio collocaverit, vel ex diverfo: fi non collocaverit, decem aureos dato; §. *ult. Inft. de legat.* & apud Ulpian. *Tit.* 24. *regul.* §. 17. *Poena* in futurum confertur, cauffa in præteritum: *l.* 12. *D. de condit. & demonftr. Poenam* autem a conditione voluntas teftatoris feparat: *l. ult. D. de his, quæ poen. nomin. relinqu.*

Sed & *poena* eft in contractû dicta. Sic *poenæ* ftipulatio certa eft, & utilis: *l.* 68. D. *de verb. obligat. Poena* certæ fummæ: *l.* 22. *C. de ufur. Poena* legitimarum ufurarum: *l.* 15. *in fin. C. eod. tit.* Pro ufuris legitimis *poenam* in fingulos menfes ftipulari: *l.* 90. *D. de verb. oblig. Poenæ* nomine exactum: *l.* 11. *pr. D. de ufur.* præftari: *l.* 40. *D. de reb. cred.* Ufuras vel poenas petere: *l.* 8. §. 2. *D. de liberat. legat.* Non poena fed foenus uberius jufta ratione fortis promittitur: *l.* 9. §. 1. D. *de ufur. Poena* autem & *ufura*, fi propriam & peculiarem verborum proprietatem fpectaveris, inter fe differunt, *l.* 13. §. 6. *D. de pignor. l.* 7. §. 1. *D. de liberat. legat.* A. Bart. in *l. cum ftipulat. de verb. oblig.* Inter ufuram & *poenam* traduntur tres notandæ differentiæ: (1.) quia ufura quantitati dumtaxat, vel ei, quod quantitatis loco eft, adjicitur, *l.* 3. §. 4. D. *de ufur. poena* vero etiam facti obligationibus annectatur, *l.* 72. §. 1. D. *de verb. oblig.* (2.) *Poena* pro toto tempore apponi folet, *l.* 23. *v. de illo de oblig. & action.* ufura autem diftinctis temporibus, veluti in annos, aut menfes fingulos, *d. l. cum ftipulatur* 90. *D. de verb. oblig.* Quæ tamen prima fronte contrarium probare videtur in illis verbis: *pro ufuris legitimis poenam in menfes fingulos, fi fors foluta non fit*: nifi defendendo communem fententiam, quæ vera eft, dixeris, verba illa, *pro ufuris*, tollere difficultatem (3.) Ufura poteft fine mora deberi ex ftipulatione, *l.* 40. *in fin.* D. *de jurejur.* Ufura nempe fortis acceffio dicitur, quæ non tam propter moram, quam ufum datæ mutuæ pecuniæ exi-

exigitur, *l. usura* D. *de verb. signif.* Ideoque Paul. Castr. in *l. Julian.* §. *ex vendito col.* 2. D. *de act. emt.* Quod, inquit, dici solet, usuras non venire, nisi a tempore moræ, obtinet, nisi contrarium a partibus agatur: sicuti si dem tibi mutuam pecuniam post annum restituendam, ita ut in singulos menses non nihil usuræ nomine pendas, *d. l.* 40. *D. de jurejur.* Atqui poena semper ex mora debetur, *l.* 115. *D. de verb. oblig.* Hæc tamen differentia non satis placet Jo. Imol. in *d. l.* 115. nam poena, ut ille ait, ex solo conditionis eventu deberi potest, ut quando stipulatio a præcedenti conditione incipit, veluti si dicam: Si Kalendis Stichum non dederis, decem dare spondes? Nam ante Kalendas, Sticho mortuo, agi non potest, sed exspectanda est dies, in quam tota obligatio collata est, *l.* 8. D. *de verb. oblig.* Sichard. ex *Corras*, *lib.* 3. *miscellan. c.* 21. *n.* 1. *& seq.*

Poena etiam adpellantur, quidquid extra rei persequutionem est, *l.* 2. *in fin. D. de tut. & rat. distr. l.* 12. §. 1. *D. si quis omiss. causs. testam. l.* 5. §. *ult.* D. *de Publician. in rem act. l.* 25. §. 1. *D. quæ in fraud. credit. l.* 11. §. 2. D. *ad leg. Aquill.* §. 18. *Inst. de action.*

POENALES *actiones*, quas & *pœnarias* Quinctilian. *lib.* 4. *instit. orat. c.* 3. & *lib.* 7. *c.* 5. vocat, sunt, quibus meram poenam persequimur. Inde *poenales* & rei persequutoriæ actiones opponuntur, *l.* 4. §. *ult. D. de alien. judic. mut. causs.* §. 16. *Inst. de action. l.* 32. D. *ad leg. Falcid.* Secundario tamen illæ dicuntur *actiones poenales*, quæ ex caussa *pœnali* oriuntur, licet dentur tantum ad id, quod interest, ut actio de eo, per quem factum erit, quominus quis in judicio sistat. Cujac. ad *l. ult.* §. *ult.* D. *de eo per quem fuit.* Ceterum *pœnales* actiones vel legitimæ sunt, vel honorariæ, *l.* 32. D. *ad leg. Falcid.* Nec ex maleficiis tantum, verum & ex contractibus descendunt. In heredem non solent actiones transire, quæ *pœnales* sunt ex maleficio, veluti furti, damni injuriæ, bonorum raptorum, injuriarum, *l.* 111. D. *de regul. jur.* Civilis constitutio est, poenalibus actionibus heredes non teneri: *l.* 1. D. *de privat. delict.* Fidejussores *poenalibus* actionibus non adstringuntur: *l.* 27. §. *ult.* D. *ad municip.* Ex maleficio *pœnales* actiones: §. 5. *Inst. de perpet. & temp. act.* Ex *pœnalibus* caussis non solet in patrem de peculio actio dari: *l.* 58. *D. de regul. jur.* In *poenalibus* caussis benignius interpretandum est: *l.* 155. D. *eod. tit. Poenalia* judicia: *l.* 108. *l.* 164. *D. de reg. jur. l.* 1. *D. si quis jus dicent.*

Poenales etiam actiones quædam ex contractu veniunt: *l.* 23. §. 4. *D. de ædilit. edict.* Si ex caussa *poenali* debetur: *l.* 7. D. *de solution.* id est, quum quid sub poena promissum est. Conditio *poenalis*: *l.* 5. D. *de naut. foen.* Numquam actiones *poenales* de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit: *l. 6. D. de oblig. & act.*

Poenales, pro reis criminum, pœnæ qua adeo dignis, *in l* 2. *C. de exactor. tribut.* Carcer *poenalium*, carcer hominum noxiorum est.

POENITENTIA, vel secundum perpetuam Pandectarum Florentin. scripturam, *poentententia.*

Poenitentia acta: *l.* 41. *D. de minor. l.* 28. §. 1. D. *mandat. l.* 3. §. 10. *D. de sepulcr. viol. Poenitentia* actus, apud Ulpian. *tit.* 22. *regul.* §. 30. id est, *poeniten-*

nitentia ductus, ut *l.* 2. *l.* 4. *C. de revoc. donat.* Suffragio justæ poenitentiæ: *l.* 19. D. *de furt.*

Poenitentia generatim dicitur affectus animi, quo mala commissa plangimus cum serio proposito, illa rursus non committendi, *c.* 1. *de poenis* §. 3. Hæc vero externa quoque esse debet ex præcepto ecclesiæ, referturque ad sacramenta, & cuilibet imposita est externè agenda. *Pœnitentia* externa, *publica* est vel *privata*. Illa in delictis manifestis, hæc in occultis est. Innocentius III. *c.* 14. *C.* 26. *qu.* 6. privatam poenitentiam, ad minimum semel in anno parocho proprio faciendam, eventuali, post confessionem omnium peccatorum, & impositam leviorem poenam, absolutione accedente. Eadem absolutæ necessitatis est, atque eo ipso jus clavium, quod vocant, parochis communicatum. Manifestanda autem confessionario omnia peccata, ut satisfactionem congruam dictare, & judicare queat, utrum illa remittere possit nec ne. Etenim quædam delicta ab horum absolutione excepta, & episcopis vel S. Pontifici reservata. Huc pertinent (1) crimina publice nota, salvo episcoporum vel archidiaconorum arbitrio, ut poenitentiam in secretam satisfactionem mutare queant: Concil. Trident. *sess.* 24. (2.) casus reservati vel papales vel episcopales etiam occulte commissi, a quibus tamen etiam parochi absolvunt ex delegatione speciali pontificis vel episcopi, in articulo mortis.

POENITENTIARIUS, labente sæculo III. in ecclesiis quibusdam fuit constitus: Socrat. *Hist. eccl. lib.* 5. *c.* 19. Sed postea a Nestorio Episcopo Constantinopolitano iterum sublatus, salva tamen confessione & poenitentia. A concilio Tridentino *sess.* 24. *c.* 8. *sess.* 14. *c.* 7. poenitentiarius tamquam peculiaris dignitas in ecclesiis cathedralibus institutus ut penes illum esset facultas casus episcopis reservatos absolvere. Erant vero & ante hoc concilium *poenitentiarii*, qui interdum ab episcopis per villas & oppida in quadragesima destinabantur, qui imbecilles, impotentes & pauperes a casibus, qui majoribus reservantur, absolverent: Conc. Arelat. *an* 1260. *c.* 16. Simplicius Papa ex presbyteris ecclesiæ rom. quosdam constituit *pœnitentiarios* super poenitentes, qui iis præessent & eorum confessiones audirent; Anast. *in Simplic.* Horum primus hodie *magnus poenitentiarius* dicitur, qua dignitate in ecclesia rom. fungitur unus e cardinalibus.

POENUS sermo, *l.* 1. §. *ult. D. de verb. oblig. Punica* lingua vocatur *l.* 11. D. *de legat.* 3. *D.* Hieronym. in Epist. ad Demetrialem virginem: Stridor *punicæ* linguæ. B. Augustin. *serm.* 24. Proverbium natum est *punicum* quod quidem latine vobis dicam.

POETÆ nulla immunitatis prærogativa juvantur: *l.* 3. *C. de professor. & medic.* M. Cato apud Gell. *lib.* 11. *c.* 2. *Poeticæ* artis honos non erat. Si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia (forte convicia) adplicabat, grassator vocabatur. Scip. Gentil. *lib.* 2. *parerg. c.* 1. *& seq.* Alber. Gentil. *Comment. ad l.* 3. *C. de prof. & medic.* Barth. *lib.* 3. *Adversar. c.* 4. Utcumque vero nullum exstet in toto Romano jure diserte indultum privilegium, non desunt tamen loci, quibus testimoniis eorum, Homeri puta & Virgilii, qui poetæ κατ' ἐξοχὴν vocantur, §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* uti non erubescunt Jurisconsulti. Nempe ubi vel de vocis alicujus significatione agitur,

tur, ut *l.* 65. §. 4. *D. de legat.* 3. *l.* 4. §. 6. D. *de gradib. l.* 236. D. *de verb. signif.* ubi summus apud Græcos *poetarum* audit Homerus: vel ubi de formulis & conceptis verbis res est, *l.* 1. §. 1. *D. de mort. causs. donat.* vel ubi proverbialis loquutio usurpatur, *l.* 13. §. 1. D. *ad leg. jul. de adulter.* vel ubi de more aliquo vetere quæstio est, *l.* 1. D. *de contrah. emt. l.* 9. §. 1. D. *de suppellectil. legat. l.* 16. §. 8. D. *de poen.*

POLIA, pro equitio: *l.* 38. §. *ult.* D. *de Aedil. edict.* Græcis: πολεία καὶ πώλευσις. Elegantem locum Xenophontis περὶ ἱππικῆς, ubi πωγεία pro *equitio* ponitur, attulit Ferrand. Adduens. *explicat. lib.* 1. *p.* 528. *Tom.* 2. *Thesaur. jur. civ.* Add. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 410. Hein.

POLIRE vestimenta fulloni artificii est, ut docent *l.* 9. §. 5. *l.* 13. §. 6. D. *locat. l.* 12. *l.* 48. §. 4. *l.* 59. §. 9. *l.* 82. D. *de furt.* §. 13. *Inst. de oblig. quæ ex delict, l.* 22. D. *de præscr. verb.* Non. Marcell. in verbo *interpolare p.* 502. edit. Gothofr. tractum id ait, ab arte fullonica, qui *poliendo* diligenter vetera quæque, quam in novam speciem mutant. Plin. *lib.* 8. *hist. natur. c.* 48. de lanis loquens: quippe ait, Athenis *polientium* extracta in tomenti usum veniunt. Idem *lib.* 19. *c.* 1. Hispania citerior habet splendorem præcipuum torrentis, in quo politur natura. Id *lib.* 35. *c.* 17. Umbrica creta non nisi *poliendis* vestibus adsumitur. Unde *politura* apud eumdem: *lib.* 11. *c.* 24.

POLITOR, qui agrum curat, excolit. Quum agrum *politori* damus in commune quærendis fructibus: *l.* 52. §. 2. D. *pro soc.* At *politorem* umquam dici agricolam nondum probatum est. Quamvis enim Ant. Augustinus *Emendat. lib.* 4. *c.* 9. laudet Caton. *de re rust. c.* 36. ibi tamen non legitur *politor* sed *pollinctor*, vel *pollintor*. Unde ingeniosa est conjectura Bynkersh. rescribere jubentis *olitor*, *lib.* 3. *obs. c.* 9. Hein.

POLLEN. Pollinis conficiendi cura inter sordida munera numeratur: *l.* 12. *C. de excus. artif.*

POLLICERI actionem judiciumve prætor dicitur, qui daturum se actionem judiciumve edicit, *l.* 1. §. 23. *D. de exercit. act. l.* 3. D. *de perul. l.* 3. §. *ult.* D. *de sepulcr. viol.* Observandum autem verbum *polliceri* contra Grammaticorum regulas passive poni ab Ulpiano, a quo *polliceri* dicitur actio, *l.* 1. §. 18. *D. de exercit. act.*

POLLICITARI. Feminæ, si quid ob honores pollicitatæ sunt: *l.* 6. §. 2. D. *de pollicit.* Add. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 386.

POLLICITATIO est solius offerentis promissio, *l.* 3. D. *de pollicit.* Pollicitatio autem plerumque dicitur, qua quis reipublicæ vel civitati aliquod opus publicum, vel ludos promittit, ut in *l.* 46. §. 1. D. *de administr. & peric. tut. l.* 6. §. 1. D. *de muner. & honor. l.* 5. D. *ad Leg. Falcid. l.* 1. C. *de ratiocin. oper. publ.* Plin. *lib.* 10. *epist.* 48. Huic theatro ex privatorum *pollicitationibus* multa debentur, ut basilicæ circa, ut porticus supra caveam, quæ nunc omnino differuntur, cessante eo, quod ante peragendum est. Est & aliud ejusmodi *pollicitationis* exemplum apud eumdem Plin. *lib.* 5. *epist.* 12. in qua Fabatum, ait, porticum sub suo filiique sui nomine dedicasse, sequenti die in portarum ornatum pecuniam promisisse, ut initium novæ libertatis esset consummatio prioris.

Pol-

Pollicitatio dotis, pro promiſſione, *l.* 1. §. 8. D. *de dot. collat.* Si ſtipulatio in *pollicitatione* rerum dotalium minime fuerit ſubſequuta: *l.* 6. *C. de dot. promiſſ.* Nuda promiſſio, ſeu *pollicitatio* opponitur ſponſo, id eſt, ſponſioni, *l.* 19. §. 2. D. *de Aedil. edict.* Quædam *pollicitationes* venditorem non obligant: *l.* 43. D. *de contrah. emtion.*

POLLINCTORES ſunt ut Nonius ait, qui mortuos curant: *l.* 5. §. 8. D. *de inſtitor. act.* Invenitur hoc verbum apud Plaut. *Aſinar. Act.* 5. *ſc.* 1. *v.* 63. & *Poenul. prolog. v.* 61. Tertullian. *Scorpiac. c.* 7. & Jul. Firmic. *in lib. matheſ.* non ſemel. Gloſſæ Palæmon. *Polinctores, qui mortuos ſepeliunt; vel qui cadavera rogis exurenda imponunt.* Add. Kirchmann. *de funer. Rom. lib.* 1. *c.* 9.

POLLUERE ſe adulterio: *l.* 14. *C. ad Leg. jul. de adulter.* conſcientiam criminibus: *l.* 10. *C. de jur. fiſc. l.* 30. *C. Theod. de petition.* pari conſcientia *pollui*: *l.* 4. *C. Theod. de hæret. Polluere* dignitatem: *l.* 1. *C. de ſtatuis & imagin. l.* 17. *C. Theod. de poen.* fidem, quam Deo dedicaverant: *l.* 3. *C. de apoſtat.* ſe hoſtiis: *l.* 10. *C. Theod. de pagan.* obtutus intuentium: *l.* 17. *C. Th. de poen.* poculum commune: *l.* 12. *C. de re milit.* pudicitiam libidinis macula: *l.* 3. *C. Theod. de jurisdict. Pollui* incredulitate judaica: *l.* 19. *C. Theod. de judæis.* deformi vocabulo: *l.* 11. *C. Theod. de infirm. his quæ ſub tyrann.*

Polluta hæreticorum contagia: *l.* 20. *C. Theod. de hæret.* loca: *l.* 11. *C. Theod. de pagan. Pollutæ* mentes: *l.* 26. *C. Theod. de hæret.*

POLYPOSUS. Qui clavum habet morboſus eſt, ſed & *polypoſus*: *l.* 12. *pr.* D. *de Aedil. edict.*

POLYPTYCHA, in *l.* 13. *C. Theod. de indulgent. debit. l.* 2. *C. Juſtin. & Theod. de diſcuſſor.* Utitur & hoc verbo Caſſiodor. *lib.* 5. *variar. epiſt.* 14. & 38. Eſt etiam πολυπτύχους δέλτους legere apud Lucian. in *Amoribus. T.* 1. *p.* 902. *Polyptycha* autem, vel *polyptychi* ſunt rationes publicæ civitatum, *l.* 2. *C. Theod. & Juſtin. de diſcuſſ.* quibus conſignabatur pecunia æque ac annona civilis. Veget. *de re milit. lib.* 2. *c.* 19. Immo & idem fuerunt *polyptychi*, quod hodie *cataſtrum* vocamus, id eſt, conſignatio poſſeſſionum, & impoſitorum ipſis tributorum, ceu manifeſto patet ex Caſſiodoro, variis locis, quos jam laudavit Briſſon. Quædam ea de re dixit Cujac. *lib.* 4. *obſerv. c.* 27. qui etiam obſervavit, perperam plerumque ſcribi *polypticos* pro *polyptychio* quum tamen extractum ſit nomen, quod eæ chartæ πολλὰς ἀποκλείσεις, οἱον πτύχας, haberent, Mentio etiam *polaptychorum* fit in Edict. Piſtens. *Caroli Calvi n.* 19. *Tom.* 2. *Capitular. tit.* 36. *edit. Baluz.* ubi vid. Not. Jac. Sirmondi *p.* 794. & Baluzii *p.* 1273. Puletica ſeu poleptica dicuntur *in formul.* Marculphi *lib.* 1. *tit.* 19. ubi vid. Bignon. *in Not. p.* 901.

POMARIUM, *l.* 54. §. *ult.* D. *de hered. pet.*

POMPA, *l.* 3. §. *ult.* D. *commod. l.* 22. C. *de nupt. l.* 44. *C. Theod. de curſ. publ. l.* 176. *C. Theod. de decurion.*

POMPEIA lex de parricidiis, qua cavebatur, ut ſi quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem ſororem, patruelem, patruum, avunculum, amitam, conſobrinum, conſobrinam, uxorem, virum, generum, ſocrum, vitricum,

cum, privignum, privignam, patronum, patronam occiderit, cujusque dolo malo id factum fuerit; ut poena ea teneatur, quæ est legis Corneliæ de sicariis: *l.* 1. D. *de leg. Pomp. de parricid. l.* 1. D. *de judic. publ.* Legis *Pompeiæ* primum caput eos adprehendit, qui parentes cognatosve, aut patronos occiderint: *l.* 12. §. *ult. D. de accusat.* Lege *Pompeia* de paricidiis cavetur, ut si quis parentis, aut filii, aut omnino adfinitatis ejus, quæ nuncupatione parentum continentur, fata properaverit poena parricidii teneatur. §. 6. *Inst. de publ. jud.* Quale autem parricidium *cullei* poena vindicetur, vid. supra art. *parricida sub fin.*

Pomponius (Sex.) (duos enim ejus nominis fuisse, ceu primus suspicatus est Anton. Augustin. *de nomin. propr. Pandect. p.* 92. ex *l.* 41. *D. de hered. inst.* & *l.* 32. *D. de legat.* 1. non sequitur,) jurisconsultus πολύγραφος, Julian. & Valentem laudat *l.* 2. §. *ult.* D. *de orig. jur.* & vicissim laudatur a Juliano *l.* 6. §. 6. 7. 8. *D. de negot. gest.* Itaque huic συγχρόνος vitam saltim ad Divorum Fratrum imperium produxit, quippe qui Antoninum Pium *Divum* vocat *l. penult. D. de pollicit.* Stoicam divisionem corporum in *l.* 30. D. *de usurp. & usucap.* illustrat Cujac. *lib.* 15. *observ. c.* 33. & Guil. Fornerius *Selection. lib.* 2. *c.* 17. Ex jurisconsultis erciscundis eum fuisse, contra Christ. Otton. a Boekelen. *de famil. vet. Ictorum c.* 6. probat Gottfridus Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculei. VIII.* 4. *p.* 130. Hein.

Pomorum adpellatione nuces, & ficus, & uvas dumtaxat duracinas & purpureas; & quæ ejusdem generis essent, quas non vini caussa haberemus, quas Græci τρωξίμους adpellant, contineri, significat *l.* 205. *D. de verb. signif.* Pallad. *in epigramm. de nuce*: Arbuteas frondes vastæ nucis occupat umbra, *Pomaque* sub duplici cortice tuta refert. Idem *de ficubus*: Se quoque miratur pingui grandescere succo, Et solitum gaudent vincere poma modum. Idem de *moro*: Proceras fagos, & poma hirsuta virentis castaneæ. Macrob. *lib.* 3. *Saturnal. c.* 19. nuces dici, tradit, a quibusdam omne *pomum*, quod foris duro tegatur, & intus habeat, quod esui est. Idem *lib.* 2. *c.* 6. Cascellii Jurisconsulti dictum urbanum hoc refert. Lapidatus a populo Vatinius, quum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut Aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet. Forte iis diebus Cascellius consultus a quodam, an nux pinea *pomum* esset, respondit, si in Vatinium missurus es *pomum* est. Idem auctor *lib.* 3. *c.* 20. Ficum tamquam non *pomum* a pomis apud idoneos auctores secerni, notat. Secundum quæ *pomiferas* arbores, in *l.* 45. §. *ult. D. de jur. fisc.* accipiemus, quæ quodlibet pomi genus ferunt. Plin. *lib.* 15. *Hist. nat. c.* 22. de nuce. Solum hoc *pomum* natura compactibili operimento clausit. Vid. Menag. *Amoenit. jur. civ. c.* 8.

Ponderare aurum: *l.*20. D. *de furt.*

Ponderatio. Si olei certa ponderatione fructus anni locasti: *l.* 21. C. *locat.* Sub mille librarum ponderatione: *l.* 48. *in fin. C. Theod. de curs. publ.* De *ponderatoribus* exstat peculiaris titulus *C. lib.* 10. *tit.* 72. & *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 7.

Pondo libram significat. Auri *pondo*: *l.* 6. *l.* 35. D. *de aur. arg. legat.* *l.* 32. §. 2. *D. de adimend.*

mend. legat. l. 26. §. ult. depos. Argenti *pondo: l. 19. D. de aur. arg. legat.* & apud Quinctil. *lib. 7. c. 7. & 10.* & Gell. *lib. 8. c. 18.* ubi: Et pro iis, quos alteri plures acciperent, darent argenti *pondo*, libram scilicet, & selibram: quo loci verba hæc, *libram scilicet*, vel delenda vel rejicienda sunt, ut quæ a glossemate in textum irrepserint, aut certe parenthesi includenda, ut a sequentibus divellantur. Nec enim recte esset verbi *pondo* interpretatio, si *libræ* selibra cohæret. Sic & apud Liv. *lib. 32. c. 17.* Argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. Certum olei *pondo*: *l. 60.* D. *de verb. oblig.* Decem *pondo* olei: *l. 39.* D. *de contrah. emt.* Tritici modios centum, qui singuli *pondo* centum pendeant: *l. 7. §. ult.* D. *de tritic. vin. ol.*

PONDUS. Certum auri vel argenti pondus: *l. 1. §. ult. l. 19. D. de aur. arg. legat.* olei: *l. 4. D. de tritic. vin. ol. Pondera* iniqua: *l. 32.* D. *de act. emt.* Ut autem constaret, æqua an iniqua essent pondera, publica exstabant, magistratuum nominibus signata, ad quæ privata exigerentur. Talia Q. Junii Rustici, Præf. urbi, exstant apud Gruter. Inscript. *p.* CCXXII. 1. multoque vetustius D. Junii L. F. Silani, & L. Lucretii L. F. Tricipitini, Quæstorum urb. ex L. Pæti Jureconsulti *lib. 5. de Ponder. Rom. & Græc.* edidit Thom. Reinesius *Inscript. II. 56. p.* 281. De Prætextato, Præf. urbi, Ammian. Marcell. Hist. *lib. 27. c. 9. Pondera*, ait, per regiones instituit universas, quum aviditati multorum, ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. *Per regiones* universas, inquit, quia alioquin pondera publica in Capitolio & in æde Opis vel Saturni, seu in ærario solerent adservari. Qua de re plura Reines. *Inscript.* IV. 16. 17. *p.* 352. & 282. *Hein.* Res, quæ *pondere* consistunt, vel constant, vel continentur, *l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. 1.* D. *de condict. tritic. l. 35. §. 5.* D. *contrah. emt. l. 47. §. 1.* D. *de legat.* 1. *l. 38.* D. *de judic. l. 115. D. de verb. oblig. l. 30. §. 4. D. ad leg. Falcid.*

Pondus pro quovis onere. Catenarum *pondus l. 33. C. de poen. l. 23. C. Theod. eod. tit.* delatorum: *l. 1. C. de his, qui ad eccles. confug.* plumbatarum: *l. 2. C. de exact. tribut.*

Pondus naturale vel patronale pro observantia & reverentia: *l. 2. C. qui & advers. quos in integr. rest.*

PONERE ædificium: *l. 37. D. de rei vind. l. 2. D. fin. regund. l. 45. D. de usurp. & usuc.* & *passim.* ædes: *l. 25. §. ult.* D. *de servit. præd. urb.* casam in littore: *l. 5. D. de divis. rer.* superficiem: *l. 15.* D. *qui pot. in pign.* in fundo villam; *l. 12. D. de usu & usufr.*

Ponere arborem: *l. 2. D. fin. regund. l. 17.* D. *de servit. præd. urb. l. 12. D. de usu & usufr. l. 26. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* & passim, ut & apud Hor. *lib. 2. carm. od. 13.* & Ovid. *Remed. amor. v. 86.* Sed & *ponere* salicta, est in *l. 1. §. 6.* D. *de aqu. & aqu. pluv.* & ponere vineas, in *l. 61.* D. *locat. l. 10. §. 4. D. quib. mod. usufr. l. 16. §. 2. D. de pign. & hypoth.* & apud Senec *Epist.* 87. & Columell. *lib. 3. c. 13.* Pallad. *lib. 2. c. 13.*

Ponere, adscribere, inserere, adponere, adjicere. *Ponere* conditionem: *l. 27.* D. *de condit. instit. l. 16. D. de injust. rupt. irrit. l. 40. §. ult. D. de statulib. l. 86.* D. *de hered. inst. l. 6. l.* 81.

81. D. *de cond. & demonstr.* diem: *l.* 54. *D. eod. tit. l.* 41. §. *ult. D. de verb. oblig. l.* 8. D. *qui satisd. cog.* exheredationem: *l.* 25. *D. de liber. & postum.* nomen: *l.* 31. D. *de stipul.* orationem: *l.* 6. D. *de legat.* 1. quinquennium: *l.* 18. *D. de donat.*

Ponere constituere, conferre. *Ponere* in arbitrio alicujus: *l.* 7. §. 1. D. *de reb. dub.* in heredis voluntate conditionem: *l.* 59. *D. ad SC. Trebell.* in aliena voluntate legatum: *l.* 43. §. 2. D. *de offic. procos.* Sed & quis *positus* dicitur in dignitate: *l.* 1. §. *ult. D. ad leg. Cornel. de sicar. l.* 9. §. 4. *D. de offic. procos. & alibi.* in facultatibus: *l.* 1. §. 4. D. *de tutel. & rat. distr.* honestiore loco: *l.* 2. §. 3. D. *ad Leg. Cornel. de sicar.* in humiliori loco: *l.* 1. §. *ult.* D. *eod. tit.* in aliquo magistratu vel potestate: *l.* 3. §. *ult. D. de recept. & qui arbitr.* in soceri potestate: *l.* 9. *C. solut. matrim.* in patria potestate: *l.* 2. *C. ad SC. Orphit.* in bona valetudine: *l.* 35. §. 4. D. *de mort. causs. donat.*

Ponere statuere, collocare. *Ponere* bibliothecam: *l.* 50. *D. de contrah. emt.* corpus: *l.* 18. §. *ult. D. de alim. & cibar. legat.* imaginem: *l.* 7. *D. de ann. legat. l. ult.* D. *de loc. publ.* laqueos; *l.* 29. *D. ad Leg. Aquil.* numos: *l.* 55. D. *de condit. & demonstr.* pecuniam: *l.* 28. §. 4. *D. de liberat. legat.* statuas: *l.* 21. *D. de except.* statuas principi: *l.* 6. §. *ult. D. de pollicit.* terminos: *l.* 44. D. *de recept. arbitr.* *Positum* habere, in edicto Prætoris de effusis & adjectis, quem sensum habeat, vide *l.* 5. §. 9. 10. D. *de his qui effud. vel dejec.*

Pignori ponere vel opponere: *l.* 2. C. *quæ res pign. l.* 30. §. *ult. D. de legat.* 3. Plura vide in *pignus.*

Ponere pecuniam, pro in fœnore collocare. Horat. *Epod.* 2. *v. ult.* Omnem religit idibus pecuniam; Quærit Kalendis *ponere.* Si eam pecuniam *positam* habuisset: *l.* 13. §. *ult. D. de usur.*

Ponere rationem, est subducere, dispungere, & ad calculos rem vocare. Arbitrum dandum apud quem ratio *ponatur*: *l.* 1. §. 7. D. *si is, qui testam. liber.* Add. *l.* 2. §. 2. D. *de administr. rer. ad civit. pert. l.* 27. §. 16. D. *ad SC. Trebell. l.* 89. *D. de solution. l.* 12. *l.* 15. §. 3. 4. *l.* 47. §. 1. *l.* 83. D. *ad Leg. Falcid.* Hæc centum in ære alieno ponerentur: *l.* 87. §. 1. D. *eod. tit.* Senec. *Epist.* 87. Quum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem *ponitis* singulorum, quibus pecuniam aut credituri estis, aut beneficia. Sic *in Evang.* D. Matthæi *c.* 11. *v.* 13. συναίρειν λόγον μετὰ δούλων, *ponere rationem cum servis* vetus interpres vertit. Eodemque genere loquendi *parem calculum ponere* dixit Plinius *lib.* 9. *epist.* 2.

Ponere interdum est fingere, & quod barbare dicunt *ponere casum. Pone*: *l.* 12. §. 2. *D. de bon. libert. l.* 1. §. 11. *D. de conjung. cum emancip. lib.* & aliis multis locis, ut & apud D. Ambros. *Serm.* 85.

Ponere pro opponere. Si *posita* sit doli mali exceptio: *l.* 30. *D. de rei vind.* Add. *l.* 47. D. *de solution. l.* 3. §. 4. D. *de adimend. legat. l. ult. D. de pignor. act. l.* 10. D. *de dol. mal. & met. except. l.* 37. §. *ult. D. de noxal. act. l.* 48. D. *de rei vind. l.* 18. *D. de jurejur.* Doli replicatione *posita*: *l.* 7. D. *ad SC. Velleian.*

Ponere, deponere. *Ponere* magistratum: *l.* 32. D. *de injur.*

PONTES: *l.* 36. *C. Theod. de oper. publ.* Pons Liquentiæ: *l.* 2. *C. Theod. ne oper. a conlat. exig.*

exig. Ad instructiones reparationesque itinerum, *pontiumque* nullum genus humanum, nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet: *l.* 4. *C. de privil. dom. Aug.* Absit, ut nos instructiones viæ publicæ & *pontium*, inter sordida munera numeremus: *ibid.* & *l. ult. C. Theod. de itiner. mun.* Aliquando tamen & ante hanc Theodosii Junioris constitutionem pontium sollicitudinem inter sordida munera fuisse numeratam, clare ostendunt *l.* 15. *l.* 18. *C. Theod. de extraord. siv. sordid. muner.* quas &, vitandæ contradictioni, a sui Codicis congregatione, ideo separavit Justinianus, ut ipse loquitur *Const. Cordi* nobis, *de emendat. Codic.* §. 3. *Pontis* portorium exigere: *l.* 60. §. 8. D. *locat.* Senec. *de constant. c.* 14. Nec indignabitur aliquid impendere cogitans & in *pontibus* quibusdam pro transitu dari. De quo genere vectigalium quædam adnotavit Lipsius *de magnit. Romæ lib.* 2. *c.* 1. Add. Burmann. *de vectigal. Pop. Rom. c.* 5. *p.* 53.

PONTIFEX. Ossa ab alio illata an liceat sine decreto *pontificum* effodere, vel eruere: *l.* 8. *pr. D. de religios.* Juris interpretandi scientia & actiones apud Collegium *pontificum* erant, ex quibus constituebatur, quis quoque anno præesset privatis: *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur. Pontificibus* rescriptum refert *l.* 3. §. *ult. D. de suis & legit. hered.* Sacræ res sunt, quæ rite per Pontifices Deo consecratæ sunt: §. 8. *Inst. de rer. divis. Pontifices* gentilium: *l.* 2. *C. Theod. de sepulcr. viol. Pontifex* Damasius: *l.* 1. *C. de summ. trinit. l.* 2. *C. Theod. de fid. cathol.*

PONTIFICALI auctoritate compelluntur heredes, ad obsequium supremæ voluntatis: *l.* 59. §. *ult.* D. *de hered. pet. Pontificale* permissum: *l.* 8. *D. de religios.*

PONTIFICIUM pro potestate usurpatur in Codice Theodosiano. Sic: *Pontificium* adipiscendæ hereditatis: *l.* 2. *in fin. C. Theod. de apostat.* fruendi: *l.* 1. *pr. C. Theod. de matern. bon.* pro quo facultatem, substituit Tribonianus, in *l.* 1. *C. eod. tit. Pontificium* obtinendarum ecclesiarum: *l.* 3. *C. Theod. de fid. cathol.* sacræ disceptationis: *l. ult. in fin. C. Thead. de Episc. judic.* In quibusdam codicibus hoc verbum in eumdem sensum, apud Gellium *lib.* 1. *c.* 13. scriptum est. Arnob. *in psalm.* 68. *Ergo sic accipiunt pontificium judicandi & corripiendi.* Sed & in legibus Burgundionum *c.* 40. ita scribitur: Hujus autem actionis *pontificium* circa manumissores tantum de libertis suis præcipimus custodiri. Similique modo verbum hoc Marculphus *in formulis* non semel usurpat. Utitur eodem & Symmach. *lib.* 3. *epist.* 17. *lib.* 7. *epist.* 27. Arnob. *advers. gent. lib.* 2. *p.* 89. Solin. *polyhist. c.* 26. aliique, quorum nomina conduxit Carol. du Fresne *in Glossar.* Alio tamen sensu hæc vox usurpatur in *l.* 13. *C. Theod. de hæret lib.* 16. *tit.* 5. ubi presbyteratum seu sacerdotium notat, & ministerio opponitur.

PONTONES, naves quibus in trajiciendis amnibus loco pontium utimur: *l. ult. D. de servit. præd. rust.* Cæsar scribit, esse genus navigii gallici, ut annotat Goveanus *var. lect. c.* 36.

POPINA, id est, taberna vinaria, in qua opsonia & carnes coctæ ad delicias venibant, inter inhonesta loci exempla ponitur, *l.* 21. §. 11. *D. de recept. arbitr.* Add. *l.* 26. *D. de injur.* De his SC memoratur in *l.* 41.

§. 8. D. *de legat.* 1. Sane Claudium Imperatorem coercitionem popinarum Aedilibus ademisse, quod quidam in Aedilitate inquilinos prædiorum suorum contra vetitum cocta vendentes, mulctasset, Sueton. *in ejus vita c.* 38. refert.

Popularis, qui ejusdem populi est, in *l.* 71. D. *de verb. oblig.* Sic & apud Terent. Phorsn. *Act.* 1. *sc.* 1. verbum hoc usurpatur. Non. Marcell. *Populares*, ait, dicti de uno populo amici. *Populares*, aliquando pro populi multitudine, ut in *l.* 12. D. *de adpell. l.* 28. §. 3. *D. de poen.* Et ita populares militibus opponuntur: *l.* 7. *l.* 5. *C. Theod. de annon. civ. Populares* animi: Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 21. §. 1.

Popularis actio, quæ suum jus populi tuetur: *l.* 1. *D. de popul. act.* Unde & *popupalaris* actio *publica* vocatur, *l.* 30. §. 3. D. *de jurejur.* In *popularibus* actionibus, ubi quis quasi unus ex populo agit *l.* 45. §. 2. *D. de procurat. Popularis* utique actio cuilibet e populo, cui per edictum postulare licet, datur: ita tamen, ut is, cujus interest, præferatur: *l.* 3. §. *ult.* D. *de popular. act.* & ex pluribus simul agentibus prætor eligit idoniorem: *l.* 2. D. *eod. tit.* Per se autem, non per procuratorem populares actiones exercendæ erant, mulierique ac pupillo non dabantur, nisi quum ad eos pertinebat: neque in heredes dabantur, nec supra annum extendebantur: *l.* 5. 6. 7. §. 1. *D. eod. tit.* In *Popularibus* actionibus procuratorem dari non posse: *l.* 42. D. *de procur.* Hujusmodi *populares* actiones poenalibus adnumerat Marcianus, *l.* 32. *D. ad Leg. Falcid.* Sepulcri violati actio popularis est: *l.* 3. §. *ult. D. de sepulcr. viol.* & actio de dejectis & effusis; *l.* 15. §. 13. *D. de his qui effud. vel. dejec.* & quæ adversus eum datur, qui supra eum locum, ubi vulgo iter fit, positum quid habet, cujus casus nocere possit, *l.* 5. §. *ult. D. eod. tit.* ut & actio adversus eum, qui adversus edictum Prætoris tabulas testamenti aperuisse dicetur, *l.* 25. §. *ult. D. de SC. Silan.* De populari actione compromisso facto recte non compelletur arbiter sententiam dicere; *l.* 32. §. 7. *D. de recept. arbitr.* Pro *popularibus* actionibus fidejussor accipi non potest: *l.* 56. §. *ult. D. de fidejussor.* Nec enim in bonis computari eas, ostendit *l.* 32. *D. ad leg. Falcid.* unde nec creditoris loco esse dicitur ante litis contestationem, cui ex *populari* caussa debetur, *l.* 12. D. *de verb. signif.*

Popularis annona: *l.* 37. D. *de poen. l.* 2. *C. Th. de stud. lib. urb. Rom.* caussa: *l.* 12. *D. de verb. signif. Popularia* commoda: *l.* 3. *C. Theod. tribut. in ipf. spec.*

Populare interdictum, eodem sensu ac popularis actio. Quale est interdictum, ne quid in loco publico, *l.* 2. §. 34. *D. ne quid in loc. publ.* similiterque interdictum, ne quid in flumine publico, cuvis ex populo competit: *l.* 1. §. 9. D. *ne quid in flum.* Si quis id, quod perpetuæ jurisdictionis caussa propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum *judicium*, quod populare est: *l.* 7. *D. de jurisdict.*

Popularia etiam spectacula publica adpellantur. Quies *popularium* ad præfecti urbi curam pertinere videtur: *l.* 1. §. 11. *D. de offic. præf. urb.* Milites Stationarios habere ad tuendam *popularium* quietem: ibid. Est de his popularibus quoque *l.* 28. §. 3. D. *de poen. l.* 2. & *l.* 4. *C. de offic. præf. urb.* In quibus omnibus

bus *populares* pro *factionibus agitatorum* accipit Cujac. *lib.* 8. *obs.* *c.* 29. Sed a Cujacio dissentit Jacob. Gothofredus, qui *vulgus popularium* nomine intelligendum esse contendit, in *Not. ad Tertullian. ad Nation. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 103. qua tamen sententia postea mutata, propius accessit Cujacio in *Comment. ad l.* 2. *C. Theod. de offic. rect. prov.* quamquam eam rursus dereliquerit ad *l.* 7. *C. Th. de annon. civil.* Ab omnibus autem diversus est Car. Annib. Fabrotus, qui amplius inquirens in *Enarrat. ad Cujac. paratitl. C. de offic. praef. urb.* tentat, annon & ipsi milites stationarii illi, quos, ut theatralem licentiam, & inconditam populi turbam cohiberent, ludis adsedisse, Tacitus memorat *lib.* 13. *Annal. c.* 24. *populares* fuerint vocati?

POPULARITAS, pro editione spectaculorum: *l.* 2. *C. Th. de offic. rect. provinc.* absit autem, ut judex popularitati & spectaculorum editionibus mancipatus, plus ludicris curae tribuat, quam seriis actibus. Alias omnis rei consortium hac voce significari, notat Donat. in Terent. *Adelph. act.* 2. *sc.* 2. *ab init.*

POPULITARI, pro populari. Quum populitarentur ab adversario fructus agri: *l.* 21. *in fin. D. de adpellat.* Ceterum diem dicunt Grammatici Papirio, qui παθητικῶς hoc verbo, quod vix alibi legitur, usus est. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 380. Hein. Sic apud Symmachum: Petitore condemnato, huic fructuum sequestrationi locus esse non potest, nisi populitentur ab adversario.

POPULUS. Cicero in libris de republica teste D. Augustino *de Civit. Dei lib.* 19. *c.* 21. Populum definiebat coetum multitudinis juris consensu, & utilitatis communione sociatum. *Populi* autem adpellatio interdum generalis est, & ad omnem civitatis cujusque vel gentis multitudinem pertinet. *Populus* ponitur inter corpora non soluta, sed uni nomini subjecta: *l.* 30. *D. de usurpat.* Populum eumdem hoc tempore putari, qui hinc centum annis fuissent: *l.* 76. *D. de judic.* Viam publicam populus non utendo amittere non potest: *l.* 2. *D. de via publ.* Populi Judaeorum: *l.* 14. & 21. *C. Theod. de Judaeis.*

Interdum vero *populi* adpellatione populus Romanus significatur, ut in *l.* 1. *D. de constit. princip. l.* 1. *D. ad leg. Jul. de adulter. l.* 1. *D. ad leg. jul. de ambit.* Ulpian. *tit.* 8. *regul.* §. 3. Populi autem adpellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus: plebis autem adpellatione sine patriciis & senatoribus, ceteri cives significantur: §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Gell. *lib.* 10. *c.* 20. In *populo* omnis pars civitatis, omnesque ejus ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes civium patriciae non insunt. Quia vero populi nomen generale est etiam vilissimos quosque comprehendens, fit quandoque, ut *populus* pro *plebe* adpelletur. Ut apud Martial. Dat *populus*, dat gratus eques, dat thura senatus, & libant Latiae tertia dona tribus. Populum nempe pro plebe posuit, sed pro ea, quae urbis esset, non etiam ut cives Romani omnes, qui essent in rusticis & Latinis tribubus per latium dispersi, comprehendantur. Dicit enim non solum eos, qui Romae sunt, cujuscumque ordinis cives, sed & eos omnes, qui sunt in municipiis & coloniis Italiae, thura dare. Et Sueton. scribit, Julium Caesarem testamento suo legasse populo Romano quadringenties, tribubus tricies quingenties

ties M. S. Tribus nomine designat omnes, qui in tribubus rusticis & Latinis erant. Nec iis assentiendum, qui populum pro equitibus & Senatu positum arbitrantur a Cicerone *in orat. pro Muræna*, cum precatur a Diis immortalibus, ut consulatus Murænæ populo plebique Romanæ bene eveniret: hoc enim perinde accipiendum est, ac si dixisset, ut populo quidem omni, sed potissimum plebi feliciter eveniret: cujus intererat maxime, quod Muræna plebeius esset, Sulpitius autem contra quem habebatur oratio, patricius, qui generis ignobilitatem Murænæ objiciebat.

PORCÆ in *l.* 24. D. *de aqu. & aqu. pluv. arc.* sulci sunt aquarii, quos alias traditur Græce ἔλικας adpellari: *l.* 1. §. 9. D. *eod. tit.* Porcas Festus *lib.* 14. definit raros sulcos esse, qui ducuntur derivandæ aquæ gratia, ab eo, quod porceant, id est, prohibeant aquam frumentis nocere. Quo fere modo idem auctor *lib.* 5. *elices* interpretatur. At Varro, ut idem Festus admonet, *porcam* aliter accipit. Inter duos enim sulcos elatam, terram, quod ea seges frumentum porrigit, *porcam* adpellatam, *lib.* 1. *de re rust. c.* 29. tradit. Idemque *lib.* 4. *de ling. lat.* confirmat his verbis: Ab eo, quod aratri vomer sustollit sulcos, quod ea terra jacta, id est, projecta, *porca*. Quam Varronis interpretationem idem Festus *lib.* 9. comprobans: Imporcitor, ait, est, qui *porcas* in agro facit, in arando. *Porca* autem est inter duos sulcos terra eminens. Eodemque modo Isidorus *lib.* 15. *Etymol. c.* 9. *Porcam*, quæ in arando exstat; quod vero defossum est, *liram* dici, tradit. In lexico autem, cujus sæpius mentionem fecit Brisson. *porca* definitur: τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. Nonius plane aliud de hujus verbi significatione sentiens, *porcas* interpretatur signa sulcorum, quæ ultra se jaci semina prohibent, a porcendo, id est, prohibendo dicta.

Porca pro porco: *l.* 1. §. 2. *D. de abigeis.*

PORCINARII urbis Romæ; *l.* 1. *C. de suar. & susceptor.* id est, suarii, *quos suillæ carnis tenet functio*, ut Symmachus ait *lib.* 1. *epist.* 15. Solebat autem Porcina caro populo Romano ex Aureliani instituto dividi, quemadmodum Vopiscus in ejus vita *c.* 35. indicat his verbis: Nam & porcinam carnem populo Romano distribuit, quæ hodie dividitur. Erat & Romæ tribunus fori suarii, ut ex Notitia Imp. Rom. *pag.* 15. *edit. Pancirol.* constat.

PORCINÆ mentio fit in *l.* 2. & 3. *C. Theod. de suar.* Exstat etiam de porcinæ carnis in milites erogatione Constantii Imperatoris constitutio *l.* 2. *C. Theod. de erog. milit. annon.*

PORNÆ a Justiniano, *tit. de Consulib. in Nov.* §. *ac primus quidem*, juxta interpretationem Haloandri, sunt ludi scenici sic dicti a productione meretricum in scenam, & commemorantur inter spectacula, quasi Floralia, quæ per meretrices & perditissimorum hominum genera celebrabantur. Certe vel hic locus indicat turpissima illa spectacula tarde sublata.

PORPHYRIANI hæretici a Porphyrio nuncupantur, *l.* 6. *pr. C. de hæretic. l. ult. C. Th. eod. tit.*

PORRIGERE, præbere, in manus dare, ut *l.* 7. §. 6. *D. ad Leg. Aquil.* Sed & *porrigi* dicuntur, id est, concedi, privilegia, munerum vacatio: *l.* 3. *C. de cohortal. l.* 14. D. *de decurion.*

Porrigere alias est, producere, extendere. Sic juris auctoritas, beneficium, legis potestas, sententia, substitutio porrigi ad res vel

vel perſonas dicuntur, in *l. 36. D. de ſtatulib. l. 2. C. de cur. furioſ. l. ult. C. de ſerv. reip. l. 23. §. 3. D. de fideicom. libert. l. 2. & 4. C. de impub. & al. ſubſtit.* Utrum ad emtorem *porrigere* manus debeant judices: *l. 15. §. 7. D. de re judic.* An *porrigi* manus ad emtorem debeant: *l. 13. §. 4. D. de hered. pet.* Vid. ſupra ſub art. *manus*. Si arbor in vicini fundum radices porrexerit: *l. 6. §. ult. D. arbor. furt. cæſ.*

Porrigere etiam verbum proprium eſt mulieris virum patientis. Quum vir nubit in feminam viris porrecturam: *l. 31. C. ad Leg. jul. de adulter.* id eſt, quum vir nubit adinſtar feminæ, quæ viris ſe porrigere ſolet, id enim proprium feminarum eſt. Vid. Jac. Gothofred. *ad l. 3. C. Th. eod. tit.*

PORRINA in *l. 58. §. 1. D. de uſufruct.* genus oleris porracei, vel idem quod porrus.

PORRO, eſt poſt, deinde, ulterius, in *l. 19. D. de mort. cauſſ. donat.*

PORTÆ ſanctis locis adnumerantur: *l. 2. D. ne quid in loc. ſacr.* & habitari ſine permiſſu principis propter fortuita incendia non poſſunt: *l. ult. D. eod. tit.* Cives Romani alia quam per *portas* egredi non poſſunt.

PORTARE. Inter ferre & *portare* hoc intereſſe, ait Caius, quod ferre proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore bajulat: portare ea, quæ quis jumento ſecum ducit: *l. 215. D. de verb. ſignif.* Verum hæc proprietas confunditur. Nam portare dicitur quis, quæ ſuo corpore bajulat, ut in *l. 15. §. 1. D. de uſufr.* Merces quoque & onera navi *portare* & *portari* dicimus, ut in *l. ult. §. 1. & §. ult. D. de leg. Rhod. de jact.*

PORTENTOSUM, eſt prodigioſum, & quidquid a communi uſu & natura abhorret, ut in *l. 7. D. de reb. dub.* Portentoſæ ſuperſtitionis auctor Neſtorius: *l. 6. pr. C. de hæret.* Portentoſæ vilitatis (ſic enim legendum, pro utilitatis,) abjectæque pudicitiæ matres: *l. 7. C. de revocand. donat.*

PORTICATIO, verbum artis architectonicæ, occurrit in *l. 37. D. de religioſ. & ſumt. fun.* pro porticu; quidam exponunt pro ſeptis, quæ circa ſepulcrum fiebant.

PORTICUS, *us*, in privatis ædibus opacus & excelſus locus in longum protenſus, quum ad æſtus vitandos, umbraſque captandas, tum ad ſpatia facienda & ambulationis gratia. Hujuſmodi porticus ædibus ſuperpoſitas indicat *l. 47. D. de damn. infect.* in qua Neratius proponit: Binarum ædium dominum utriſque *porticum* ſuperpoſuiſſe, inque eam aditu ex alteris ædibus dato, alteras ædes, ſervitute oneris *porticus* ſervandæ impoſita, vendidiſſe. Ut in parietem tigna immittere mihi liceat, ſupraque ea tigna, verbi gratia, *porticum* ambulatorium facere, ſuperque eum parietem columnas ſtructiles imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ ſuſtineant: *l. 8. §. 1. D. de ſervit. vindic.* Nec alius erat *porticuum* publicarum uſus. Ovid. *lib. 1. Ex Ponto Eleg. 8. v. 65.* Te modo campus habet, denſa modo porticus umbra. Idem *lib. 1. de art. amand. v. 67.* Te modo Pompeia cætus ſpatiare ſub umbra. Quam ſol Herculei juga leonis habet, id eſt, ſub porticu Pompeia. Publicarum porticuum meminit, *l. 14. C. de oper. publ.* quæ ne latitudo *porticibus* minuatur cavet, *l. 16. C. eod. tit.* Erant & *porticus* ſepulcrales, quibus ornamenta auferre prohibet, *l. 5. C. de ſepulcr. viol.* quæ in *l. 37. D. de religioſ. & ſumt. fun.* dicuntur porticationes.

PORTIO agri: *l. 3. §. ult. D.*

D. *qui pot. in pign.* anni: *l.* 7. §. 11. *l.* 11. D. *solut. matrim.* crediti: *l.* 59. *de administr. & peric. tut.* damni: *l.* 15. §. 18. D. *de damn. infect.* bonorum, *l.* 13. D. *de jurejur.* dominica: *l.* 7. *D. de stipul. serv.* domini: *l.* 50. D. *de legat.* 1. domus; *l.* 12. §. 23. & 24. *D. de instr. vel instr. leg.* legis Falcidiæ: *l.* 32. §. 3. D. *ad leg. Falcid.* fundi: *l.* 33. §. *ult.* D. *de usufr.* hereditatis: *l.* 3. D. *de vulg. & pup. substit.* hereditaria: *l.* 1. *C. si cert. pet.* judicis videtur adsessor: *l.* 5. *pr. C. Th. de iis, quæ administr.* legitima, de qua supra art. *legitima.* Portio luctuosa vocatur, quæ matri ex bonis defuncti filii debetur: *l.* 28. *C. de inoff. test.* Portio mulieris, vel viscerum dicitur partus, antequam edatur, in *l.* 1. §. 1. D. *de inspic. ventr.*

PORTITOR, nuncius vel tabellarius dicitur, in *l.* 1. *C. Th.* & apud Cassiodor. *lib.* 10. *var. Epist.* 15. qui & legatis Theodahadi regis ad Justinianum Imp. missis hoc nomen tribuit, *lib.* 10. *variar. epist.* 2. Sic & *portitor* præcepti: *l.* 2. C. *de exequut. & exact. l.* 7. *C. Theod. eod. tit.*

Portitores frumenti, in *l.* 1. *C. ne quid oner. publ.* sunt nautæ, qui transvehunt frumentum. Cujusmodi *portitorem* etiam intelligit Senec. *lib.* 6. *de benef. c.* 18. Plato, quum flumen nave transisset, nec ab illo quidquam *portitor* exegisset.

PORTIUNCULA, *l.* 10. D. *de aqu. & aqu. pluv. l.* 15. *C. de omn. agr. desert.*

PORTORIUM, non tantum quod in portu, sed & quod pro transitu pontis vectigal solvitur; *l.* 60. §. 8. *D. locat. l.* 203. D. *de verb. signif.* & ibi Gœdd. *l.* 3. *C. de vectigal.*

Portorium etiam *venalium rerum* Liv. *lib.* 32. *c.* 7. & Cicero *in Pison. c.* 36. dixerunt. Vectigal est, quod mercium quæ importantur, exportanturve nomine penditur. Plura de *portoriis*, quorum non unum genus fuit, habes apud Petr. Burmann. *de vectigal. Pop. Rom. c.* 5. *p.* 53.

PORTUS, adpellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur. Eaque nihilominus statio conclusa atque munita est, *l.* 59. *D. de verb. signif.* Proprie autem *portus* notat insulam, hoc est, ædificium legitimo spacio, quod ambitum Festus vocat, a ceteris domibus mercium importandarum exportandarumque causa sejunctum, ut ab incendiis securior, & munita atque conclusa a furum injuria tutior esset. Hinc *portus* per synecdochem in lege XII Tabular. pro qualibet domo, auctore Festo dicebatur, maxime cum initio urbis Romani non adeo aucta reipublica plures domos instar insularum seu portuum ædificatos habuerint, ut de ædibus Publicolæ ex *lib.* 2. Livii & illo legis XII Tabular. *Cui testimonium defuerit, in tertiis diebus, ob portum obvagulatum ito*, adparet. Non ergo propria significatione portus domum designabat quamlibet: sed insulam, hoc est, domum mercium reponendarum caussa ita exstructam, ut ab incendiis, furis, incursionibus tutior securiorque esset, sejuncta ac munita a ceteris contiguis ædificiis, ceu adparet ex *l.* 3. §. 2. D. *de offic. præf. vigil.* Quia vero stationes etiam munitas atque conclusas esse oportet, ut in iis naves mercesque illatæ efferendæ ibi tuæ a ventis, a procellis munitæ, a piratis conclusæ stent, ac persistant, perinde ac si in *portu* quodam, hoc est insula seu loco munito conclusæ ab incendii periculo, furumque insidiis vindicarentur: itaque per hanc simi-

ſimilitudinem ceu per metaphoram, hæ ſtationes quoque *portus* adpellantur. Notandum igitur *portum* non ἀπὸ τȣ̃ πορθμȣ̃, hoc eſt, a freto & ſinu maris trajectu facillimo ad alteras nationes (ut Brechæus ad *l.* 59. *num.* 2. *de verb. ſignif*, voluit) ſed a portando & bajulando nomen accepiſſe: cum metaphorice *portus* pro ſtatione navium in mari accipiatur. Denique *portus* etiam Baias veteres vocaſſe author eſt Iſidorus *lib.* 4. *c.* 8. *in fin.* a deportandis bajulandiſque mercibus. Gœdd. *ad d. l.* 59. *num* 1. *de verb. ſignif.* Portus autem pro navium ſtatione accepti mentio eſt in *l.* 1. & 2. C. *Theod. de litt. & itin. cuſtod.* ut & *portus* Divi Juliani in littore maritimo urbis Conſtantinopolitanæ; *l.* 5. *C. Theod. de calc. coct. urb. Rom. portus* urbis Romæ in uſus tranſlatos privatos cognovimus: *l.* 12. *C. Theod. de oper. publ. Portus* expeditionales memorantur, *l.* 2. C. *Theod. de naufr. l.* 33. C. *Theod. de navicul.* qui quid ſint vide ſupra art. *expeditional.* Vectigal *portus*, in *l.* 17. *D. de verb. ſignif.* & apud Plaut. Trinum. *Act.* 4. *ſc.* 4. Quod vectigal qui exercent, portitores dicuntur apud eundem Plaut. *Aſinar. Act.* 1. *ſc.* 2. Sueton. *de clar. rhetor. c.* 1. & Terent. *Phorm. Act.* 1. *ſc.* 2. *extr.* ubi Donatus.

POSCERE arbitrum: *l.* 43. *D. famil. erciſc.* curatorem: *l.* 3. D. *de tutel. l.* 24. *D. de teſtam. tutel.* operas: *l.* 13. & 22. D. *de oper. libert.* rationem: *l.* 38. §. 7. *D. de liberat. legat.* rationes curæ adminiſtratæ: *l.* 14. *C. de adminiſtr. & peric. tut.*

POSITIO, pro ſtatu & qualitate, *l.* 3. §. 3. D. *de ann. legat.* quæ eadem *l.* 1. §. 2. vocatur depoſitio. Si Dominus eandem poſitionem peculii reliquit: *l.* 11. §. 3. D. *de pecul.*

POSITIONES, in *l.* 1. D. *de juſt. & jur.* & §. *ult. Inſt. eod. tit.* alii partes, alii ſpecies, alii theſes, alii objecta interpretantur. Omnium autem optime Cujacius *ad l.* 115. *D. de verb. ſignif.* hanc formam loquendi interpretari videtur, qui illam a Stoicis exiſtimat ad ſuam artem tranſtuliſſe juriſconſultos, *poſitiones* vocantes, quas illi τόπȣς, vel εἴδη, vel γένη dixerint. Diog. Laert. *lib.* 7. *ſect.* 39. Eodem dicendi genere uſum eſſe Palladium *de re ruſt. lib.* 3. *tit.* 11. obſervat Ducker. *de Latinit. vet. Ictor. p.* 326. Hein.

POSSE facere non credimur, quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & quæ contra bonos mores ſunt: *l.* 15. *D. de condit. inſtitut.* Sic regulariter *poſſe* & debere adverſantur, *l.* 8. D. *de offic. præſid.* ubi vid. Cujac. *in Juliano l.* 40. *D. de judic.* ubi Cujac. *in Papiniano.* Non *poſſe* aliquando dicimur, quod licet poſſimus adeo tamen inviti facimus, ut plane non poſſe nobis videamur, ita etiam, ut quidvis potius ſuſtinere malimus, quam facere id, quod a nobis petitur, ut in *l.* 68. *pr.* D. *de rei vind.* niſi forte *poſſe* idem eo loco notet, quod debere, ut in ſequentibus exemplis.

Poſſe, id eſt, debere, *l.* 6. D. *de tutel. l.* 80. D. *de ſolution. l.* 2. *C. de legit. perſ. l.* 10. D. *de act. emt.* Carere omnium dominio *poteſt*, ſi eos non defendat: *l. ult.* D. *de noxal. act.* Hanc verbi *poſſe* notionem jam obſervavit Cujac. *lib.* 21. *obſerv. c.* 12.

POSSESSIO, adpellata eſt a ſedibus, quaſi *poſitio*, quia naturaliter teneatur ab eo, qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχὴν dicunt: *l.* 1. D. *de adquir. poſſeſſ.* Enimvero *poſſeſſionem* Ælius Gallus definiebat, auctore Feſto, *uſum poſſidendi agri vel ædificii.* Poſſeſſionem

fionem quoque ufum effe, Javolen. *l.* 115. *D. de verb. fignif.* tradit, cujus verba Briffon. *Antiquit. Select. c.* 1. expofuit. Quod & *ufucapiendi* verbum docet. Nec enim ufucapere aliud eft, quam per poffeffionem dominium adquirere. *Poffeffio* autem proprie rerum dumtaxat corporalium eft. Unde bene Theophilus *pr. Inft. de interdict.* νομὴν definit : σωματικȣ̃ πράγματος κατοχὴν *rei corporalis detentionem.*

Ifta autem *poffeffionis* notio civilis eft, quæ eft cum animo rem fibi habendi feu eam retinendi conjuncta. Duplex enim *poffeffio* dicitur, alia civilis illa, alia naturalis : *l.* 2. §. *ult.* D. *pro hered.* Civilis quidem poffeffio eft, quæ in jure confiftit : *l.* 10. *C. de adquir. poff.* quæ animo, opinione & adfectione dominii tenetur, quæ & *jufta* poffeffio adpellatur, corporalique opponitur, *l.* 24. D. *de adquir. poff.* quod fcilicet jure fulcitur, jufque in fe habet, & juris effecta parit : *l.* 2. §. 1. *D. pro hered.*

Naturalis vero *poffeffio*, quæ & *corporalis* adpellatur, *l.* 25. §. *ult. D. de adquir. poff. l.* 40. §. *ult.* D. *de pignorat. act.* eft cum res habetur fine animo eam retinendi: *Detentionem* illam haud incommode dixeris. Nam corporalis *poffeffionem* proprie dictam civilemque illam non tribuit, nifi & jufta cauffa poffidendi & animus pro domino tenendi concurrat. Sic colonus nec vivo, nec mortuo domino ullam poffeffionem, habet : *l.* 33. §. 1. D. *de ufurp. & ufuc.*

Quamquam autem femel adquifita *poffeffio* animo folo retineatur, adquiri tamen fine corporali facto poffeffio non poteft. Et hoc eft quod Neratius cum Proculo fentit, quum folo animo adquiri poffeffionem poffe negant, fi non intercedat *naturalis poffeffio. Poffeffio* enim plurimum facti habet : *l.* 19. *D. ex quib. cauff. major.* Facti tamen & animi effe dicitur : *l.* 1. §. 15. *D. fi is, qui teftam. lib.*

Jufta *poffeffio*, ut modo dixi, civilem fignificat, corporalique opponitur. Alias vero *jufta poffeffio* opponitur injuftæ, quæ vel vi, clam, precario adprehenfa, vel jufta poffidendi cauffa deftituta eft: *l.* 7. §. 3. *D. commun. divid.* Hinc illa : Pignoraticiæ & præcariæ *poffeffiones juftæ* funt, nec tamen ex his Publicianum judicium competit, quia neque creditor, neque is, qui precario rogavit, eo animo nancifcitur poffeffionem, ut credat fe dominum effe : *l.* 13. §. 1. *D. de public. in rem act.* Clandeftina *poffeffio* injufta eft, precaria vero jufta quidem, fed quæ non pergat ad judicii communi dividundo vigorem : *l.* 7. §. 4. D. *commun. divid.* Sic juftus poffeffor, qui bona fide, & ex jufta cauffa poffidet : *l.* 31. §. 2. D. *de hered. pet. l.* 9. *D. qui pot.*

Poffeffio autem proprie rerum corporalium dicitur. Jurium vero *quafi* poffeffio eft, veluti ufusfructus, *l.* 23. §. 2. D. *ex quib. cauf. major. l.* 3. §. 17. *D. de vi & vi arm.* aquæ ducendæ : *l.* 10. *pr. D. fi ferv. vind.* Hinc interdicta *velut* poffefforia conftituta, effe pro ufu jurium fundi, ait Javolenus, *l. ult. D. de fervit.* Juris igitur æque ac corporis *poffeffio*, licet minus proprie, adpellatur. Sic : *Poffeffio* non tantum corporis, fed & juris effe dicitur, in *l.* 49. §. 1. *D. de adquir. poff.* ibidemque poffeffionem plurimum ex jure mutuari, Pomponius ait. Qui *poffeffionem* vel corporis vel *juris* adeptus : *l.* 2. §. *ult. D. de precar.* Servitutes non habent certam continuamque *poffeffionem* : *l.* 14. D. *de fervitut.*

Poffeffio longa. Vid. fupra fub art. *longa.*

De

De *in possessionem misso* interdictum datur ei, qui dolo malo fecerit, quominus qui permissu prætoris ejusve cujus ea jurisdictio fuit, in possessionem bonorum sit missus, *l.* 1. D. *ne vis fiat ei.*

Possessionis momentaneæ interdicto agitur de *possessione* retinenda, sicut Uti possidetis, ut *l.* 1. §. 1. *D. uti possid.* & Utrubi, de quibus suis locis, vel quo agitur de *possessione* adipiscenda, ut *l.* 1. §. 1. D. *quor. bonor.* ut est Quorum bonorum, Quorum legatorum, vel quo agitur de *possessione* recuperanda, ut unde vi, *l.* 1. §. 1. *D. unde vi.* Et dicuntur momentaneæ *possessionis*; quia licet obtineat aliquis in possessione, tamen continuo elapso momento, succumbere poterit in judicio proprietatis, ut *l.* 1. *C. si de moment. possess. fuer. adpell.* Interdictum momentaneæ *possessionis*, aut sceleris reformatio, ut annotat Cujac. in *l. si coloni C. de agric. & cens.* omnem rationem repetendæ possessionis vi, vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum Unde vi, sed & interdictum de tabulis exhibendis; itidem interdicta Uti possidetis, Utrubi, Salvianum, quorum bonorum ex sententia Paulli comprehendit.

Possessionis verbum proprietatem interdum significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est: *l.* 78. *D. de verb. signif.* Possessionem plenam & omnem proprietatem habere dicitur, etiam qui usumfructum non habet; *l.* 54. *C. de episc. & cler.*

Possessionis verbo interdum bonorum possessio intelligitur, ut in *l.* 9. *D. de collat. l.* 9. *D. und. cogn.* & in *l. ult. D. de veteran.* ibi; Quum proximus cognatus intra tempus possessionem acceperit: *l. ult.* D. *de veteran.*

Possessio interdum usucapionem, quæ per constitutum possessionis tempus impletur, significat: *l.* 19. & 30. *D. ex quib. causs. major. l.* 16. *D. de fund. dotal.*

Possessio pro re soli & prædio sæpe accipitur, *l.* 78. *D. de verb. signif.* Quod venierit *possessio*, in quam habet patronus adfectionem, vel vicinitatis, vel cæli: *l.* 1. §. 14. D. *si quid in fraud. patron.* Adde *l.* 38. *D. de minor. l.* 5. §. 11. D. *de reb. eor. qui sub tut. l.* 91. §. 3. *D. de legat.* 3. & passim. Festus Pompeius: *Possessiones* adpellantur agri late patentes privatique, quia non mancipatione, sed usu tenebantur, & ut quisque occupaverat, possidebat. Cæs. *lib.* 1. *de bell. gall. c.* 11. Allobroges, qui trans Rhodanum vicos *possessionesque* habebant. Et *lib.* 1. *de bell. civil. c. ult.* Res huc deducitur, ut qui habeant domicilium aut *possessiones* in Hispania. Occurrit & eodem sensu hoc verbum *lib.* 3. *de bell. civ.* sæpe, ut & apud Hirtium *de bello Alexandr. c.* 4. Add. Isidor. *lib.* 15. *etymol. c.* 13. Verbis autem Festi modo allatis convenienter ait Javolenus in *l.* 115. *D. de verb. signif. possessionem* dici, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere. Et hoc ab agro differre, quod possessio est usus: ager proprietas loci est, quo pertinet, *l.* 11. §. 1. *D. de public. & vectig.* & *l.* 10. D. *famil. ercisc.* ubi vectigalia prædia dicuntur non esse nostri patrimonii. Agros igitur Javolenus esse vult qui nexu & mancipio aliove jure civili veluti cessione, vel usucapione alicujus proprii facti sunt: quod veteres dominium juris Quiritium adpellabant; *Possessiones* autem quæ vel ad tempus vel in perpetuum alicui utendæ fruendæ datæ sunt: pro quibus vectigal aliquod testandæ auctoritatis caussa penditur. Sicul. Flacc. Horum ergo agrorum nullum æs, nulla forma quæ pu-

publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat. Quod ſi culturæ & meliorationis lex adhiberetur, Imperator Zeno Emphyteuſin adpellarit, *l.* 1. *C. de jur. Emphyt.* Hottomannoque placet ut eo *poſſeſſionum* nomine feudalia prædia vocitentur.

POSSESSOR dicitur, non ſolum qui civiliter, ſed & qui naturaliter incumbit poſſeſſioni: *l.* 3. §. *ult. D. ad exhib.* In eo porro quod dicitur, *poſſeſſorem* immobilium rerum ſatiſdare non compelli, *poſſeſſor* accipiendus eſt, qui in agro, vel civitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe aut pro parte, & qui vectigalem emphyteuticumve agrum poſſidet. Item maritus, qui doti accepit, uxor, quæ dedit, dominus quoque proprietatis, licet uſusfructus alienus ſit. Creditor vero, qui pignori tenet, item fructuarius pro *poſſeſſoribus* non habentur: *l.* 15. D. *qui ſatiſd. cog.* Poſſeſſor autem proprie *rerum* dumtaxat *corporalium* eſt, *juris* vero *velut poſſeſſor* dicitur, *l.* 18. §. 1. D. *de hered. petit.* Sed tamen & *juris* quoque poſſeſſor, licet minus proprie, adpellatur, *l.* 13. §. *ult. l.* 16. §. *ult. l.* 34. *&* 35. *D. ſi pars hered. pet. l.* 1. *C. de his, qui potent. nom. tit. præd. adfig.* In quæſtione ſervitutum & actionum, quæ pro iis competunt, poſſeſſor accipitur is, contra quem nihil eſt innovatum, *l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 3. *D. ſi ſervit. vind.* Poſſeſſor etiam accipitur is, qui jure, quo utitur, fruitur, negatoria actione experitur, *l. penult.* §. *ult. D. ſi uſusfr. pet.* §. 2. *Inſt. de action.* Quis autem juſtus poſſeſſor, Vid. art. *poſſeſſio* juſta. Quis bonæ fidei, quis malæ fidei *poſſeſſor*, vid. ſub art. *fides. Poſſeſſoris* autem commoda hæc ſunt, quod probandi onus in adverſarium transfertur, & quod in pari cauſſa *poſſeſſor* abſolvitur, *l.* 62. D. *de judic. l.* 20. D. *de probat. l.* 1. §. 3. D. *uti poſſid. l.* 12. §. *pen.* D. *de liberal. cauſ.* §. *Inſt. de interd.*

Poſſeſſorem eſſe & in *poſſeſſione* eſſe differunt. In *poſſeſſione* eſt depoſitarius, commodatarius, colonus, inquilinus, is qui precario rogavit, ut morari liceat, non etiam poſſidere, vel ſequeſter cui partes cuſtodiam tantum, non poſſeſſionem conceſſerunt, ſimilis hic depoſitario, ille commodatario. Item qui ex primo decreto miſſus eſt in *poſſeſſionem*, crediti ſervandi cauſſa, vel dotis, ventris, legatorum, damni infecti cauſſa; *l.* 10. §. 1. D. *de adquir. vel amitt. poſſeſſ. l.* 6. §. 2. *D. de precar.* & quibus ii locis dicuntur *naturaliter poſſidere*, impropria & confuſa loquutio eſt, cum ſint in *poſſeſſione naturali* potiuſquam poſſideant, qua de cauſſa eis interdicta poſſeſſoria non dantur, *l.* 9. D. *de rei vind.* Sed dantur domini, apud quos poſſeſſio remanſit, velut depoſitori, commodatori, locatori, & qui precario rogatus eſt, debitori & ſimilibus. Hi enim per illos poſſident. Illi ergo his, non ſibi. Si non ſibi, nec igitur proprie poſſident. *Poſſidere* enim eſt ſibi habere. Fructuarius quoque tantummodo in naturali *poſſeſſione*, non etiam vere naturaliter poſſidet. Solus enim dominus poſſeſſor eſt, & poſſidet per fructuarium: nec alia ratione dicitur retentionem uſusfructus eſſe ſpeciem traditionis, quam quod qui retinet uſumfructum, deſinat ſibi & incipiat alii poſſidere; *l.* 12. *de adquir. poſſeſſ.* Ulpianus ibi ait: *Naturaliter videtur poſſidere*; quod verbum eſt πλαςίκον. Nec enim omnis qui videtur poſſidere, etiam poſſidet, ut debitor pignus poſſidere & uſucapere videtur, nec tamen poſſidet, licet enim fructuarius, non poſſideat, tamen quia

rei

rei emolumentum ad eum pertinet, ea res efficit, ut in plerisque partibus juris etiam pro domino habeatur, interdicta ei possessoria accomodentur, quæ cæteris, qui sunt in possessione, non accomodantur, Cujac. 9. *obs.* 33.

Fictione etiam juris pro *possessoribus* quidam habentur. Sic: In actionibus in rem pro *possessore* habetur, qui se liti offert, & quasi possidens condemnatur: *l.* 13. §. 13. *D. de hered. pet.* Eadem caussa est ejus, qui dolo desiit possidere, aut qui dolo fecit, ut possideret: quia pro possessione dolus est: *l.* 131. D. *de regul. jur. l.*150. D. *eod. tit.* quæ sumta est ex *l.*2. §. 42. D. *ne quid in loc. publ. l.* 13. §. 6. *l.* 25. §. 8. D. *de hered. pet.*

Possessores civitatis in *l.* 1. D. *de decret. ab ord. fac.* decuriones interpretatur Pancirolus *de magistrat. municip. c.* 1. *per eamd. l.* 1. D. *de decret. ab ord. fac.* & *l.* 6. *C. de omn. agr. cert.* Idque non tantum ideo, quod inopes creari non potuerunt decuriones, sed & quia reipublicæ prædia illi possidebant.

POSSESSORIAS actiones Triphonius *l.* 50. *D. de bon. libert.* ipsam *bonorum possessionem* vocat. At in *l.* 4. §. *ult.* D. *de Carbon. edict.* hoc verbo eæ actiones significantur, quæ bonorum possessoribus rerum hereditariarum persequendarum gratia dantur. Plane sicut civiles actiones heredibus propositæ sunt, ita & prætor his, quos velut heredes facit, hoc est, quibus bonorum possessio data est, possessoriam hereditatis petitionem adcommodat: *l.* 1. *l. ult.* D. *de possess. hered. pet.*

Possessoria interdicta, *l. ult.* D. *de servit.* Vid. *Interdict.* & sub art. sequenti.

POSSIDERE jus significat, non factum. Nec enim possidet, quisquis rei insistit, eique corpore incumbit, sed qui eam animo domini per se vel per alium occupat. Aliud est tenere, aliud possidere: *l.* 44. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.* Licet servi *possidere* civiliter non possint, *tenere* tamen eos, nemo dubitat, *l.* 38. §. 7. 8. 9. D. *de verb. oblig.* Quid *possidere* & in possessione esse distent, vid. supra sub art. *possessio.* Denique belle Theophil. §. 4. *Inst. per quas person. nob. adquir.* *possidere* definit: ψυχῇ τοῦ δεσπόζοντος κατέχειν, *opinione dominii tenere*, ut *l.* 22. §. 1. *D. de noxal. act.* & pro suo habere, ut Celsus loquitur, *l.* 69. *D. de furt.* Non enim inquilinus, colonus, & qui precario rogavit, quamquam corpore in prædio sint, eo magis possidere: *l.* 1. §. 2. D. *de precar.* quia non pro suo, sed pro alieno tenent. Pignori rem acceptam usu non capimus, quia pro alieno possidemus: *l.* 13. D. *de usurpat.* Sed & qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt, *possidere* non possunt, quia possessio non tantum corporis, sed & juris est: *l.* 48. D. *de adquir. possess.* Et tamen hanc stipulationem: *possidere* mihi licere spondes, utiliter in personam suam servus concipit. Quamvis enim civili jure servus non possideat, tamen ad possessionem naturalem hoc referendum est, *l.* 38. §. 7. D. *de verb. oblig.*

Possideri possunt quæ sunt corporalia, *l.* 3. D. *de adquir. possess.* Jura enim & cetera incorporalia non possidentur, sed *velut* aut *quasi* possidentur. Per abusionem tamen & jura possideri dicimus, ut in *l.* 2. D. *commun. præd. l. ult. D. de itiner. actuque priv.* In interdicto quod legatorum, verba hæc: desiit *possidere*, sic accipimus, desiit restituendi facultatem habere: *l.* 1. §. 7. D. *quod legator.*

Hi autem tituli sunt ex quibus possidemus.

Pro derelicto *possidet*, qui rem a domino pro derelicto habitam occupavit: *l.* 1. D. *pro derel.*

Possidet pro donato, cui donationis caussa res tradita est: *l.* 1. D. *pro donat.*

Possidet pro dote, qui in dotem rem accepit: *l.* 1. *D. pro dot. l.* 13. §. 10. D. *de hered. pet.*

Possidet pro emtore, qui revera emit: *l.* 2. D. *pro emt.* sive a domino, vel a non domino, quum existimaret eum dominum esse: *l.* 33. §. 1. D. *de usurp.* eique res fuerit tradita. Sed &, possessor, qui litis æstimationem obtulit, pro emtore incipit possidere: *l. D. pro emt.* Litis enim æstimatio similis est emtioni: *l.* 3. D. *eod. tit.* Qui vi alterum dejecerit, si ab eodem emerit, incipiet pro emtore possidere: *l.* 6. §. 3. *D. de precar.* Etiam quum dominus a servo emit, pro emtore possidere & usucapere potest: *l.* 11. §. *ult. D. de institor. act.* Plane si sub conditione res venierit, & pendente conditione tradita sit, emptor non poterit usucapere pro emtore.

Possidet pro herede, qui putat se heredem esse, vel bonorum possessorem: *l.* 11, D. *de heredit. pet.* §. 3. *Inst. de interd.* Item qui fundum a non domino emerit, si a domino heres institutus fuerit, vel bonorum ejus possessionem acceperit, incipiet fundum pro herede possidere: *l.* 33. §. 1. D. *de usurp.* Sed & quod heredi instituto legatur, id ipse pro herede possidet, quum pro ipsius parte legatum non consistat: *l.* 18. *in fin.* D. *de his, quæ ut indign.* Eodem loco habentur & quæ a statulibero conditionis implendæ gratia accipiuntur, *l.* 13. §. 6. D. *de hered. pet.* Atque hæc exempla optime adcommodantur ad *tit.* D. *pro hered.* & *l.* 4. §. 22. & *l.* 21. D. *de usurp.* & *usuc. l.* 1. D. *quor. bonor. l.* 1. D. *quor. legator.*

Possidet pro legato is cui legatum est, sive recte, sive non jure legatum sit relictum: *l.* 1. *l. ult. de pro legat.*

Possidet pro possessore prædo, qui interrogatus cur possideat, responsurus sit, quia possideo: nec contendit se heredem, vel per mendacium: nec ullam caussam possessionis possit dicere: *l.* 11. §. *ult. l.* 12. & 13. *D. de hered. pet.* ubi furem & raptorem eo modo possidere Ulpianus indicat, sicuti eum, qui vim intulit: *l.* 14. §. 2. D. *quod met. causs.* Vet. Gloss. Græc. Pro *possessore*, ὁ βιαίως τί νενόμενος, *vi possidens.* Si quis emerit fundum sciens ab eo, cujus non erat, possidebit pro possessore: *l.* 33. §. 1. D. *de usurpat.* Item si a furioso sciens emerit, *l.* 13. §. 1. *D. de hered. pet.* Quod uxor viro, aut vir uxori donaverit, pro possessore possidetur: *l.* 16. D. *de adquir. poss.* ob prohibitam nempe donationem inter virum & uxorem, Qui invitis heredibus sciens pecuniam ex peculio a statulibero accepit, pro possessore videtur eam pecuniam possidere: *l.* 110. *D. de condit. & demonstr.* Si a minore duodecim annis nupta mihi quasi dotem sciens accepit; item si legatum mihi solutum est ex falsa caussa scienti, utique pro possessore possidebit: *l.* 13. §. 1. D. *de hered. pet.* Pro *possessore titulus* Vid. *titulus.*

Pro suo *possidemus* omnia, quæ mari, terra, cælo capimus: aut quæ alluvione fluminum nostra fiunt, item quæ ex rebus alieno nomine possesis nata possidemus; *l.* 2. D. *pro suo.* Item quod quis emtum, donatum, legatumve possidet, non tantum pro emtore, dona-

donato, legato, sed & hoc amplius pro suo possidet; *l.* 1. D. *pro suo.* Si ancilla pecuniam dotis nomine viro tradidit, eam pecuniam pro suo possidendo usucapere potest: Scilicet, quia existimavit, eam mulierem liberam esse; *l.* 67. D. *de jur. dot.* Si fur rem furtivam a domino emerit, & pro tradita habuerit, desinet eam pro furtiva *possidere*, & incipiet pro suo *possidere l.* 31. D. *de usurpat.*

Majore parte anni *possedisse* quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modo adversarius ejus aut paucioribus diebus, aut nullis possederit: *l.* 156. D. *verb. signif.* Quod pertinet ad hæc interdicti *utrubi* verba: Utrubi hic homo, quo de agitur majore parte hujusce anni fuit. In hoc enim interdicto potior est, qui majore parte anni retrorsum numerati, nec vi nec clam nec precario possidet, ut ait Paullus *lib.* 5. *sent. tit.* 6. §. 1.

POSSIDERE absolute, pro prædia possidere vel habere. His, qui juxta littora maris possident: *l.* 1. §. 4. *D. de rip. muniend.* Add. *l. ult.* §. 15. D. *de muner. & honor.*

Interdictum *Uti possidetis*, locum habet in rebus immobilibus scilicet si de fundi vel ædium possessione contenditur: §. 4. *verb. sed interdicto. Inst. de Interdict.* Et est retinendæ possessionis. Quia enim longe commodius est, potius possidere quam petere, ideo plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Habet etiam locum in incorporalibus, ut in quasi possessione, & datur possidenti civiliter, & naturaliter vel etiam quasi possidenti gratia retinendæ possessionis. Et proponitur, quoties inter litigatores contentio est utrum possideant, quia alteruter magis se possidere adfirmat. Est autem hoc nomen *Uti possidetis*, proprie ad immobilia adcommodatum, quia solum illa dicuntur proprie possideri, eo quod eis quis pedibus insistat. Inde enim adpellata est possessio. Est ergo hoc interdictum prohibitorium retinendæ possessionis. Tametsi per consequentiam quamdam censeri posset etiam habere vim recuperandæ possessionis teste Ulpiano *l.* 1. §. 4. D. *Uti possidet.* Declaratur in *l.* 3. *pr. D. eod. tit.* Datur autem hoc interdictum & aliis casibus quamplurimis, quos accurate enumerat Oldendorp. *Class.* 2. *action.* 4.

Ex POST facto: *l.* 15. *D. de reb. dub.*

POSTEA deinde, per pleonasmum: *l.* 1. §. 8. *D. de suis & legit. hered.*

POSTERIORUM deinde *l.* §. 13. *Inst. de action. l.* 2. §. 17. & §. 32. *D. de orig. jur.* Hujusmodi duplicatis vocibus utuntur & Terent. *Andr. act.* 3. *sc.* 2. *v.* 3. Virgil. *lib.* 5. Æneid. *v.* 321.

Posteriorum Labeonis libri sæpe laudantur in Digestis cujus inscriptionis rationem attulit Gell. *lib.* 13. *c.* 16. de Labeone loquens his verbis: Sunt adeo libri post mortem ejus editi, qui posteriores inscribuntur. Hos in epitomen redegit Javolenus. At idem quoque libros ex posterioribus Labeonis scripsit, a prioribus diversos. Em. Merill. *lib.* 5. *obs. c.* 30.

POSTERORUM adpellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, contineri, ait Modestinus, *l.* 38. §. *ult. D. de legat.* 3. Plane liberos usque ad trinepotem & ultra hos, posteros vocari, tradit Paullus, *l. ult.* §. 7. *D. de gradib. & ad*

fin. quos & *minores* Latinis dici Servius in *lib.* 8. *Æneid. v.* 268. ſcribit Propert. *lib.* 2. *eleg.* 10. Hæc certe merito poterunt laudare minores. Sæpius tamen poetæ nepotes vocant. Idem Virgil. *Georg. lib.* 2. *v.* 58. Seris factura nepotibus umbram. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 1. Meque inter ſeros laudabit Roma nepotes. Valer. Flac. *lib.* 8. *Argonaut. v.* 398. Ut in ſeros irent magis ipſa nepotes. Maligna igitur fuit illa Caligulæ interpretatio, qua *poſterorum* nomen ad filios coarctabat, negans ultra hunc gradum debere *poſteros* intelligi, quemadmodum Suet. *in Calig. c.* 38. ſcribit. Ceterum vacatio itemque immunitas liberis & poſteris alicujus data ad eos duntaxat pertinet, qui ejuſdem familiæ & nominis ſunt: *l.* 13. *D. de muner. & honor.* Itaque ad eos, qui ex feminis nati ſunt, non pertinent: *l.* 1. *D. de jur. immunit.* Plane immunitates generaliter tributæ eo jure, ut ad poſteros tranſmittantur, in perpetuum ſuccedentibus durant: *l.* 4. *D. de jur. immunit.* Add. Ducker. *de Latin. vet. Juriſconſ. p.* 219.

POSTFERRI in officiis publicis, eſt poſtponi. *l.* 8. *pr. C. Theod. de honorar. codicil.*

POSTICA in *l.* 13. §. 7. *D. de uſufr.* eſt oſtium in poſteriori parte ædium.

POSTIS. *Poſtibus* debitoris auctoritatem adfigere, *l. un. C. Th. ſi cert. pet. de chirogr.* id eſt, adfixo ædibus debitoris judicis edicto eumdem citare, de quo more etiam hodie uſitato, Cujac. *lib.* 7. *obſ. c.* 15. quædam adnotavit.

POSTLIMINIUM, eſt jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos regeſque moribus ac legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſſimus, aut etiam extra bellum, hoc ſi rurſus accipiamus, dicitur *poſtliminio* recipere: *l.* 19. *D. de capt. & poſtlim.* Si ab hoſtibus captus fuerit parens, quamvis hoſtium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus *poſtliminii*, quia hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reverſi fuerint, omnia priſtina jura recipiunt, §. 5. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Feſtus: *Poſtliminium* receptum, Gallus Ælius in libro 1. ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ait, eſſe eum, qui liber, ex qua civitate in aliam abierit, in eamdem civitatem redit eo jure, quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſervus a nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos, redit in ejus poteſtatem, cujus antea fuit, jure poſtliminii. Index βασιλικῶν: *Poſtliminium*, τό τῆς ὑποςροφῆς δίκαιον. Gell. *lib.* 7. *c.* 18. Cognati adfineſque captivorum amplexi eos poſtliminio in patriam rediiſſe dicebant, ſtatumque eorum integrum incolumemque: ac ne ad hoſtes redire vellent, orabant. Tum octo ex iis, *poſtliminium* juſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam dejurio vincti fuerant, ſtatimque ut jurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt. In hoc autem verbo Servius Sulpitius, quemadmodum Cicero *Topic. c.* 8. ſcribit, nihil notandum eſſe putabat eſſe, niſi poſt & liminium. Illud productionem verbi volebat eſſe, ut in finitimo, legitimo, æditimo, timum. Scævola autem P. F. junctum putabat eſſe verbum, ut eſſet in eo poſt & limen, ut quæ a nobis alienata ſunt, quum ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tamquam limine exierint, hinc quum redierint, poſt ad idem limen poſtliminio videantur rediiſſe. Quam Scevolæ notationem ample-

plectitur Justinianus §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot.* Ait enim: Dictum est *postliminium* a *limine* & *post.* Unde eum, qui ab hostibus captus in fines nostros postea pervenit, *postliminio* reversum recte dicimus. Nam limina, sicut in domibus finem quemdam faciunt: Sic & imperii finem limen esse veteres voluerunt. Hinc & limes dictus est, quasi finis quidam & terminus, ab eo postliminium dictum, quia eodem limine revertebatur, quo amissus fuerat. Comprobant hanc etymologiam Hug. Grotius *lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 9.* §. 1. & Menag. *Amoen. jur. civ. c. 39.* At Heinecc. *Antiq. Rom. ad Inst. lib. 1. tit. 16.* §. 4. a limine ædium dici *postliminium* putat. Reversi quippe ex captivitate, non per limen admittebantur in ædes, si jam diem eos obiisse nunciatum fuerat, quia id mali ominis putabatur, sed post limen per tegulas & impluvium intro se ipsos demittebant, teste Plutarch. *Quæst. Rom.* V. Si ager ab hostibus occupatus, servusve captus, liberatus fuerit, jure postliminii restituetur ususfructus: *l. 26. D. quib. mod. usufr.*

Postliminio reversus κατακχρεσικῶς dicitur, qui ad hostes fugerat, & restitutus est: *l. 1. C. de re milit. lib. 12. tit. 36.* Mulieri, quæ repudii a se dati oblatione a marito discessit sine caussa, *postliminii* jus negant Imperatores, in *l. 2. pr. C. Th. de repud.* Nisi forte intermissum dominium in medio tempore rediit quodam postliminio *l. 11.* §. 4. *D. de except. rei judic.* Usurpat hoc verbum metaphorice Apulei. *lib. 1. de asin. aur. p. 113. lib. 4. p. 147. lib. 10. p. 244.* & in Florid. *lib. 4. p. 365.* Hinc D. Hieronymus in Epistola, quam versioni librorum Didymi de Spiritu sancto præmisit, *veluti postliminio reversus.*

Postponi dicitur creditor, qui a prioribus excluditur, in *l. 17. D. de jur. fisc.*

Postremum judicium: *l. 2. & 4. C. qui testam. fac. l. ult. C. si quis aliqu. test.* id est, suprema voluntas.

Postulare pro poscere, petere. Sic *postulare* actionem: *l. 35.* §. 2. *D. de procurat.* arbitrum: *l. 35. D. de bon. libert.* auxilium restitutionis: *l. 1. C. de temp. in integr rest.* in bona se mitti: *l. 12. D. de reb. auct. jud. possid.* bonorum possessionem: *l. ult. D. de bonor. possess.* cautum: *l. 15. D. de damn. infect.* cognitionem: *l. 39.* §. 6. *D. de procur.* curatores sibi dari: *l. 1. C. qui pet. tut.* decretum: *l. 6. D. ad SC. Trebell.* non injustum: *l. 19. D. qui pot. in pign.* in integrum restitutionem: *l. 1. C. si advers. dot. l. 1. C. si minor. se major.* judicem: *l. 10. C. de judic. l. 2. C. Th. eod. tit.* quæstioni mancipia, id est in quæstionem petere: *l. 12.* §. 4. *D. qui & a quib. manum.* satis: *l. 21. D. rem. rat. hab.* testes: *l. 11. C. de testib.* tutorem: *l. 2. D. de fidejuss. tut. Postulatus* a domino: *l. ult. C. quod cum eo, qui in alien. potest.* id est, rogatus. Porro circa judicium: quod a prætore sub titulo de damno infecto proponitur, quo is demum experiri posse, qui postulavit: *postulare* proprie dicitur, pro tribunali petere, non alibi: *l. 4.* §. 8. *D. de damn. infect.*

Postulare aliquem est eum accusare, deferre. Sic *postulare* adulterum: *l. 17.* §. *ult. D. ad leg. jul. de adulter.* quem crimine: *l. ult.* §. *ult. D. de divort.* capitali crimine: *l. 2. D. de cust. & exhib. reor.* capitis: *l. 53. D. de fidejussor.* adulterii: *l. 11.* §. 4. *D. ad leg. jul. de adulter.* compilatæ hereditatis: *l. 23. D. negot. gestor.* incesti: *l. 39.* §. *ult.* D.

D. ad leg. jul. de adult. lenocinii : *l.* 39. *D. eod. tit.* reum aliquem : *l.* 22. D. *de his quæ ut indign.* ream adulterii : *l.* 12. §. *ult.* D. *qui & a quib. l.* 34. §. 1. D. *de rit. nupt.* vis privatæ reum : *l.* 4. *C. und. vi.* suspectum : *l.* 1. §. 6. *D. de suspect. tutor.* Et ita suspectus *postulari* : *l.* 1. & 3. §. 5. & 11. D. *eod. tit.*

Postulare, absolute positum : in *tit.* D. *de postuland.* est desiderium suum vel amici sui apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere : *l.* 1. D. *tit.* Et ita accipe *postulare* in *l.* 9. D. *de pœn. l.* 39. D. *de eviction. l.* 2. §. *ult.* D. *de collus. deteg. l.* 4. *D. de legation. l.* 2. D. *de reg. jur.* Gell. *lib.* 1. *c.* 22. Memini ego prætoris docti hominis tribunali me forte adsistere, atque ita advocatum non incelebrem sic *postulare*. Et *lib.* 5. *c.* 5. Quum ille, inquit, rabula audaculus ita *postulasset*.

POSTULATIO, pro quolibet desiderio apud prætorem, aut alium, qui jurisdictioni tribunalive præest, exposito. Sic : Observare proconsulem oportet, ut sit ordo aliquis postulationum: *l.* 9. §. 4. *D. de offic. procos.* Sueton. *Neron. c.* 8. Celeberrimis patronis non translatitias, ut adsolet, & breves, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus. Plin. *lib.* 10. *epist.* 85. Dixi utrique parti, ut *postulationum* suarum libellos darent. Et ita *postulationem* accipe in *l. ult.* §. *ult.* D. *de adpellat. l.* 35. D. *de servit. præd. rust. l.* 1. D. *de ventr. in possess. mitt. Postulationibus* etiam vacare vel dare magistratus dicebantur, quum postulantes pro tribunali audiebant. Si se dedit quidem prætor pro tribunali, sed *postulationibus* non dedit : *l.* 2. §. 2. *D. quis ordo in bonor.* Plin. *lib.* 7. *epist.* 3. *Senecio quum explorasset consules postulationibus vacaturos.* Adsessoris etiam officium inter cetera cognitionibus & *postulationibus* constare dicitur : *l.* 1. *D. de offic. proconf.*

Postulatio aliquando caussam notat, in qua postulant advocati. Sic *l.* 1. *C. de princip. agent. in reb.* Caussarum patronos ita volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant.

Postulatio quandoque pro accusatione usurpatur, ut in *l.* 31. D. *ad leg. jul. de adulter.* Et ita suspecti *postulatio* : *l.* 5. §. 1. *D. de administr. & peric. tut.*

Postulatio in jure canonico dicitur unanimis petitio, per quam is, qui secundum canones vel ad clerum, vel ad dignitatem ecclesiasticam, etiam regularem assumi non potest, ex dispensatione tamen & gratia, caussa cognita, a superiore admittitur. Cum autem *postulatio* adversetur juri communi, ideo concordi omnium calculo fieri debet : *c.* 3. & 4. *decretal. de postul. prælat.* adeo ut si concurrat postulatio cum electione, duplo major esse debeat postulantium : *c. bonæ eod.* In eo tamen differunt, quod postulatio ex mera liberalitate superioris pendeat : *c.* 5. *eod.* Maxime vero postulari dicebantur, qui ex parochia erant, cum id non liceret nisi ex cessione, id est licentia sui episcopi : Gregor. M. *lib.* 4. *epist.* 19. *lib.* 7. *ind.* 2. *ep.* 51. 52. & 89.

POSTULATOR, est, qui quid in jure aut pro tribunali postulat. Sueton. in *Neron. c.* 15. In jurisdictione postulatoribus nisi sequente die, ac per libellos non temere respondit.

POSTUMUS, ut ait Cesellius Vindex, explicans apud Gell. *l.* 1. *c.* 16. locum Virgilii *Aen.* 6. Sylvius Albanum nomen, tua postu-

ſtuma proles Quem tibi longævo ſerum Lavinia conjux Educet Sylvius : non eum ſignificat qui patre mortuo , vel poſt humatum patrem , ut alii , ſed qui poſtremo loco natus eſt. Itaque Tertullianus *poſtumum* pro poſtremo uſurpavit *in lib. contra Gnoſt.* item Apuleius in *Apol.* 1. Igitur per aſpirationem ſcribendum hoc vocabulum non eſt , ut nec in Pandect. Florentinis ſcribitur, nec in veteribus Livii Codicibus ut obſervat Sigonius : nec a Græcis ποσθεμος, ſed πόςεμος affertur : atque nihil in eo aliud notandum, niſi *poſt* , & *umus* productionem eſſe verbi , ut in poſtliminio, liminium , ex ſententia Servii : vel ea forma a *poſt* deductum , qua ab *extra* extremus , & a *citra* citumus. Hinc illud Plauti : Poſt mediam ætatem , mediam qui duxit uxorem , Si eam forte ſenex anum gravidam fecit : Quid dubitas quin puero ſit nomen *poſtumus* ? *Poſtumos* tamen a Romanis adpellatos Plutarchus in *Sulla p.* 475. *Tom.* 2. *oper.* ſcribit , τὲς ὕςερον τῆς πατέρων τελευτῆς γενομένες , *poſt patrum fata natos.* Itaque Ulpianus *l.* 3. §. 1. *D. de injuſt. rupt. irrit. poſtumos* , inquit, dicimus eos dumtaxat , qui poſt mortem parentis naſcuntur. Vet. Gloſſar. *Poſtumus* , ὁ ζῶντος μεὺ πατρὸς συλλαβόμενος , ἀποθανόντος δέ γενόμενος. Vivo quidem patre conceptus , ſed eo mortuo natus. In alio veteri Gloſſario ſcriptum eſt : *poſtumus* , ὁ μετὰ τὴν τȣ πατρὸς τελευτὴν τεχθεὶς παῖς , poſt mortem patris natus filius. Unde *poſtumæ* nomen in eam , quæ jam in rebus humanis ſit, non cadere , ait *l.* 164. *D. de verb. ſignif.* Vet. Gloſſar. *Poſtumus* nepos eſt , qui poſt mortem avi natus eſt , etiam ſuperſtite ſuo patre. *Poſtumus* alius dicitur ſuus , alius vero alienus. Poſtumus ſuus dicitur , qui ſi vivo patrefamilias natus fuiſſet , in ipſius poteſtate fuiſſet , proximumque ab eo locum in familia tenuiſſet : §. 3. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* veluti filius : aut filio de familia ſublato nepos , & qui deinceps :

Poſtumus alienus dicitur , qui ſi teſtamenti tempore natus fuiſſet , ſuus heres non fuiſſet. Horum autem alii ſunt adgnati , ut frater , qui in matris utero eſt , fratriſve poſtumus : §. 1. *D. de legit. adgn. ſucceſſ. l.* 27. *C. de inoff. teſt. l. pen.* D. *de legat.* 1. alii cognati , de quibus in *l.* 6. D. *de inoff. teſt.* ut is , qui ex emancipato filio conceptus & natus eſt : *l.* 6. *D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* item ſororis vel naturalis , vel adoptivæ filius , de quo in *l.* 9. *fin. D. de lib. & poſt.* item qui ex filio in adoptionem dato conceptus eſt , *l.* 1. §. 16. *de ventr. in poſſeſſ. mitt.* item qui cæſo utero extrahitur matri cognatus eſt poſtumus *d. l.* 6. D. *de inoff. teſt.* aut qui in utero neptis ex filia de quo in *l.* 23. §. 1. D. *de lib. & poſt.* Vid. ſupra *art. extraneus.* Alii quoque ſunt poſtumi plane extranei , de quibus in *l.* 6. *D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. Poſtumi* liberi ſunt ſive feminini ſexus , ſive maſculini : §. 2. *Inſt. de exhor. lib.*

Poſtumi rurſus alii ſunt veri , qui patre defuncto naſcuntur , de quibus modo eſt dictum. Alii *quaſi poſtumi* quales ſunt I. *Aquiliani* , id eſt , nepotes , præmortuo filio , poſt mortem avi nati , inſtituendi vel exheredandi ex formula Aquilii Galli *l.* 29. D. *de lib. exhered.* II. *Corneliani* , qui ante captivitatem patris concepti , eodem capto , in civitate nati ſunt : *l.* 15. D. *de injuſt. rupt. irrit.* III. *Salviani* , id eſt, nepotes , qui poſt teſtamentum avi nati , mox patre decedente in ejus locum ſuccedunt ,

dunt, inſtituendi vel exheredandi ex ſententia Salvii Juliani *l.* 29. §. 15. *D. de lib. & poſt.* IV. *Velleiani*, id eſt, nepotes, vivo teſtatore avo, præmortuo patre nati, inſtituendi vel exheredandi ex legis Juniæ Velleiæ capite 1. *l.* 29. §. 11. & 12. D. *eod. tit.* nec non nepotes, qui ante teſtamentum avi nati in locum patris mortui avo ſui heredes adgnaſcuntur, inſtituendi vel exheredandi ex legis Juniæ Velleiæ *c.* 2. *d. l.* 29. §. 13. & 14. *Poſtumus* præteritus & vivo teſtatore natus deceſſit: *l.* 12. *pr.* D. *de injuſt. rupt.* Si in *poſtumo* filio idem acciderit, ut natus vivo patre moriatur: *l.* 8. D. *de lib. & poſtum.*

POTENS adverſarius: *l. ult.* §. 1. D. *quod met. cauſ.* Qui compenſare *potens*: *l.* 10. §. 1. D. *de compens.* id eſt, qui poſſet. *Potentior* adverſarius: *l. ult. D. de litigios.* emtor: *l. ult. D. de alien. jud. mut. cauſſ.*

Potentior, aliquando eſt potior. *Potentior* erit creditor, licet poſterior ſit: *l.* 6. D. *qui pot. in pign. Potentior* qui tenet quam qui perſequitur: *l.* 91. §. 13. D. *de verb. obl.*

POTENTATUS, in *l.* 63. D. *de rit. nupt. l.* 1. *C. de gener. abolit. l.* 5. *C. de teſtib. l.* 58. *C. de Epiſc. l. un. C. de rapt. virgin.* pro dominatione. Utuntur & hoc verbo Cæſar *lib.* 1. *de bell. Gall. c.* 31. Hi, quum tantopere de *potentatu* inter ſe contenderent. & Liv. *lib.* 26. *c.* 38. Æmulo potentatus inimicus, rem Hannibali aperit. Arnob. *adverſ. gent. lib.* 1. *p.* 31. Nam ſi facias ipſe, quod poſſis, & quod tuis ſit viribus potentatuque conveniens. Utitur & hoc verbo D. Auguſtinus *ad pſalm.* 64.

POTESTAS. Hoc verbo plura ſignificantur. In perſona magiſtratus imperium: *l.* 215. D. *de verb. ſignif.* Add. *l.* 1. *D. ſi quis jus dicent. l.* 3. D. *ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.* & quidem *merum imperium* poteſtatem adpellari, tradit Ulpian. *l.* 3. *D. de juriſd.* Non numquam tamen *imperium* & *poteſtas* ceu diverſa ſeparantur. Ut: Conſulem, prætorem, ceteroſve, qui *imperium poteſtatemve* habent: *l.* 26. §. 4. *D. ex quib cauſſ. major. l.* 7. D. *ad leg. jul. de vi publ.*

Poteſtas etiam honoris muneriſve publici ſpeciem a magiſtratu diverſam ſeparatamque ſignificat. Qui quum aliquam *poteſtatem* haberet, pecuniam ob judicandum decernendumve acceperit: *l.* 3. D. *ad. leg. jul. repetund.* Res judicatæ videntur ab his, qui imperium *poteſtatemque* habent: Paull. *lib.* 5. *tit.* 4. §. 1. *ſent.* ad quem locum Shultingius notat, non ſimpliciter magiſtratum urbi, *poteſtatem* provinciis adſcribendam eſſe. Fuerunt enim & in urbe, qui licet magiſtratus non eſſent, *poteſtatem* tamen haberent. Add. *l.* 1. §. 1. D. *quod quiſq. jur. in al. ſtat. l.* 1. *D. ad leg. jul. majeſt. l.* 8. *D. de accuſation. l.* 3. §. 1. D. *de reb. eor.* Magiſtratus vel is, qui in aliqua *poteſtate* ſit, ut puta proconſul vel prætor, vel alii, qui provincias regunt: *l.* 13. D. *de juriſd.*

Atque adeo is ipſo, qui honorem in republica, munuſve gerit, *poteſtas* interdum adpellatur, ut & apud Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 99. quum ait: An Fidenorum Gabiorumque eſſe *poteſtas*. Sueton. *in Claud. c.* 23. Juriſdictionem de fideicommiſſis quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum atque etiam per provincias *poteſtatibus* delegavit. Plinius *lib.* 29. *hiſt. nat. c.* 4. Tribuunt ei & ſucceſſus petitionum a poteſtatibus. *ibid.* Primum Spondylum aditus *poteſtatum* mulcere. Dentes ejus illigatos pedibus caprearum cervinis ner-

nervis, mites præstare dominos, *potestatesque* exorabiles. Vid. Elmenhorst. *ad lib.* 1. *Arnob. advers. gent. p.* 43. Unde Sigonius magistratus vocat, *Potestates*, omnes eorum, qui res humanas, quæ ad rempublicam pertinent, publica auctoritate curant: *lib.* 3. *de jur. prov. c.* 5. Huc pertinent *potestates* quarum mentio fit in *l.* 26. *D. de pignor. l.* 17. §. 19. *D. de Ædilit. edict. l.* 4. *C. Th. de suar. l.* 47. *C. Th. de Episc.* (ubi temporales dicuntur potestates, qui paullo ante seculares judices.) *l.* 31. *C. Theod. eod. tit. l. ult. C. Th. de pistor. & Catabolens.* ubi annonaria potestas, annonæ præfecturam significat. *Potestates* illustres: *l.* 2. *C. de exsequut. & exact.* sublimes: *l.* 2. *C. de his, quæ ex publ.* & apud Ammian. Marcell. celsæ *potestates*, *lib.* 14. *p.* 3. & 27. *lib.* 16. *p.* 83. Eadem notione ex *potestatis* verbum intelligendum esse: in *l.* 1. *pr.* D. *de offic. quæst.* observavit Bynkersh. *lib.* 1. *obs. c.* 18.

Potestatis verbo etiam patria *potestas* significatur. In *potestate* nostra sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreavimus; atque hoc jus *potestatis*, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum, *l.* 3. D. *de his, qui sui vel al. jur. pr. Inst. de patr. potest.* Filius familias suæ potestatis constitutus: *l.* 2. *C. ad SC. Maced.* id est, sui juris effectus, vel propriæ *potestatis* effectus, ut est, in *l.* 15. *C. de jur. deliber.* Patria autem potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere dicitur *l.* 5. D. *ad leg. Pomp. de parricid.* Quod ad jus publicum attinet, non sequitur jus potestatis filius familias: *l.* 14. *pr.* D. *ad SC. Trebell.*

Potestatis verbo in persona servorum, dominium significatur, *l.* 215. *D. de verb. signif. l.* 1. & 2. D. *de his, qui sui vel al. jur. pr. Inst. eod. tit.*

Atque ita *potestatis* verbum tam liberas, quam serviles personas alieno juri subjectas complectitur, veluti in oratione Severi & Antonini, qua prohibentur, qui in ejusdem potestate sunt, sibi donare, verbum potestatis non solum ad liberos trahimus, verum etiam ad servos: ut hi quoque, qui aliquo jure subjecti sunt merito, donare non possint: *l.* 3. §. 3. *D. de don. int. vir. & ux.* Similiterque in edicto de exercitoria, quo datur actio in eum, cujus in potestate est, qui navem exercet, in potestate accipiemus utriusque sexus, vel filios, vel filias, vel servos: *l.* 1. §. 21. D. *de exercitor. act.* In edicto quoque de tributoria, *potestatis* verbum ad omnem sexum, item ad omnes, qui sunt alieno juri subjecti, porrigendum erit: *l.* 1. §. *ult.* D. *de tributor.* Ergo & verba: Qui in aliena potestate est, *l.* 6. *D. de adquir. vel omitt. hered.* tam ad filios familias quam ad servos pertinent: Quod autem attinet ad testes, qui testamento adhiberi non possunt, si in *potestate* sint testatoris, *potestatis* verbum non solum ad liberos, qui sunt in *potestate*, referendum est, verum etiam ad eum, quem redemit ab hostibus: *l.* 20. §. 1. D. *qui testam. fac.* At quum agimus de noxæ deditione cum eo, qui servum non defendit, *potestatis* adpellatione præsentis corporis copiam facultatemque significamus: *l.* 215. D. *de verb. signif.* In *potestate* enim habere servum, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum, qui facultatem & potestatem exhibendi ejus habet. Quod si in fuga sit, vel peregre, non videbitur esse in potestate: *l.* 21. §. 3. *D. de noxal. action.*

Potestas etiam quodvis jus, domi-

minium, possessionem ditionem significat. Sic: Ab hostibus vel latronibus captus in eorum potestate esse dicitur; *l.* 19. *D. de procurat.* In hostium *potestate*: *l. ult. D. ad SC. Tertull. l.* 23. §. 1. *D. de adquir. possess. l.*46. *D. de furt.*

In *potestate* populi *Romani*: *l.* 4. D. *ad leg. jul. majest.* Quod dicit lex Atinia, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in *potestatem* ejus, cui surrepta est, revertatur, sic acceptum est, ut in domini *potestate* debeat reverti, non in ejus utique cui surrepta est. Igitur creditori surrepta, & ei, cui commodata est, in *potestatem* domini redire debet. Tunc autem in *potestatem* domini rediisse dicendum est, quum possessionem ejus nactus sit juste, ut avelli non possit: *l.* 4. §. 6. & 12. D. *de usurp. & usuc.* In lege Atinia in potestatem domini rem furtivam venisse videri, & si ejus vindicandæ potestatem habuerit. Sabinus & Cassius aiunt: *l.* 215. D. *de verb. signif.* Si rem surreptam mihi procurator meus adprehendit, eam in *potestatem* meam rediisse, usuque capi posse existimandum est: *l.* 41. D. *de usurp.*

Potestatem sui facere, est copiam sui facere, aditum ad se præstare, conspiciendum se præbere nec latitare. *Potestatem* sui non facit, qui id agit, ne adversarius ejus copiam sui habeat: *l.* 2. *D. quib. ex causs. in possess.* id etiam, *l.* 32. *D. de usur. l.* 3. §. 14. *l.* 7. §. 2. & 19. *Inst. de suspect. tutor. l.* 18. D. *si servit. vind. l.* 6. *D. de feriis.* Quum secum agendi *potestatem* non faceret: *l.* 1. & 23. §. *ult. D. quib. ex causs. major.*

Potestas, pro vi ac viribus, effectu valore. Sic vis ac *potestas* actionum: *l.* 1. D. *de nosc. act.* exceptionis; *l.* 6. *C. solut. matrim.* *Potestas* legis; *l.* 1. §. 1. *D. ad SC. Tertull. l.* 5. §. *ult. D. ad leg. jul. de vi publ. l.* 27. D. *de oblig. & act. l.* 4. §. *ult. D. de leg. commissor.* Senatusconsulti: *l.* 4. *C. ad SC. Maced.* obligationum: *l.* 13. D. *de duob. reis.* Ita & *potestas* pecuniarum: *l.* 3. D. *de eo quod cert. loc.* id est, earum æstimatio & valor, ut vulgus loquitur. De veteris numismatis *potestate*, *rubr. C. lib.* 11. *tit.* 10.

POTIOR, superior. Sic *potior* in judicio possessionis: *l.* 34. §. 4. *D. de contrah. emt.* jure: *l.* 4. *C. ad SC. Maced. l.* 4. *C. qui pot. in pign.* ratione temporis & ordinis: *l. C. ad SC. Maced.* Et ita *potior* dicitur creditor qui ceteris præfertur, in *l.* 2. & 3. §. *ult. l.* 5. 6. 10. 11. & 12. §. 8. *l.* 14. 18. & 20. *D. qui pot. in pign. l.* 16. D. *de reb. auct. jud. possid. l.* 1. §. *ult. C. credit. evict. pign. l.* 28. *D. de jur. fisc. Potiorem* esse possessorem: *l. ult.* D. *de condict. fin. causs. l.* 8. *D. de condict. ob turp. causs.*

Potior caussa, id est melior: *l.* 1. §. *ult. C. credit. evict. pign. l.* 3. §. 1. & 4. *D. qui pot. in pign. l.* 1. *C. de bon. auct. jud. possid. l.* 6. §. *ult. D. de procur. l.* 97. D. *de solution.*

Potiores in muneribus injungendis accipiuntur non solum gradu generis, sed & substantia rei familiaris, interprete Paullo: *lib.* 2. *sent. tit.* 28. §. 2. Honores & munera non ordinationi, sed potioribus quibusque injungenda sunt: *l.* 7. *D. de decurion.* Sic & in *l. un. C. de potior. ad mun. nomin. potiorum* nomen accipiendum est. Neque aliter usurpatur in *l.* 5. *C. Theod. de lustral. conlat.* ubi *potiores* sunt nobiliores natalibus, & honorum luce conspicui, & patrimonio ditiores, sicut explicatur *l.* 3. *C. de commerc. & mercator.*

Po-

POTISSIMUS. Prætor eligat, quem potiſſimum in hoc eſſe exiſtimat: *l.* 5. *D. de lib. cauſſ.*

POTITUS hoſtium in *l.* 15. *pr. D. ex quib. cauſſ. major. l.* 10. *D. de teſtam. milit. l.* 11. & 12. §. 6. *l.* 22. *D. de captiv. & poſtlim.* dicitur, qui ab hoſtibus captus eſt, & in eorum poteſtatem pervenit. Plautus hoc genere loquendi utitur *in Captiv. Act.* 1. *ſc.* 2. *v.* 41. & *Act.* 3. *ſc. ult. in Epidic. Act.* 4. *ſc.* 1. Dicuntur hæc ſive per enallagen, ſive κατ' εὐφημισμὸν, figuram, qua res odioſas bonis verbis dicimus, & impia facta piis. Quo etiam modo *potiri fatorum*, pro mori dixit Cicero *lib.* 1. *Tuſculan. quæſt. potiri mali* Terent. Phorm. *Act.* 1. *Scen.* 3. *v.* 6. 7. Nanciſci malum, Idem *Andr. Act.* 5. *ſcen.* 6. *v.* 3. pro incidere in malum, & velut in ejus poteſtatem venire. vid. Sanct. *Minerv. p.* 589.

POTIUS, pro magis *l.* 21. §. 2. *D. de fidejuſſ. Potius* aliquando poſitive tantum & elective, non comparative accipitur, ut in *l.* 96. *pr. D. de legat.* 1. *l.* 19. D. *de legib. l.* 21. *D. de contrah. emt.* §. 1. *Inſt. de hered. qual. & diff.* Unde & negativa particula eidem opponitur, *l.* 16. *D. de ſtat. hom.* Vid. quæ de voce *magis* ſupra dicta ſunt. Potius παρέλκει, in *l.* 125. *D. de regul. jur.* favorabiliores rei *potius* quam actores habentur.

POTORIUM argentum. Vid. ſub art. *argentum.*

ΠΡΑΚΤΟΡΕΣ in Novellis Juſtiniani, exactores tributorum accipiendi ſunt. Indicat hoc Suidas *Tom. III. p.* 625. quum act. Φορολόγος ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων οὓς πράκτορας ἔθος καλεῖν τοῖς πολλοῖς. Φορολόγος, *tributorum collector: quos vulgo exactores vocare ſolent*, & *p.* 167. Πράκτωρ ὁ τὸν ἐπικείμενον εἰλπραττόμενος φόρον· Πράκτωρ, *exactor tributi.*

PRÆBENDA, præbitio. Præbendæ dictæ cibi ac potus portiones diurnæ, quæ monachis, canonicis, aliiſve dantur ac præbentur. *c.* 16. *Decretal. de V. S.* Hoc nomen demum manſit canonicorum & aliorum clericorum beneficiis. Dimiſſis enim domicilii menſæque communione, reditus, commoda ac proventus, atque adeo ipſa prædia eccleſiæ diviſerunt in portiones, quas *præbendas* etiam adpellarunt. Singulis enim certi reditus jure perpetuo adſignati, reipſa beneficia facta ſunt, retenta antiqua præbendarum adpellatione: *c.* 8. *Decretal. de præbend. & dignit.* Eſt igitur hodie præbenda jus percipiendi proventus in eccleſia collegiata, ex actione proveniens, competens alicui tamquam uni de collegio, quod jus ex canonicatu deſcendit, non enim eſſe debet canonicus ſine præbenda: *cap. revolutum eod. tit.*

PRÆBERE balnea publice, *l.* 91. §. 4. *l.* 35. §. *ult.* D. *de legat.* 2. carnem juſto pretio: *l.* 1. §. 11. D. *de offic. præf. urb.* cauſſam mortis: *l.* 11. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* domum ſuam ut ſtuprum adulteriumve fiat: *l.* 8. D. *ad leg. jul. de adulter. l.* 37. *D. de minor.* fideicommiſſa: *l.* 9. *C. ad leg. Cornel. de fals.* hoſpitia: *l.* 3. §. 13. *D. de mun. & honor.* in integrum reſtitutionem; *l.* 11. *C. de præd. minor.* mercedem menſtruam: *l.* 20. §. *ult.* D. *de manumiſſ.* occaſionem prædæ: *l.* 1. D. *ſi ventr. nomin.* Occaſio, quæ præbet benignius reſponſum: *l.* 168. D. *de regul. jur.* Qui quid exercitui præbendum conduxerit: *l.* 19. *D. de teſtib.* Servitutem præbere, id eſt, cedere: *l.* 76. D. *de legat.* 2.

Præbere conſilium dicitur magiſtratus, qui curat, ut ſi quos in conſilium adhiberi neceſſe eſt, co-

cogantur ut conveniant: Vid. *l.* 1. D. *de. offic. consul.* *l.* 5. *D. de manum. vind.*

Præbere se legibus reus dicitur, qui ultro judicio aut supplicio se offert. Senec. *epist.* 71. Socrates potuit abstinentia finire vitam: triginta tamen dies in carcere & in exspectatione mortis exegit, ut *præberet se legibus* Plin. Est quædam innocentiæ species, *præbere se legibus*.

PRÆBITIO, præstatio. *Præbitores* angariarum: *l.* 21. *C. Th. de curs. publ. lib.* 8. *tit.* 5. quos Gothofredus interpretatur, provinciales, qui angarias & vehicula præbeant ad cursum publicum in certis provinciis. *Præbitio* annonæ: *l. ult.* D. *de nundin.* balnei: *l.* 35. §. *ult. D. de legat.* 3. Cura carnis & ceterorum pecorum, sive armentorum, quæ ad hujusmodi *præbitionem* spectant, ad curam præfecti urbi pertinent: *l.* 1. §. 11. D. *de offic. præf. urb.* ubi Crassus notat, verbum hoc apud Jurisconsultos venditionem notare.

PRÆCAVERE. Ut possit præcavere: *l.* 26. §. 7. D. *mandat.*

Præcavere satisdatione cogitur mulier, *l. ult. C. Theod. de testam. & codicill.* id est, ante cavere, quam ad optionem vi edicti de alterutro sibi competentem, admittatur. *Præcavetur* juris ordine: *l. C. Theod. de pact. & tran. fact.* hoc est, jam olim, jam antea cautum est. Eadem notione, quæ prærogata lex dicitur *l. un. pr. C. Theod. de Episcop. judic.* quæ jam olim lata rogataque est.

PRÆCELLERE ceteros dignitate: *l.* 8. D. *de pact.* honoris ordine: *l.* 8. §. *ult.* D. *de decurion.* Si sic honor præcellat: *l.* 1. D. *de de alb. scribend.*

PRÆCENTORES dicuntur cantores, qui in choro incipiunt in ecclesia collegiata: *C. cum olim de consuetud.* Dignitas est ecclesiastica in cathedralibus.

PRÆCEPS. *Præcipitem* se dare: *l.* 2. *D. qui testam. fac.* ex alto mittere: *l.* 23. §. 3. *D. de Ædil. edict.*

Præceps animus: *l.* 1. C. *si adv. fisc.* festinatio: *l.* 13. §. 7. *D. de jur. fisc.* *l.* 7. §. 1. D. *de admin. & per. tut.* *Præcipites* in *l.* 5. *C. de delator.* interpretatur Cujac. *in Commentar.* qui sine advocato fisci deferunt; sed Jac. Gothofredus, adfectibus in transversum actos intelligit. *Comment.* ad *l.* 3. *C. Theod. de petition.*

PRÆCEPTIO, quum uni ex institutis aliquid prælegatur, quod præcipuum habere jubetur. Per *præceptionem* legatum his verbis: Lucius Titius illam rem præcipito: Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 6. Per *præceptionem* dare, legare relinquere, id est, præter hereditatis partem dare: *l.* 48. D. *de jur. fisc.* Add. *l.* 20. D. *de instr. vel instr. leg.* *l.* 25. §. *ult. C. famil. ercisc.* *l.* 32. & 93. §. *ult. D. de legat.* 3. *l. ult.* §. 4. *D. de legat.* 2. *Præceptionis* legatum non nisi uni ex heredibus dari potest, ut aliquid ei ex hereditare præcipuum relinquatur: Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 5. §. 7. Ex caussa *præceptionis*: *l.* 1. §. 6. D. *quod legator.*

Præceptio, pro eo, quod per præceptionem relictum est: *l.* 55. §. 3. D. *ad SC. Trebell.* *l.* 2. *D. de instr. vel instrum. legat.* *l.* 25. *D. de adim. legat.* *l.* 34. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 12. *D. de his quæ ut indign.* *l.* 46. D. *famil. ercisc.* *l.* 26. §. 1. D. *de pact. dotal.*

Præceptio, præceptum, jussus, *l. ult. C. de jurisdict. omn. judic.* *l.* 2. *C. de his, qui ad eccles. confug.*

PRÆCEPTOR quomodo a pædagogo distet, vid. in *pædagogus.*

Præ-

Præceptores quoque omnes juris auctores adpellantur, ut in *l.* 32. D. *de damn. infect. l.* 28. *D. de reb. auctor. jud. possid.*

Singularis plane vocabuli hujus usus est, in *l.* 14. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* ubi Florentiæ legitur: Plane, si bona venierint, non oportet *præceptorem*, ne quidem pupillum restituere, nisi ex caussa, ut D. Pius rescripsit. At pleraque exemplaria ibi habent prætorem. Quum vero ne sic quidem sensus planus sit, Bynkersh. *lib.* 6. *obs. c.* 21. rescribit: receptorem, per eumque intelligit *fideicommissarium*. Elegans hæc & ingeniosa conjectura, sed conjectura tamen. Quid si intelligamus eum, cui per *præceptionem* legatum vel fideicommissum est? *Hein.*

PRÆCEPTUM pro jussu. Sic præceptum arbitri: *l.* 23. §. 1. D. *de recept. arbitr.* civile, prætorium: *l.* 31. D. *depos.* imperatorum: *l.* 10. D. *de publican.* judicis: *l. ult.* D. *qua sent. sin. adpell. l.* 11. D. *de except. l. ult.* §. 1. D. *de adpell. l.* 2. *C. d. tut. & cur. qui satisd.* juris: *l.* 10. *D. de justit. & jur. l.* 12. *C. de nuptiis.* legis: *l.* 37. *D. de minor. l.* 40. *D. de judic. l.* 52. D. *de oblig. & act. l.* 41. D. *de pœn. pr. Inst. de nupt. l.* 3. *C. de incest. nupt.* patris: *l.* 5. §. 9. D. *de administr. & per. tut.* prætoris: *l.* 8. D. *de in jus voc.* Senatusconsulti: *l.* 16. *C. ad leg. Falcid.* testatoris: *l.* 114. §. 4. *D. de legat. l.* 38. §. 4. *l.* 93. *pr.* D. *de legat.* 3. ubi nudum præceptum dicitur. *Præceptum* Trajani: *l.* 4. §. 12. D. *de re milit.*

PRÆCIDERE funem: *l.* 29. §. 3. & 5. *D. ad leg. Aquil.* pollicem: *l.* 23. §. 3. D. *eod. tit.* vites: *l.* 3. §. 4. D. *uti possid.* uvas: *l.* 14. §. 5. *D. de ædil. edict.*

PRÆCIPERE, imperare, jubere. Sic *præcipere* dicuntur Impp. constitutionibus vel edictis: *l.* 6. D. *de adpellat. recip. l.* 15. *D. ad leg. Corn. de fals.* mandatis: *l.* 1. D. *de colleg. & corp.* jura: *l. ult. C. ubi quis de curialib.* lex: *l.* 7. D. *ad leg. jul. repetund. l.* 1. D. *de alb. suib. l.* 3. D. *de excusat.* sententia: *l.* 1. §. 6. D. *quand. adpell.* testator; *l. ult.* §. *ult.* D. *de legat.* 2. A veteribus præceptum est; *l.* 3. §. 19. D. *de adquir. vel amitt. possess.*

Præcipere interdum est præcipuum aliquid e medio sumere, ac sibi habere. Nam qui præcipere quid jubetur, id præcipuum & sui juris sibi habere præter hereditariam portionem jubetur, & ut Græce effertur, ἐξαιρέτως λαβεῖν. Sic Plinius *lib.* 5. *epist.* 7. Nec heredem, inquit, institui rempublicam, nec præcipere posse constat. Et ita *præcipere* intellige in *l.* 96. §. 3. *l.* 107. & 125. D. *de legat.* 1. *l.* 1. §. 16. *l.* 27. §. 4. *l.* 63. §. D. *ad SC. Trebell. l.* 7. D. *si cui plus quam per leg. Falcid. l.* 10. D. *de alim. & cibar. legat.* Nec vero in hereditariis duntaxat prælegatis huic verbo locus est. Nam & socius præcipere dotem a socio communibus bonis numeratam dicitur, *l.* 80. D. *pro soc.* Et quod ex re alterius dominorum communis servus quæsiit, is cujus ea res fuit, præcipere dicitur: *l.* 45. D. *commun. divid.*

Præcipere aliquando est, per præceptionem relinquere. Sic: alumno præcipit militiam: *l.* 102. D. §. 2. D. *de legat.* 3.

PRÆCIPITARE præter propriam significationem etiam est urgere, ut in *l.* 33. D. *de jur. dot. l.* 1. §. 12. D. *de successor. edict.* Interest viventium, ne præcipitentur heredes, quando juste deliberant: *l.* 6. D. *de interrog.*

Sic

Sic Virgil. *lib.* 11. *Æneid.* *v.* 3. Præcipitant curæ, turbataque funere mens eſt.

PRÆCIPUA cauſſa, ratio: *l.* 1. *D. ſolut. matrim. l.* 8. *C. de judic.* id eſt potior. *Præcipuus* favor: *l.* 42. D. *de adminiſtr. & peric. tut.*

Præcipua, Donatus in *Virgil. Æneid. lib.* 5. ſcribit, dici, quæ præter communionem ſingulis proprio nomine deputantur, ut ſit ſæpe in teſtamentis, quum aliqua per præceptionem ſingulorum eſſe heredum conſcribit teſtator. Sueton. in *Galb. c.* 5. Mortuæ teſtamento pœnæ ditatus eſt, ſeſtertium namque quingenties quum *præcipuum* inter legatarios habuiſſet, quia vero notata jam præſcripta. Sidon. Apollinar. *lib.* 6. *epiſt.* 12. Illud autem deberi tibi, quodam, ut dicunt Jureconſulti, *præcipui* titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias. Unde etiam *præcipuum* habere quis dicitur, quod neque in collationem, neque in diviſionem venit. Nec caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe peculium fratribus confertur: hoc enim præcipuum eſſe oportet; *l.* 1. §. 15. *D. de collat.* Add. *l.* 23. §. 2. D. *de fideicommiſſ. l.* 3. *D. de caſtrem. pecul.* Mulier habebit *præcipuum*, dotem cum ſuis fructibus; *l.* 2. §. *ult. D. de dot. praleg.* & ita intellige *præcipua l.* 77. §. 21. *l. ult.* D. *de legat.* 2.

Præcipua civitatis in *l.* 35. *D. ad municipal.* ἐξαίρετα, quænam ſint ex *l.* 27. §. 1. D. *eod. tit.* explicant, & in uſu fori, templi, balnei, ſpectaculorum, conſiſtere judicant Cujac. & Franc. Modius *ad l.* 3. C. *de incol.* quos alii ſequuntur. Sed quum forum, balneum, ceteraque id genus etiam adventantibus exteris & peregrinis communia ſint, amplius aliquid illa præcipuorum voce erit intelligendum: cujus tamen ſignificationem nimis extendunt, quia jura præcipua publica, veluti ſuffragiorum, & ſimilia eadem ſignari arbitrantur cum Nic. a Salis *Siciliment. p.* 548. Incolis enim tribui non debet, quod aliorum, quam civium eſſe non poteſt, a quibus diverſos neque cum his confundendos eſſe incolas, oſtendit *l.* 29. D. *ad municipal.*

PRÆCISE, id eſt, ſimpliciter, abſolute, nude; §. 1. *Inſt. de leg. Aquil.* Unde etiam *præciſe* & *ſub conditione* opponuntur, in *l.* 1. §. *ult.* D. *ut legator. ſeu fideicommiſſ. cauſſ. cav.*

PRÆCISIOR, pro durior, potentior. Sic in *l.* 4. §. 8. *D. de re militar.* legunt Haloand. & Budæus, quum Florentiæ ſit *pretioſiorem.* Salmas. *ad jus Attic. & Rom. c.* 21. reſcribere jubet *gratioſiorem.* A qua ſententia non omnino alienus videtur Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 417. Hein.

PRÆCLUDITUR via: *l. ult. D. de acceptil.*

PRÆCOGITARE abſceſſum, *l.* 20. *C. Theod. de cohortal.*

PRÆCOMMODARI quadringentos ſolidos decernimus: *l. un. C. de Alexandr. primat.* cui reſpondet *l.* 5. *C. Theod. de Alexandr. pleb. primat.*

PRÆDA, ſpolium, & ut Non. Marcell. corpora ipſa rerum, quæ capiuntur. Vid. *l.* 28. §. 10. *de poen. l.* 4. *l.* 10. *l.* 28. §. 12. *D. de incend. ruin. naufrag. l.* 20. §. 1. D. *de capt. & poſtlim. reverſ. l.* 1. D. *ſi ventr. nomin. l.* 5. *C. de navicular. l.* 2. *C. Theod. de diſcurſor. l.* 2. *C. eod. tit.* In *prædam* mitti poſſeſſor dicitur, qui ante tempus mittitur, eaque ratione prædæ obnoxius fit: *l.* 34. *C. Theod. de annon. & tribut.*

Præda, ſive πραίδα, in legibus georgicis Juſtiniani apud Harmeno-

menopul. *lib. 6. tit.* 4. est quadrupedium pauperies. Moschopul. περὶ σχεδῶν πραΐδα, ἡ γινομένη βλάβη ἐν ἀμπελῶσι καὶ ἄγροις. *Præda* damnum datum in vineis & agris. Cujac. *ad lib. 22. Paulli ad Edict.* in *l. 2. D. si quadrup. paup. fec.*

PRÆDAMNATUS, est antea damnatus, *l. 2. C. Theod. de hæret.* προκαταγνωσθέντα adpellant Philoxeni Glossæ. Sic & *prædelegatio* dicitur, quæ ante tempus emittitur, in *l. 3. C. Theod. de indiction.*

PRÆDATOR insidians, *l. 3. C. de exsequutor. & exact.* pro quos insidens habet *l. 9. C. Th. eod. tit.*

PRÆDECESSORES suos Romanus Pontifex vocat, non tantum proxime antecedentes, sed & longissime distantes. Papir. Masson. *de urb. Episcop. lib. 5. fol. 212.*

PRÆDIATORES, de quibus Caium scripsisse constat ex indicio *l. 54. D. de jur. dot.* quæ scripta est ad edictum prætoris urbani tit. de prædiatoribus. Eorum meminit Cic. *pro Balb. c. 20.* & *lib. 12. Ad Attic. epist. 14. & 17.* *Prædiatores* autem, ut *prædes* dictos putat Brisson. qui publico fidem suam obligabant. Vet. Glossar. *Prædiator*, ὑπὸ φόρου δήμου ἐνδεμένος, ὠνητὴς τῶν ὑπαρχόντων. Quam interpretationem comprobant hæc Suetonii *in Claud. c. 9.* verba: Ad eas rei familiaris angustias decidit, ut quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege *prædiatoria* venalis penderit. Quibus adde quod scribit in Topicis Boetius: Vindex est, ait, qui alterius caussam suscipit vindicandam, veluti quos nunc *prædiatores* vocamus. Ita enim legi vult Cujacius, non *procuratores.* Sed de *prædiatoribus*, & jure prædiatorio luculenter scripsit Theodor. Georg. Grævius singulari dissertatione, quæ est Jo. Georg. Estoris *opuscul. Tom. 1. p. 765.* inserta.

PRÆDICABILIS erit, *l. 2. C. Theod. de famos. libell.* id est, laudem maximam ac præmium consequetur, *l. 7. eod. tit.* Idem ergo est *prædicabilis*, quod inclytus, gloriosus, prædicatione laudeque dignus, ἔνδοξος, ἐπαίνου ἄξιος, ut interpretatur Gothofredus. Sic Cicero *lib. 5. Tusculan. quæst. c. 17.* Nec immiseræ vitæ quidquam est, inquit, prædicabile aut gloriandum: nec in ea, quæ nec misera sit, nec beata. Et est in aliqua vita *prædicabile* aliquid, & gloriandum, & præ se ferendum. & *mox*: Quod si beata vita sit glorianda & præ se ferenda est, nihil est enim aliud, quod *prædicandum* & præ se ferendum sit.

PRÆDICERE, est ante dicere, & denunciare. Si ego scissem esse servum, nec *prædixissem*, ut possis præcavere: *l. 26. §. 7. D. mand.* Add. *l. ult. D. naut. caup. stab. l. 17. §. 19. l. 48. §. 7. l. 52.* D. *de Aedil. edict. l. 7. §. ult. D. de hered. pet. l. 7.* D. *qui satisd. cog.* Eo sensu & veteres verbo usi sunt. Terent. Andr. Act. 1. scen. 2. v. 34. Ne tibi dicas non prædictum. Lamprid. in *Commod. c. 10.* Si quis sane se mori velle prædixisset, hunc invitum præcipitari jubebat.

PRÆDIOLUM: *l. 88. §. 6. D. de legat. 2.*

PRÆDITUS diversis artibus: *l. 5. C. de serv. fugit.* dignitate: *l. 5.* D. *ad SC. Trebell. l. 7. C. de incest. nupt.* potestate: *l. 81.* D. *de judic. l. ult.* D. *quod met. causs. l. 1. C. si quacumque prædit. potest.*

PRÆDIUM. Prædia antiquissimis temporibus, ut Varro notat, erant

erant bona, five illa pecunia, five mancipia, five res foli effent, reipublicæ a præde pignori data, & obligata. Sunt autem prædes, inquit Varro *lib.* 4. *de ling. lat. p.* 11. & *prædia*, a præftando dicta, quod ea pignori data publica, ni mancupes fidem præftent. Vid. Grævii Differt. *de jure prædiatorio c.* 1. §. 4. & Ducker. *de Lat. vet. ictor. p.* 83. Poftea autem hoc verbum ad res foli quaslibet translatum eft. *Hein.*

Eft vero *prædiorum* generalis adpellatio, & tam ædes urbanas, quam villas complectitur. *Prædia* ergo alia funt urbana, alia ruftica, *rubr.* D. *de fervit. urban. & ruftic. præd. l.* 37. D. *de ufu & ufufr. legat.* Vet. Gloff, *Prædia ruftica funt, quæ fine ædibus funt five in agro. Prædia urbana funt, quæ habent ædificia & funt in urbe.* Urbanum quidem ab urbe dictum, uti rufticum a rure derivatum eft: ut quidquid urbanum non fit, rufticum perhibeatur. Etfi autem urbanum ab urbe dictum fit, non tamen illud quemadmodum urbis fignificatio, ad locum, fed ad ufum ac finem cujufque rei refertur. Nam cum eorum quæ in urbe verfantur, mores fint longe elegantiores & magis fuavitate præditi, quam qui femper ruri vixerunt; & alius cultus, aliud vitæ genus urbicorum fit quam agreftium, inde factum eft, ut illud proprie urbanum diceretur, quod magis ad civilem vitam aptum videretur, quod vero magis agreftibus ipfifque agris ac fructuum curæ conveniret, rufticum haberetur. De hac autem differentia Vid. art. *rufticum* & urbanum. Jura *prædiorum* urbanorum & rufticorum: quæ etiam fervitutes vocantur: *l.* 2. §. *ult. D. de divifion. rer.*

Prædium ferviens: *l.* 40. §. *ult.* D. *de verb. oblig.* quod debet fervitutem. At fundus cui debetur fervitus, prædium dicitur *dominans*, vulgo.

PRÆDO, pro graffatore, latrone, five terra, five mari prædam agens, quos & piratas vocamus. Ita *prædo* publicus, in *l.* 22. *C. Theod. de bon. profcr.* dicitur Stilicho, barbaros in imperium Romanum eo confilio immittens, ut Eucherium filium fuum imperio hac ratione admoveret.

Prædones etiam vocantur, qui nullam cauffam poffidendi habent. Sic in hereditatis petitione prædones intelliguntur, qui quum fcirent ad fe non pertinere hereditatem, invaferunt bona: fcilicet quum nullam haberent cauffam poffidendi: *l.* 25. §. 3. D. *de hered. pet.* Prædo etiam in eodem tractatu definitur, qui interrogatus, cur poffideat, refponfurus fit, quia poffideo: nec contendit fe heredem, vel per mendacium, nec ullam cauffam poffeffionis poffit dicere: *l.* 11. §. *ult. l.* 12. *l.* 13. D. *de hered. pet.* Et ita *prædo* accipiendus in *l.* 34. §. 9. D. *de folution. l.* 13. §. 10. *D. de ferv. corrupt. l.* 1. §. 3. D. *fi ventr. nomin.* Quilibet autem injuftus & malæ fidei poffeffor, prædo vocatur: *l.* 35. D. *de condict. indeb. l.* 22. §. 2. D. *de pignor. act. l.* 7. §. 4. D. *commun. divid. l.* 5. *l.* 64. D. *de judic.* Hoc tamen videtur differre a malæ fidei poffeffore *prædo*, quod hic nullum plane habeat titulum, ille contra: *l.* 13. §. 8. D, *de petit. hered.* Fingit enim prætenditque malæ fidei poffeffor femper titulum aliquem, *l.* 1. §. 9. D. *fi quis omiff. cauf. teftam.* Ita quoque Cujac. ad *l.* 126. D. *de reg. jur.* & Ant. Faber. *ad l.* 13. §. 8. D. *de hered. pet.* diftinguunt, quorum hic, non omnis, inquit, malæ fidei pof-

ſeſſor eſt *prædo:* licet omnis *prædo* ſit malæ fidei poſſeſſor. Enim vero & prædo dicitur qui poſſidet hereditatem, fingens ſibi aliquem titulum ab inteſtato poſſeſſionis: *l.* 1. §. 9. D. *ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. Prædones* & hi, qui bona fide poſſident, opponuntur, *l.* 13. D. *de noxal. act.* Atque adeo vel bonæ fidei poſſeſſor poſt petitam hereditatem prædo dicitur: *l.* 31. §. 3. D. *de petit. hered.* qui poſt controverſiam motam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe: *l.* 27. §. 7. *D. eod. tit. Prædonis* autem loco habetur, qui tacitam fidem interpoſuit, ut non capienti reſtitueret hereditatem: *l.* 46. D. *de hered. pet.* Non certe *prædo* eſt, qui pretium numeravit: *l.* 13. §. 8. D. *eod. tit.* quo pertinet *l.* 126. *D. de reg. jur.* Non eſt etiam prædo, qui dolo caret, quamvis in jure erraverit: *l.* 27. §. 6. *D. de hered. pet.* Sed fidejuſſorem imperite lapſum, prædonem videri in ſpecie *l.* 32. *pr.* D. *de negot. geſt.* Papinianus reſpondit. Si ex ſtipulatione Stichum tibi debeam, & non tradam eum, tu autem nactus ſis poſſeſſionem, prædo es, *ibid. Prædonem* etiam eum, qui manumiſſus ex cauſſa peculiari habeat rem, non conceſſo ſibi peculio, vocat Ulpianus *l.* 13. §. 8. D. *de adquir. poſſeſſ.*

PRÆDONIO more verſari: *l.* 25. §. 5. D. *de hered. pet.*

PRÆESSE armato: *l.* 12. §. 1. *D. de re milit.* exercitui: *l.* 12. §. *ult.* D. *eod. tit.* pani: *l. ult.* §. 7. D. *de mun. & bonor.* provinciæ: *l.* 9. §. *ult.* D. *de offic. proconſ. & paſſim.* judicio: *l.* 3. *C. de juriſd. omn. judic.* juri dicendo: *l.* 1. *C. ut in poſſeſſ.* juriſdictioni: *l.* 10. *D. de juriſd.* privatis: *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* quæſtioni alicui, apud Cic. *pro Roſc. Amer. c.* 6. & *pro Cluent. c.* 33. & *de orat. lib.* 1. *c.* 10.

PRÆFATA jura, id eſt, ſupra dicta, *l.* 19. §. *ult.* D. *comm. divid. Præfata* modi: *l.* 12. §. 1. D. *qui pot. in pign.*

PRÆFATIO, pro proœmio, tum in cauſſis dicendis, ut in *l.* 1. D. *de orig.* tum in ſcribendo, *ibid.* Sed & conventionum & teſtamentorum dicuntur præfationes. Ut: Plerumque ea, quæ præfationibus conveniſſe concipiuntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur: *l.* 134. §. 11. D. *de verb. oblig.* Neque poſt præfationem adjecturum teſtatorem fuiſſe res corporales: *l.* 95. D. *de legat.* 3.

PRÆFECTIANI, Præfecti prætorio adparitores, *l.* 8. *C. de off. rect. prov. l.* 2. *l.* 3. *C. de adparit. præf. præt. rubr. C. Theod.* ne præfect. exactoris vel curioſi, fungatur offic. in quibus tamen locis *præfectiarios*, & *præfectiarius* vitioſe ſcriptum eſt, ut monet Cujac. *in not. Inſt. tit. de milit. teſtam.* Marcellin. lib. 17. ut nec *præfectianus*, nec præſidialis adparitor ad ſolvendum quemquam urgeret.

PRÆFECTORIUS, dicitur, qui præfecturam geſſit, in *l.* 1. *D. de ſenator. & Conſt. omnem reipublicæ, de concept. Digeſtor.* Præfectorii domus ſuas habeant, quoad vixerint, hoſpitibus liberatas: *l.* 10. *C. de metat.* Interea legati provinciæ Galliæ Tonantius Ferreolus *præfectorius*, Afriani Syagrii conſulis e filia nepos, &c. Sidon. Apollin. *lib.* 1. *Epiſt.* 7. qui & Paulli *præfectorii* cum honore meminit *ibid. epiſt.* 9. *Præfectoria* familia, apud eumd. *lib.* 5. *epiſt.* 16.

PRÆFECTURA prætoriana vel urbana: *l.* 25. *C. de procur.* prætoriana, apud Caſſiodor. *lib.* 6. *variar. epiſt.* 3. urbana, Ambroſ.

brof. *lib.* 3. *offic.* c. 8. urbi: *l.* 1. D. *de offic. præf. urb.*

Præfecturæ etiam vocabantur aliquot alia oppida, in quæ quotannis præfecti juris dicundi caussa mittebantur, nec municipiorum jure censebantur. Festus Pompeius: *Præfecturæ* eæ adpellabantur in Italia, in quibus & jus dicebatur & nundinæ agebantur, & erat quædam eorum respublica, neque tamen suos magistratus habebant; in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent, quarum genera fuerunt duo. Alterum, in quas solebant ire præfecti quatuor, (sex virum pro populi suffragio creati erant:) in hæc oppida Capuam, Cumas, Cassilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Attellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant, quos prætor urbanus quotannis in quæque loca miserat legibus, ut fundos Formias, Cære, Veneteum, Alifas, Primerium, Anaginam, Fusinonem, Reate, Saturniam, Mursiam, Arpinum, aliaque complura &c. Et ita in legibus antiquis *Præfectura* à municipio, conciliabulo separatur. Vid. Noris. *Cenotaph. Pisan. Differt.* 1. *p.* 14.

PRÆFECTUS. Præfectorum in libris juris civilis hæc potissimum recensentur genera.

Præfectus Aegypti, cui imperium ad similitudinem proconsulis, lege sub Augusto datum est: *l.* 1. D. *de offic. præf. August.* Ab Augusto siquidem primum præfectus hic institutus: cujus principatu primus Aegypto præfuit Cornelius Gallus, quemadmodum Sueton. *August. c. 66.* & Dio Cass. *lib.* 51. *p.* 455. referunt. Unde & *præfecti Augustalis* hic *præfectus Aegypti* nomen invenit: ita quippe adpellatur *rubr.* D. *de offic. præf. Augustal. l. un. C. de rotiocin. oper. publ. l.* 29. *C. de adpellat. l. ult. C. de mod. mulct. l.* 13. *C. de advoc. diverf. judic. l.* 3. §. 1. *C. de canon. largit. l. ult. C. de legation.* Et *Augustalis* vel Αυγυςάλιος absolute, in *l.* 32. *C. de adpellat.* & *Novell.* 23. *c.* 3. & 24. *c.* 4. Hujus porro *præfecti* Aegypti mentio est in *l.* 21. D. *de manum. vind. l.* 1. D. *de offic. præf. August. l.* 30. §. 1. D. *ex quib. cauf. major. l.* 1. §. 1. D. *de leg. Cornel. de fals. l.* 1. *C. de postuland.* & apud Suet. *in Vespaf. c.* 6. Tacit. *lib.* 1. *hist. c.* 11. & Strabon. *Geogr. lib.* 17. *p.* 1147. Sub dispositione hujus erat Libia utraque, Thebais, Aegyptus, Arcadia, Augustanica. Vera autem origo & caussa hujus præfecti constituendi, dandique ei, lege sub Augusto lata, imperium ad similitudinem proconsulum, ea videtur fuisse, quod superstitione quadam, seu certe superstitionis velamento, insita providentia deterritus fuerit Augustus, & ante Augustum senatus, ne proconsules fasces in Aegyptum mitterent, ut Spartian. refert, *in ult.* 30. *tyrannor.* & Tacit. lib. 2. Annal. *c.* 59. demonstrat his verbis: *Nam Augustus, inter alia dominationis arcana vetitis nisi permissu, ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis inlustribus,* (id est, qui honoribus usi essent,) *sepofuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam, claustraque terræ ac maris, quamvis levi præsidio adversum ingentes exercitus insedisset.* Ob hanc igitur caussam in provinciæ formam redacta Aegygtus non est. Nec senatores hunc magistratum accipere consueverant, sed equestris ordinis viri, quemadmodum & juridicus Alexandriæ ex iis creari solitus, & si qui alii per Aegyptum administrationes gererent, quod idem Ta-

Tacit. *lib.* 12. *annal. c.* 60. significat his verbis: *Nam Divus Augustus apud equestres, qui Ægypto præsiderent lege agi, decretaque eorum perinde haberi jusserat ac si magistratus Romani constituissent.* Et paulo post: *Claudius omne jus tradidit, de quo toties seditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione judiciorum locaretur, aut rursum Serviliæ leges senatui judicia redderent.* Per id, quod dicit, *qui Ægypto præsiderent*, juridicum Alexandriæ & hunc *præfectum* accipere debemus. Nam & juridico Alexandriæ legis actionem datam constat, *l.* 1. D. *de offic. jurid. Alexand.* Ex iis intelligere licet, quare non proconsul, sed præfectus in Ægyptum, & quo ex ordine mittatur. Exstat autem in juris Pandectis *tit. de offic. præfect. Augustal.* quem & eundem habemus *lib.* 1. *C.* ac sub eo duas constitutiones, quarum posteriore non *præfectus Augustalis*, sed *præfectus prætorio Augustali* legitur, quamvis in aliquibus libris verbum illud, *prætorio*, non reperiri Haloander annotet. Sed utut res se habet, idem utique significari videtur: &, ut *præfectus orientis*, Africæ & Illyrici, nonnumquam legitur, qui tamen sæpius *præfectus prætorio* Orientis, Africæ, & Illyrici adpellatur. Indicant duæ illæ constitutiones provinciarum quarumdam moderatores, & judices ordinarios huic præfecto subesse. Hoc etiam Imp. nostri Novella constitutio demonstrat. *Auth. de adpellationib. §. illud.* Nam adpellationum caussas ab Ægyptio tractu, & ei adjuncta utraque Libya, ad *præfectum* Augustalem deferri jubet. Quomodo scilicet, & præfecto prætorio Africæ quosdam præsides subesse postea voluit: *d. l.* 1. *de offic. præf. præt. Afr.* Add. Cujac. *ad l.* 3. *prop. fin. C. de canon. largit.* Qui, inquit, in Ægypti provinciam mittitur proconsulari potestate, specialiter dictus est *præfectus*, *Augustalis l.* 1. D. *de offic. præf. Aug.* Eum habere τὴν τȣ̃ βασιλέως τάξιν scribit. Tacitus regis loco esse. Ammian. Marcellin. 22. Ægyptus quæ jam inde, ut Romano Imperio juncta est, regitur a præfectis.

Præfectus ærarii, qui ærarii publici curam gerebat. Curam enim ærarii a quæstoribus esse ad præfectum tandem translatam, Gellius *lib.* 13. *c.* 23. auctor est, quod Neronianis temporibus factum significat Tacitus *lib.* 13. *Annal. c.* 29. quum ait: *dein princeps curam tabularum publicarum a quæstoribus ad præfectos transtulit.* Nam in templo Saturni non minus tabularium quam ærarium populi Romani Plutarchus *in Quæstionib. Roman. p.* 275. *Tom.* 2. tradit. *Præfectorum* ærarii officium colligere licet ex *l.* 12. D. *de his quæ ut indign. l.* 2. §. 4. D. *ne quid in loc. publ.* ubi memorantur *præfecti* locorum quæ sunt in fisci patrimonio, *l.* 42. *D. de jure fisci*, ubi Ariani Severi *Præfecti* ærarii mentio est; *l.* 4. §. 20. D. *de fideicomm. libert. l.* 1. §. 9. D. *ad leg. Cornel. de fals. l.* 8. §. 19. *D. de transact.* Add. *l.* 15. §. 4. *&* §. *ult.* D. *de jur. fisci.* Duos autem fuisse *ærarii præfectos*, Plinius indicat, qui se hujusmodi præfecturam cum Tertullo Cornuto, quem & collegam in consulatu habuit, gessisse se testatur, *lib.* 5. *epist.* 15. *& in panegyr. c.* 92.

Præfectus annonæ, non est magistratus, sed extra ordinem utilitatis caussa constitutus est: *l.* 2. §. 33. D. *de orig. jur.* Ulpianus *præfectum* propter ministerium annonæ, vocat in *l.* 1. §. 18. D. *de exercitor. action.* Apud *præfectum* annonæ actam caussam contra do-

dominum pro pretio hordei, & ab eo ad imperatorem provocatum, indicat *l. ult.* D. *quod cum eo, qui in al. pot.* Mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri a *præfecto annonæ* deferentem, Divus Severus & Antoninus rescripserunt: *l.* 13. D. *de excusat.* Ubi videndum, ne pro Severus, *Verus* restitu n lus sit. Aut enim Marcianum, aut Papirium Justum falli in Imperatorum nomine, necesse est, qui Imperatores Antoninum & Verum Augustos in hæc verba rescripsisse refert: Etsi non soleant hoc genus nunciationis mulieres exercere, tamen quia demonstraturam te, quæ ad utilitatem annonæ pertinent, polliceris, *præfectum annonæ* docere potes: *l.ult.* D. *ad leg. Jul. de annon.* Publio Minutio *præfecto* annonæ extra portam trigeminam columnam unciaria stipe, collata stipe positam, Plinius *lib.* 34. *hist. nat. c.* 5. narrat. Ad hujus autem officium posterioribus temporibus pertinuisse, ut annona urbi præpararetur, & ubique panis copia redundaret, pondereque justo ac munditie debita panis veniret, Cassiodor. *lib.* 6. *var.* in formula *præfecturæ annonariæ* docet: ideoque ejus examini pistores & suarios subjectos fuisse, quemadmodum etiam ex *l.* 3. 12. & 15. *C. Theod. de pistorib.* patet. Tesseras etiam frumentarias ab eo acceptas fuisse ostendit *Novell.* 88. *c.* 2. Τινὰς παραγγέλλοντας τοῖς χορηγοῦσι τὸ δημόσιον σιτηρέσιον, ἢ καὶ ψῆφους πορίζομένους παρὰ τοῦ τῶν ἀνώνων ὑπάρχου, βουλομένους ἀναρτηθῆναι τὴν χορηγίαν, καὶ τὸν ἐντεῦθεν μόνον, ὡς εἰκὸς, τρεφόμενον ἀποστερῆσαι τῆς χορηγίας, quæ sic vertit Hombergk zu Vach. *p.* 615. Aliqui denunciando illis, qui publicam annonam præbent, vel etiam decreta (vel tesseras) a præfecto annonarum accipiendo, velint erogationem suspendi, eumque, qui exinde solum forte alitur, erogatione privare, ex qua ille omnem victum accipit.

Præfectus cohortis vel *equitum*, *l.* 63. D. *de rit. nupt.*

Præfectus pagi l. 7. C. *quæ res pign. oblig.* non *pacis*, ut habet, *l.* 1. C. *Theod. de pignor.* quæ una cum *l.* 49. *in fin. C. Theod. de decurion.* ex Justinianeo codice emendanda est, uti notat Gothofredus. Iidem cum *præfecti* sunt *pagorum* præpositi, ut vocantur in *l.* 1. C. *Theod. de erogat. milit. annon.* ubi procuratoribus seu susceptoribus & horreorum præpositis, in *l* 49. *D. de decurion.* autem susceptoribus etiam diversarum specierum junguntur. De iisdem etiam *l.* 1. *C. Theod. de iis, quæ administr. l.* 2. *C. de suscept.* quæ est *l.* 8. *C. Theod eod. tit.* Quod ad munus eorum & officium attinet, Jac. Gothofredus inter cetera annonæ militaris exigendæ, suscipiendæ, & vicissim erogandæ curam eos præstitisse, tradit in *Commentar. ad l.* 1. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* Eos Justinianus *Edicto* 13. & in *Novellis* aliquoties παγάρχους vocat.

Præfectus prætorio. Præfecti prætorio ad similitudinem magistrorum equitum a principibus electi sunt, data est plena licentia, ad disciplinæ publicæ emendationem: *l.* 1. *D. de offic. præf. prætor.* Magistrorum equitum, qui dictatoribus jungebantur, officium fere tale erat, quale hodie præfectorum prætorio, ait Pomponius *l.* 2. §. 19. D. *de orig. jur.* Ac primum ex equestri ordine legebantur, primusque ex ordine senatorio Titus eam præfecturam suscepit, numquam ad id tempus, nisi ab equite Romano administratam, ut Sueton. *in Tito c.* 6. scribit. *Præfectos prætorio* auditorium habuisse te-

testimonio est *l.* 40. D. *de reb. cred.* in qua Paullus proponit in auditorio Æmilii Papiniani *præfecti prætorio* jurisconsulti cautionem. *Præfecti* etiam *prætorio* ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamvis adpellari ab his non possit: *l.* 17. D. *de minor.* Adpellari a *præfectis prætorio* non posse, item a sententia eorum, minores ætate, ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis *præfectis prætorio* restitui possent, tradit Arcadius, *l.* 1. D. *de offic. præf. prætor.* Horum quoque mentio est in *l.* 3. §. 3. D. *de usur. l.* 21. D. *de his, qui not. infam.* Unde dictus sit, *præfectus prætorio*, Asconii exstat auctoritas. Veteres, inquit, omnem magistratum, cui pareret exercitus, prætorem adpellaverunt. Unde & prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in castris porta prætoria, & hodie quoque *præfectus* prætorio. Præfectorum autem prætorio auctoritatem potestatemque Zosimus *lib.* 2. *c.* 32. indicat his verbis ex græco versis: Conturbavit & magistratuum officia, jam olim instituta. Nam cum duo essent *præfecti prætorio*, qui hoc officium communiter gerebant, non palatini tantum ordines eorum cura potestateque gubernabantur, sed etiam ii, quibus urbis erat commissa custodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim *præfectorum* prætorio magistratus, qui post Imperatorem secundus existimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem disciplinam admissa convenientibus pœnis corrigebat. Ante Zosimum Herodianus *lib.* 5. *c.* 1. *præfecturam prætorianam* secundæ post principem potestatis esse scripserat. Hoc enim sibi vult Opilius Macrinus in suis in senatum litteris, quum ait eam potestatem non multum abesse a principatu. Socrates *hist. eccles. II.* 11. *præfecturam prætorianam* vocat majorem ceteris magistratibus potestatem, & ab imperatore secundam. Hinc vocabatur *sublimissima sedes*, *l.* 16. *C. de judic. l.* 27. *C. de fidejussor. Nov.* 165. *rubr.* ipsique *præfecti prætorio* ἐνδοξότατοι seu *gloriosi*, uti in *Commentar. ad leg. jul.* & Pap. Poppæam *lib.* 2. *c.* 2. §. 2. *p.* 143. ostendit Heinecc. *Præfecti* autem *prætorio* non uno eodemque numero semper fuerunt. Ante Constantini quidem tempora duos tantum fuisse satis constat. Quamquam sub Commodo tres quoque *præfectos prætorio* casu potius quam more atque ordine factos, Lamprid. in *Commod. c. 6.* scribit in hunc modum: Præfectus etiam Æbutianus inter hos est interemtus, in cujus locum ipse Cleander, cum aliis duobus, quos ipse delegerat, præfectus est factus. Tunc primum tres *præfecti prætorii* fuerunt. Sane Constantinum *præfectorum* numerum auxisse, eisque alios duos adjecisse, Zosimus ejus factum improbans *lib.* 2. *c.* 33. refert his verbis latine ex Græco versis: Constantinus autem recte constituta loco movens, unum hunc magistratum in quatuor imperia discerpsit. Nam uni præfecto prætorio totam Ægyptum cum Libyæ Pentapoli, & orientem ad Mesopotamiam usque, & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam, a Pamphylia Trapezuntem usque, & usque ad castella propter Phasidem sita tradidit: eidem & Thracia commissa, ut Mysia, Hæmi, ac Rhodopes, ac Doberi oppidi finibus circumscripta. Præterea Cyprum adjecit, & Cycladas insulas, Lemno & Imbre & Samothracia exceptis. Alteri Macedones attribuit, & Thessalos & Cretenses & Græciam & circumjacentes insulas, & Epirum utramque;

præter hæc & Illyrios & Dacas & Triballos, & Pannonios & Valeriam usque, & Mysiam superiorem. Tertio totam Italiam & Siciliam & circumjacentes insulas, & Sardiniam & Corsicam & Africam a Syrtybus ad Cyrenem usque. Quarto transalpinos Celtas, & Hispanos cum Insula Britannica. *Notitia* quoque *dignitatum utriusque Imperii* Mariani Scoti *p.* 8. *edit. Pancirol.* quatuor nobis *Præfectos prætorio* exhibet, quorum duo in partibus Orientis constituti erant: videlicet *præfectus prætorio per Orientem*, & *præfectus prætorio* per Illyricum. Totidem in partibus Occidentis, videlicet *præfectus prætorio per Italiam*, & *præfectus prætorio per Gallias.* Sub dispositione *præfecti prætorio Orientis* erant diœceses quinque: Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. Oriens autem provincias continebat quinque, Ægyptus sex, Asiana decem, Pontica totidem, Thracia sex. Sub dispositione vero *Præfecti prætorio per* Illyricum erant diœceses duæ: Macedonia, & Dacia, quarum hæc provincias quinque illa sex complectebatur. Sub dispositione præfecti prætorio Italiæ erant diœceses tres: Italia, Illyricum, Africa. Prior septem decim provinciis circumscribebatur, altera sedecim posterior septem. Sub dispositione *præfecti prætorio Galliarum* erant diœceses duæ: Hispania & Britannia. Illa septem, hæc quinque provinciis concludebatur. Justinianus vero debellatis & exactis Vandalis Africam a Prætoriana Italiæ præfectura exemit, eique propriam præfecturam dedit: *l.* 1. & 2. C. *de offic. præfect. prætor. Afric.* Ita additus est quatuor superioribus quintus, *præfectus prætorio.* Africæ, eique subditæ sunt septem provinciæ, Tingitana, Carthago, Tripolis, Numidia, Mauritania, Sardinia, Bizicum. Sic etiam postrema hæc provincia scribenda est, quum ex vetustis codicibus, tum ex *Notitia dignitatum*, in qua tamen uno in loco Byzantium perperam legitur, quem errorem etiam evincit, *l.* 2. *C. de offic. præf. præt. Afric.* ubi hæc provincia Byzacena, non Byzantina adpellatur. Et Plin. *lib.* 4. *natur. hist. c.* 4. qui Byzacium in Africæ regionibus numerat. De *præfecti prætorio* potestate sub Theodorico, vid. Cassiodor. *lib.* 6. *variar. epist.* 3. ei assurgi solitum a principibus idem indicat *lib.* 3. *epist.* 20. *Præfectum* prætorio ὕπαρχον τῆς αὐλῆς vocat Procop. *de bell. Persic. lib.* 1. non semel. Sed de *præfecti prætorio* munere, auctoritate, dignitate, insignibus, fuse & diligenter egit Petr. Faber, *lib.* 1. *semestr. c.*1.2. & 3. immo & Philipp. Berterius Πιθανῶν Diatrib. 1. apud Ev. Otton. *in Thesaur. jur. civ. Tom.* 4. *p.* 801. Ceterum a *præfecto prætorio* diversus fuit *præfectus prætorianorum*, qui præerat militibus prætorianis, summoque olim honore habitus est. Est hic qui postea *Comes Aulicorum*, *Cura palatii*, & tandem sub Justiniano *Curopalates* vocatus est. Evagr. *Hist. Ecclesiast. V.* 1. Add. Car. Du Fresne *Glossar. Lat.*

Præfectus vigilum non est magistratus, sed utilitatis caussa extra ordinem constitutus: *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.* Augustus septem cohortes vigilum opportunis locis constituit, ut binas regiones urbis unaquæque cohors tueretur præpositis eis tribunis, & super omnes spectabili viro, qui præfectus vigilum adpellatur: *l.* 3. *pr. D. de offic. præf. vigil.* Cognoscit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus: nisi si qua tam atrox, tamque famosa per-

persona sit, ut præfecto urbi remittatur: *l.* 3. §. 1. D. *eod. tit.* Vetus Glossar. *Præfecti vigilum*, sunt præfecti nocturni, qui excubias agebant, præsunt incendiis arcendis. Justinianus *Novell.* 13. *præf.* τὰς λαμπροτάτους τῆς αἰγρυπνίας ἄρχοντας, *clarissimos vigilum præfectos*, patria Romana lingua *præfectos* vigilum adpellari, Græca vero lingua ἐπάρχους τῶν νυκτῶν *præfectos noctium*, quam adpellationem, ut parum decoram, abolens Justinianus πραίτωρας δήμων, *prætores plebis* nominari constituit, ἐπὶ τῇ Φυλακῇ τε καὶ ἐνταξίᾳ τεταγμένος, καὶ τὴν δημώδη καθισᾶν ἰσχύοντας ἀταξίαν. quia ad custodiam & disciplinam constituti sunt, populare sque seditiones cohibere possunt. Præfecti vigilum mentio etiam est in *l.* 56. §. 1. D. *de furt. l.* 15. *D. de condict. causs. dat.* in qua non *vigilum*, sed *urbi præfectum* legi oportere, censet Gerard. Noodt. *Probabil. lib.* 2. *c.* 5. Sed fures effractores a *præfecto* vigilum coercitos esse satis constat, ut emendatione ista opus non sit.

Præfectus urbis, vel *urbi*. Quoties magistratus proficiscuntur, unus relinquitur, qui jus dicat, is vocatur *præfectus urbi*, qui præfectus olim constituebatur, postea fere Latinarum feriarum caussa introductus est, & quotannis observatur: *l.* 2. §. 33. D. *de orig. jur.* Caussam ergo huic magistratui creando ferias Latinas dedisse, Pomponius ait. Unde & *præfectum* urbi, πολίαρχον ἐν ταῖς ἀνοχαῖς, *præfectum urbi feriarum*, (Latinarum scilicet,) caussa Dio Cass. *lib.* 43. *p.* 238. vocat, quem locum male habuit interpres, *ædilem feriis constitutum* vertens. Vales. *ad excerpt. Peiresc. p.* 72. Sueton. *in Claud. c.* 13. ex Epistola Augusti ad Liviam: In Albanum montem ire eum (de Claudio loquitur) non placet nobis aut esse Romæ Latinarum diebus. Cur enim non præficitur urbi, si potest fratrem suum sequi in montem? Gell. *lib.* 14. *c. ult. præfectum* urbi Latinarum caussa relictum Senatum habere posse Mutius negat. Sueton. *in Neron. c.* 7. Auspicatus est, & jurisdictionem *præfecti urbis* atque Latinarum celeberrimis patronis, non translatitias, ut adsolet, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus, quamvis interdictum a Claudio esset. Tacit. *lib.* 4. *Annal. c.* 36. Postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus præfectum urbis Drusum auspicandi gratia tribunal ingressum adierit, Calpurnius Salvianus in Sextum Marium. Contrariis autem populi studiis ac partibus effectum esse, ut sine hoc magistratu respublica anni unius spatio fuerit Dio *lib.* 54. *p.* 525. docet. Dein Augustum lege lata sanxisse, ut quotannis *præfectus* unus *urbi* crearetur, *ibid. p.* 532. subjicit. Ea caussa est, cur præfecturam urbis inter officia ab Augusto excogitata numerarit Sueton. *in Aug. c.* 37. Nam Augusto vetustiorem antiquioremque fuisse hunc magistratum, non est ignotum, & vel unius Varronis testimonio satis liquet ex ejus epistolicis quæstionibus. Gell. *lib.* 14. *c.* 7. locum laudat, quo inter ceteros, per quos more majorum Senatus haberi poterat, *præfectum urbi* ponit. Ab Augusto utique lectos ad id munus ex equestri ordine, atque adeo impuberes, Dio *lib.* 49. *p.* 416. narrat. Ait enim: ἐν δὲ ταῖς ἀνοχαῖς αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι, παῖδες ἄνηβοι, ἐξ ἱππέων, ἀλλ' οὐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες, ἦρξαν. Feriarum caussa autem *præfecti* urbi a Cæsare constituti sunt pueri impuberes, equestri non senatorio

torio genere nati. Facta est autem *præfecti* urbis jurisdictio & potestas Divorum fratrum constitutionibus, tum maxime epistolis Severi & Commodi ad Fabium Cilonem, cujus fit mentio in *l.* 1. D. *de offic. præf. urb. l.* 6. §. 1. *D. de interd. & releg. l.* 1. §. 4. *D. de legat.* 3. Eoque perducta demum res est, ut omnia crimina sibi *præfectus urbi* vindicaret. Sub dispositione vero *præfecti urbis* Romæ labentis imperii temporibus erant *præfecti* annonæ & vigilum, comites riparum, & alvei Tiberis & cloacarum & portuum, Magister census, Rationalis virorum, Tribunus fori suarii, consularis aquarum, curatores operum, maximorum operum publicorum, statuarum, horreorum, centenarius portus, ut in *notitia* traditur.

Præfectura hæc *urbana* ab Augusto non quidem primum instituta, (nam & sub regibus, & libera republica absentibus magistratibus *præfectos urbi* creatos, novimus ex *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.* Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.* 11. Dionys. Halicarn. *lib.* 2. *p.* 85. Liv. *lib.* 3. *c.* 29.) sed in perpetuum & ordinarium magistratum mutata, ut esset, qui coerceret servitia, & quod civium audacia turbidum, nisi vim metueret. Tacit. *ibid.* Postea amplissima ejus in urbe potestas, imperium merum, & urbis universæ cura, ceu patet ex *tit. D. de offic. præf. urbi.* Adpellationes omnium dignitatum potestatumque addidit Florianus Imp. Vopisc. *in Florian. c.* 6. *l.* 17. *C. de adpellat.* quamvis ab ipso *præfecto urbi* ad principem adpellaretur, *l.* 38. *pr. D. de minor. l.* 23. *C. Theod. de adpellat.* Parem quoque *urbanæ* ac *prætorianæ præfecturæ* fuisse dignitatem, quin primum ei in senatu locum competiisse, docuit Phil. Berter. *Pithanon. Diatrib.* 1. *c.* 3. *p.*818. Hinc Ausonius *in Mosella v.*409. Quique caput rerum, populumque patresque, Tantum non primo rexit sub nomine. Edictorum ab illis propositorum exempla sunt apud Ammian. Marcellin. *lib.* 27. *c.* 9. & *lib.* 28. *c.* 4. in primis vero apud Gruter. *Inscript. p.* 747. 6. 7. ubi bina Turcii Aproniani *præfecti urbi* edicta integra supersunt. *Hein.* Judicem dare possunt, *præfectus urbi*, vel prætorio: *l.* 1. *D. quis & a quo adpell.* Vid. & *l.* 0. *D. de obseq. parent. l.* 5. D. *de manumiss. l.* 8. D. *de extraord. crim.* Præfecti utique nomine in *l.* 2. D. *de in jus vocand. præfectus urbi* accipiendus est.

PRÆFERRI dicitur creditor, qui ex bonis communis debitoris primus id, quod sibi debetur aufert. Sic: Respublica creditrix communibus chirographariis creditoribus præfertur: *l.* 38. §. *ult.* D. *de reb. auct. judic. possid.*

Prælato die, *l.* 1. §. 2. D. *de edendo l.* 28. D. *ad Leg. Cornel. de fals.* id est, antelato, seu repetito, ut loquitur, *l.* 3. D. *de fid. instrument.* Cujac. *lib.* 3. *observ. c.* 7. Præferre *diem*, antevertere & anticipare interpretatur. Sic enim & apud Livium *lib.* 39. Triumphare mense januario statuerat, sed *prætulit* triumphi diem.

PRÆFICI dicuntnr Irenarchæ disciplinæ publicæ & corrigendis moribus: *l. ult.* §. 7. D. *de muner. & honor.* Præfici rationibus fundi: *l.* 31. D. *de adim. leg.* urbi, apud Suet. *Claud. c.* 3.

PRÆFINIRE, præscribere, præstituere, constituere. Sic *præfiniri* dicuntur dies: *l.* 17. §. *ult.* D. *quand. dies ususfr. l.* 6. D. *de nautic. fœn. l.* 10. D. *de excusat. l.* 4. *pr.* D. *de peric. & comm. rei vend.* numerus: *l.* 1. D. *de decret. ab ord. fac.* quantitas: *l. ult.* D. *de condict. indeb.* quinquennium: *l. ult.* D. *de condict. indeb.* no-

modus: *l.* 5. D. *de administr. & per. tut.* tempus: §. 23. *Inst. de hered. inst. l.* 29. §. *ult.* D. *de evict. l.* 46. D. *ad SC. Trebell. l.* 31. §. 22. D. *de ædil. edict. l.* 18. D. *de accusat. l.* 47. D. *de pact. & passim.* Hinc

PRÆFINITIO annorum: *l.* 20. D. *quand. dies legat.* centum dierum: *l.* 1. *C. de suis & legit.* temporis: *l.* 19. D. *quand. dies legator.*

PRÆGNANS. Negat lex regia, mulierem, quæ prægnans mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur: *l.* 2. D. *de mort. infer.*

PRÆGRAVARE, præponderare, prævalere. Si nulla caussa prægravet, id est, si omnia nomina similia fuerint: *l.* 5. D. *de solution.* Sueton. *in Jul. c.* 68. *prægravant* tamen cetera facta, dictaque deridet.

Prægravare, onerare, in *l.*21. D. *de his qui not. infam.* §. 20. *Inst. de actionib. l.* 2. §. 1. D. *de procurat.*

PRÆJUDICARE, obstare, viam præcludere, nocere. Res inter alios actas, judicatas, absenti, aliis non *præjudicare*: *l. ult. C. quib. res judic. l.* 65. D. *de re judic.* Actio civilis criminali non *præjudicare*: *rubr. C. quand. civil. act. crim. non præjud.* statui præjudicari: *l. ult. C. de ingen. manum.* Quæ invito te acta sunt, tibi non præjudicant: *l.*27. *D. de procurat.*

PRÆJUDICIALES actiones dicuntur ex eo, quod plerumque *præ*, i. e. *ante* exerceantur, quam alia judicia præcurrant. Ideo autem in rem videntur esse, ut ait Imp. in §. 13. *Inst. de action.* quia sunt veluti de proprietate, & veluti proprietatis caussam continent. Nam cum dico Titium libertum meum, vel filium meum esse quodammodo, Titium meum esse dico proprium, sive dico Titium jure domini meum esse. Sunt igitur *præjudiciales* actiones per quas de statu alicujus disceptatur, veluti an aliquis liber, an libertus sit. *Præjudicialis* autem actio per quam quæritur: an aliquis liber sit, civilis est, ceteræ præjudiciales actiones sunt prætoriæ. Earum judicia cur dicuntur *duplicia* vid. supra sub art. *judicium.*

Præjudicialis mulcta in *l.* 50. & 65. *C. Theod. de adpellat.* & apud Symmach. *lib.* 10. *epist.* 51. dicitur, quæ irrogatur ei, qui ante sententiam adversus se latam, adeoque a futuro gravimine, adpellat. Add. Cujac. *lib.* 12. *observ. c.* 6.

PRÆJUDICIUM, dicitur, quidquid prius judicatum sequentibus judiciis exemplum aliquod allaturum est. Ascon. *in Divinat. Cic. c.* 4. ad hæc verba: *de quo non præjudicium*, sed plane judicium *factum est. Præjudicium*, inquit, dicitur res, quæ quum statuta fuerit, adfert judicaturis exemplum, quod sequantur. Judicium autem res, quæ caussam litemque determinat. Quinctilianus præjudicia ponit inter probationes, quas extra dicendi rationem accipit orator, eorumque vim omnem servari vel in rebus, quæ aliquando ex paribus caussis sunt judicatæ, quæ exempla rectius dicuntur, vel in judiciis ad ipsam caussam pertinentibus, unde etiam nomen ductum est. Vel cum de eadem caussa pronunciatum est, confirmarique præcipue duobus, auctoritate eorum, qui pronunciaverint, & similitudine earum, de quibus quæritur. Vide plura apud eumdem auctorem, *lib.* 5. *Instit. orat. c.* 1. & 2. Ita rei majoris pecuniæ *præjudicium* fieri videtur, quum ea quæstio in judicium deducitur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte communis

munis eſt quæſtioni de re majori: *l.* 21. D. *de exception.*

Præjudicium, pro incommodo, diſpendio, damno. Hinc *præjudicium* adferre: *l.* 19. D. *locat.* facere: *l.* 4. §. 1. D. *de adpellat.* irrogare: *l.* 2. *C. quib. res judic.* pati: *l.* 29. D. *de manum. teſtam.* Sine *præjudicio* rerum judicatarum: *l.* 1. *C. quib. res judic.* prioris ſententiæ: *l.* 16. D. *qui pot. in pign.*

Præjudicium etiam adpellatur quæſtio controverſa, cauſſa, de qua prius cognoſcendum, ſtatuendum, decernendumque eſt, quam de aliquo negotio quæratur, propterea, quod ei præjudicium facit. Unde ea judicia, quæ de ſtatu perſonæ redduntur, quibus diſceptatur, an filius quis ſit, an pater, an libertus, an patronus, an ingenuus, an ſervus, an liber, *præjudicia* vocantur. Si quis ex ſervitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem proclamet, vel ſi pater ex ſe natum filium neget, nec partum admiſerit, *præjudicium* redditur. Theophil. *ad* §. 13. *Inſt. de action.* *Præjudicium* δὲ ἐςι, τύπος ἀπὸ ἰντεντίωνος μόνης συγκείμενος ὐδὲ γὰρ ἔχει καταδίκην ἐν ἑαυτῇ. *Præjudicium eſt formula, ex ſola intentione conſtans. Neque enim condemnationem in ſe habet.* Quæſtiones enim, quæ in *præjudiciis* vertuntur, ſequens judicium morantur, futuræque condemnationi viam ſternunt. Quoties ergo de hoc contenditur, an libertus quis ſit, ſive operæ, ſive alimenta a quaſi liberto petantur, ſive obſequium deſideretur, ſive in jus vocetur, qui ſe patronum dicit, præjudicium redditur: *l. ult.* D. *ſi libert, ingen.* Petuntur liberi, perſonæ, quæ ſunt juris noſtri præjudiciis, aut interdictis, aut cognitione prætoria: *l.* 1. §. 1. D. *de rei vindic. Præjudicium* de partu adgnoſcendo ſimiliter agendum: *l.* 3. §. 2. & 5. D. *de liber. agnoſcend.* In *præjudicio* poſſeſſor patronus eſſe videtur: *l.* 18. D. *de probat.* In *præjudiciis* is actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundum id, quod intendit: *l.* 2. D. *de exception.* Actionis verbo continetur *præjudicium: l.* 36. D. *de oblig. & act.* Et ut ſpecies a genere, ita ab actionibus ſecernuntur præjudicia, in *l.* 35. §. 1. D. *de procurat.* Et ita accipe *præjudicium* in *l.* 8. D. *de in jus voc. l.* 5. §. 18. D. *de agnoſc. & alend. liber. l.* 9. C. *de patr. poteſt.* Docte argumentum omne, quod eſt de *præjudiciis*, illuſtravit Jac. Rævardus ſingulari libro *de præjudiciis.*

PRÆLATUS, proprie eſt magiſtratus, qui populis præeſt. In eccleſia rom. Prælatus eſt eccleſiæ præfectus, ut epiſcopus, abbas, præpoſitus & alii. *Prælationis* habitus birrus dicitur.

PRÆLEGARE, dicitur, qui quid uni ex heredibus præter hereditariam portionem legat, *l.* 69. §. 4. *l.* 77. §. 8. D. *de legat.* 2. *l.* 27. §. 1. *l.* 34. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 86. & 94. D. *ad Leg. Falcid.*

Prælegata itaque & *per præceptionem* data eadem ſunt, *l.* 32. D. *de legat.* 3.

Prælegari etiam dos dicitur, quod, antequam ejus reddendæ dies venerit, ea numerari a mariti heredibus jubetur: *l.* 77. §. 12. *l.* 82. *pr. l.* 88. §. 7. D. *de legat.* 2. *l.* 41. §. *ult.* D. *eod. tit. l.* 38. *in fin.* D. *de uſur.* & paſſim. *Prælegata* obligatio: *l.* 8. §. *pen.* D. *de liberat. legat.* pecunia: *l.* 1. §. 4. D. *de except. rei vend.* Hinc

PRÆLEGATIO, in *l.* 1. §. 5. *l.* 2. *pr.* D. *de dot. prælег.* *l.* 31. §. 1. D. *de adim. legat. l.* 95. D. *de legat.* 3. in quibus tamen locis Florentiæ legitur relegatio, *l.* 2. *C. de jur. dot.*

PRÆ-

PRÆLUM, in *l.* 19. §. 2. *D. locat. & l.* 28. *D. de instr. vel instrum. legat.* trabem significat, qua olea vel uva calcata premitur, quemadmodum etiam Isidorus, *lib. ult. etymol. c.* 14.

PRÆMATURA spes collationis: *l.* 1. §. 21. D. *de collat. bonor.* solutio: *l.* 41. §. 1. *D. de manum. test.*

PRÆMATURE, *l.* 22. *D. ad SC. Trebell.* §. 33. *Inst. de action. l.* 1. *C. de Carbon. edict. l.* 118. §. 2. *D. de verb. oblig.*

PRÆMIUM, quod remunerandi caussa datur. Bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere: *l.* 1. §. 1. D. *de justit. & jur.*

Præmium vulgare delatorum: *l.* 13. §. 4. D. *de jur. fisc.* ad differentiam ejus, quod ex edicto D. Trajani his datur, qui antequam caussa eorum ad ærarium deferatur, professi sunt vel palam, vel tacite, relictum sibi quod capere non poterant, qui partem dimidiam ferunt: *l.* 13. & 15. §. 3. *D. de jur. fisc.* Omnes, qui ut indigni repellentur, summovendi sunt a *præmio*, quod secundum edictum D. Trajani datur his, qui se deferunt: *l.* 5. §. *ult. D. de his, quæ ut indign.* Lege Cornelia cavetur de præmiis accusatorum: *l.* 25. *D. de SC. Silan.*

Præmium, est etiam merces. Sic: Omnes propter *præmium* in scenam prodeuntes: *l.* 2. §. *ult. D. de his qui not. infam.* & hoc significatu hoc verbo utitur Corn. Nepos *in præfat.*

PRÆOCCUPARE. Præoccupabat hic casus mortem: *l.* 29. *D. de pœn.*

Præoccupare litem violentia, in *l.* 2. *pr. C. Theod. unde vi.* dicitur, qui neque vulgato rescripto, neque adversario sollemniter intimato, possessorem quietum dominio suo hujusmodi impetrati rescripti terrore turbat, adeoque præpostere & mature litem occupat.

PRÆPARARE litem, *l.* 7. *D. de inoff. testam. l.* 36. *C. eod. tit. l.* 7. §. *ult.* D. *de liberal. caus. l.* 1. D. *de adpellat. recip.* controversiam: *l.* 6. §. *ult. D. de inoff. test.* caussam: *l.* 1. §. *ult.* D. *de aqua quotid.* se adversarium alicui: *l.* 13. §. 1. *D. de usurpat.* Qui *præparandi* gratia ad possessionem venerit: *l.* 5. *C. de metat. l.* 11. *C. Th. eod. tit.*

Præparare conficere, in *l.* 2. *C. de excoct. & transl. milit. annon.*

PRÆPONERE quem administrationi: *l.* 14. D. *quod jussu.* debitis exigendis: *l.* 37. D. *de administr. & per. tut.* exactioni: *l. ult.* §. *ult. D. qui pot. in pign.* Kalendario: *l.* 41. *D. de reb. cred.* magistrum: *l.* 1. §. 2. 4. 5. D. *de exercit. act.* merci emendæ: *l. ult. D. eod. tit.* navi: *l.* 6. §. *ult. D. de his, qui effud. vel deject.* negotio: *l.* 5. *D. de institor. act.* pecuniis exigendis: *l.* 66. §. 3. D. *de furt.* tabernæ: *l.* 1. *D. de exercit. act.* tributis recipiendis: *l.* 5. §. *ult.* D. *de censib.* Hinc

PRÆPOSITIONIS lex vel conditio in *l.* 11. §. 5. D. *de instit. act.* est mandatum institori datum, quod excedere non potest.

PRÆPOSITURA, præfectura. Præpositura horreorum & pagorum: *l.* 2. *C. de susceptor.* Qui militiæ prærogativa ad Tribunatus *præposituras*ve pervenerint: *l.* 18. *C. Th. de tiron.*

PRÆPOSITUS in militia est in genere præfectus, ut in *l.* 3. §. 1. *l.* 3. §. *ult. l.* 16. *D. de re milit.* At in militia sequiorum temporum, præpositi dicebantur *chiliarchi*. Veget. *de re milit. lib.* 2. *c.* 12. Lactant. *de mort. persequut. c.* 46.

Præpositi agentium in rebus: *rubr. C. de susceptor. præposit. & arcar.*

arcar. ſacri cubiculi: *rubr. C. de præpoſ. ſacr. cubic.* laborum: *rubr. C. de præpoſ. labor.* Suid. *Tom.* 3. *p.* 170. πραιπόσιτος εἶδος ἀξιώματος. *Præpoſitus, dignitatis genus.*

Præpoſitus, ſcriptoribus eccleſiaſticis in genere dictus potiſſimum antiſtes & qui eccleſiis præeſt: Cypr. *lib.* 1. *ep.* 5. *lib.* 3. *ep.* 21. *lib.* 5. *ep.* 6. Poſtmodum in eccleſiis quibuſdam cathedralibus in ſpecie dicti ſunt *præpoſiti*, qui canonicorum collegiis præſunt; inde præpoſituræ dignitas, quæ in Germania paſſim obtinet. Alb. Stad. an. 1001. 1050. ſed & in monaſteriis præpoſiti dici cœperunt, qui ſecundi eſſent ab Abbatibus: regul. S. Bened. *lib.* 1. *c.* 65. Eodem titulo inſignes ſunt, qui cellæ ſeu obedientiæ monaſticæ ab abbatia dependentis ſunt præfecti: Leo Oſtiens. *lib.* 3. *c.* 13. inde iterum *præpoſitura* ejuſmodi obedientiarum munus ac functio eſt. *Præpoſita*, etiam eſt dignitas in monaſteriis ſanctimonialium, abbatiſſæ proxima, *reg. ſanctim. canon. viventium c.* 24. licet & in his detur præpoſitus cum abbatiſſa totius monaſterii curam gerens.

PRÆPOSTERE: *l.* 6. §. *ult.* D. *de oper. publ.*

PRÆPOSTERA petitio: *l.* 5. C. *de hered. act.* ſtipulatio: §. 13. *Inſt. de inutil. ſtipul.* ubi promittitur in præſens, & tamen dies futurus, vel conditio adjicitur, e. g. Si navis cras ex Aſia redierit; an hodie dare ſpondes? Hic pure obligatur promiſſor, §. 14. *Inſt. de inutil. ſtipul.* idemque in ultimis voluntatibus obtinet, *l.* 25. *C. de teſtam.* Eſſe præpoſterum ante nos locupletiores dici, quam adquiſierimus: *l.* 63. D. *ad Leg. Falcid.*

PRÆRIPERE ſe ad amicum: *l.* 17. §. 1. *D. de Ædil. edict.*

PRÆROGARE, ante diem erogare. Sic: prærogare expenſas: *l.* 19. C. *Theod. & l.* 20. *C. Juſt. de decurion.* Sic & *l.* 6. *C. Theod. de Prætor.* Cuncta quæ prærogata fuerint. *Prærogare* penſionem: *l.* 19. §. 6. D. *locat.* Cujac. *lib.* 14. *reſponſ. Papin. ad l.* 4. *de offic. adſeſſor.*

Prorogata lex, *in l. un. pr. C. Th. de Epiſcop. judic.* pro ea, quæ olim lata rogataque eſt. Sic & *præcaveri juris ordine*, in *l.* 2. *C. Th. de pact.*

PRÆROGATIVA, pro jure quodam præcipuo, ſpeciali, ſeu privilegio, in *l. ult.* §. 25. *D. de mun. & honor. l.* 3. §. *ult. D. de Carbon. edict. l.* 11. *D. de adminiſtr. & per. tut. l.* 2. *C. de in integr. reſtit. l.* 9. §. *ult. D. de jurejur. l. ult.* C. *de fruct. & lit. expenſ. l. ult. C. ſi adverſ. libert. l.* 10. *&* 12. *C. de excuſat. minor. l.* 4. §. 5. D. *de offic. proconſ. l. ult.* §. 9. *C. de jur. deliber. l.* 4. *C. de fabricenſ. l.* 1. D. *de veteran.*

PRÆRUPTA via: *l.* 1. §. 6. *D. de itiner. act. priv.* ſeditio: *l.* 6. §. 9. D. *de injuſt. rupt. irrit.*

PRÆS. *Prædes*, ut ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* & Feſtus *lib.* 14. tradunt, dicebantur, qui populo & in publicum ſe magiſtratu interrogante obligabant. Quorum bona prædia dicebantur, auctore Aſconio, qui in 3. *Verrin.* Prædes, ait, dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud judicem lis eſt, ne interea, qui tenet, diffidens cauſſæ poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores, & culta deſerat. Cornel. Nepos in *Attic. c.* 12. Ad haſtam publicam numquam acceſſit, nullius rei *præs*, neque manceps. Auſonius certe *Technopægn. Idill.* 5. *v.* 100. vadem a *præde* eo ſeparat, quod ille in capitalibus judiciis, hic in lite

lite numaria interveniat, quemadmodum in vindiciis olim *prædem* datum Cicero *Verrin.* I. c. 57. & Valer. Probus *in Notis*, ubi explica P. P. L. V. *pro præde litis vindiciarum*, ostendunt. A *præstando opem* prædes adpellatos Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* scribit. Item Festus *lib.* 3. tradit, *qui ejusdem rei populo sponsores fiebant. Prædibus* cavere: *l. 6.* §. 7. D. *commun. divid.*

PRÆSCRIBERE, præstituere, præfinire. Sic *præscripta* conditio: *l.* 27. *D. ad leg. Falcid.* præscriptum tempus: *l.* 18. *C. de excusat. tut. l.* 18. §. 8. *D. de liberat. legat. l.* 8. *C. quomod. & quand.* Hinc

Præscriptis verbis actio, id est, actio, quæ præscriptis verbis rem gestam demonstrat, *l.* 6. *C. de transact.* seu civilis incerti actio: *l.* 15. D. *de præscript. verb. l.* 7. D. *de pact.* quæ & civilis incerti intentio vocatur: *l.* 6. D. *de præscript. verb.* Cessantibus namque judiciis proditis & vulgaribus actionibus, seu quum deficiunt vulgaria & usitata actionum nomina, *præscriptis verbis* agendum est. In quam necesse est confugere, quoties contractus existunt, quorum adpellationes nullæ jure civili proditæ sunt: *l.* 1. 2. & 3. *D. eod. tit.* Vet. Glossar. Græcum: *Præscriptis verbis*, ἡ τῶν συμφωνημένων ἀγωγή. Vid. supra sub artic. contractus.

Præscribere, alias significat excipere, seu exceptionem opponere. Sosipater Charis. *lib.* 2. *Inst. Grammat. p.* 210. *edit. Putschii. Præscribo*, ait, παραγράφομαι significat, quales sunt præscriptiones apud Jurisconsultos. Sic enim eum locum, ubi vulgo legitur *subscriptiones*, emenda. Quinctil. *Declam.* 249. *præscribis* tamen, ut agam, id est, ne nomen tuum deferam, ne te legibus obligem. Idem *Declam.* 250. Tum enim *præscribere* debuisti, si poteras, quum delatus es. Et in hoc ipsum præscribere ne deferret, neque enim ulla præscriptio inchoata judicia peragi vetat, si inchoari aliquando prohibet. Actio isti, cui *præscribis* data est. Cic. *lib.* 5. *de finib. c.* 29. Quæ quum Zeno didicisset a nostris, ut in actionibus *præscribi* solet, de eadem re dixit alio modo. Vid. Petr. Fabr. *lib.* 1. *Semestr. c.* 21. Sic *præscribere* accusatori, est eum exceptione summovere, in *l.* 3. D. *de prævaric.* Et *præscribi* dicitur ei, qui exceptione summovetur, in *l.* 34. §. 3. D. *de legat.* 2. *l.* 52. §. *ult.* D. *de judic. l.* 4. D. *ad SC. Trebell. l.* 3. D. *de adpell. l.* 10. D. *de except.* Et actio *præscribi* dicitur, quæ exceptione eliditur. Sic injuriarum actio annuo tempore *præscripta*: *l.* 5. *C. de injur.*

Præscribere, litteris mandare. Antequam testamentum litteris præscriberetur: *l.* 40. D. *de testam. milit.* Sic & *l.* 14. *C. Theod. de exactionib.* titulorum debita & conlationum summas relationis suæ fide & adnotatione *præscribant.* Triboniano magis placuit *perscribant*, *l.* 5. *C. de exactorib. tributor.*

Præscribere jubere, sancire. Quod publico jure præscriptum est: *l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Jure præscripsimus: *l.* 1. *C. de tutor. vel curator. illustr.*

PRÆSCRIPTIO, exceptionem significat, qua reus agentem accusantemve repellit ac submovet: *l.* 33. D. *l.* 5. & 15. §. 7. C. *ad leg. Jul. de adulter. l.* 1. *C. de consort. l.* 1. *C. Theod. de domin. rei quæ posc. l.* 50. §. *ult.* D. *de judic. l.* 1. *pr.* D. *de oper. publ. l.* 5. *C. de liberal. causs. l.* 11. D. *de except. l.* 65. D. *de eviction. l.* 3. C. *ad SC. Tertull. l.* 77. §. 39. D. *de legat.* 2. *l.* 12. §. 2.

§. 2. D. *de inoff. testam. l.* 1. *&* 19. *D. de adpellat. l.* 5. *D. si ingen. lib. esse dic. l.* 9. D. *de transact. l.* 1. *pr.* D. *de oper. publ. l.* 5. *C. eod. tit. l.* 1. §. 10. D. *ad SC. Turpill. l.* 11. *C. de excus. tut. l.* 76. *D. de contrah. emt.*

Præscriptio annorum 30. *rubr. C. de præscript.* 30. *annor.* id est exceptio, quæ ex 30. annis oritur, ut *l. ult.* C. *eod. tit.* Ea solet vocari longissimi temporis *præscriptio*, qua eliduntur actiones personales, *l.* 3. C. *de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.* & præscribuntur quæ antecessor, ob rei vitium, malam fidem vel defectum justi tituli præscribere non potuit, veluti rei vitiosæ bona fide possessæ, *l.* 8. §. 1. C. *eod. tit.* res minorum: *l.* 3. C. *quib. non objic. long. temp. præscr.* res adventitiæ filiorum familias, *Nov.* 112. *c.* 24. res a malæ fidei possessione alienata. *Nov.* 131. *c.* 6.

Præscriptio annorum quinque, qua crimen incesti conjunctum adulterio, non excluditur: *l.* 39. §. 5. *D. ad leg. jul. de adulter.*

Præscriptio fori, *l.* 7. *D. qui satisd. cog. l.* 1. C. *ubi senator. l.* 3. C. *de hered. pet.* φόρου παραγραφή, ut Justinianus vocat *Nov.* 8. in principio litis a litigatore opponenda: *l. ult.* C. *de except.* qua quis coram alio judice secum esse experiendum excipit.

Præscriptio rei judicatæ: *l.* 29. *D. de except. rei judic. l.* 1. C. *eod. tit. l.* 42. *D. de liberal. causs. l.* 1. C. *si ex falf. instrum.* militiæ: *l.* 13. D. *de procur.* moratoria: in *l.* 2. C. *de precib. Imper. offer. l.* 3. C. *Theod. de divers. rescr.* est dilatoria exceptio, sic dicta, quod judicium moratur, a qua differt peremptoria, in *l.* 2. C. *de precib. Imp. offer. & l.* 3. C. *Theod. de rescript.* quæ, ut verba legis habent, *totius negotii conditionem*, sive ut rectius C. *Just. cognitionem tollit, & vires principalis negotii exhaurit*, atque eumdem habet effectum, quem sententia definitiva, ut ostenditur, *l.* 37. C. *Th. de adpellat.* Cujac. *obs. lib.* 2. *c.* 11.

Præscriptio longæ possessionis: *l.* 76. *D. de contrah. emt. l.* 3. *&* 13. D. *de divers. temp. præscript.* longæ possessionis exceptio dicitur in *l.* 5. §. *ult.* D. *eod. tit.* longi temporis exceptio communiter adpellatur, qua is, qui longo tempore rem possederat, sese adversus agentem tuebatur, & ab usucapione olim differebat, quod illa non dominium Quiritarium & civile adjiciebat, sed exceptionem & dominium bonitarium tribuebat: & proinde etiam in rebus corporalibus, & prædiis provincialibus locum habebat, & Imperatorum constitutionibus inducta videtur usucapionis supplendæ caussa, §. 2. *Inst. de usucap.* Hæc requirebat in mobilibus annum, in immobilibus biennium; Præscriptio vero decem annos inter præsentes, viginti inter absentes. Sed Justinianus sublato illo discrimine, usucapionem & *præscriptionem* longi temporis veluti in unam conflavit, *l. un.* C. *de usucap. transform.* simulque *præscriptionem* longissimi temporis, de qua modo dictum est, quibusdam casibus retinuit.

Præscriptio, pro præscripto. Præscriptiones cæleste, pro rescriptis & concessionibus imperialibus: *l.* 26. C. *Th. de cohortal.*

PRÆSCRIPTUM, pro sanctione, in *l.* 27. *D. ad leg. Cornel. de falf.*

PRÆSENS habetur, & qui in hortis est, & qui in foro, in urbe, in continentibus ædificiis: Et ideo procurator ejus præsens esse videtur: *l.* 5. 6. *&* 7. D. *de procur.* Plane, quod ad præscriptiones attinet, *præsentes* haben-

bentur, qui in eadem provincia domicilium habent: *l. ult. C. de præscript. long. temp.* Æquum erit præsentibus, id est, qui non sunt in captivitate, subveniri: *l. 23. §. 3. D. ex quib. causs. major.*

Præsens interdum idem valet, quod purum: videlicet quod neque in diem, vel conditionis tempus differtur. Hoc sensu *Præsens* debitum: *l. 13. §. 5. D. de pignor. & hypoth.* Dos quæ *præsens* reddi solet: Ulpian. *tit. 6. regul.* §. 8. & 13. Cui opponitur, quæ sub pensionibus, vel ut loqui solebant, annua, bima, trima die reddi solebat. Ulpian. *ibid.* Add. *l.* 17. §. *ult. D. quæ in fraud. cred. Præsens* legatum: *l.* 88. D. *de condit. & demonstr. l.* 49. D. *de legat.* 1. *l.* 19. D. *quand. dies legator.* Præsens debetur legatum, cui dies adposita non est: *l.* 21. D. *eod. tit.* Add. *l.* 17. D. *de annuis legat. l.* 12. §. *ult.* D. *de legat.* 1. *Præsens* obligatio, est pura, quæ neque in diem, neque sub conditione concepta est: *l. 9.* D. *de reb. cred. l. 46.* D. *de verb. oblig.*

Præsens pecunia simili notione dicitur numerata & repræsentata: *l.* 8. §. 9. D. *de transact. l.* 41. §. *ult.* D. *de manumiss.*

In *præsens* & in *diem* opponuntur: *l.* 4. & *76.* §. *ult.* D. *de verb. oblig. l.* 46. D. *de legat.* 2. *l.* 18. §. *ult.* D. *de acceptil. l.* 10. §. 12. D. *quæ in fraud. cred.* item quod *præsens & quod ex die*, *l.* 4. D. *de usufr. Præsenti* & in diem, aut sub conditione, separantur: *l.* 22. D. *de condit. institut. Præsenti* die legare: *l.* 88. §. *ult.* D. *ad leg. falcid.* id est, ut præsenti die legatum debeatur, ut est in *l.* 30. D. *de legat.* 1. Add. *l.* 1. §. 7. D. *si cui plus, quam per leg. falcid.*

Præsenti modico contenti: *l.* 8. D. *de transact. præsenti* testamento liber esse jussus: *l.* 14. D. *de pecul.* In *præsenti* esse, adesse: *l.* 21. §. 1. D. *de testib.*

Præsens aliquando & præteritum opponuntur: ut *l.* 3. §. 5. D. *de jur. fisc.*

In rem præsentem venire dicitur, qui rem oculis suis subjicit, ut loquitur *l.* 8. §. *ult.* D. *finium regund.* quo genere loquendi sæpius Cicero utitur; Plin. *lib.* 3. *epist.* 9. Non potui te magis in rem *præsentem* perducere. Et *lib.* 10. *epist.* 85. Ipse in re *præsenti* fui, & vidi tuam quoque statuam in bibliotheca positam. Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 35. In rem *præsentem* venturus fui, sed æger filius, sed uxor puerpera fuit. Idem *epist.* 30. Libenter hæc, mi Lucili, audio non tamquam noxa, sed tamquam *in rem præsentem* perductus. *Epist. 66.* Non potest ferre sententiam, nisi *in rem præsentem* perductam. Idem *lib.* 2. *de ira c.* 36. Velut *in rem præsentem* adducti non agnoverunt. Quinctil. *lib.* 6. *c.* 1. Velut *in rem præsentem* animos ducentium. Tertull. *lib.* 3. *advers. Marcion. c.* 17. De speciebus doctrinarum & signorum illud differamus, quasi *in rem præsentem*. Nunciationem *in re præsenti* faciendam, meminisse oportebit, id est, eo loci, ubi opus fiat, sive quis ædificet, sive inchoet ædificare; *l.* 5. §. 2. D. *de oper. nov. nunciat* Vid. & *l.* 6. *D. ad leg. Fab. de plagiar. l.* 1. §. 21. D. *de adquir. possess.*

Præsentes, & administratorum honore functi opponuntur; *l.* 13. C. *Theod. de accusat. & inscript.*

PRÆSENTALIS, qui præsens est. *Præsentales* magistri militum, qui in præsenti erant, hoc est, comitatui principis juncti; *l. ult.* §. 1. *C. de re milit. l. ult.* C. *de offic. magistr. milit.* & in *Notit. dignit. Imper. Rom.* Sic

Sic & præſentales domeſtici, in *l. 6. §. 3. C. de advoc. diverſ. jud. l. ult. C. de domeſtic. & protector.* qui ſcilicet præſentes obſequio principis deputati erant, ut *l. 13. D. de re militar.* ſignificat. Sic & *præſentales* milites, & *præſentales* numeri, in *l. 18. l. ult. §. ult. C. eod. tit.* & *præſentalium ordines* apud Nicephor. *lib. 17. hiſt. eccleſ. c. 1.* & *præſentalis* curioſus curſus publici, in *Notit. dignitat. Imp. Rom.* & ςρατηγὸς τῶν πραισεντaλίων, *in Edicto* Juſtiniani XIII. Vid. Jac. Gothofred. *Comment. ad l. 1. C. Theod. de domeſtic. & protector.* Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib. 2. c. 5.* Lindenbrog. *ad Ammian. Marcellin. p. 7.* & Ger. Voſſ. *lib. 3. de vitiis ſerm. c. 37.*

PRÆSENTIAM ſui facere; *l. 47. §. ult. l. 53. D. de re judic. l. 2. C. quib. ex cauſſ. major. l. 1. de quib. reb. ad eumd. judic. l. 22. D. de verb. ſignif.*

In PRÆSENTIARUM; *l. 1. §. 15. D. de magiſtrat. conven.*

PRÆSERTIM, non ſecus ac *maxime* interdum ſic accipitur, quaſi alias idem non ſit: *l. 32. D. ad leg. Aquil. l. 3. §. ult. D. de act. emt.*

PRÆSIDIS nomen generale eſt, eoque & proconſules; & Legati Cæſaris & omnes provinciæ regentes, licet ſenatores ſint, *præſides* adpellantur, *l. 1. D. offic. præſid.* Itaque qui *Bithyniæ proconſul* paſſim apud Plin. *lib. 10. epiſtol.* is *præſes* adpellatur in *l. 3. §. 2. D. de decurion.* Et qui *proconſul Græciæ* in *l. 14. D. ad SC. Turpill.* is a Gellio *lib. 2. Noct. attic. c. 2.* *præſes* vocatur. Item *lib. 5. c. 14.* quem *proconſulem Africæ*, ſtatim poſt *præſidem* vocat. *Præſides* provinciarum vocantur ἡγέμενοι, in *l. 19. D. de adpellat.* item ἄρχοντες. *Præſides* provinciarum, præter eos, quos jam attigi, in Pandectis memorantur Myſiæ, Daciarum, Syriarum, Hiſpaniæ, Britanniæ, in *l. 3. D. de offic. adſeſſor. l. 9. D. de captiv. & poſtlim. l. 7. §. 10. & 14. D. de interdict. & releg. l. 2. §. ult. D. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Aliorum *præſidum* nomina enumerantur in *Novell. 8.* & in *Notit. Imp. Rom.* *præſes* Mauritaniæ apud Tertullian. *ad Scapul. c. 4.* *Præſes* Lyciæ apud Plin. *lib. 13. c. 13.* Quæ autem in *d. l. 1. D. de offic. præſid.* habentur: dici *præſides* omnes provinciæ regentes, *licet ſenatores ſint;* hæc cum negatione legenda cenſet Hotomannus, ut equites ſignificaret, de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur. Populi autem provinciis qui præerant, Proconſules, ut ait Sueton. dicebantur. Unde caput eſt in libro pandectarum 1. de officio proconſulis, quod ad populi provinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas provincias ςρατηγὺς καὶ ὑπάτυς, ut Strabo adpellat, id eſt, prætores & conſules mitteret, (quibus nominibus abuſus eſt, pro propretores, & proconſules, ut omnino poſt demonſtrat) tamen utroſque proconſulum nomine adpellari ſolitos & Suetonius teſtatur, & ex pandectarum libris facile intellectu eſt: cum ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore prope omnium in provinciis imperium eoque generali nomine, rectores omnes adpellarentur. Nam ut in ejuſdem Imperatoris vita Suetonius ſcribit, Auguſtus auctor ſenatui fuit, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur. *Præſides* autem majus imperium in ſua provincia habebant omnibus poſt principem, *l. 4. D. de offic. præſid.* & omnia provincialia deſideria, quæ Romæ varios judices habebant, ad

uffi-

officium præsidum pertinebant, l. 2. D. eod. tit. Denique omnium Romæ magistratuum vice & officio fungebantur, l. 12. D. eod. tit. Plura vide sub verbo *Proconsul.* Hinc.

PRÆSIDALIA acta; *l. 6. D. de hered. pet. Præsidale* judicium; *l. 1. C. Th. de offic. rector. prov. l. 5. l. 17. C. de his qui accus. non poss.* nomen; *l. 7. C. Th. de honorar. codicill. Præsidalis* administratio; *l. 7. C. Th. de honorar. codicill.* industria; *l. 1. C. Th. de offic. rect. prov.* jussio; *l. 11. C. de pignor. act.* notio; *l. 20. C. de pignor. l. 13. C. de liberal. causs. l. ult. C. de vi bonor. rapt. l. ult. C. de condict. ex leg.*

PRÆSIDATUS prærogativa; *l. 4. C. Th. de decurion.* Præsidatum gerere; *l. 2. C. Th. de princip. agent. in reb.*

PRÆSIDENTES, pro præsidibus, *l. 13. C. Theod. de divers. offic. & adparit.*

PRÆSIDERE, præesse, προκαθέζεσθαι. Servius in *Virgil. Æneid. lib. 5. v. 10.* verb. *arces, quibus Apollo præsidet*, inquit, præest, defendit. *Præsidere* certamini; *l. 10. D. de pollicit.* ludis; *l. 6. D. de ann. legat.*

PRÆSIDIALE officium; *l. 2. pr. C. Th. de venat. ferar. l. 8. C. Th. de fil. milit. adparit.* cui obstare videtur; *l. 2. C. Th. de veteran.* sed vid. Jac Gothofr. *comment.* Ammian. Marcellin. *lib. 18. p. 383.* Maximinus obscurissime natus est patre tubulario *præsidialis* officii.

PRÆSIDIUM, pro loco, qui præsidio & propugnaculo est. Festus; *Præsidium* ait, esse quod utilitate & salute alicujus auxilii proponitur: subsidium quod postpositum est ad subveniendum laborantibus. *Præsidia* hostium; *l. 5. D. de captiv. & postl.*

Præsidium pro quavis alia tutela. Sic præsidii caussa numi repositi; *l. 79. D. de legat. 2.*

Præsidium adversus calumnias; *l. 8. C. Th. de famos. libell.* sanctionum: *l. ult. C. si advers. vend.* armatæ adparitionis; *l. 31. in fin. C. Th. de Episcop.* quod militare auxilium vocatur in *l. 10. in fin. C. eod. tit.*

PRÆSTANTIÆ titulus tributus magistro militum; *l. 1. C. Theod. de lusor. Danub.* & Comiti sacrarum largitionum; *l. 39. C. Th. de adpellat.*

PRÆSTARE æstimationem; *l. 34. D. de oblig. & action l. 25. §. 10. D. famil. ercisc.* alimenta; *l. ult. C. de alend. liber. l. 1. C. de fideicomm.* caussam: *l. 17. D. de rei vind.* cautionem: *l. 1. D. de bonor. possess. furios.* cibum, potum, vestitum, tectum mulieri: *l. 1. §. 19. D. de ventr. in possess. mitt.* debitores idoneos; *l. 111. D. de condit. & demonstr.* defensionem: *l. 3. §. 5. D. de mun. & honor.* excusationem: *l. 2. §. 1. D. de vacat. & excus. mun.* factum alterius: *l. 1. §. 15. D. de vi & vi arm. l. 21. D. pro soc.* fideicommissum: *l. 9. D. de fideicomm. libert.* fidem, id est implere: *l. 6. §. 5. D. de his, qui not. infam. l. 52. D. de pact.* fidejussorem: *l. 6. C. ad SC. Vellei* fructus, ubi *præstiturum*, quod Grammatici frustra sollicitant, ceu ex Vossio *lib. 3. de analog. c. 20.* ostendit Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p. 387. Præstare* immunitatem: *l. 5. §. 4. D. de jur. immunit.* legata: *l. 1. C. de bon. poss. contr. tab.* liberationem: *l. 19. §. ult. D. quand. dies legator. l. 46. D. de solution.* libertatem: *l. 33. D. de minor. & passim* locupletem esse debitorem: *l. 4. D. de hered. vel act. vend.* mercedem patrono: *l. ult. §. 1. D. qui & a quib. manum.* obse-

quium : *l.* 1. D. *de bon. libert.* operas : *l.* 35. D. *eod. tit.* certe summæ pœnam : *l.* 22. *C. de usur.* possessionem : *l.* 6. D. *de diverf. temp. præscr.* prædia ex caussa fideicommissi : *l.* 2. *C. de fideicomm.* probationem : *l.* 5. D. *de probation.* quantitatem : *l.* 88. §. 8. D. *de legat.* 2. totius temporis rationem : *l.* 11. *C. arbitr. tutel. l.* 76. §. *ult.* D. *de rit. nupt.* (id est, reddere) satisdationem : *l.* 1. *C. de satisd.* servitutem : *l.* 20. D. *de servit. præd. rust.* stipulationem : *l.* 1. §. 17. D. *ut legat. seu fideicomm.* vacationem ab oneribus : *l.* 10. D. *de vacat. & excus. mun.* usuras : *l. ult.* D. *ad SC. Trebell.*

Præstare casum, culpam, dolum, est eventum & exitum culpæ, casus & doli præstare, sive damnum culpa, dolo, casu datum resarcire. Quæ per σύλληψιν, vel πλοκὴν, vel antiphrasin aut hypallagen alii observant. Nisi ellipsin continere hanc loquutionem malimus dicere, & subaudiendam esse evitationem sub pœna, ut in illo Paulli 1. *Cor.* 7. *v.* 2. διὰ τὰς πορνείας ἕκαςος τὴν ἑαυτȣ̃ γυναῖκα ἐχέτω *Propter fornicationem* (scilicet vitandam) quisquis habeat uxorem suam.

Præstare actionem, id est, cedere, mandare : *l.* 39. §. 14. D. *de administr. & peric. tut. l.* 11. §. 11. D. *deposit. l.* 88. §. 8. D. *de legat.* 2. & aliis quamplurimis locis.

Præstare, pro promittere. Gratia præstitum sit. *l.* 1. *C. de heredib. tutor.*

Præstari pro *præstare* dixit Papinianus, *l.* 36. §. 2. D. *de milit. testam.* licet & Florentiæ ita vitiose scribi putet Anton. Augustin. *lib.* 1. *emendat. c.* 2. Alia tamen ratione defendi posse, ostendit Ducker. *de Latin. vet. Ictor.* p. 353. *Præstavimus* pro *præstitimus* quædam editiones habent, *l.* 19. §. 4. D. *de negot. gest.* Videtur quidem *præstavit* sibi invenisse apud Ammian. Marcellin. *lib.* 31. *c.* 11. Jo. Ker. *Tom.* 2. *observ. ling. lat.* Sed Valesius ibi legit *prostravit.* Sic & *præstarim*, pro *præstiterim*, in *l.* 37. *in fin.* D. *de usur.* Neque est, quod ex mutatione B. in V. de qua Popma *de usu antiq. loquut. lib.* 1. *c.* 3. & Brisson. *in parerg.* natum esse illud *præstavimus* censeamus. Nam nec *præstabimus* locum habere potest, quum non de futura, sed de præterita præstatione sermo sit. Nec minus *repræstaverit* dixit Paull. *l.* 47. D. *de action. emt.* si sequamur Florentinam lectionem. Cujacius tamen *lib.* 3. *obs. c.* 15. & *lib.* 13. *c.* 35. legi jubet *repræsentaverit.* Vid. laudat. Ducker. p. 337. *Præstatu iri* antique pro *præstutum iri*, in *l.* 66. D. *de contrab. emt.* & *præstitu iri* secundum nonnullas editiones, in *l.* 10. D. *de hered. vel act. vend.* Sic *datu iri*, in *l.* 38. D. *de verb. oblig. debitu iri*, *l.* 10. & 38. D. *de reb. cred. traditu iri*, *l.* 47. D. *de rei vind. l.* 37. §. 3. D. *de fideic. libert.* Vid. Ant. Augustin. *lib.* 2. *emendat. c.* 2. & Auson. Popm. *de usu antiqu. loquut. lib.* 1. *c.* 5.

PRÆSTARIA, idem quod *precaria*, de qua infra, seu libellus, quo quis prædium ecclesiasticum ad usum fructum sub annuo censu in præstitum & precario utendum suscipit : Capit. Compend. *An.* 168. *c.* 11. Chron. Fontanellæ.

PRÆSTATIO angariorum : *l.* 10. §. 2. D. *de vacat. & excus. mun.* annua : *l.* 10. *C. de usufruct.* dotis : *l.* 34. §. 5. D. *de legat.* 2. fideicommissorum & legatorum : *l.* 43. D. *de condit. & demonstr.* fructuum : *l.* 3. D. *de act. emt.* libertatis : *l.* 24. §. 8. &

& 19. D. *de fideicomm. libert.* operarum : *l.* 57. D. *de condit. & demonstr.* vectigalis : *l.* 7. D. *commun. divid.* in tempus collata : *l.* 64. D. *de verb. oblig.* usurarum : *l.* 2. §. 11. D. *de administr. rer. ad civit. pert.* In *præstatione* esse penum : *l.* 1. D. *de pen. legat.*

Præstationes etiam vocantur, quæ invicem & utrimque seu retro citroque a contrahentibus præstantur. Sic : in permutatione & emtione multum differunt præstationes : *l.* 1. *pr.* D. *de rer. permut.* Et ita *præstationes* accipe in *l.* 1. & 4. §. 2. D. *commun. divid. l.* 18. §. 3. *l.* 19. & 22. §. 4. D. *famil. erciscc. l.* 66. §. 6. D. *de legat.* 2. Vetus Glossar. Græcum : *Præstationes*, τὰ κατὰ πρόσωπον ἐγκλήματα, ἔνθα τις ἐγκαλεῖται ὡς ἢ βλάψας τὰ ἐπίκοινα, ἢ καρπωσάμενος αὐτὰ μόνος ἐξ ἄλλης αἰτίας.

PRÆSTIMONIUM, in *Concil. Trident. sess.* 23. *c.* 18. ecclesiasticum beneficium, cum aliquo onere ; & in hoc differt a simplici beneficio, quia in hoc nullum onus habetur. In Hispania hujusmodi beneficia inveniuntur.

PRÆSTITUERE, præfinire. Sic *præstituere* ætatem certam : *l.* 26. §. 1. D. *quand. dies legat.* annum : *l.* 1. §. 12. D. *de successor. edict.* auxilium : *l.* 50. §. *ult.* D. *de manum. testam.* certum diem : *l.* 12. D. *qui & a quib. manum.* dies triginta : *l.* 1. §. 10. D. *de lib. adgnosc.* dies cautioni : *l.* 4. D. *de damn. infect.* lustrum conductioni : *l.* 13. §. *ult.* D. *locat.* modum : *l.* 17. *C. ad leg. falcid.* numerum : *l.* 5. *C. de profess* salarium : *l.* 4. *C. de offic. adsessor.* tempus : *l.* 1. D. *de successor. edict. & passim.*

PRÆSTRICTI mulctæ competentis denunciatione, in *l.* 7. *C. Theod. de legat.* id est, obligati, obnoxii.

PRÆSTRINGIMUS hujus legis auctoritate, id est, præstituimus, comminamur, denunciamus : *l.* 5. *C. Theod. de agent. in reb.*

PRÆSUL, hac vox a romanorum primo inter Salios sacerdotes, ad episcopos aliosque ecclesiæ præfectos denotandos, a christianis translata. Hac voce sæpe utitur Ambrosius. Hinc *præsulatus* denotat episcopatum vel diœcesin.

PRÆSUMERE, opinari, in *l.* 3. D. *de condict. indeb. l.* 67. §. *ult.* D. *de legat.* 2.

Præsumi etiam id dicitur, quo pro certo & pro regula constituitur, donec probetur contrarium, ut in *l.* 7. D. *de in lit. jur. l.* 1. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de fals. l.* 33. §. *ult. l.* 73. §. 3. D. *de legat.* 3. *l.* 31. §. 21. *l.* 37. D. *de Ædil. edict. l.* 2. D. *ad SC. Trebell.*

Præsumere, pro ante sibi sumere, vel eligere : *l.* 11. *C. Th. de metat. junct. l.* 5. *eod.* aliquando idem est, ac præter id, quod debetur, sumere, ut in *l.* 5. *C. Theod. de pascuis*, *lib.* 7. *tit.* 7. ibi : nec vero milites aliquid præsumere debent.

Præsumere etiam est aliquid contra legis præscriptum vel judicii ordinem, vel alio illicito modo agere. Sic *præsumptum* negotium, in *l. ult. C. Theod. de relation.*

PRÆSUMTIO, est assertio facti, ob caussas probabiles. Quæ si ex facti circumstanciis eruatur, nec tamen a lege inducta, dici potest *præsumtio hominis*, & ita præsumtionem accipe in *l.* 30. §. 3. & 4. D. *de adquir. hered. l.* 44. §. 4. D. *de usurpat. l.* 18. §. 3. D. *de instr. vel instrum. l.* 57. *in fin.* D. *de jur. dot.* Si rationibus probabilibus lex accedit, si nempe ob rationes probabiles *præsumtio* a lege ipsa inducta

cta est; tum est *præsumtio legis*, cujus exempla sunt in *l.* 10. §. *ult.* D. *de reb. dub. l.* 24. & 25. D. *de probation. l.* 28. §. 2. D. *de liberat. legat. l.* 3. §. *ult.* D. *ne vis fiat ei, qui in possess.* Quam lex absolute induxit præsumtionem dicimus *juris & de jure*, differtque a *præsumtione juris* simpliciter, quam lex stare vult secundum quid, donec scilicet contrarium fuerit probatum. Vid. Wurffel. *Jurispr. definit.* §. 442. *Præsumtionem* Cic. *Verrin.* 4. existimationem vocat.

Præsumptio alias, actionem injustam, invasionem, alienæque rei illicitam usurpationem notat, in *l.* 14. *C. Theod. de oper. publ.* ibi: *præsumtionem* ulterius prohibemus.

PRÆSUMTOR infaustus dicitur Joannes tyrannus, qui mortuo Honorio imperatore, invaserat imperium, malisque artibus ad se traxerat, in *l. ult. C. Th. de episcop.*

PRÆTENDERE, obtendere, prætexere, velamento aliquo se defendere, in *l.* 1. *D. de vacat. & excus. mun. & passim.* Mulier, quæ ætatem filii *prætendit* ad eluendam legitimam accusationem: *l.* 11. §. 9. D. *ad leg. jul. de adulter.*

PRÆTER, pro citta, absque, sine, in *l.* 3. *C. de silentiar. & decurion. eor. l.* 3. *C. Theod. eod. tit.*

PRÆTEREA in fine clausulæ a Modestino usurpatur, *l.* 34. §. 5. D. *de legat.* 2. & *l.* 16. D. *de legation.* ac utroque quidem loco *præsertim* videtur notare.

Præterea pro præter, in *l.* 17. *in fin. C. Theod. de prox. comit.*

PRÆTERIRE, verbum apud auctores proprium, quod significat nomen alicujus testamento prætermittere, ut loquitur Cic. *pro Cluent. c.* 15. Vet. Glossar. Græcum: *præteriri*, ἀμνημονεύτως ἐαθῆναι. Et ita *præterire* filium pater dicitur, qui nullam ejus mentionem testamento facit, eumque nec heredem instituit, nec exheredat. Et ita *præteritum* filium, nepotem, postumum accipe, *l.* 31. *l. ult.* D. *de lib. & postum. l.* 1. 12. & 17. D. *de injust. rupt. irrit. fact. testam. l.* 6. D. *de bonor. possess. contr. tab.* A primo item a secundo gradu *præteritus* filius: *l.* 8. §. 1. & 5. D. *eod. tit.* id est, cujus nec in primi nec in secundi heredis institutione, mentio facta non est. Præteriti liberi, quod ad bonorum possessionem contra tabulas attinet, intelliguntur, qui neque heredes instituti, neque, ut oportet, exheredati sunt: §. 12. *Inst. de hered. quæ ab intest.* Bene autem Justinianus: aut nec ut oportet. Etenim non quævis exheredatio filium summovet a contra tabulas bonorum possessione, sed quæ rite facta est, *l.* 8. §. 2. D. *de bonor. possess. contr. tab.* In testamentis ordinandis principale jus est de liberis heredibus instituendis vel exheredandis, ne præteritis istis rumpatur testamentum: *l.* 30. D. *de liber. & postum.* Similiter in *l.* 24. D. *de adquir. vel omittend. hered.* Venter *præteritus* dicitur, si in supremis ordinandis testator ejus (qui in utero est) mentionem non habuerit, ut loquitur *l.* 36. §. 2. D. *de testam. milit. Præteriti* senatores dicebantur, qui senatus lectione prætermissi, neque lecti erant, ut docet Festus in verbo *præteriti* Liv. *lib.* 40. *c.* 51. Tres ejecti de senatu, retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos.

PRÆTERMITTERE, omittere. Sic: *prætermittere* exceptionem: *l.* 29. *pr.* D. *mandat.* stipulationem: *l.* 10. D. *de præscript. verb.*

Præ-

Prætermittere, in teſtamento aliquem, eſt præterire, ut in *l.* 4. §. *ult.* D. *de bonor. poſſeſſ. contr. tab.*

Prætermittere, alias eſt repudiare. Sic *prætermittere* hereditatem: *l.* 59. D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 3. D. *ſi quis omiſſ. cauſs. teſtam.* Prætermittere cauſſam teſtamenti eſt, ſi quis repudiaverit hereditatem (ut teſtamento delatam,) eam ab inteſtato poſſidere volens: *l.* 1. §. 6. D. *ſi quis omiſs. cauſs. teſtam. Prætermittere* cauſſam teſtamenti videtur, qui quum poſſet jubere (adire hereditatem) noluit id facere: *l.* 1. §. 2. D. *eod. tit.*

PRÆTEXTATUS, in *l.* 3. §. 6. D. *de liber. exhib.* puerum notat a XIV. anno ætatis ad XVII. quo tempore toga utebantur, cui prætextus erat limbus purpureus. Voſſ. *Inſt. Orat. lib.* 4. *c.* 8. *ſect.* 8. Poſtea ſumebant togam virilem. Pancirol. *var. lect. lib.* 1. *c.* 15. Eodem ſenſu dicitur *prætextata in* §. 1. *Inſt. de injur. Prætextatus* puer: Paull. *lib.* 5. Sent. *tit.* 4. §. 14. ubi Vid. Schulting. *pag.* 443.

PRÆTEXTUS vulgo color quæſitus, ut expoſuit Budæus in *l.* 6. §. 3. D. *de offic. præſid. l.* 29. *C. de tranſact.*

PRÆTOR. Initio ipſi conſules *prætores* dicebantur, quod præirent populo, ut Livius *lib.* 3. *c.* 55. & Varro *lib.* 2. *de vita pop. Rom.* referente Nonio *c.* 1. *ſect.* 91. ſcribunt. Hinc apud Liv. *lib.* 7. Lex vetuſta ſcripta verbis, ut qui *prætor* maximus eſſet, idibus Septembrib. clavum pangeret: id eſt, qui ſummum imperium & poteſtatem haberet, veluti Conſul, aut Dictator. Juſtinianus autem *Novell.* 25. de *prætore* Lycaon. ſcribit nomen *prætoris* proprium Imperii Romani fuiſſe, ante ipſos etiam Conſules in republica uſurpatum, quippe cum veteres Romani ſuos Imperatores *prætores* adpellarent, iisque rei militaris ſummam poteſtatem attribuerent, legibuſque ab iis ſcriptis parerent. Quin & a Paullo *lib.* 1. *ſent. Tit.* 15. §. 2. Ædilis vocatur *prætor* vid. Cujac. *ad hunc loc.* Poſtea vero hoc nomen ad eos magiſtratus, quibus urbana, vel inter cives & peregrinos juriſdictio attributa fuit, translatum eſt. Cujus magiſtratus de incunabulis & incrementis non poteſt commodius, quam ipſiusmet Pomponii adſutis verbis referri, quæ ita habent. Quumque conſules avocarentur bellis finitimis, neque eſſet, qui in civitate jus reddere poſſet, factum eſt, ut *prætor* quoque crearetur, qui *urbanus* adpellatus eſt, quod in urbe jus redderet. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo *prætore*, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus eſt & alius *prætor*, qui *peregrinus* adpellatus eſt, ab eo, quod plerumque inter peregrinos jus dicebat. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi provincia: totidem *prætores*, quot provinciæ in ditionem venerant, creati ſunt: partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præeſſent. Deinde Cornelius Sulla quæſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de Sicariis & *prætores* quatuor adjecit: deinde Caius Julius Cæſar duos *prætores* conſtituit. Divus deinde Auguſtus ſedecim prætores conſtituit. Poſt deinde Divus Claudius duos *prætores* adjecit, qui de fideicommiſſo jus dicerent, ex quibus unum D. Titus detraxit, & adjecit D. Nerva, qui inter privatos & fiſcum jus diceret. Ita decem & octo prætores in civitate jus dicunt:

cunt: *l.* 2. 27. & 32. D. *de orig. jur.* Pomponio itaque Tacitus dissentit. de Tiberio enim loquens *lib.* 1. *Annal. c.* 14. Candidatos, ait, *præturæ* duodecim nominavit, Numerum ab Augusto traditum, & hortante Senatu, ut augeret, jurejurando obstrinxit, se non excessurum.

Prætores ærarii legere est apud Tacit. *lib.* 4. *hist. c.* 9. quos Dio Cassius *lib.* 60. *p.* 680. τὰς σρατηγὰς τὰς ἐπὶ τῆς διοικήσεως vocat. Cui adpellationi locus in urbe fuit, quamdiu curam ærarii *prætores* aut *prætorii* viri ex Augusti instituto sustinuerunt, quod ad Claudii usque tempora servatum, Sueton. in *August. c.* 36. & *in Claud. c.* 24 *docet.*

Prætor Constantinianus vocatur in *l. ult. C. de præd. & al. reb. minor.* quem constituerat Constantinus Imperator, cujusque in eo constitit officium, ut in distractione rerum minorum decretum caussa cognita interponeret. Immo tunc quoque partes suas interponere hunc *prætorem* jusserat, si propter debita fiscalia pupillorum vel minorum res immobiles distrahendæ essent, quamvis necessaria esset hæc distractio. Heinec. *Histor. jur. civ. lib.* 1. §. 357. ubi laudat Balduin. *in Constant. M. p.* 177.

Prætor fideicommissarius qui de fideicommissis cognoscebat: *l.* 4. *extr.* D. *quib. ad libert. procl. l.* 78. §. 6. D. *de legat.* 3. *l.* 2. *C. qui pot. in pign.* qui *prætoris* nomine exaudiendus est in *l.* 29. D. *de usu & usufr. leg. l.* 83. §. *ult.* D. *de hered. inst.* Duos a Claudio Cæsare institutos esse scribit Pompon. *l.* 2. §. 17. D. *de orig. jur.* & ex iis unum a Tito Cæsare detractum esse. Suetonius autem in *Claud. c.* 23. Jurisdictionem, inquit, de fideicommissis, quotannis & tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Hæc autem facile est ex Fabii verbis explicare, qui *lib.* 3. *cap.* 6. sic scribit: Non debes apud Prætorem petere fideicommissum, sed apud Consules: major enim prætoris cognitione summa est, quæritur an major summa sit, &c. Quo ex loco intelligitur, fideicommissorum jurisdictionem ita partitam fuisse, ut prætor usque ad certam summam cognosceret, de majore Consul jus diceret. Ulpianus perspicue id confirmat *tit.* 25. §. 12. Fideicommissa, inquit, non per formulam petuntur, ut legata: Sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut prætoris qui fideicommissarius vocatur: in provinciis vero, præsidum provinciarum.

Prætoris fiscalis, qui, ut inter fiscum & privatos jus diceret, a Nerva est constitutus, mentio fit *l.* 2. §. 32. D. *de orig. jur.*

Erat & alius, qui de *liberalibus caussis* cognoscebat *prætor.* Justinian. *Novell.* 13. *c.* 1. Καὶ ὥσπερ ἕτεροὶ πραίτωρές εἰσι ἐν τῆ συγκλήτῳ βȣλῆ, οἱ τῶν ἐλευθερεῶν καὶ τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν τοιȣ́των προκαθήμενοι, Id est. Et quemadmodum in Senatu alii, *prætores* sunt, qui libertatibus, alii qui tutoribus, & similibus præsunt. Talem intelligit Ulpian. *l.* 3. §. 1. & *l.* 5. D. *de liberal. causs.*

Prætor peregrinus, cujus mentio est in *l.* 10. §. 4. D. *de dol. mal.* quique, ut Pomponius scribit in *l.* 2. §. 27. D. *de orig. jur.* creatus est propter magnam peregrinorum turbam, ut inter eos jus diceret: cum Urbanus prætor satisfacere utrisque non posset. Eum autem reperimus in Liv. *lib.* 19. *anno V. C.* 510. primum creatum fuisse, & *peregrinum* dictum, quod inter cives &

& peregrinos jus diceret. Itaque videmus apud Livium ſemper urbanam juriſdictionem ei, quæ inter cives & peregrinos eſt, opponi, ut *lib.* 22. Romæ juris dicendi, ait, urbana ſors Pomponio: inter cives Romanos & peregrinos P. Furio Philo evenit. Et *lib.* 13. *Prætores* deinde provincias ſortiti, L. Apuſtius Fullo urbanam juriſdictionem, M. Acilius Glabrio inter cives & peregrinos. Et *lib.* 40. Juriſdictio urbana M. Orgulnio Gallo, inter peregrinos ſortiti ſunt. Et *lib.* 41. *Prætores* L. Papyrius Maſſo urbanam, M. Abutius inter peregrinos ſortiti ſunt. Et *lib.* 42. Prætores deinde provincias ſortiti ſunt: A. Atilius Serranus urbanam, C. Clunius Saxula inter cives & peregrinos. Honoratiorem autem urbanam peregrina fuiſſe, Appianus & Dio non obſcure ſignificant. Ille *lib.* 2. *de bell. civil.* ſcribit, Brutum & Caſſium *prætores* deſignatos inter ſe contendiſſe, uter juris inter cives dicundi provinciam obtineret. Hinc autem *lib.* 42. ubi narrat *prætorem* Cæcilium indigne tuliſſe, quod Cæſar eam provinciam collegæ Trebonio dediſſet. Omnibus autem præturis præſtantiorem & gratioſiorem fuiſſe, Cic. in orat. *pro Murena* perſpicue demonſtrat. Sed quæri ſolet, quid inter urbanam & peregrinam præturam interfuerit. Hotomannus tres fere differentias tradit. Prima hæc eſt, quod, ut modo diximus, ſoli cives Romani agere apud *urbanum* poterant, peregrini non poterant. Altera, quod apud illum lege agebatur: apud hunc autem nequaquam. Itaque (ut eſt in *orat. pro Flacco*) cum Græcus homo Heraclides a C. Plotio ſenatore mancipia quædam petiiſſet, & fore videret, ut judex ſumtus ſententiam ſecundum reum diceret, & ab eo judice abiit, & quod judicium lege non erat, cauſſam totam reliquit. Quod cum ita ſit, ſequitur cives Romanos, neque alienos adoptare, neque ſuos ſervos manumittere, neque in jure cedere, neque bonorum poſſeſſionem, tutoremve civi Romano impuberi poſtulare apud eum potuiſſe: denique, ut rem uno verbo complectar, legis actionem eum prætorem non habuiſſe. Falſum eſt autem (ut *ibid* obſervat) quod quidam ſcribunt, eum de pecuniis repetundis quæſiſſe: nam Aſconii locus in orat. Ciceronis contra competitores, quo ſolo argumento nituntur, longe alio pertinet. Scribit enim Antoniam cum magiſtratum adhuc nullum obtinuiſſet, ſed equitum turmas de Syllano exercitu nactus eſſet, Græcos ſpoliaſſe: ideoque ad Marcum Lucullum Prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat, a Græcis in jus eductum eſſe: non igitur repetundarum judicium illud erat, ſed injuriarum potius: quæ cum atrociores eſſent, dignæ viſæ ſunt, de quibus prætor ipſe inter civem & peregrinos Græcos homines cognoſceret. Tertiam differentiam hanc ponit, quod *Prætor urbanus* edictum in albo proponebat, *peregrinus* ex edicto illius jus dicebat, non ex ſuo. Sed ex indice librorum Labeonis contrarium adparet, in quorum numero ejus ad edictum *prætoris urbani*, nec non *prætoris peregrini* libri recenſentur.

Prætor tutelaris, de cujus officio librum ſingularem ſcripſit Ulpianus, qui laudatur a Modeſtino in *l.* 6. §. 13. *D. de excuſ.* & ex quo ſumtæ ſunt: *l.* 3. 5. & 9. *D. eod. tit.* ut docet inſcriptio. Hunc a Marco Antonino Philoſopho primum inſtitutum Jul. Capitolinus *in ejus vita c.* 10. ſcribit.

ſcribit. Is tutelaribus cognitionibus præſidet, ut loquitur *l.* 1. *C. de tutor. & curat. illuſtr. l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

Prætor urbanus: *l.* 1. *D. de reb. eor. qui ſub tutel.* quo differat a *peregrino* modo eſt dictum.

PRÆTORIANUM dicitur quod ad prætorem ſpectat, vel a prætore eſt. Ut: *prætorianus* tutor, apud Ulpian. *Tit.* 11. *regul.* §. 24. id eſt, prætorius, ut eſt in §. *ult. Inſt. de auctor. tut.*

Alias *prætorianum* adpellatur quod ad præfectum prætorio pertinet, ut *prætoriana* ſcrinia, in *l.* 13. *pr. C. Theod. de indulgent. debit.*

Prætoriani milites quidam adpellantur non a præfecto prætorio, nam ab hoc diverſus erat præfectus prætorianorum, qui poſtea Comes Aulicorum, Cura palatii, & tandem ſub Juſtiniano Curopalates vocatus eſt: *Evagr. hiſt. eccleſ. V.* 1. Add. Car. du Freſne *Gloſſ. Latin.*

PRÆTORIUM, pro auditorio judicum uſurpatur. Quin etiam ædes publicas magiſtratuum judicumve cauſſa exſtructas ſignificat: *l.* 14. C. *de offic. rect. provinc.* Juſtinian. *Novell.* 24. *proœm.* *Prætores* tam eos, qui in urbe jus dicebant, quam eos, qui exercitui præerant, unde etiam judiciarias domus, *prætoria* vocari, conſtituerunt. Vopiſc. *in Aurelian. c.* 45. Forum nominis ſui in Hoſtienſi ad mare fundare cœpit, in quo poſtea *prætorium* publicum conſtitutum eſt. Sic *prætorium præſidis* Tertullian. *ad Scapul. c.* 3. dixit. B. Ambroſ. *Serm.* 17. Ingrediuntur *prætoria*, aures judicum & publicas inquietant. Paullin. *in vita B. Ambroſii*: Quum ad *prætorium* Macedonii, tunc magiſtri officiorum, pro quodam intercedendo perrexiſſet. Et ita hoc verbum accipe *apud eumd.* quum ait: Infans in area *prætorii* in cœna poſitus. *Prætorium* etiam præfecturæ Galliarum ſignat D. Gregor. *lib.* 8. *epiſt.* 8. Perlatum ad nos eſt, Baſilicum Epiſcopum velut unum de ultimis in cauſſis occupari, & *prætoria* inutiliter obſervare. Et ita intellige *prætorium* in *l.* 3. *C. Th. de offic. omn. judic. l.* 3. *C. de metat. l.* 31. §. 1. D. *de epiſc. & cler.* Atque hoc vocabulum è Latio in Græciam quoque migravit, ut eſt in D. Matth. *Evang. c.* 37. *v.* 27. D. Marc. *c.* 15. *v.* 16. D. Joan. *c.* 19. *v.* 9. D. Paull. *ad Philipp. c.* 1. *v.* 13. Hoc autem *prætorium* Joan. Chryſoſtom. in *præf. Homiliar. in Epiſt. Paul. ad Philipp. Tom.* 6. *oper. p.* 2. τὰ βασιλεία τοῦ Νέρωνος, palatium Neronis interpretatur. Sane Conſtantinopoli vinctos in *prætorio* adſervatos, indeque ad ſupplicium raptos oſtendit Zonaras *Tom.* 3. *Annal. p.* 65. πλείςους δέ τοῦ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολάσῃ αὐτοὺς οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθειρχθησαν. Plurimos præfecto ad ſupplicium in *prætorio* cuſtodiendos tradidit. Idem. *p.* 90. Καὶ συρόμενος ἐκ τῆς τοῦ πραιτωρίου εἱρκτῆς ἄχρι τοῦ Πελαγίου, ἐπεὶ μετὰ τῶν κατακριτῶν ἐῤῥίφη. Et e pretorii carcere protractus uſque ad pelagium, illic cum condemnatis eſt projectus. Idem. *p.* 93. εἰς τὸ πραιτώριον ἐναπέθετο, ὅπου τινὲς αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν τῷ κυρίῳ παρέθεντο. In *prætorium* incluſit, ubi eorum quidam animas ſuas in manus Domini depoſuerunt. Idem in Irene *p.* 94. Καὶ τοὺς παῖδας μαςίξασα ἐκείνου, καὶ τῶν τριχῶν ἀφελομένη, ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθεῖρξε. Et liberos flagris cæſos & raſos in carcerem prætorii conjecit.

Prætorium etiam adpellarunt veteres partem villæ lautius & ſplendidius ædificatam, & patris familias habitationi inſervientem:

l. 2. D. de servit. præd. rustic. l. 12. D. de usu & habit. l. 34. §. 3. D. de legat. 2. l. 91. §. 1. D. de legat. 3. l. 13. §. ult. D. de injur. l. 198. D. de verb. signif. & apud Sueton. *in Calig. c. 37.* Pallad. *lib. 1. c. 8.* Tertullian. *de idolatr. c. 8.* Statium. *lib. 1. Silv. 3. v. 25* Symmach. *lib. 1. epist. 4. lib. 17. epist. 9. & lib. 6. epist. 67.*

PRÆTORIUS, *a, um. Prætorius* vir, in *l. 19. D. ad SC. Vellei.* & *prætorii*, apud Sueton. *in August. c. 36.* qui nempe prætura functi sunt, ut idem Suet. *in Claud. c. 24.* loquitur.

Prætorium etiam dicitur, quidquid a prætore est. Sic: *Prætoria* actio *: l. ult. C. quod cum eo, qui in alien. pot.* Eo nomine veniunt actiones, quæ & honorariæ, quas prætor ex sua jurisdictione comparatas habet, ut loquitur Justinianus §. 3. *Inst. de action.* Sive quæ ex propria *prætoris* jurisdictione pendent, ut *pr. Inst. de perpet. & temp. act.* Sic etiam *prætoria* cautio : *l. 32. §. 1. D. ad leg. falcid.* jurisdictio : *l. 1. §. 9. D. de oper. nov. nunc.* & *prætoriæ* stipulationes, quæ a mero prætoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti. Has autem sic audiri oportet, ut in his etiam continentur Ædilitiæ : nam & hæ ab jurisdictione veniunt : *l. 5. D. de verb. oblig. tot. tit.* D. *de prætor. stipul. Prætoriæ* stipulationes legem accipiunt de mente prætoris, qui eas proposuit : *l. 52. D. de verb. oblig.* & inter actionum obtinere dicuntur, in *l. 37. D. de oblig. & action. l. 10. §. ult. D. de compensat. Prætorium* jus, quod prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi, juris civilis gratia, propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem prætorum sic adpellatum : *l. 7. D. de justit. & jur.* Et ita *prætorium* jus intellige : in *l. 114.* D. *de testib. l. 3.* D. *de legit. hered. l. 18.* D. *si quis omiss. causs. testam. l. 27.* D. *de reg. jur. l. 7. C. qui admitti ad bonor. possess. prætorium* pignus de quo supra art. *pignus.*

PRÆTURA, honor & officium prætoris, in *l. 3.* D. *de offic. prætor. l. 2. in fin* D. *de judic.*

Præturæ gradus varii fuerunt, ut Flavialis & Constantiniana quarum mentio est in *l. 13. C. Th. de prætor. & quæst.* & in *l. 5. eod. tit.* ubi & *Triumphalis* memoratur. Tres illæ sub Constantio Constantinopoli fuere, & quidem hoc ordine : ut prima fuerit *Flavialis*, secunda *Constantiniana*; tertia *Triumphalis*. Verum sub ipsomet Constantio quinque factæ, *d. l. 13. eod. tit.* & ordo earum inversus : Nempe *Constantiniana* prior facta : *Flavialis* vero tertia, ut diserte ipsemet Constantius *ead. l. 13.* Tandem quod docet *l. 25. eod. tit.* sub Theodosio M. octo fuere, qui quatuor prætoribus seu *præturis* totidem addidit, hoc ordine constituto : Constantiniana, Constantiana, Theodosiana, Arcadiana, Triumphalis, Augustalis Romana, Laureata : e quibus Theodosianam & Arcadianam Senatus ipsemet primis prætoribus addidit : Theodosius Augustalem & Laurentam injunxit seu sociavit, Constantiniana a Constantino M. D. Constantii nomine Constantiana dicta est, quæ principum ipsorum exemplo Constantinianæ adhæsit. Flavialis sic dicta, quod in honorem generis Flavii & quidem Constantii Chlori, e quo Constantinus M. Vid. Jac. Gothofr. in Comment. ad *d. l. 5. & 25. C. Theod. de præt. & quæst.*

PRÆVALENTIA, pro conditione plus valendi, in *l. 23.* §.

§. 4. D. *de rei vind.* Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 335.

PRÆVALERE, id eſt, præponderare, vincereque dicuntur auctoritates : *l.* 69. D. *de evict.* cauſſa : *l.* 98. §. 6. D. *de ſolut.* rei judicatæ clauſula : *l. ult.* D. *judic. ſolv.* culpæ nominere teneri aliquem : §. *ult. Inſt. de ſociet.* donatio : *l.* 22. D. *de don. int. vir. & ux.* favor libertatis : *l.* 14. D. *de legat.* 2. legatum : *l.* 14. D. *eod. tit.* libertas : *l. ult.* §. 1. D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* quod principale eſt : *l.* 18. §. *ult.* D. *de injur.* ſententia : §. 2. *Inſt. de emt. vend.* ſexus : *l.* 10. D. *de ſtat. hom.*

PRÆVARICARI, inquit Marcianus eſt vera crimina abſcondere, & falſas excuſationes recipere : *l.* 1. D. *ad SC Turpill.* vel ut loquuntur Critici, eſt *νοσφίζεσθαί τινα*, id eſt; parcere & alludere alicui. Item *prævaricat*, divaricat, varicat, *ὑπερβαίνει*, *διασκελίζει*. Hinc prævaricari reo, Græcis *καθυφιέσθαι τῷ ὑπευθύνῳ*, id eſt, ſubmittere ſe reo. Vet. Gloſſar. *prævaricari*, *ἀληθῆ ἐγκλήματα ἀποκρύπτειν*. Qui *prævaricatur* ex utraque parte conſtitit, quin immo ex altera : *l.* 1. *D. de prævar. l.* 4. §. *ult. D. de his, qui notant. infam.* Plin. *lib.* 3. *epiſt.* 9. Reum poſtulavit tamquam in cauſſa uxor hæc Claſſici *prævaricaretur*. Nec accuſator modo, ſed & advocatus, licet minus proprie, *prævaricari* dicitur, cum prodit cauſſam, in *l.* 1. D. *de prævaric. l.* 1. *C. de advoc. diverſ. judic.* Hinc.

PRÆVARICATIO, crimen ejus, qui prævaricatur : *rubr.* D. *de prævaric. l.* 3. 5. & 6. D. *eod. tit. l.* 11. *C. de accuſ. l.* 1. *C. de ſent. adverſ. fiſc. l.* 3. §. 13. D. *de homin. liber. l.* 43. §. 11. D. *de rit. nupt. l.* 10. D. *de diverſ. tempor. præſcr. l.* 1. D. *de jur. fiſc.* Cic. *partition. c.* 36. Ut ſi in reo abſoluto rurſuſque revocato *prævaricationem* accuſator eſſe definiat, omnem judicii corruptelam ab reo. Defenſor autem non omnem, ſed tantum modo accuſatoris corruptelam ab reo. *Et poſtea*, ex nomine ipſo vim hujus verbi deprehendi ait, quod ſignificat his verbis : quum in contrariis cauſſis quaſi varie poſitus eſſe videatur. Quinctil. *lib.* 7. *c.* 2. Ut abſolvatur reus, aut innocentia ipſius ſit, aut interveniente aliqua poteſtate, aut vi, aut corrupto judicio, aut difficultate probationis, aut *prævaricatione.* Plinius tamen *lib.* 1. *epiſt.* 20. verbi hujus poteſtatem latius porrigens, nimiam cauſſidicorum brevitatem in *prævaricationis* judicium vocat. *Prævaricationem* certe in advocato adpellat, tranſire dicenda, & curſim ac breviter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda.

Prævaricatio etiam ſignificat apoſtaſiam, *παράβασιν*, in *l.* 3. *C. Th. de apoſtat.*. Sed & de inconſtantia heredis modo probantis, modo improbantis defuncti judicium, eadem vox dicitur, in fine *d. l.* 3. ubi vid. Gothofr. *in not.*

PRÆVARICATOR, eſt, qui colludit cum reo & translatitio munere accuſandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes diſſimularet, falſas vero rei accuſationes admitteret, *l.* 1. *pr.* D. *ad SC. Turpill. Prævaricator* eſt quaſi *varicator*, qui diverſam partem adjuvat prodita cauſſa ſua : *l.* 4. §. *ult.* D. *de his, qui not. infam.* Is autem proprie *prævaricator* dicitur, qui publico judicio accuſaverit. Ceterum advocatus non proprie *prævaricator* dicitur, *l.* 1. D. *de prævaric.* Prævaricatores adpellamus eos, qui cauſſam adverſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem

tem rei concedunt : a varicando enim prævaricatores dicti sunt : *l.* 212. *D. de verb. signif.* Vetus Glossar. Græcum : *prævaricator*, συκοφάντης ὁ προδιδȣ̀ς τὴν ἰδίαν δίκην, καὶ τῷ ἀντιδίκῳ βοηθῶν. Et rursus : *prævaricator* ἐςὶ ὁ συμπαίζων μετὰ ἐναγομένȣ καὶ μεταφορικῶς λειτȣ́ργημα τȣ̃ κατηγορῆσαι πληρῶν, διότι τὰς μὲν οἰκείας ἀποδείξεις προσποιεῖται, τὰς δε ψευδεῖς τȣ̃ ἐπαγομένȣ ἀπολογίας προσίεται. Et Ulpianus quidem nomen hoc a *varicando*, Labeo vero a *varia certatione* tractum putabat, *l.* 1. D. *de prævar.* & *l.* 4. §. *ult. D. de his, qui not. infam.* Ulpiani opinioni suffragatur Plinii auctoritas, qui *lib.* 18. *c.* 19. ita scribit : Arator nisi incurvus, prævaricator. Inde translatum hoc crimen in forum. Vid. Cujac. *lib.* 9. *obs. c. ult.* & Menag. *Amoenit. jur. civ. c.* 39. *prævaricator* caussæ publicæ apud Cic. *lib.* 8. *ad divers. epist.* 11. Plin. *lib.* 3. *epist.* 9. Est lege cautum, ut reus ante peragatur, tunc de *prævaricatore* quæratur, videlicet, qui aptius ex accusatione ipsa accusatoris fides accusatur. Ambros. *lib.* 4. *Exhemer. c.* 3. Naturalis juris *prævaricator*.

PRÆVENIRE, interdum est occupare : & ita *prævenire* dicitur, qui prior agit, in *l.* 2. §. 8. *l.* 4. *pr.* & §. *ult. l.* 15. *pr.* D. *ad leg. jul. de adulter.* & *passim.*

PRAGMATICARII, in *l.* 17. *pr. C. de divers. rescript.* in sacris principis scriniis occupati, quorum ingeniis pragmaticæ adnotationes, sanctiones, acta cognitionum, arcana committebantur. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 7. *p.* 570.

PRAGMATICÆ sanctiones dicuntur jussiones Imperatorum vocantur, ut in *l.* 10. *C. de SS. Eccles.* *l.* 33. *C. de episc.* & *cler. l. ult. C. de divers. rescript. l. ult. in fin. C. de bon. petit. l. un. C. ut nemin. lic. in emt. specier.* Constit. *Hæc quæ necessario de nov. Cod. fac.* §. 4. *Constit. summa reip. de Justin. Cod. confirm* item *pragmaticæ* & sacræ adnotationes, *l.* 12. *C. de vectig.* & *commiss.* Vetus Glossar. *Pragmatica* est illa constitutio, quam constituit Imperator, habito prius tractatu cum principibus. Vocantur & *pragmatica* absolute, ut in *l.* 36. *C. Th. de annon.* & *trib. l.* 52. *C. Th. de hæret. l.* 3. *C. Th. de decurion.* & *silentiar.* in qua postrema tamen Justinianeus codex pro *generalitate pragmatici* habet *generalitate pragmatica. Pragmaticæ* autem sanctiones principum rescripta dicuntur, non de privatorum negotiis, sed corporum, ordinum, & collegiorum caussis de consilii sententia emissa : inde, ut vult Hottomannus, deducto verbo, quod pragmaticis & peritis viris in consilium adhibitis interponuntur. Zeno in *l. ult. C. de divers. rescr. Pragmaticas* præterea sanctiones, ait non ad singulorum preces super privatis negotiis proferri : sed si quando corpus, aut schola vel officium, vel curia, vel civitas, vel provincia, vel quædam universitas hominum ob caussam publicam fuderit preces, manere decernimus. *Pragmatica* sanctio & annotatio tanquam diversæ memorantur, in *l.* 10. *C. de SS. eccles.* & *d. l. ult. de divers. rescr.* Illa dicitur, cum Imperator re cum consilio cognita & agnita quidpiam decernit : hæc cum ad oblatas preces nomen suum simpliciter adnotat atque adscribit. Justinianus in *l. ult. C. de prox. sacr. scrin.* Certæ sunt dispositiones nostri numinis, ait, quarum prima quidem ad supplicationem Adjutorum emissa est : altera vero per sacram pragmaticam facta est.

Prag-

Pragmatici, in *l.* 9. §. 4. *D. de pœn.* erant tabelliones, qui libellos concipiebant & testationes consignabant. Græcis ἀντιγραφεῖς συμβολαιογραφεῖς. *Antecessorum* etiam nominibus esse pragmaticos comprehensos, ex glossis juris probat Bynkershoeck *lib.* 6. *obs. c.* 3. ubi & Salmasio *observat. ad jus Attic. & Rom. c.* 29. *p.* 8 9. *l.* 9. §. 4. & 5. *D. de pœn.* alia, quam vulgo legitur, ratione dispungenti, consentit. *Hein.* A Græcis vero *pragmaticos* vocatos juris interpretes, qui mercedula adducti, ministros se in judiciis oratoribus præbebant, & quasi tela agentibus subministrabant. Cicero *lib.* 1. *de orator. c.* 59. & Quinctilian. *lib.* 3. *c.* 8. & *lib.* 5. *c.* 2. *pragmaticum*, ait, caussarum actorem adpellatum.

PRATUM, est, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum: *l.* 31. *D. de verb. signif.* Quam vocis etymologiam amplectebantur Varro, Columella, Plinius, Isidorus. Sed a Dorico πρατία cum Scaligero derivare mavult Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39.

PRÆCARIA genus est contractus ad *precarii* similitudinem institutum: quem contractum adpellat *l.* 23. *D. de regul. jur.* Est autem conventio de re alterius utenda fruenda, ea lege, ut certis temporibus renovetur. Magna autem inter *precarium* & *precariam* differentia est. Nam *precarium* sine precibus non constat, *l.* 1. & 2. *in fin. D. de precar.* & apud Paull. *lib. Sent.* 5. *tit.* 6. §. *heres.* Precaria interdum sola concedentis sponte & voluntate contrahitur. Illud tam mobilium quam immobilium rerum est. *l.* 4. *D. eod. precaria* prædiorum interdum etiam pecuniæ. Illud ex mera concedentis voluntate pendet; neque certi temporis obligationem recipit, *l.* 1. & 12. *D. eod.* hæc certum plerumque ad tempus datur: veluti ad vitæ tempus: neque prius removeri potest. Illud mere gratuitum est, *l.* 1. *D. eod.* hæc plerumque mercedem recipit. Illud renovandum non est: hoc certis temporibus renovatur, veluti quinto quoque anno: ut in concilio apud Beluacenses, de quo in *c.* 1. *extra de prec.* & in *legib. Franc. l.* 4. *tit.* 39. *De precariis*, ut ibi modo sunt, renoventur. Quemadmodum autem *precarium* interdum conventio est de re, quam quis oppignoravit, precario recipienda, & ad tempus utenda, *l.* 6. *in fin. l.* 10. *D. de precar.* & apud Isidor. Etymol. *l.* 5. *c.* 15. *precarium* est, inquit, dum prece creditor rogatus, permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, & ex eo fructus capere. Sic *precaria* interdum dicebatur de re, quam donator ipse ab eo, cui eam dederat, fruendam recipiebat, ut in Capitul. Caroli, & in *Langobard. lib.* 2. *tit.* 18. *de ult. volunt. l.* 4. Noscat sibi interdictum esse de eadem re facere duas traditiones: sed postquam unam de rebus suis traditionem, (in capitular. legitur *ordinationem*) fecerit, aliam de ipsis rebus faciendi nullam habeat potestatem, ita tamen si usum fructum voluerit habere, per *precariam* res traditas usque in tempus definitum possidendi sit concessa facultas. Patet igitur eum, qui rei alienatæ usum fructum retinet, ut in *l.* 28. *C. de donat.* titulum hunc usurpasse, ut per *precarium* eam rem possideret. Et hoc nimirum est quod scribit Rhenan. *Rer. Germ. lib.* 2. Quidam inquit in illo recenti Christianismo res suas Ecclesiæ donabant, & rursum agros

aut

aut domum in beneficii modum recipiebant, ad vitæ suæ tempus non citra tamen penitationem: nec filius post mortem patris, aut heres vindicare sic donata poterat. Item in *Legib. Aleman. tit.* 2. Si quis liber res suas ad ecclesiam dederit, & per chartarum firmitatem fecerit, & post hæc a pastore Ecclesiæ per beneficium susceperit ad victualem necessitatem conquirendam diebus vitæ suæ, & quæ despondit persolvat ad Ecclesiam, censum de illa terra post illius discessum nullus de heredibus contradicat. Alterum precariæ exemplum exstat apud Naucler. *Generat.* 25. ex Concilio Carolomanni: Statuimus, ut sub precario sensu aliquam partem ecclesiasticæ pecuniæ in adjutorium exercitus nostri aliquanto tempore retineamus: ea conditione ut annis singulis de una quaque cassata, solidus, id est, duodecim denarii ad Ecclesiam reddantur: eo modo, ut si moriatur, ille cui pecunia accommodata fuit, Ecclesia cum propria pecunia revestita sit, & iterum si princeps jubeat, precarium renovetur.

PRECARIO, precative. Sic *precario* quid accipere, dare: *l.* 3. §. 5. D. *de adquir. possess.* concedere: *l.* 4. §. *ult. l.* 18. §. 3. *D. de precar. l.* 1. §. 11. D. *de itin. actuq. priv.* habere: *l.* 4. §. 1. D. *de precar.* habere autem *precario* videtur, qui possessionem vel corporis vel juris adeptus est, ex hac solummodo caussa, quod preces adhibuit, & impetravit, ut sibi possidere, aut uti liceat: *l.* 2. §. *ult.* D. *de precar.* Qui vi aut clam aut *precario* ab adversario possidet. Paull. *lib.* 5. *Sentent. tit.* 6. §. 1. Eodemque modo in interdictis *precario* possidendi, utendi, ducendique verba intelligenda sunt; *l.* 1. D. *uti possid. l.* 1. D. *de superficieb. l.* 1. D. *de itiner. actuq. priv. l.* 1. D. *de aqu. quotid. & æstiv. l.* 1. D. *de rivis. l.* 1. D. *de cloac.* Quo adludere videtur illud Terentianum, Eunuch. *Act.* 2. *sc.* 3. *v.* 26. Hunc tu mihi, vel vi vel clam, vel *precario* fac tradas. Tertullian. *lib.* 5. *advers. Marcion. c.* 12. Nisi si etiam paradiso creatoris *precario* usus est, sicut & mundo. Idem *advers. Hermogen. c.* 9. De alieno ergo usus, aut *precario* usus est, qua egens ejus aut & injuria, qua prævalens ejus. His enim tribus modis aliena sumuntur, jure, beneficio, impetu, id est, dominio *precario*, vi. *Precario* possidere, in *l.* 2. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.* est non animo dominii, aut sibi, sed alteri possidere. Quo etiam modo conductores rei locatæ possessionem *precario* detinere dicuntur: *l.* 34. *C. locat. Precario* rogare fundum: *l.* 36. D. *de adquir. possess.* Ceterum qui *precario* quid indulgebant, id publice proscribebant, adjecto simul modo, ne alter vel abuteretur, vel precarium in servitutem mutaret. Huc pertinet elegans inscriptio apud Reines. *Class. II. Inscr.* 48. precario aqua recipitur Te Gul. LXXXX. quam de aqueductu perperam accepisse Reinesius videtur, quum ad stillicidium precario receptum manifesto pertineat. *Hein.*

De *precario interdictum*, (quod restitutorium est, ut *l.* 2. §. 1. D. *de precar.* datur ei, qui precario dedit roganti usum vel possessionem rei etiam alienæ: *l.* 8. D. *eod. tit.* vel creditori, qui rem quam pignori accepit, precario concessit: *l.* 6. §. 4. *D. eod. tit.* Precarium autem videtur rogare & habere, si rogavit pro se, & habet pro suo, vel rogaverit procurator suus, negotiorum gestor,

&

& ipse ratum habet, ut D. *l. C.* §. 1. dum tamen accipiat in personam suam contractum: aliter non: *l.* 1. §. 21. *de adquir. vel amitt. possess.*

PRECARIUM est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concedit, patitur: *l.* 1. *D. de precar. Precarii* rogatio: *l.* 4. *D. eod. tit. l.* 11. §. 12. D. *quod vi aut cl.*

Precarium apud Feudistas simili notione dicitur. Vid. in *vocab. jur. feud.*

PRECONIUS, *a*, *um. Precaria* possessio: *l.* 5. §. 4. D. *commun. divid. l.* 13. §. 21. *D. de act. emt.* Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 5. §. 17. *l.* 3. *C. de pact. inter. emtor. Precaria* verba adpellantur, quæ non directa, nec imperativa, sed inflexa, & rogative concepta: *l.* 2. *&* 4. *C. de Codicill. l.* 14. *C. de fideicommiss. l.* 43. §. 3. D. *de vulgar. & pup. substit. l.* 24. *C. famill. erciscu. l.* 10. *C. de collat. l. ult. C. de fals. causs. l.* 15. *C. de testam. l.* 11. *&* 13. *C. de fideicommiss. libert.* Qualia sunt, rogo, peto, mando, deprecor, volo, cupio, desidero, injungo, opto, fideicommitto, exigo, scio te restiturum, credo & spero te daturum. Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 1. §. 6. *l.* 2. *C. de legat. l.* 118. D. *de legat.* 1. *l.* 35. *D. de aur. arg. legat.* Nam qui ita loquitur, nihil pro imperio facit, jubet, præcipit, sed preces adhibet, & obtestatione magis, quam jussione utitur. Hæc verba fideicommissi dicuntur, *l.* 69. §. *ult.* D. *de legat.* 2. *l.* 11. §. 1. D. *de legat.* 3. Fideicommissa enim precativo modo relinquuntur, ut Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 1. id est, ut Isidor. *lib.* 5. *c.* 24. tradit, non directis verbis, sed precativis. Sic *precariam* substitutionem fideicommissariam accipimus in *l.* 16. *C. de pact.* & *precariam* voluntatem in *l.* 66. D. *de legat.* 2. *Precarius* usus: *l.* 4. *C. de iis, qui a non domin.*

Precarium interdictum, de quo supra art. *precario.*

PRECATIO, pro precibus principi oblatis, in *l.* 2. *C. de fund. & saltib. rei domin. l.* 36. *C. Theod. de decurion.*

PRECATIVO modo fideicommissa relicta. Ulpian. *tit.* 24. §. 1.

PRECES, in libris juris desideria libellis, quæ Imperatori porriguntur, comprehensæ, seu desideria in libellum principi oblatum collata significant, *tit. C. de precib. Imperat. offer. l.* 9. *C. si cert. pet.* & alibi passim.

PREMERE oleum, uvas, *l.* 19. *D. locat. l.* 14. *in fin. D. de alim. vel cib. legat.*

Premere aliquando plantare, terræ, mandare, & defigere significat. Si vicini arborem ita terræ presserim, ut in meum fundum radices ageret: *l.* 7. §. *ult. D. de adquir. rer. dom.* Prorsus aliter Justinianus in §. 32. *Inst. de rer. divis.* Si vicini arbor ita terram Titii presserit, ut in ejus fundum radices egerit. Sed non intellexisse Tribonianum verba Caii in *d. l.* 7. §. *ult.* unde sumtus §. 32. *Inst. de rer. divis.* censet Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 9. Eadem loquendi figura est in illo Virgil. *lib.* 2. *Georg. v.* 346. Quæcumque premes virgulta per agros.

Premere metaphorice pro gravare, onerare, opprimere, in *l.* 2. *D. de oper. libert. l.* 19. *C. de his, qui accusar. non poss.*

PRESBYTER Græce, Latine senior interpretatur: non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, *presbyteri* nominantur: unde & apud veteres, iidem Episcopi & pres-

presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & non ætatis. Ideo autem & presbyteri Sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut Episcopi; qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant, nec paracletum spiritum dant, quod solis deberi Episcopis, lectio Apostolicorum Actuum demonstrat. Ita Isidorus *lib. 7. etymol. c. 12.* cujus verba referuntur *Dist. 21. c. cleros. 1. §. 11.* *Presbyterorum* vocabulum proximum esse Episcoporum nomine aiunt Impp. in *l. 5. C. Theod. de hæret.* Presbyter citra injuriam quæstionis testimonium dicat: *l. 8. C. de Episcop. l. 10. C. Theod. de fid. test.* Presbyterorum gradus: *l. 48. pr. C. Theod. de decurion.* fastigium: *l. 121. C. Th. de decurion.*

Pressura luminis: *l. 17. §. 2. D. de servit. præd. urban.*

Pretium, proprie est, quod pro re emta datur, & in veteri Glossario definitur, τίμημα ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον. Sunt autem pretii hæc adjuncta: æquum, certum, justum, suum, verum, & contra: immensum, immodicum, iniquum. Aliud est pretium aliud merx: *l. 1. D. de contrah. emt. l. 2. D. de rer. permut.* Nulla emtio sine pretio esse potest, sed certum esse debet pretium: *§. 1. Inst. de emt. vend. pretium* in numerata pecunia consistere debet: *§. 1. Inst. eod. tit.* liberatur tamen emtor, pretii caussa non numerata pecunia, sed pro ea pecoribus in solutum consentienti datis: *l. 9. C. de rescind. vend.*

Pretia non ex momentis temporum, nec ex ea, quæ raro accidat, caritate constituantur: *l. 63. §. 2. D. ad Leg. Falcid.* Emtio & venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit, *l. 1. pr. D. locat. conduct. pr. Inst. de emt. vend.* *Pretium* formale, de quo supra art. *formale.* Qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur fruitur: *l. 39. D. de usufr.* Longe aliud est rei *pretium*, aliud possessionis: *l. 3. in fin. D. uti possid.* *Pretia* rerum non ex adfectu, nec utilitate singulorum, sed communiter finguntur: *l. 63. pr. D. ad Leg. Falcid. l. 33. pr. D. ad leg. Aquil.*

Pretium incertum. Vid. voc. *incertum.*

Pretium facere dicitur, qui rei, quam venalem habet, pretium statuit, definit, ut in *l. 19. §. 1. D. commun. divid.* Plaut. *Pers. Act. 4. 1.* Judica, fac prætium. Martial. *lib. 1. epigr. 86.* Qui fecerit pretium, nisi qui sua perdere vellet omnia. In alia tamen omnia discedit Forner. *lib. 1. selection. c. 14.* qui *pretium* facere interpretatur licitari & emere.

Pretium justum, *l. 66. D. de legat. 2. l. 31. §. ult. D. de fideic. libert. l. 12. D. de religios. l. 6. C. solut. matrim. & passim.*

Pretium etiam est merces, quæ pro conductione operisve præstatur, ut in *l. 28. §. 1. D. locat. l. 32. §. 2. D. pro soc.* Hinc & *manupretium*, id est, manus seu artis & operis facti merces. Varro *lib. 4. de ling. Lat.* Pretium inquit, quod æstimationis emtionisve caussa constituitur, dictum a *peritis*, quod ii solum possunt facere recte id. Si quid datum pro opera, aut opere *merces* a *merendo*, quod manu factum erat, & datum pro re *manupretium*, a manibus & pretio. *Pretium* tamen depositionis a mercede separat. Ulpianus in *l. 2. §. 24. D. de vi bonor. rapt.*

Pretium pro præmio in *l. 5. §. ult. D. de injur.* accipitur. Ut & apud Livium *lib. 22.* his verbis: Haud satis dignum tanti laboris peri-

periculique *pretium* erat. In eamdem ſententiam verbum hoc idem auctor uſurpat, *lib.* 21. *&* *lib.* 29. Vopiſc. *in Aurelian. c.* 6. & Tacit. *lib.* 11. *Annal. c.* 7. in vulgato illo: Sublato ſtudiorum pretiis, etiam ſtudia peritura. Sic & Plaut. *Menæchm. Act.* 5. *ſc.* 6. *v.* 9. Verbera, compedes, molæ, magna laſſitudo, fames, friguſque durum: Hæc pretia ſunt ignaviæ.

PRIDEM, particula quæ cum ſimilibus de longiore tempore, decem & viginti dierum, aut menſis, menſiumve, & nonnumquam annorum, pro conditione accipienda eſt. Laur. Valla *lib.* 2. *Elegantiar. c.* 34. Actionibus, quas pridem habuiſti, uteris: *l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſact.*

PRIDIE genitivo etiam non raro jungi docent exempla apud Ciceronem *lib.* 1. *ad diverſ. Epiſt.* 4. Sententiam Bibuli de tribus legatis, pridie ejus diei fregeramus, & *lib.* 11. *ad Attic. epiſt.* 20. Philotimum Rhodum pridie ejus diei veniſſe. Sic & Ulpianus, *l.* 5. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* etiam ſi pridie Kalendarum fecerit. Immo genitivo ſervire hanc particulam, nonnumquam tantum accuſativo, pro regula ſumere non dubitavit Laur. Valla *lib.* 2. *elegantiar. c.*10. Pridie vero priorem tantum ſive præcedentem diem notat: eſt tamen, ubi & longius etiam tempus ſignificat, ut in *l.* 7. §. *ult. D. de fideicommiſſ. libert.* & apud Cic. *lib.* 9. *Epiſt. ad Attic.* 12.

PRIMARII curiarum, in *l.* 39. *C. Th. de decurion.* iidem ſunt, qui principales.

PRIMAS advocatorum: *l.* 3. *pr. C. de advocat. diverſ. judic.* id eſt, prior in ſede, ut loquitur, *l.* 10. *C. de advoc. diverſ. judic.* Primates urbium, vicorum caſtellorumque: *l.* 13. *C. Theod. de deſertor.* civitatum: *l.* 13. *C. Theod. de pagan.* & ita *primates* accipe in *l. ult. pr. C. Theod. de adminiſtr. & peric. tut. Primates* officii: *l.* 2. *C. Theod. ad leg. jul. de ambit. l.* 6. *C. de Epiſcop. aud.* quæ pars eſt *l.* 40. *C. Theod. de pœn. l.* 8. *C. de adſeſſor. & domeſt. l.* 3. *C. Th. eod. tit.* judæorum: *l.* 8. *C. Th. de judæis.*

Primas pro patriarcha in *c.* 1. *&* 2. 99. *diſtinct.* Quandoque eo nomine ſignificatur Archiepiſcopus: *c. ſane, de foro compet.* Nam quantum ad effectum nulla eſt differentia inter primatem & Archiepiſcopum: *c. duo de offic. ordin.*

Primatis Alexandriæ: *Tit. C. de Alexandriæ primatib.* Alexandrinæ plebis primates: *rubr. tit. C. Theod. de Alexandr. pleb. primatib.* qui & Archigerontes in *l.* 1. *dict. tit.* C. *Theod.* & *l.* 5. *C. de Epiſcop. aud.* & principales Alexandrini in *l.* 5. *pr. C. de decurion.* ſummates ordinis Alexandrini in *l.* 57. *pr. eod. tit.* adpellantur. Vid. ſupra art. *Archigerontes.*

PRIMICERIATUS officium: *l.* 1. *C. de Decan. l.* 1. *C. Theod. eod. tit.* Caſſiodor. *lib.* 10. *variar. epiſt.* 11. De primiceriatus & ſecundiceriatus dignitate quædam habet Reineſ. *ad inſcr. p.* 8. Hein.

PRIMICERIUS, non eſt, ut quibuſdam, & in his Alciato *ad tit. C. de Primicer.* & Jac. Gutherio *lib.* 3. *de offic. dom. Auguſt. c.* 9. videtur, junctum verbum. Non enim aliud in eo verbo notandum eſt, quam *primus*, reliquum extenſionis loco additum eſt. Itaque bene Suidas *Tom.* 3. πριμικήριον, τὸν πρῶτον τῆς τάξεως, *primum ordinis* interpretatur. Nam qui in quocumque ordine primum locum obtinet, *primicerius* dicitur. Proinde non *Notariorum* tantum *primicerius* dicitur, ut in *l.* 1. & *l.* 2. *C. de primicer. & ſecundicer.* quod verbum

bum *in Novell.* 8. ſæpius repetitum eſt, ſed & *primicerius* fabricæ, in *l.* 2. *C. de fabricenſib.* domeſticorum, protectorum, equitum, *l.* 2. *l. ult.* C. *de domeſt. & protector.* menſorum: *l. un. C. de menſorib.* adjutorum: *l. ult. C. de offic. præf. urb.* item exceptorum, ſingulariorum, Auguſtalium, ſcriniorum, deputatorum, ſacri cubiculi, *l. un. C. Theod. qui ac præbit. tiron.* & apud Caſſiodor. *lib.* 11. *variar.* 25. 30. 31. 32. *primicerius* in officio præfectorum prætorio, apud Veget. *lib.* 2. *de re milit. c.* 21. protectorum apud Ammian. Marcell. *lib.* 18. *c.* 3. legionum, apud Guil. Tyrenſ. Pontif. *lib.* 2. *de bello ſacro* & alias ſæpe. Sic & *primicerius* defenſorum, ſcholæ cantorum, & Cardinalis primicerius apud Luitprandum *lib.* 6. *de reb. per Europ. geſt.* Primicerius tabulariorum, Reineſ. *Claſſ. VI. inſcript.* 71. *p.* 433. Candidatus *primiceriorum* apud eumd. *Claſſ. XX. inſcr.* 12. *p.* 900. Vide amplius ſub art. *agentes in rebus. Primicerium* qui ſequebatur, eadem figura *Secundicerius* dicebatur: & qui poſt hunc erat, *Tertiocerius*, *rubr. C. de primicer. & ſecundicer. l. un. C. de præpoſit. agent. in reb.* & in *Notitia dignitatum utriuſque Imperii* aliquoties. Sic & Cardinalis *ſecundicerius* apud Luitprand. Sed *primicerius* in veteri Vocabulario dicitur, *qui primum cereum portabat ante Epiſcopum vel regem*, de dignitate, dicique a *primus* & *cereus.* Inde *primiceria* ejus dignitas, ſicut *Primivirgius*, qui *primam virgam* fert ante regem vel epiſcopum, quam etymologiam debemus Accurſio *ad rubr. C. de primicer.*

Primicerius in *c. unic. de offic. primicer.* ſubeſt Archidiacono & dicitur Cantor, vel ſuccentor in quibuſdam eccleſiis.

PRIMIPILARIS & *primipilarius*, qui primipili honorem geſſit, in *l.* 38. §. 4. D. *de legat.* 3. & *l. ult. C. de Sil. official.* & aliis locis. Suid. *Tom.* 3. *p.* 173. *Πριμιπιλάριος· ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν ϛρατιωτῶν ἔχων παρὰ* Ῥωμαίοις. *Primipilarius a Romanis* vocabatur, qui maximam inter milites dignitatem habebat. Gloſſar. Græcum: *Πριμιπιλάριος· πρῶτως τῶν ἀκοντιϛῶν, πρωτεύων τῶν δορυφόρων· πίλυμ γὰρ ὁ ὕσσος ἤτοι γῦνσος τὸ σιδηρῦν ἐμβόλιον, τὸ ἀκόντιον, τὸ δόρυ.*

PRIMIPILUS, quis diceretur, explicat Dionys Halicarnaſſ. *lib. p.* 567. Ἑνὸς, ait, *τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ἣ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαι τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος, τύτυς* Ῥωμαῖοι *τὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλυς καλῦσιν.* In una legionum illuſtri ornatus imperio, cujus ductum & juſſa ſexaginta centuriones cum ſuis manipulis ſequi lex jubet. Quos duces Romani vernacula lingua *primipilos* vocant. Livius *lib.* 7. *c.* 41. Id propter P. Salonium poſtulatum eſt a conjuratis, qui alternis prope annis Tribunus militum & primus centurio fuit, quem nunc *primipilum* adpellant. *Primipilus* itaque primi pili ductorem ſignificat, *l.* 23. D. *de adim. legat. & in* C. *Juſtin.* ſæpe. Centuriones autem ad *primipilatus* dignitatem provectos eſſe patet ex Martial. *lib.* 1. *epigr.* 32. Hos tibi, Phœbe, vovet totos a vertice crines, Encolpus domini centurionis amor, Grata Pudens meriti quum tulerit præmia *pili.* Centurionem primi pili non ſolum aquilæ præfuiſſe, verum etiam quadringentos milites in prima acie gubernaſſe, & tamquam caput totius legionis merita conſequutum & commoda, Veget. *lib.* 2. *c.* 8.

& *c.* 21. ſcribit. Vetus Gloſſarium: πριμιπιλίον δημοσίων χρεωςημάτων, ſive ut Labbæus: τιμῶν. Sed de *primipilo*, qui & *primopilus* in lapidibus vocatur, accuratiſſime egit Pancirol. *ad Notit. Imper. Orient. c.* 21. & Ald. Manutius *in Quæſit. per Epiſtol. lib.* 2. *Epiſt.* 3.

Primipilus poſtea & *primipilum* in libris noſtris uſurpari cœpit, pro adminiſtratione militaris annonæ, quæ primipili centurionibus mandabatur, ut eam annonam ſuis militibus præberent, eoſque bene curatos Reipublicæ, cum uſus foret, præſtarent, *l.* 3. 7. *&* 8. C. *de cohort. princip.* qua de cauſſa tam multa ſingularia & præter juris ordinarii rationem in *primipilari* cauſſa paſſim conſtituta legimus, ut *l.* 3. *&* 4. *C. de primipil. l.* 4. C. *in quib. cauſſ. pign.* Primipilum, inquit Theodorus Hermopolites *lib.* 9. *tit.* 9. ἐςὶ τὸ τοῖς πρώτοις ἀκοντιςαῖς ςρατιώταις διδόμενον σιτηρέσιον, ἵνα διανείμη τȣτο αὐτοῖς. Et ideo *ad l.* 2. *C. de condict. ex leg.* debitor ex primipilo a Græcis dicitur, ὁ διατροφὰς ςρατιωτικὰς τῷ δημοσιω χρεωςῶν,

Primiscrinius, in *l. ult. C. de numer. l. ult. C. de adparitor. præf. præt. l.* 3. *C. de diverſ. offic.* & apud Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 33. & *in Notit. Imperii* ſæpe. Dicebatur hic & *primicerius tabulariorum*, quod ſcrinio tabulariorum, ſeu tabulario præeſſet. Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 6. *inſcr.* 71. *p.* 433. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Auguſt. p.* 293.

Primitiæ dicuntur proprie primi fructus ex agro ſuſcepti, qui Deo offeruntur. Hæ non erant ſpeciali nomine definitæ, ſed offerentium arbitrio derelictæ, prout traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorum inditam, quod qui plurimum, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus, qui minimum ſexageſimam, & ſic inter 40. & 60. licebat quodcumque vellent offerre, ſcil. non licentia diſpenſationis, ſed juris communis. Quod autem in Pentateucho dubium derelictum eſt, hoc ſpecialiter definitur, ne ſacerdotes amplius exigant in primitiis offerendis. Quæ quidem, utrum tales ſint præcepto, ſicut decimæ, tractatur per *gl. fin. & c.* 1. *de decim. primit. & oblig. l.* 3. *Decret. ubi dicta gl. Primitiæ*, inquit, tamquam debitæ exiguntur, ſicut & decimæ, *art.* 16. *qu.* 1. *Revertimini*, 32. *Diſt. præter hoc.* Sed nunquid primogenitum animalium ſit pro *primitiis*, nunquidve in pecudibus datur primogenitum? Hugo dicit de ducentis unum dandum eſſe loco *primitiarum.* At quod dicitur de 40. & 60. habet locum in aridis & liquidis ut *n.* 13. *qu.* 1. §. 2. *in pr.* Goffr. & Ray. & Jun. dixerunt in hoc ſtandum eſſe conſuetudini, ſi non eſt conſuetudo, in optione dantis, ſecundum Jun. Et Goff. dicit, quod ſervabitur conſuetudo vicinorum: *c. cum olim* 6. *de conſuetud.* & ex multis eligetur mediocritas, vel quod minimum *regul.* 30. *de regul. jur. in* 6. Joan. Andr.

Primitivus, ſervi nomen, in *l.* 1. §. *ult.* D. *de quæſtion.* Meminerunt etiam duorum ejuſdem nominis Inſcriptiones Gruter. *Tom.* 1. *p.* 85. Sed & apud Ammian. Marcellin. *lib.* 25. *p.* 329.

Primitus, pro prius, in *l.* 12. C. *Theod. de annon. & tribut.*

Primordium: *l.* 1. §. *ult. D. de offic. quæſt. l.* 29. *C. ad SC. Vellei.*

Primores, primi, principes, in *l.* 16. D. *de uſu & uſufr. l.* 4. D. *de legationib. l.* 1. *in fin.* C.

C. de desertor. l. 4. C. *Theod. eod. tit.*

PRIMUS heres dicitur, qui primo gradu scriptus est: *l.* 23. D. *quæ in fraud. creditor. l.* 14. D. *de liber. & postum. l.* 104. §. *penult. l.* 113. §. 2. D. *de legat.* 1. *l. ult. in fin.* D. *de fideicommiss. libert. l.* 25. D. *qui testam. fac. poss.* Quinctilian. *Declam.* 388. Nam neque dici de primo herede cogitandum fuit, habenti filium, neque de secundo, habenti priorem. Lucius Titius heredibus primis & secundis salutem: *l. ult.* §. *ult.* D. *de fideicomm. libert.* Add. *l.* 25. *D. qui testam. fac. l.* 34. D. *de statulib.* Ut autem *primus* heres ad differentiam substituti, ita & *primus* legatarius eodem sensu, in *l.* 6. C. *de legat.*

Primæ tabulæ paternæ accipiendæ sunt in *l.* 41. §. 6. D. *de vulg. & pupill. substit. l.* 2. §. 3. *l.* 36. D. *de statulib.* Idque ratione pupillarium, quæ secundæ idcirco adpellantur. Qua de re pluribus Brisson. *lib.* 3. *Selectar. Antiquit. c.* 11. differit. Neque interest, utrum in *primis tabulis* hoc fiat, an in pupillaribus: *l.* 1. §. 1. D. *si cui plus quam per Leg. Falcid.* Quum legatum *primis tabulis* Titio datur, secundis autem tabulis eadem res Sempronio: *l.* 41. §. 6. D. *de vulg. & pupill. substit.* Legata, quæ tabulis secundis relinquuntur, quasi primis sub conditione relicta intelliguntur: *l.* 11. §. 5. D. *ad Leg. Falcid.*

Primus honor, pro ultimo seu infimo, qui scilicet primus alicui defertur: *l.* 4. *C. Theod. de agent. in reb.* sicut contra ultimus gradus dicitur, qui supremus, & habita dignitatis ratione primus est, sed ultimo, & reliquis omnibus superatis, defertur: *l.* 6. *C. Th. de proxim. Comit.*

PRINCEPS delicti: *l.* 10. *D. de servo corrupt.* familiæ: *l.* 196. D. *de verb. signif.* & apud Ulpian. *tit.* 4. *regul.* §. 1.

Princeps, pro Imperatore, passim in jure nostro. Vetus Glossar. Πριγγίψ, *αὐτοκράτωρ, βασιλεὺς, ἄρχων, πρωτεύων.*

Principes agentium in rebus, qui & Magisteriani vocantur. De iis singularis est titulus in utroque Codice. Exstat & separatus ab hoc titulus *de cohortalibus principibus.* De his vid. Jac. Guther. *de offic. dom. August. lib.* 3. *c.* 11.

PRINCIPALIS, primus, præcipuus. *Principales* auctores: *l.* 2. *C. de excusat.* Principalis caussa: *l.* 30. D. *de jurejur. l.* 129. & 170. *D. de regul. jur. Principalis* caussa, sive negotium, dicitur caussa proprietatis, *l.* 15. *C. Theod. de adpellation. l.* 1. *C. Theod. und. vi. l.* 44. *C. Theod. quor. adpell. non recip. l.* 7. C. *Justin. ad Leg. Jul. de vi publ.* quæ & quæstio principalis vocatur: *l.* 10. *C. de judic. l.* 2. *C. Theod. eod. tit. Principale* conjugium, pro primo, cui alia matrimonia, id est, secundæ nuptiæ opponuntur: *l.* 3. C. *Theod. de matern. bon. Principalis* debitor: *l.* 27. & 71. D. *de fidejussor.* gradus: *l.* 75. D. *de verbor. oblig.* locus: *l.* 13. C. *de fideicommiss. l.* 2. *C. de conven. fisc. debitor.* obligatio, ad differentiam fidejussoriæ, quæ accessoria est, *l.* 3. D. *de separation. Principalis* pecunia: *l.* 24. *D. de adpellat. l. ult. D. ad leg. jul. peculat.* reus, pro quo fidejussor intercessit: *l.* 66. *D. de fidejussor. l.* 49. *D. de minor.* & passim. *Principale* testamentum paternum dicitur ad differentiam pupillaris, seu secundarum tabularum; quod tabulas pupillares habet, quæ secundæ sunt, & minus *principales* tabulæ, *l.* 2. & 44. *D. de vulg. & pupill. substit. l.* 5. §. 14. *de his, quæ ut indign.* quomodo & *principales* tabulæ & secundæ accipiendæ

cipiendæ ſunt in *l.* 2. §. 1. *& l. pen. D. teſtam. quemadm. aper.* Qui principale teſtamentum arguit, & a ſecundis tabulis repellendus eſt : *l.* 5. §. 14. *D. de his, quæ ut indign.*

Principalis aliquando eſt directus. Sic principalis actio opponitur contrariæ, ut in *l.* 17. §. 1. *D. commod.*

Principale opponitur acceſſioni. Quum quærimus, quid cui cedat, illud ſpectamus, quid cujus rei ornandæ cauſſa adhibetur, ut acceſſio cedat principali : *l.* 19. §. 13. D. *de aur. & arg. legat.* Add. *l.* 2. D. *de pecul. legat.*

Principales civitatum & curiarum decuriones dicti, quod præſint magiſtratibus. Iſidor. *lib.* 9. *etymol. c.* 4. *l.* 189. *C. Theod. de decurion. l.* 40. *C. Theod. de hæret.* Gruter. *p.* CCCLXIII. 2. *Principales* & magiſtratus & Duumviri curialium officiorum ordines ſunt; *principales* dicti, quod præſint magiſtratibus. Jul. Firmic. Matern. *lib.* 5. *matheſ. c.* 2. Curatores vel *principales* civitatium publicis rationibus præpoſitos. Horum principalium fit mentio, in *l.* 41. C. *de liberal. cauſſ. l.* 2. §. 1. *C. quand. & quib. l. un. in fin. C. de lucr. deſcript. l.* 5. *C. de cohortal. l.*33. 40. *&* 42. D. *de decurion. l.* 4. *C. Theod. de extraord. mun. l.* 27. §. *pen. &* §. *ult.* D. *de pœn. l.* 1. *D. de curſ. publ.* Salvian. Maſſiliens. *lib.* 5. *de vero Dei judic. p.* 89. Quis ergo, ut dixi, locus eſt, ubi principalibus civitatum viduarum & pupillorum viſcera devorentur? Ita: Alexandrinæ civitatis *principales*, *l.* 56. C. *de decurion.* & Antiochenſis civitatis : *l.* 2. C *de excuſ. muner.* In tractatu quodam Epicur. & Stoic. qui B. Auguſtino tribuitur, memoratur Dionyſius Areopagita, id eſt, Athenienſium principalis. Areopagus enim Athenienſium curia vocatur. Vir *principalis* apud Apulei. *lib.* 8. *de aſin. aur. p.*206. & *lib.* 4. Floridor. *p.* 363.

Principali honore munitæ perſonæ: *l.* 17. C. *de quæſtion.* pro quo *principalitatis* honore *l.* 6. C. *Theod. eod. tit.* Vetus Gloſſarium πριγγιπαλία, ἐξουσία ἀστικὴ, ſive ut Labbæus ἐξουσιαστική.

Principales etiam in exercitu & legionibus quidam vocabantur, ut in *l.* 1. C. *de ſentent. paſſ.* & apud Veget. *lib.* 2. *c.* 15. *& c.* 19. Irreverens miles non tantum a tribuno, vel centurione, ſed etiam *principali* coercendus eſt: *l.* 13. §. 4. *D. de re militar. l.* 16. §. 7. C. *de erogat. milit. annon.*

Principalis, *e*, quod a principe ſive Imperatore eſt. *Principalis* auctoritas : *l.* 50. *in fin.* D. *de hered. pet.* & *paſſim.* Principale auxilium : *l.* 13. §. 4. *D. ad SC. Trebell.* beneficium : Ulpian. *tit.* 3. *regul.* §. 1. *&* 2. & aliis locis. *Principalis* clementia : *l.* 1. C. *de iis, qui ven. ætat.* cognitio : *l. ult.* D. *ubi pupill. educ.* conſtitutio : *l.* 9. D *ad municipal.* & aliis multis locis. Ita etiam *principale* decretum : *l.* 2. *D. de offic. adſeſſor. l.* 1. §. 1. *D. de vacat. & excuſ. mun.* principalis indulgentia : *l.* 3. *D. de oblig. & act.* juſſio : *l.* 2. §. 2. *D. de judic.* largitio : *l.* 2. C. *quib. ad libert. proclam.* liberalitas : *l.* 10. *D. de re militar.* principales libri : *l.* 1. D. *de offic. quæſt.* principalis majeſtas : *l.* 7. §. 3. *D. ad leg. jul. majeſt.* principale mandatum : *l.* 4. §. 6. D. *ad leg. jul. peculat. l.* 35. D. *de pœn.* principalis munificentia : *l.* 5. C. *de advoc. diverſ. judic.* principale præceptum : *l.*11. D. *de eviction.* principalis providentia, in *l.* 22. D. *de adoption.* conſtitutionem D. Pii ſignificat, quæ quartam impuberi adrogato relinqui præcipit, *l.* 8. §. 15. *D. de inoff. teſtam. l.* 1. §. 21. *D. de*

col.

collat. bonor. principale rescriptum: *l. 28. §. 2. D. de pact.* principalis sententia: *l. 1. D. de offic. praef. praet.* principale statutum: *l. 1. C. de praescript.* principales usus: *l. 39. §. ult. D. de legat.*

PRINCIPALITATIS honor: *l. 6. C. Th. de quaestion.*

PRINCIPALITER, directo, in §. *ult. Inst. quod cum eo qui in al. potest.* Unde *principaliter* & per successionem opponuntur, in *l. ult. §. 1. D. de legat. 3.* Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui *principaliter* heredes existunt: *l. 194. D. de regul. jur.* Add. *l. 7. D. de his, quae ut indign. Principaliter* debitrix: *l. 2. C. ad SC. Vellei.* Adjectio absentis, cui principaliter obligatio quaerebatur: *l. 126. §. 2. D. de verb. oblig.* Ubi non *principaliter* ea de re agitur; *l. 7. §. 1. D. de injur.* Equidem Grammaticis non placet hoc adverbium, licet jurisconsulti eodem inter vocabula discretiva libenter utantur. Sic in *l. 46. §. 4. D. de procurat.* Quod ex lite consequutus erit, sive *principaliter* ipsius rei nomine, sive extrinsecus ob eam rem debet mandati judicio restituere. Vossius de *vitiis Latin. Serm. lib. 1. c. 25.* qui tamen in eo errat, quando vocabulum *principaliter* pro *praecipue* in ea lege usurpari tradit, quum oppositio non fiat inter praecipuum & secundarium, sed inter id, quod ipsius rei nomine, & quod ob eam rem datur.

PRINCIPATUS, pro imperio: *l. 4. C. de legib. l. 2. l. ult. C. Theod. de ambit. l. 14. C. Th. de cohortal.*

Principatus, pro officio principum agentium in rebus, & cohortalium. Sic *Principatus* officiorum: *l. 5. C. Th. de iis, quae administrant.* honoraria dignitas: *l. 19. C. Th. de agent. in reb.*

Principatum scaevi dogmatis qui retinent, hoc est, Episcopi, presbyteri, diaconi: *l. 19. C. Th. de heret.* ubi *principatus* notat ἱερωσύνην, omne ministerium ecclesiasticum.

PRINCIPIUM duodecimi anni, id est, initium: *l. 41. D. de manum. testam.*

Principia sunt loca castrorum, in quibus praefecti & tribuni militum jus dicebant, & alia quaecumque militaris jurisdictionis exercebant: *l. 12. in fin. D. de re milit. l. ult. C. quae sit long. consuet. § 4. Const. summa reip. de Justinian. cod. confirm. l. 16. §. 1. C. de erogat. milit. annon. l. 1. pr. C. de veteran. l. 2. C. Th. eod. tit.* Clare id ostendit: *l. 12. D. de re milit.* ubi Macer, officium tribunorum est, inquit, vel eorum, qui exercitui praesunt, milites in castris continere, mensorum fraudem coercere, delicta secundum suae auctoritatis modum castigare, *principiis frequenter interesse*, querelas commilitonum audire. Crebra horum *principiorum* mentio fit a scriptoribus veteribus. Tacit. *lib. 1. Annal. c. 67.* Tunc contractos in *principia*, jussosque dicta cum silentio accipere. Idem *lib. 1. histor. c. 48.* Legati Calvisii Sabini uxor, mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, quum vigilias & cetera militiae munia eadem lascivia temerasset, in ipsis *principiis* stuprum ausa. Add. *lib. 3. hist. cap. 13.* Corn. Nepos *in Eumen. c. 7.* In *principiis* nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro & diademate jussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur.

Juſtin. *lib.* XI. *c. 6.* Ordines quoque nemo niſi ſexagenarius duxit: ut ſi *principia* caſtrorum cerneres, ſenatum te alicujus priſcæ reipublicæ videre diceres. Apuleius *lib. de mundo p.* 74. Magiſtratus tribunalia, *principia* milites frequentabant, recuperatores judiciis præſidebant. Meminit etiam Florus *lib.* 3. *c.* 10. *lib.* 4. *c.* 2. Sueton. *in Othon. c.* 1. & Livius paſſim. Vide Lipſium *lib.* 5. *de milit. Rom. c.* 4. & Jac. Gothofr. *ad l.* 2. *C. Theod. de veteran.* Aliquando tamen & ſequiori ævo, non ipſe ille in caſtris locus, de quo hactenus, ſed duces & præfecti, adeoque principes militum, *principia* adpellantur: ut apud Veget. *lib.* 3. *c. &* *c.* 8. Ammian. Marcellin. *lib.* 20. *p.* 222. *&* 223. *lib.* 25. *p.* 317. quo etiam *l.* 1. *C. de veteran.* trahit Gronov. *lib.* 4. *obſervat. c.* 10. *p.* 154. Pollionis autem locus in Regilliano: *Quum alia die mane proceſſiſſet a principiis, imperator eſt ſalutatus*, meliore forſan jure huc trahi poſſet, licet in diverſam abeat ſententiam Jac. Gothofredus.

PRIOR aliquando eſt potior. *Prior* cauſſa: *l.* 15. D. *qui potior in pignor.*

PRISCILLIANISTÆ. Priſcilliano vocati: qui in Hiſpania ex errore Gnoſticorum & Manichæorum permiſtum dogma compoſuit. *Cauſſ.* 24. *quæſt.* 3. *c.* 39. §. 53.

PRISCUS *Fulcinius*, Juriſconſultus, *l.* 49. §. 2. D. *de legat.* 2. Alias Fulcinii nomen citatur: *l.* 7. *D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. & l. pen. D. de mort. cauſſ. donat. Priſci* cognomen in Fulcinia ſola *l.* 49. §. 2. *D. de legat.* 2. attribuitur. Et putat Hein. legendum: *Priſcus ad Fulcinium.* Neratium enim Priſcum ad Fulcinium notaſſe, patet ex *l. penult. D. de mort. cauſſ. donat.* Floruiſſe eum poſt Tiberium & ante Trajanum recte vidit Guil. Grotius *de vit. juriſconſult. II.* 5. Vid. & ſupra *Fulcinius.*

Priſcus Javolenus, Juriſconſultus. Eum in Africam & Syriam cum aliquo imperio profectum, ex eo conjicere licet, quod Julianus eum in Africa & Syria ſervos ſuos manumiſiſſe, quum conſilium præberet, refert *l.* 5. D. *de manum. vindict.* De *Priſco* Javoleno apud Plinium *lib.* 6. *epiſt.* 15. Eum Julianus præceptorem ſuum vocat in *l.* 5. D. *de manum. vindict. Priſcus* ait: *l.* 2. §. 6 *D. pro emt.*

Floruit hic *Priſcus* Javolenus ſub Trajano & Hadriano, juriſconſultus lætioris famæ, & Salvii Juliani præceptor, quamvis eum dubiæ ſanitatis eſſe cenſeat Plinius *lib.* 6. *epiſt.* 15. non alia de cauſſa, quam quod interroganti recitatori: *Priſce jubes?* reſpondit: *Ego vero non jubeo.* Nimirum non ferre hunc jocum poterat Plinius, recitationum, ſi quis alius, ſtudioſus. Et tamen prudentiores illas graviter reprehendebant, in primis Juvenalis *Sat.* 1. *v.* 1. *&* 12. *Sat.* 3. *v.* 8. *Sat.* 7. *v.* 39. *ſeq. & v.* 47. *ſeq.* & Perſius *Sat.* 1. Quis enim paullo occupatior æquo animo intereſſe potuiſſet illi hominum congreſſui, in quo audiendum erat miſerum poema, vel oratio, vel integra hiſtoria, aliquando alii ſurrepta? Quis ab adulandi ſtudio paullo alienior ſine indignatione perdidiſſet bonas horas, audiſſetque illas adulantium voces & plauſus. An itaque ideo dubiæ ſanitatis fuerit Javolenus, qui vexatus toties rauci Theſeide Codri, recitatori Senili dicacitate reſpondit: *Ego vero non jubeo.* Ad Antonini Pii tempora eum perveniſſe oportet, ſi vera ſcripſit

Jul.

Jul. Capitolin. *c.* 12. Et ſic ſatis mature deſipere cœperit. Scripſit ex Caſſio *lib.* 15. Epiſtolarum libros 14. ex Plautio libros 5. libros ex Poſterioribus Labeonis, eorumque Epitomen, quorum in fragmentis profecto nullum deprehendas dubiæ ſanitatis veſtigium *Hein.*

Priſcus Neratius Juriſconſultus, Trajano, cujus in conſilio fuit, *l.* 5. D. *ſi a parent*, *quis manumiſſ.* tam carus fuiſſe fertur, ut moriens ei diceret: Commendo tibi provincias, ſi quid mihi fatale acciderit. Spartian. *in Hadrian. c.* 4. Eodem loco fuit apud Hadrianum. Spartian. *ibid. c.* 18. ubi Neratium in his, quos Hadrianus in conſilio habuit, numerat. Fratrem Marcelli fuiſſe putat Merill. *obſerv. lib.* 1. *c.* 28. Sed Neratii ille frater Marcellus, de quo *l.* 12. §. 43. D. *de inſtr. vel. inſtrum. legat.* plane alius fuit, ac ab Ulpio Marcello diverſiſſimus. Neratius nimirum Marcellus, de quo Plin. *lib.* 2. *epiſt.* 8. conſul fuit collega Annio Vero, *l. 6. D. ad leg. Cornel. de Sicar.* quamvis de anno non liqueat. Scripſit Regularum libros XV. Membranarum lib. VII. Reſponſorum lib. III. Laudantur etiam ejus Epiſtolæ, *l.* 12. §. 35. D. *de inſtr. vel inſtrum. leg.* libri ex Plautio, *l.* 5. D. *de ſervit. præd. ruſt.* libri de nuptiis a Gellio *lib.* 4. *c.* 4. memorantur. Notæ ad Fulcinium, *l.* 43. D. *de mort. cauſſ. donat.* Viciſſim ad eum Julium Paullum Notarum libros tres ſcripſiſſe conſtat. *Hein.* Ejuſdem Icti mentio eſt in *l.* 8. §. 1. D. *de liberat. legat. l.* 19. D. *de dol. mal. l.* 71. D. *de regul. jur. l.* 67. D. *de legat.* 2. *l.* 10. §. 2. *D. de uſu & habit. l.* 3. D. *quæ res pign.*

PRIVATIANI dicebantur officiales comitum rerum privatarum, *l.* 24. *C. Th. de Palatin. ſacr. larg. & rer. privat.* qui & *privatorum* nomine intelliguntur. Vid. Pancirol. *ad Notit. Imp. orient. c.* 88. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 24.

PRIVATIM facta venditio: *l. ult.* §. 2. *D. de condict. indeb.* ſacrum ſibi conſtituere: *l. 6.* §. 3. D. *de diviſ. rer.* ubi *privatim* eſt ſine auctoritate publica.

PRIVATUS, *a*, *um.* Hoc nomine venit quod eſt ſingulorum, *l.* 1. D. *de rer. diviſ.* a verbo antiquo *privus*, quod ſingulos ſignificat, quo & Cato *de re ruſtic. c.* 3. 10. *&* 11. Unde privatam jus id eſſe definitur, quod ad ſingulorum utilitatem ſpectat, *l.* 1. §. *ult.* D. *de juſtit. & jur.* Et privata judicia, de quibus vide ſupra art. *judicia. Privata* delicta ſunt, quæ ad rem familiarem & privatam pertinent, ne cuivis e populo, ſed ei dumtaxat, cui damnum datum injuriave facta eſt, competunt. Qualia ſunt furtum, rapina, injuria, damnum injuria datum: *tit. Inſt. de privat. delict. l.* 1. §. *ult.* D. *de pœn. l. 7. D. de publ. judic.* Actio certe ex Lege Cornelia de injuriis, etſi pro publica utilitate exerceatur, privata eſt tamen, *l.* 42. §. 1. D. *de procurat. l. ult. C. ubi ſenat. privatam* etiam furti actionem vocat Quinctilian. *Declam.* 341. *extrem.* Sic & actio injuriarum, quam inter *privata* delicta veteris juris auctores connumerant: *l. ult. C. de injur. Privatæ* noxæ, hoc eſt, quæ committantur ex delictis, non publicis criminibus: *l.* 17. §. 18. D. *de Ædil. edict. Privata* pactio: *l.* 5. *D. de pact. dotal. l.* 5. *C. quæ res pignor. Privatum* pactum: *l. ult. C. de colluſ. deteg. l.* 14. D. *de ſervitut. Privata* loca dicuntur quoque reſpectu publicorum: *l.* 32. D. *ad leg. Aquil.*

Pri-

Privata munera: Sic Ædilitas inter eos magistratus habetur, qui *privatis* muneribus excusati sunt: *l.* 17. §. 4. *D. de excusat. Privati* hereditatis petitores: *l.* 1. *C. de petit. hered. Privatarum* litium cognitor: *l.* 3. *C. ad leg. jul. repetund. l.* 5. *C. Theod. eod. tit.*

Privatus ager communi opponitur: in *l.* 11. §. 5. D. *de aqu. & aqu. pluv. arcend.*

Privatus militi opponitur: in *l.* 66. §. 1. *D. de eviction. l.* 5. *pr. C. ad leg. jul. majest. l.* 1. *C. de fals. monet. l.* 2. *C. Th. eod. tit.* ut & *privatæ* conditionis quipiam, in *l.* 2. *C. de fund. limitroph.*

Privati vocantur omnes, præter principem, *l.* 1. C. *Th. de expens. ludor. l.* 3. *C. Th. de metat.* Unde indulgentiæ etiam a judicibus datæ nihilominus dicuntur privatæ, *l.* 5. *C. Th. de oper. publ.*

Privati opponuntur senatoribus, *l.* 4. *C. Just. & Theod. de naufrag.* ut & magistratui, *l.* 17. *pr. D. qui & a quib. manum.* Sic etiam apud Cicer. *in Catilin.* 3. *C.* 6. *extrem.* P. Lentulus, quum magistratu se abdicasset, privatus adpellatur. In hoc verbum Hotomanni verba hic exscribere haud piget. *Privatus*, ait, verbum est, ἐκ τῶν πρός τὸ, semperque rationem habet cum altero, itaque generaliter is privatus a Latinis dicitur, qui munus illud non gerit, quo alter fungitur. Hinc vetus judicii vocandi formula, ex *lib. Varron. de lingua lat.* 5. Omnes Quirites pedites, armatos privatosque curatores omnium tribuum, &c. ubi *privatos* adparet dici, quos nunc Jurisconsulti paganos vocant. *Privati* ergo militibus eo loco opponuntur. Opponuntur etiam iis qui cum potestate sunt. Cic. *de art. rhet.* 1. In fortuna quæritur ait, servus sit an liber: pecuniosus, an tenuis: privatus, an cum potestate. Quin etiam Cæsar. *lib.* 5. *de bell. Gall.* Sic loquutus est. Si quis aut privatus, inquit, aut publicus eorum decreto non steterit, sacrificiis interdicunt. Loquitur de Druidum decretis. Quod si cum potestate esse minus est multo, quam cum imperio esse, ut cuique vel ex Festo licet intelligere, privatus a Latinis ei, qui cum imperio est, opponitur, quasi in publico, & jam in republica non privata versanti. Quapropter Magistratus a Græcis πολιτικοί & πολιτεύοται quasi dicas publici adpellantur. At Cn. Pompeius quo tempore contra Sertorium missus est, *privatus* fuisse dicitur a Cicerone 2. *Philip.* & tamen cum imperio consulari. Quid audio? Sertorianum bellum a senatu privato datum est, inquit Cicer. quia consules recusabant: cum L. Philippus pro consulibus se eum mittere dixit, non pro consule. Item, clarissimo viro atque innocentissimo decrevit imperium, privato tamen. Quid est hoc? An cum belli tanti administratio, cum fasces, cum secures, cum imperium proconsulare Pompeio delatum est, mansisse *privatus* Pompeius videtur? An igitur cum proconsul Cicero extra ordinem & aliquot post consulatum annis in Ciliciam missus est, *privatus* erat? *Privato* tamen illud imperium, illud bellum mandatum est. Censores inquit vir eruditus, privati non erant, & tamen imperium non habebant. Primum hoc nihil ad nos, non enim quærimus an qui imperium non haberent, omnes *privati* essent, sed tamen caruisse ne imperio censores videntur, cum senatu movebant, cum equo publico multabant, cum civitatem denique adimebant? Tribuni autem

tem plebis, quia magistratum habebant, privati dici non poterant. Verum autem imperium habuerint, nihil ad nos: cum eos *privatos* non fuisse constet; quia tamen consules cum summo imperio triumphantes de curru triumphali obtorto collo trahi in carcerem jubere poterant, dici sine imperio fuisse non possunt. Quid opus est verbis? Cicero nostram controversiam verbo de uno disceptat: nam *Verrin.* 6. sic scribit: Verum esto: sit tibi illud liberum, omne tempus, quod cum imperio fuisti, etiamne privatus? etiamne reus? loquitur de C. Verre, qui & in provincia prætor summo cum imperio, & in urbe reversus, nulla cum potestate, *privatus* domi suæ piratas retinuerat. Eodem illud *orat. pro Ligario* pertinet: atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad *privatum*, clamore multitudinis imperitat, nullo publico consilio, deferebatur. Item illud in *Epist.* 1. *ad Q. fratr.* Eaque si sic coluit ille, qui *privatus* futurus numquam fuit: quonam modo retinenda sunt iis, quibus imperium ita datum est, ut redderent? Ita in *Epist.* 1. *ad Lentulum.* Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium, censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sunt. Bibulus tres legatos ex iis, qui *privati* sunt.

Privatus etiam dicitur respectu ad fiscum habito, *l. 6. & 35. D. de jur. fisc.* Huc spectat quod dicitur: in his, quæ sunt ita fisci patrimonio, neque facere quidquam, neque prohibere *privatus* potest: *l.* 2. §. 4. D. *ne quid in loc. publ.* Hoc sensu etiam dicitur *privatus* creditor: *l.* 3. *C. de revoc. his, quæ in fraud. credit.* item: quod in *privatis* debitis observandum est: *l.* 11. *C. de fidejuss.*

Privati judices, pro arbitris, in *l.* 9. *pr.* C. *Theod. de infirm. his, quæ sub tyrann.*

Privata, sive res *privatæ* sunt, quæ sunt in patrimonio principis. Vetus Glossar. Græc. *Privata*, ιδιόκτητα τὰ τῇ βασιλεία ἰδιάζοντα διαφέρειν, & *privatæ* res principis Theodoret. Hist. *Eccles.* ἴδια βασιλέως κρήματα, propria principis bona. Julian. in *Epist.* ad Ecebolum, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις. Jul. Capitolin. *in Marco c.* 4. *Privatum* patrimonium principis. Sic res fiscales quasi propriæ & privatæ principis sunt: *l.* 2. §. 4. D. *ne quid in loc. publ.* res Cæsaris: *l.* 1. *D. de offic. procur. Cæsar.* Unde & Comes rerum privatarum dicitur, *rubr. C. de offic. comit. rer. privat.* Res *privatæ* aliquando absolute *privatæ*: *l.* 16. & 18. *C. Theod. de palatin. sacr. largit. l.* 9. *C. Just. eod. tit. l. ult. in fin. C. Th. de locat. fund. emphyt.* Quo sensu etiam Comitiva *privatarum* dicitur, in *l.* 49. *C. Th. de adpellat. & consultat.* & apud Cassiodor. *lib.* 3. *variar. epist.* 12. Comes sacrarum & *privatarum*: *l.* 120. *C. Theod. de decur.*

Privatum in *l.* 12. *C. Th. de ædific. privat.* balneum privatum, pro latrina: Cujac. ad *l.* 1. *C. de ædific. privat.* Et ita Græci quoque vocem hanc interpretantur, & ipse Tribonianus in *l.* 6. C. *de metat.* Vid. Jac. Gothofred. *l.* 12. *C. Theod. de ædific. priv.*

PRIVIGNUS, uxoris meæ filius ex alio viro natus. Unde *privignus* dicitur relatione facta ad vitricum, *l.* 3. §. 7. D. *de muner. & honor.* Liberi quoque, quos ex alia uxore habeo, uxori meæ privigni sunt: *l.* 4. §. 5. *D. de grad. & ad fin.* Plane, quod ad caussam prohibitarum nuptiarum attinet, non solum uxoris nostræ ex alio marito filia, sed

etiam neptis, proneptis *privignæ* adpellatione intelliguntur: *l.* 14. §. *ult.* D. *de rit. nuptiar.* Add. §. 6. *Inst. de nupt.* Moschopulus in συλλογὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων. *Privignos* προσγόνες a Græcis dici ita ostendit. Πρόσγονοι καὶ οἱ ἀπὸ προτέρε γάμε γεγεννημένοι, ὧν ὁ πατὴρ ἢ μήτηρ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον. Λέγονται τε πρόγονοι πρὸς τὲς ἀπὸ τῦ δευτέρε γάμε γεγεννημένες. *Privigni*, ex priori nati matrimonio, quorum pater vel mater ad secundas venit nuptias. Dicuntur autem *privigni* respectu eorum, qui ex secundis nuptiis nati sunt.

PRIVILEGIARII creditores, in *l.* 24. §. *ult.* D. *de reb. auctor. jud. possid.* i. e. privilegio muniti, qui & privilegiarii absolute in *l.* 10. *pr. D. de pact.* & *l.* 10. D. *qui potior. in pign.* ubi ab hypothecariis separantur.

PRIVILEGIUM est jus in certæ personæ vel caussæ gratiam favorem, odiumve & pœnam, constitutum. Dictum *privilegium* quasi *priva lex*, id est, privato unive homini lata Vid. Gell. *lib.* 10. *c.* 20. & Isidor. *lib.* 5. *c.* 18. Victorin. Afer de *orthograph. p.* 2466. *edit.* Hel. Putsch. Lex enim privilegii in unum hominem est dicta. Quo sensu privilegium a Cicerone in *paradox IV. extr.* & *lib.* 3. *de legib. c.* 19. Ab *privilegiis* recte accuratiores distingunt *beneficia legis*, cum *generalia*, veluti restitutionis in integrum, inventarii, ordinis, divisionis, tum *specialia*, quibusdam hominum generibus, ut mulieribus, studiosis, fisco, collegiis & corporibus data, quæ & nonnumquam *jura singularia*, & improprie *privilegia* adpellantur. Cujac. obs. *lib.* 15. *c.* 8. Ita: Prædicendum fidejussori, non usurum eum privilegio, (nempe fori præscriptione:) *l.* 7. D. *qui satisd. cog. Privilegium* fisci est, inter omnes creditores primum locum retinere: Paul. *lib.* 5. *sent. tit.* 12. §. 10.

Privilegium fori: *l.* 1. D. *si quis in jus vocat. non rer. l.* 7. *pr.* D. *qui satisd. cog. l.* 2. §. 3. D. & *l.* 5. D. *de judic. Privilegium* furiosi furiosæve: *l.* 15. §. *ult.* D. *de curat. furios.* Legati ceterique in ea sunt caussa, ut in jus vocati veniant, privilegia sua allegaturi: *l.* 5. D. *de judic. Privilegium* militum: *l.* 40. D. *de administr. & peric. tut.* quod militibus datum est: *l.* 20. & 24. D. *de testam. milit. l. 6. C. eod. tit. Privilegia* privata opponuntur dignitati, hoc est, privilegiis ob dignitatem, quam quis habet, competentibus: *l.* 4. *C. Theod. de muner. Privilegium* pupilli in bonis tutoris: *l.* 42. & 44. D. *de administr. & peric. tut.* cujusmodi non habet pupillus in bonis magistratus: *l.* 1. §. 44. D. *de magistrat. conven.* Defensor tutoris condemnatus non aufert privilegium pupilli: *l.* 22. D. *de tutel. & rat. distr.* Tutelæ *privilegium*: *l.* 9. §. 1. D. *de administr. & peric. tut.* Veteranorum privilegia: *l.* 7. *C. de fid. instr.* & ita *privilegium* intellige: *l.* 1. *C. ad leg. jul. de adulter. l.* 12. *C. de excus. mun. l.* 64. & 65. *C. de decurion. l.* 2. §. 32. D. *ad SC. Tertull. l. ult. C. de fructib. & expens. lit. l.* 31. §. 1. *D. de excus. l.* 1. *C. de quib. muner. nem. se lic. excus. l.* 17. §. *pen. de excusat. tutor. Privilegia* quædam caussæ sunt, quædam personæ: *l.* 196. D. *de regul. jur.*

Privilegium quoque prælationem & prærogativam quamdam significat, quæ inter actiones personales vertitur, qua in debiti repetitione chirographarii creditores aliis chirographariis præferuntur. Sic hoc verbum accipitur in *tit. de privileg. creditor.* qui in vulgatis

gatis codicibus distinctus est ab aliis; in Pandectis vero Pisanis continenter hæret cum *tit. de bonis auct. jud. possid.* Sic & *l.* 74. *D. de jur. dot. l.* 52. *pr.* §. 1. & §. *ult.* D. *de pecul. l.* 52. §. 10. D. *pro soc. l.* 6. 33. & 37. D. *de jur. fisc. l.* 10. D. *ad municip. l.* 23. §. *ult.* D. *solut. matrim. l.* 2. *C. de sen. pign. dat. l.* 9. §. 1. *D. de administr. & per. tut. l.* 1. D. *de cession. bonor. l.* 25. *D. si cert. pet. l.* 58. §. *ult.* D. *mandat. l.* 15. §. 1. D. *de curat. furios. l.* 1. §. 14. *D. de magistrat. conven. l. ult. C. ne rei dominic. l.* 5. §. 6. & 7. D. *de tribut. act.* Hinc privilegiarii de quibus supra. *privilegia* etiam pro ipsis creditoribus, qui privilegia habent, ponuntur, in *l.* 7. §. 2. *D. de possit. l.* 24. §. 2. D. *de reb. auct. jud. possid.*

Privilegium Augustum. Vid. *Augustum.*

Privilegibus accedentibus ipsorum, qui militaturi sunt, *l.* 7. *C. Theod. de tiron.* pro *privilegiis*, quod inde defendi & servari posse Jac. Gothofredus existimat, quod privilegia nihil aliud sint, quam *privæ leges.* De defensione Grammatici videant.

PRO. Hæc præpositio accedens quibusdam verbis derogationem significat. Sosipater Charis. *lib.* 2. *Inst. Grammat. p.* 209. *edit. Hel. Putsch.* *Pro* interdum significat derogationem, id est στέρησιν, quum dicimus, profanus locus, id est, non sacer, quasi porro a fano positus, quod Græci βέβηλον dicunt. *Pro* accedens cognationum adfinitatumque nominibus, gradus profert, atque promovet. Veluti proavus proavia, pronepos, proneptis, proavunculus, promatertera, propatruus, proamita: itemque prosocer, uxoris meæ avus, prosocrus uxoris meæ avia, quibus ego sum progener: pronurus vero nepotis vel pronepotis nostri uxor nobis adpellatur.

Pro id est secundum. Ut: *pro* admisso crimine: *l.* 11. §. 12. D. *ad leg. jul. de adulter.*

Pro tribunali, id est, in tribunali, in *l.* 2. §. 2. *D. quis ordo in honor. possess.* Ἐπὶ τοῦ βήματος, dicunt D. Matth. *Evang.* 27. *v.* 19. & D. Joann. *Evang.* 19. *v.* 13.

Jurisconsulti etiam caussam sive titulum possessionis significaturi, *pro* donato possidere eum dicunt, cui res donationis caussa tradita est, *l.* 1. D. *pro donat. l.* 25. §. 7. *D. famil. ercisc. pro* dote, qui rem alienam ignorans doti accepit, *l.* 13. §. 10. D. *de hered. pet. l.* 8. D. *de peric. & commod. rei vend. l.* 1. & *tot. tit.* D. *pro dot.* *Pro* emtore possidet, qui a non domino emit, quum eum dominum esse existimaret, *l.* 33. §. 1. D. *de usucap. & passim.* *pro* legato vero, cui res aliena legata est, aut testatoris quidem, sed ademta codicillis ignoratur, *l.* 1. & 4. D. *pro legat.* *Pro* possessore possidet prædo, qui interrogatus, cur possidet, responsurus sit, quia possideo, nec ullam aliam caussam possessionis possit dicere: *l.* 11. §. *ult. l.* 12. & 13. *D. de hered. petit.* *pro* soluto qui rem debitam, vel aliud quid in solutum ejus loco accepit: *l.* 1. *D. pro emtor.* *Pro* suo possessio ad omnes possessionum species porrigi potest, quas quis ex justa caussa nactus est. Sed huic proprie locus est, in his, quæ proprium & speciale adquisitionis nomen non habent, ut puta in his, quæ cœlo, terra, mari, vel ab hostibus capta, possidemus, item, quæ, ut in rerum natura essent, fecimus, & quæ quasi donata, legata, vel emta, vel ex stipulatu, aut ex caussa dotis debita, quum veritas non subesset, accepimus;

pimus: *l.* 1. & 2. *l. pen. in fin. D. pro suo. l.* 9. §. *ult D. de adquir. possess. l.* 68. *D. de jur. dot. l.* 5. 27. & 32. *D. de usucap.*

Alias quasdam hujus præpositionis significationes promiscue notabimus. *Pro* qua persona testator senserit, id est, ἀντὶ τῶ, *l.* 62. *in fin. D. de hered. instituend. Pro* quo actio competit, id est, ex cujus facto adversus dominum actio competit: *l.* 2. §. 1. *D. si ex noxal. causs. agat. Pro* certo liber est, *l.* 3. §. 7. *D. de hom. lib. exhib. Pro* auro & argento & veste solvi vel promitti usuras, id est, propter usum ausi, *l.* 25. *C. de usur.*

PROBA, id est, probatio, in *l.* 1. *C. de strator.* quo verbo utitur etiam Ammian. Marcellin. *lib.* 21. *in fin. p.* 219.

PROBABILE, aliquando est probatum, licitum, probum. Sic Cassiodor. *lib.* 11. *var. epist.* 37. Bene antiqua moderatione providum est, ne quis haberetur præteritus, qui probabili actione fuerant laudandus. *probabili* consilio matrimonio jungere: *l.* 2. *C. de instit. & substit.* Cunctatio *probabilis*: *l.* 3. *C. Theod. legat. & decret.* Eodem significatu accipitur id vocabulum in *l.* 4. & 19. *C. de episc. & cler. l.* 44. *C. Th. eod. tit. l. un. C. Just. & Th. de his, qui potent. non. tit. præd. adfig. l.* 1. §. 12. *D. de extraord. cognit. l.* 3. *C. Theod. de fid. cathol. l.* 27. §. 3. *D. de recept. arbitr.* Ex scenicis natæ, si ita se gesserint, ut *probabiles* habeantur: *l.* 21. *C. Theod. de scenic.*

PROBAMENTA, pro probationes: *l.* 10. *C. Theod. de præd. navicul.*

PROBARE. *Probari* fidejussores dicuntur, in quorum facultates inquiritur, ut idonei sint, nec ne pateat, *l.* 9. & 10. D. *qui satisd. cog. l.* 7. §. 3. *D. de minorib. l.* 2. D. *a quib. adpell. non lic.*

Probare de ætate: *l.* 1. §. 2. *D. quæ sent. sine adpell. rescind.* de crimine: *l. ult.* §. *ult.* D. *de bon. eor. qui ante sent.* de excusationibus: *l.* 21. *D. de excusat.* de jure suo: *l.* 60. §. *ult. D. de usufruct. l.* 1. §. 2. *D. quæ sentent. sine adpell. Probare* debet petitor. Vid. supra voc. *petitor.*

Probare pro adprobare passim in legibus. Sic *probare* nomen, agnoscere est, & suscipere, *l.* 36. §. *ult. D. ad municip.* Probari etiam opus dicitur, quod tamquam e lege dicta factum adprobatur: *l.* 26. & 28. §. *ult. D. locat. l.* 7. §. 2. *D. de leg. jul. repetund.* Frontin. *lib. XI. de aquæduct.* Eorum operum *probandorum* curam fuisse per Censores aliquando & Ædiles. Et in veteri monumento Neapolitano, quod legem parieti faciundo dictam habet, apud Gruter *inscript. p.* 207. Quod eorum viginti jurati *probaverint*, probum esto. Quod ieis improbaverint, improbum esto. Huc etiam pertinet, quod dicitur: *probatam* a marito uxorem: *l.* 26. *D. ad leg. jul. de adulter.*

Probari etiam dicuntur milites, si inquiritur, an ad militiam idonei ejusque capaces sint: *l.* 2. & 5. *C. Theod. de fil. mil. adparit. l.* 10. *C. Th. de decurion. l.* 1. *C. Th. de tiron. tit. C. Th. qui probari deb. ad quamc. mil. ven.* Similis probatio est, cujus mentio fit, in *l.* 4. *C. Th. de agent. in reb.*

Probare, aliquando est facere periculum, experiri. Sic accipe, quod dicitur: Mensuras publice *probatas*: *l.* 32. §. 1. *D. ad leg. Cornel. de fals.* An per te steterit, quominus in continenti pecunia probaretur: *l.* 39. *D. de solution.* Si degustando male probavit vinum; *l.* 15. *D. de peric. & commod. rei vend.*

PRO-

PROBATIO est actus, qua cuicumque, maxime vero judici fides fit. Sic *probationes* dilucidæ: *l.* 14. §. *ult. D. qui & quib. manumiss.* evidentes: *l.* 27. *in fin.* D. *de liberal. causs.* evidentissimæ: *l.* 45. *D. de hered. pet.* indubitatæ: *l.* 1. §. 11. *C. de latin. libert. toll.* legitimæ: *l.* 40. *D. de testam. milit.* liquidæ ac manifestæ: *l.* 14. C. *de contrah. & committ. stipul. & passim.* Probationibus instruere, atque minuere accusationem: *l.* 2. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de adulter.*

Probatio duplex vulgo ponitur: Altera *plena* ac *justa*, altera vero *semiplena*, nec satis demonstrans:

Probatio plena est, quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendam controversiam sufficit. Probatio semiplena est, per quam rerum gestarum fides aliqua fit judici: non tamen tanta, ut jure eam debeat sequi in sententia dicenda: quia caret plena fide, constans ex levioribus argumentis. *Probationis plenæ* sex constituit species Oldendorpius: *semiplenæ* quatuor. Quæ copiose tractantur apud ipsum auctorem, in *tit. de probationib. dictor. & factor.* Probatio seu fides judici est facienda, non adversario, *l.* 83. §. 1. D. *de verb. oblig. l.* 12. D. *de probat. l.* 1. *C. de condict. ob turp. causs. l.* 1. C. *de reb. alien. non alien.*

PROBATORIA, in Imperatorum constitutionibus attestationem illam, ut cum vulgo loquar, significat, qua, qui in ordinem aliquem adsciscitur, idoneus & probatus renunciatur: *l.* 3. C. *de agent. in reb. l.* 12 & 17. C. *de re milit. l.* 2. C. *de cohortalib. l.* 6. 9. & 10. C. *de divers. offic. & adparit.* Usurpat hoc verbum etiam Justinianus *Edict.* 13. Exstat autem apud Cassiodorum *lib.* 7. *variar. formul.* 43. *Probatoriæ* chartariorum.

PROBROSIS notis inuritur femina intra anni spatium alteri nubens: *l.* 2. C. *de secund. nupt.*

PROBRUM, pro opprobrio in XII Tabulis, ut interpretatur Cujacius, & in edicto de injuriis, ut censet Gœddeus *ad l.* 42. D. *de verb. signif.* quum composita simplicium significationem non abjiciant. *Probra* autem quædam natura turpia sunt, quædam civiliter & quasi more, institutoque civitatis, ut exponit Ulpianus, *l.* 42. D. *de verb. signif.* Qui locus Grammaticos, genus irritabile, concitavit, qui *probrum* crimen, opprobrium ignominiam esse volunt. Hos tamen Ulpiano conciliare studuit Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 119. Hein. Probrum etiam intelligitur & in his mulieribus, quæ turpiter vivunt, vulgoque quæstum faciunt, etiamsi non palam, *l.* 41. *D. de rit. nuptiar.*

PROBI numi & reprobi adversantur, *l.* 24. D. *de constit. pecun. act.* ut apud Ciceron. *lib.* 3. *offic. c.* 23. bonis numis adulterini opponuntur.

PROCACIA venditoris, pro contumaci mora, *l.* 4. C. *de action. emt.*

PROCACITAS stupri, *l.* 2. C. *Th. de repud.*

PROCAX licentia, *l.* 2. *C. Theod. de manum.* libertas apud Phædrum *lib.* 1. *fab.* 2. quam ultimum in libertate Tacit. *in Agricol. c.* 8. Cornel. Nepos in *Alcibiad. c.* 14. immoderatam licentiam adpellat.

PROCEDERE ad delationem jurisjurandi: *l.* 37. *D. de jurejur.* Damnare ne de domo sua procedat: *l. ult.* D. *de interdict. & releg.*

Procedere est etiam valere. Quod *procedit*: *l.* 32. D. *de heredit. petit.* Vid. & *l.* 11. §. 7. *l.* 24. D. *de donat. int. vir. & ux. l.* 21. §. 5. *D. de recept. arbitr. l.* 7. §. 4.

§. 4. D. *ad Leg. Aquil. l.* 18. C. *de solution. l.* 2. §. *ult. l.* 7. D. *pro emtor.*

Procedere aliquando peragi significat, ut in *l.* 12. §. 4. *C. de reb. cred. & jurejur.* Sic non procedente contractu: *l.* 17. *in fin.* C. *de fid. instrum.* Cum omni procedente cautela: *l.* 25. *pr. C. de administr. tut.* Alio rursus sensu hæc vox usurpatur in his, quæ sequuntur: Res, quorum pretia in legata vel fideicommissa, vel alios creditores processerunt: *l. ult.* §. 5. C. *de jur. delib.* Res, quæ a sacratissimis Imperatoribus, non a fiscalibus rebus procedunt: *l. ult. C. de quadrienn. præscript.* Alienationes de aula *procedentes*: *ibid.* Aditiones, quæ circa defunctorum hereditates procedebant: *l.* 1. §. 1. C. *de caduc. toll.* In dotem procedere: *l. un.* §. 1. C. *de rapt. virgin.*

PROCERES, primores, in *l.* 1. C. *Theod. de nupt. l.* 12. C. *Theod. de prætor.* & apud Cassiodor. *lib.* 6. *variar. epist.* 12. ubi pro senatoribus. *Proceres* judæorum, *l.* 9. C. *de judæis*, *l.* 10. C. *Theod. eod. tit.* iidem videntur, qui in *l.* 3. C. & *l.* 1. C. *Th. eod. tit.* majores adpellantur. Proceres officii: *l.* 5. C. *de metat.*

PROCERITAS. Mediocritas *proceritatis* ab armatæ militiæ conditione quosdam summovere, dicitur in *l.* 5. *C. Theod. de desertor.* Certa enim statura, quæ militaris inde adpellatur in *l.* 9. C. *Theod. de desertor.* in milite olim exigebatur, de qua *l.* 3. C. *Theod. de tiron.* Sic etiam Veget. *lib.* 1. *de re milit. c.* 5. proceritatem tironum a consule Mario scio semper exactam. Quem locum plerique corruptum censent. In quodam Vegetii codice, quem olim Choretius servavit, ita legitur: Scio tironum mensuram III. C. (id est, trium cubitorum) semper exactam. Vid. Burneti Iter Helveticum *Epist.* 1. *p.* 6. Hein.

PROCESSUS juris: *l.* 2. *pr.* & §. 13. D. *de orig. jur.* temporis: *l.* 3. *C. Theod. tribut. in ipf. spec.* i. e. progressus.

Processus, pro sollemnitate & pompa, qua in publicum prodibant magistratus. Ad *processus* viri donare: *l.* 42. D. *de donat. inter vir. & ux.* Qui processus, *l.* 42. D. *eod. tit.* explicantur honoris caussa; ut si uxor viro laticlavii petendi gratia donet, vel ut equestris ordinis fiat, vel ludorum gratia, ut videtur Duckero *de Lat. vet. ictor. p.* 433. Alii de processibus sumtuosissimis, de quibus *l.* 2. & 4. *C. de consulib.* alii aliter. *Hein.*

In PROCINCTU versantur milites, qui in expeditione belli sunt, *l. un.* D. *de bon. poss. ex test. milit.* Unde in procinctu facta testamenta apud veteres dicebantur, quæ cinctis jam militibus, & e castris in prælium jamjam exituris fiebant. Ulpian. *tit.* 20. *regul.* §. 2. §. 1. *Inst. de testam.* Cicero *lib.* 2. *de natur. Deor. c.* 3. & *lib.* 1. *de orator. c.* 53. Festus *lib.* 5. *de verb. signif.* Plutarch. *in Coriolan. Tom.* 2. *oper. p.* 217. Ἦν δὲ τότε τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος, εἰς τάξιν καθισαμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον. Moris erat id temporis in acie stantibus Romanis, quum jam sumturi scuta essent & togam præcincturi, testamenta *in procinctu* facere, & tribus aut quatuor exaudientibus nuncupare heredem. Vetus Glossar. In *procinctu*, ἐκ τοῦ σχήματος ἐζωσμένος καὶ ἕτοιμος εἰς παράταξιν. Auson. *in Consulatu n.* 392. *Procinctibus* bellicis idonei: *l.* 2. *C. Th. de domestic. & protector.*

PRO-

PROCLAMARE ad libertatem, vel in libertatem dicuntur, qui ex servitute se in libertatem vindicant, & adserunt, *tot. tit.* D. *quib. ad libert. proclam. non lic.* & alibi passim. Inde Basilic. Ἀναφωνεῖν εἰς ἐλευθερίαν, εἴτε εἰς εὐγένειαν, proclamare in libertatem sive ingenuitatem. *Proclamare* ad servitutem: *l.* 59. §. 1. D. *de manum. testam.* Hinc

PROCLAMATIO in libertatem: *l.* 25. §. 1. *l.* 34. *D. de liberal. causs.* & *proclamator. l.* 13. D. *eod. tit.*

PROCLIVIOR est sententia: *l.* 13. §. *ult.* D. *de reb. dub.* id est, facilior, verior.

PROCONSUL. Hanc adpellationem specialem esse, neque tam late patere, quam præsidis, Ulpianus in *l.* 1. *D. de offic. præsid.* scribit. Nam post divisionem provinciarum ab Augusto factam, qui limitaribus & limitaneis provinciis sibi reservatis pacatas & tranquillas populo habendas, & more pristino administratas reliquit, *proconsules* adpellati sunt, qui ex ordine senatorio ad regendas populi provincias mittebantur, ut Dio Cassius *lib.* 53. *p.* 504. Strab. *lib.* 17. *p.* 1197. & Tranquill. *in August. c.* 47. scribunt. Proconsules autem in Achaiam, Bæticam, Cretam, Macedoniam missos, ex *l.* 2. *D. de his, qui sunt sui vel al. jur. l.* 3. §. 3. *D. de testib. l.* 10. *in fin.* D. *de offic. proconf. l.* 14. *D. ad SC. Turpill.* intelligimus. Quarum duas posteriores a Tiberio in curam suam translatas, Claudius populo reddidit, auctore Sueton. *Claud. c.* 25. Proconsul Achaiæ: *l. ult.* D. *ad SC. Trebell.* Africæ: *l.* 4. D. *de offic. ejus cui mand. jurisd.* & apud Gell. *lib.* 5. *c.* 14. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 3. provinciæ Africæ: *l.* 5. §. 1. *D. de jur. immun.* Asiæ, Tacit. *Annal. lib.* 3. *c.* 32. *lib.* 13. *c.* 43. Cretæ, *l.* 14. *D. ad SC. Turpill.* Macedoniæ: *l.* 3. §. 3. D. *de testib.*

PROCONSULARIS provincia, *l. ult. C. Theod. de tironib. l.* 34. *& inscript. l.* 63. *C. Th. de curs. publ. inscript. l.* 29. *C. Theod. de annon. l.* 13. *C. Theod. de indulgent. debitor. inscript. l.* 16. *C. Theod. de erogat. milit. annon. l. ult. C. Theod. de susceptor.* Legatio provinciæ proconsularis: *l.* 186. *C. Theod. de decurion.* quibus omnibus locis Africæ provincia sive Carthaginensis denotatur. Vid. Gothofred. *ad l.* 26. *C. Th. de erogat. milit. annon.*

PROCONSULATUS insignibus ornari: *l.* 1. *C. Justin. & Th. de desert. & occultator.*

PROCRASTINATA auctoritate sententiæ: *l.* 7. *C. Theod. de desert. & occultat.*

PROCULUS Sempronius, jurisconsultus. De eo, quum pleraque incerta sint, pauca notabimus. Alii eum e gente julia, alii, uti Reinesius *inscript. Class. VI.* 122. *p.* 459. e Licinia; alii, quod maxime probabile, ex Sempronia arcessunt. Ev. Otto *præfat. Tom.* 1. *Thesaur. jur.* Plane L. *Sempronius Proculus* invenitur in marmore apud Gruter. *Inscript. p.* 560. Eum Nervæ successisse ait Pomponius; *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* quumque Nerva anno V. C. 786. vitam inedia finierit, Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.* 26. *Proculum* sub Tiberio florere cœpisse, oportet, ut merito mireris, Petrum Perrenonium *Animadvers. lib.* 2. *c.* 23. existimare, eum sub Julio Cæsare vixisse, alios autem ad eum referre illa Martialis *Epigramm. I.* 71. Vade salutatum pro me, liber, ire juberis Ad *Proculi* nitidos, officiose lares, quum hoc plane non ferat temporum ratio. Præter libros epistolarum, non octo, sed plures, (vid. *l.* 69. D.

D. *de contrah. emt. l.* 12. *D. de præscript. verb. l.* 17. D. *de pact. dotal.*) scripsit *Notas* ad Labeonem, *l.* 10. §. 1. *D. de negot. gest l.* 65. *D. de condit. & demonstr.* Hein. *Proculi* fit mentio, *l.* 26. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 21. §. 9. D. *de recept. arb. l.* 26. D. *de damn. infect.* Is Labeonis & Nervæ, qui Labeonis successor, partes amplexus. Sabino & Cassio contrariam scholam instituit, ut refert Pomponius, *l.* 2. §. *penult. D. de orig. jur.* Cujus sectatores *Proculeiani*, Sabinianis & Cassianis adversi memorantur in §. 25. *Inst. de rer. divis.* §. 2. *Inst. de emt. vend.* Ulpian. *tit.* 11. *regul.* §. 28. *Proculeiani* autem fuerunt Pegasus, Celsus pater, Celsus filius, & Priscus Neratius, ut ex Pomponio liquet. *Proculum* autem a Nepote sæpe per litteras consultum, indicant *l.* 67. *D. de jur. dot. l.* 125. D. *de verb. signif.* Item *Proculum* non levem juris auctorem vocant divi fratres, in *l.* 17. D. *de jur. patronat. Proculi* & Sabini discordia: *l.* 93. *D. de solution.*

PROCURARE dicitur, qui negotium aliquod sive mandato alterius & jussu, sive sponte suscipit, quive alicui rei & negotio præest. Sic: *procurare* aliquid: *l.* 5. C. *mandat.* negotia: *l.* 24. & 34. D. *mandat.* patri: *l.* 34. §. 1. D. *de legat.* 3. Senatori: *l.* 44. §. 3. *D. de excusat.* patrono: *l.* 44. *in fin. D. eod. tit.* operibus: *l.* 2. §. 17. *D. ne quid in loc. publ.* in Cilicia: *l.* 86. *D. de procurator.*

Procurare is etiam intelligi videtur, qui occasionem rei præstat, ut fiat, *l. penult.* §. 1. *in fin. C. de reb. credit.*

PROCURATIO, administratio negotii, *l. ult. D. de jur. fisc. l. ult.* D. *de inoff. testam.* Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 3. §. 1. *l.* 3. §. 4. D. *quod vi aut clam.*

PROCURATOR est, qui aliena negotia domini mandato administrat, *l.* 1. *in fin. D. de procurat.* Eodem modo & vetus Glossarium Græcum: ὁ φροντιστὴς ἢ ἐντολεὺς πρᾶγμα ἑτέρου κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ διοικεῖν. *Procuratorum* autem varia sunt genera. *Procurator* enim aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur: Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 3. §. 2. De variis autem *procuratorum* differentiis Brisson. *lib.* 5. *de formul. Pop. Rom. c.* 56. egit. Litis *procuratores* sunt, qui ad movendas instituendasque actiones, vel lites exsequendas dantur, *l.* 86. *D. de solution.* Hujusmodi *procuratorem* ad actionem factum procuratorem vocat Paull. *l.* 14. D. *de pact.* Hic litis contestatione dominus litis efficiebatur, adeo ut alterum procuratorem dare potuerit: *l.* 4. §. *ult.* D. *de adpellat.*

Alii sunt negotiorum *procuratores*, quibus vel certa una res, vel generaliter universa negotia administranda mandantur, qui omnium rerum procuratores, *l.* 13. D. *de pact. l.* 6. *D. de institor. l.* 7. *pr.* D. *de calumniat.* & totorum seu universorum bonorum *procuratores* vocantur, *l.* 63. *D. de procurat. l.* 17. §. *ult. D. de jurejur. procurator*, cui omnium rerum administratio concessa est: *l.* 4. §. 18. D. *de dol. mal.* In illis edicti de injuriis verbis: *Neque procurator, qui eo nomine agat*, procuratorem accipimus non utique eum solum, qui specialiter procuratio data est actionis, sed sufficit esse eum, cui omnium rerum administratio mandata est, *l.* 17. §. 10. & 16. *D. de injur.* Similiter in eo, quod dicitur, procuratorem judicatum solvi stipulari posse, non eum tantum, cui ea res specialiter mandata fuerit, intelligimus, sed & eum, qui uni-

universorum bonorum mandatum susceperit. Sed etsi ratum fuerit habitum, *procurator* videbitur, *l.* 3. §. 2. *D. judicat. solv.* Eodem modo in Ædilitio edicto *procurator* accipitur, *l.* 1. §. 1. *l.* 25. §. 3. *D. de Ædil. edict. l.* 17. §. *ult.* D. *de jurejur.* In interdicto quoque, *unde vi*, ex sententia magis, quam ex verbis, procuratorem non eum tantum, qui legitime *procurator* dicitur, omnium rerum ejus, qui absit, quasi pæne quidam Dominus, hoc est, alieni juris vicarius, sed & quemlibet, qui aliquid nostri negotii gerat, clientem videlicet, vicinum, colonum, aut libertum, aut qui illam vim dejectionemque rogatu aut nomine nostro fecerit, intelligi, eleganter Cicero *pro Cæcina c.* 20. tradit. Atque ideo in plerisque librorum nostrorum locis is, qui sine mandato se negotiis alienis offert, & qui aliquid nostro nomine negotii nostri gerit, *procurator* vocatur, qui verus negotiorum gestor est, *l.* 34. §. 6. *l.* 12. §. *ult. l.* 58. D. *de solution. l.* 13. §. 12. *D. de hered. pet. l.* 8. §. 6. *D. de liberat. legat. l.* 22. §. 1. *l. ult. D. ratam rem haber.*

Procurator verus is dumtaxat exaudiendus est, qui mandatum habet, & cui vel id ipsum, quo de agitur, specialiter mandatum, vel totorum negotiorum administratio commissa & credita est, *l.* 40. §. 2. D. *de procurat. l.* 56. D. *de judic. l.* 1. *in fin.* D. *quod juss. l.* 26. §. 5. D. *mandat. l.* 12. *pr. D. de solut. l.* 22. §. 8. *D. rem rat. hab. l.* 5. §. 18. *D. de oper. nov. nunc. l.* 1. §. 13. *D. de vi & vi arm.* Sed & ut *præsumpti* admittuntur *procuratores* persona cognatione vel adfinitate junctæ, *l.* 36. *pr. D. de procurat.* litis consortes post litis contestationem, *l.* 2. C. *de consort. ejusd. lit.* mariti ratione bonorum uxorum, *l.* 21. C. *de procur.* mandato quidem, sed non satis idoneo, instructi, *l.* 1. C. *eod. tit.* eum hi tamen de rato cavere teneantur, *l.* 35. & 40. §. *ult. D. l.* 1. C. *h. t.* Alias

Vero *procuratori falsus* opponitur, *l.* 1. §. 13. *D. de vi & vi arm.* qui mandatum non habet, aut qui sine mandato procuratorio nomine quid facit, *l.* 1. *in fin. D. quod jussu. l.* 3. §. *ult.* D. *rem rat. hab.* Interdum plane *falsus* procurator est, qui mala mente & intercipiendi animo procuratorem se simulat, & procuratoris personam induit: *l.* 43. §. 1. *l.* 44. *pr.* D. *de furt. l.* 14. *in fin. D. de condict. caus. dat.*

Procurator in rem suam datus dicitur, cui in rem utilitatemque suam mandatæ sunt actiones, *l.* 8. §. *ult.* D. *mandat. l.* 2. *in fin.* D. *famil. ercisc. l.* 3. §. 5. *D. de in rem. vers. l.* 24. *D. de minorib. l.* 3. §. 1. *D. quod quisq. jur. in al. stat. l.* 8. C. *de hered. vend. l.* 25. *in fin. l.* 28. 29. 30. 33. §. *ult. l.* 34. 42. 55. 61. *D. de procurator.* Nam hic, quum mandatas sibi & cessas ab alio actiones exerceat, *procurator* est, sed quia non in alienam sed in rem suam, id est, commodum suum, lucrumque omne & compendium eum respicit, idcirco in rem suam factus datusve procurator dicitur, *l.* 4. C. *de procurat.* & passim. *l.* 25. §. *ult.* D. *eod. tit. l.* 4. *pr.* D. *de re judic.*

Procurator a pragmaticis dicitur *cum libera* qui negotia alterius mandatu ejus, sed secundum arbitrium, curat; *sine libera* qui ad normam præscriptam. Quam distinctionem, quoad judiciales procuratores, ignorat jus civile, ei saltem liberam potestatem tribuens, cui omnium bonorum administratio, nulla lege restricta, erat commissa, *l.* 12. D. *de pact. l.* 17. §. *fin.* D. *de jurejur.* Verum jus ca-

canonicum admittit procuratorem, qui suo arbitrio litem prosequitur. Vid. *c.4. de procurat. in 6.* Wurffel *Jurispr. defin.* § 184.

Procurator Cæsaris, ab Augusto primum institutus est, ut ex Dionis *lib.* 53. intelligimus, ubi ait, Augustum in omnes provincias, præterquam ubi Proconsules essent, mittere instituisse curatores, qui vectigalia conquirerent, impendiaque, si quæ opus essent, facerent. Hoc autem potius officium quam magistratus adpellatur, in *l.* 46. D. *de contrah. emt.* Itaque *rationales* passim in libris nostris adpellantur, eosque deportandi jus non habere, sed petulantibus aditu prædiorum Cæsaris interdicere posse Callistratus auctor est in *l. ult.* D. *de offic. procur. Cæs.* Præterea jurisdictionem inter privatos extra fiscales caussas non habebat, *l.* 1. C. *de jurisd. omn. jud. l.* 1. *& passim.* C. *ubi fiscal. causs.* Inter fiscum autem & privatos jus dicebat. Ulpian. *l.* 5. C. *eod. l.* 1. D. *de offic. procur. cæsar.* scribit, ea, quæ ab illo acta gestaque sunt, sic a Cæsare comprobari, atque si a se ipso gesta essent. Hinc illud Taciti *lib.* 12. de Claudio Cæsare: Eodem anno inquit, sæpius audita vox principis, parem vim rerum habendam a *procuratoribus* suis judicatarum, ac si ipse statuisset. Ac ne fortuito prolapsus videretur, senatusconsulto quoque cautum plenius & uberius quam antea. Suetonius tamen id illum precibus impetrasse scribit. Ut sibi in curiam, inquit. Præfectum prætorii secum inducere liceret, utque rata essent, quæ *procuratores* sui in judicando statuerent, precario exegit. Ad eumdem illud quoque pertinet, quod idem *in Vespasiano* scribit *cap.* 16. Creditur etiam *procuratorum* rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret, quibus quidem vulgo pro spongiis dicebatur uti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Interdum autem *Procurator* Cæsaris Præsidis provinciæ partibus fungebatur: atum de rebus omnibus, quasi præses ipse cognoscebat, *l.* 4. C. *ad Leg. Fab. de plag. l.* 2. C. *de pœn. l.* 3. C. *ubi causs. fisc. l.* 23. §. 1. *D. de adpellat.* Ejus mentio fit *l.* 4. §. 1. D. *eod. tit. l.* 16. *D. de publican. l.* 5. §. 10. D. *de jur. immunit. Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 14. §. 3. *l.* 25. D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 35. §. 1. D. *ex quib. causs. major.* Idem & *procurator imperatoris* dicitur, in *l. ult.* D. *de jur. fisc.* & simpliciter *procurator*, *l.* 3. §. 5. D. *de jur. fisc.* & curator Cæsaris, *l.* 3. *pr. D. de offic. procur. Cæs. Procuratores* principum, *l.* 32. D. *ex quib. causs. major. in integr.* Vid. amplius Corn. Van Bynkersh. in *obs. jur. lib.* 2. *c.* 20. *&* 21. ubi docte de *procuratore* Cæsaris egit.

Procuratores alii memorantur in jure, ut: *Procuratores domus Augustæ*, *l. un.* C. *Theod. de privileg. dom. Aug.* Procuratores annonæ, scilicet militaris: *l.* 1. *pr.* C. *Theod. de erogat. milit. annon.* Procuratores curiarum: *l.* 32. *pr.* C. *Theod. eod. tit.* Procuratores, & procuratio cursus clabularii, *inscript. & l.* 23. C. *Theod. de curs. publ.* procuratores domus dominicæ: *l.* 8. C. *ubi causs. fiscal.* procuratores hereditatium: *l.* 32. D. *de jur. fisc.* procuratores vicesimæ hereditatium, in inscriptionibus, quas collegit Petr. Burmannus *de vectigal. pop. Rom. c. XI. p.* 187. metallorum, item baphiorum, textrinorum seu gynecæorum, & linificiorum & bastagarum, & saltuum erant *procuratores*, quorum in *l.* 4. C. *de metallar. penult.* C. *de murileg.* & in

in *Notitia Imperii* fit mentio. Inter metallorum *procuratores* referendi & *procuratores* aurarii, qualem in antiquo marmore intelligit Reinef. *Claſſ.* 1. *inſcr.* 6. Procuratores rei dominicæ: *l. pen.* C. *de conven. fiſc. debitor.* fummæ rei: *l. ult. C. propt. publ. penſit.* qui & Rationales fummæ rei, ut in *inſcript. l.* 7. *ubi cauſſ. fiſcal.* procuratores rei privatæ: *rubr.* C. *Th. de actor. procur. & conduct. rei priv.* quales etiam intelligendi funt in *l.* 5. C. *ad leg. jul. repetund. l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* & in *l.* 1. C. *Theod. de domib. ad rem privat.* Eofdem *procuratores* fuos vocant Imperatores in *l.* 1. C. *Theod. de equor. conlat.* & procuratores fuarum poffeffionum, *l.* 13. C. *Theod. de pagan.* neque alii ab his funt, qui procuratores rei dominicæ, fummæ rei, domus dominicæ, aliifque fimilibus fupra adpellantur. *Procuratores* autem *fummæ rei* diverfos effe ab illis, qui fummæ rei imponuntur, contra Cujacium adferit Gutherius *de offic. dom. Aug.* Procuratores reipublicæ, *l.* 7. *C. ne de ſtat. defunct. l.* 30. *C. de decurion.* procuratores & actores fenatorum: *l.* 2. C. *Th. quib. equor. uſus.*

Ceterum *procurator* etiam curator dicitur, *l. ult. D. de offic. procur. Cæſar.* Si qui in codice *procurator* reipublicæ, in pandectis curator dicitur. Viciffim vere curator *procurator* adpellatur in *l.* 23. §. 2. & 3. *D. de hered. inſt. l.* 3. *D. de tutel. & rat. diſtrah.*

PROCURATORIÆ exceptiones vocantur, quæ procuratorio nomine agentibus opponuntur, five quod non effe hoc eis mandatum dicatur, quod perfequuntur, five quod omnino procuratores effe, vel fieri potuiffe negetur, vel ab eo dati dicantur, qui procuratoris dandi jus non habuit, *l.* 57. & 62. D. *de procurator. l.* 2. & 3. *D. de exception. l.* 29. §. 4. D. *mandat. l.* 19. §. 1. *D. de probation. l.* 39. §. *pen.* D. *de damn. infect.* §. *pen. Inſt. de ſatiſdat. l.* 6. *D. de oper. nov. nunc.* Quinctil. *lib.* 4. *Inſtit. orat. c.* 3. Qua de re incidere crebro in judiciis Quinctil. *lib.* 7. *c.* 1. admonet. Procurator, ait, alicujus pecuniam petit ex fœnore hereditario. Poteft incidere quæftio, an huic effe procuratorem liceat. Finge nos poftquam tractavimus eam remittere, vel etiam convinci: quæreretur, an ei, cujus nomine litigatur, procuratorem habendi fit jus. Idem *lib.* 4. *c. penult.* Ut contra petitionem pecuniæ male petis. Procuratorem enim tibi effe non licuit. Sed nec illi, cujus nomine litigas, habere procuratorem.

PROCURATORIO nomine agere & fuo opponuntur, *l.* 3. *D. famil. erciſc. l.* 2. §. *ult. D. de except.* experiri: *l.* 6. C. *de procurat.* repetere: *l.* 23. *D. rat. rem hab.*

PRODERE, prævaricari, & per collufionem adverfario vel hofti rem fibi creditam detegere vel tradere. Sic *prodere* cauffam: *l.* 1. *D. de prævaric.* civitatem hoftibus: *l.* 10. *l. ult.* D. *ad leg. jul. majeſt.* cuftodiam: *l.* 14. *pr. D. de cuſtod. & exhib. reor.* exercitum hoftibus: *l.* 4. *D. ad leg. jul. majeſt.* inftrumenta adverfario: *l.* 38. §. 8. 9. *D. de pœn.* jura pupilli: *l.* 2. *C. de divid. tutel.* legem: *l.* 2. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adulter.* teftimonia utrique parti: *l.* 16. D. *de teſtib.* Alber. tamen Gentil. *lib.* 2. *Hiſpan. advoc. c.* 4. dare & dicere, interpretatur.

Prodere, id eft, detegere, & indicare. *Prodere* fugitivum: *l. ult.* D. *de cuſtod. & exhib. reor.* judicia: *l.* 6. §. 3. *D. ad SC. Turpill.* prodita mors: *l.* 39. D. *ad leg. Falcid.*

Prodere aliquando est constituere, edere, probare. Sic *prodita* actio: *l.* 17. *pr.* D. *de furt. l.*5. *D. de oblig. & act. l.* 11. *D. de præscript. verb.* adpellatio: *l.* 3. *D. eod. tit.* probationes: *l.* 12. C. *de probat.* prodita judicia: *l.* 15. C. *de jur. dot. l.* 1. D. *de præscript. verb.* proditum est: *l. ult. D. usufruct. quemadm. cav.*

Prodere canonem, id est, solvere: *l.* 5. C. *Theod. de conlat. donat.*

Proditi ac orti curialibus, hoc est, editi & prognati: *l.* 1. C. *Th. de proxim. comit.*

PRODESSE dicitur exceptio: *l.* 55. *D. ad SC. Trebell.* replicatio: *l.* 7. §. 2. *D. de curat. furiof.*

PRODIGERE, male consumere, in *l.* 18. D. *de offic. præsid.*

PRODIGIALIS, prodigiosus. Sic vocantur Encratitæ, in *l.* 9. C. *Th. de hæret.*

PRODIGIOSUS, monstrosus, *l.* 14. D. *de stat. hom.*

PRODIGIUM lutulentum vocatur Eutropius, quod divinum præmium consulatus contagione fœdavit: *l.* 17. C. *Th. de pœn.* Nefanda *prodigia* sectarum: *l.* 6. *pr.* C. *Th. de hæretic.*

PRODIGUS, est qui neque modum neque finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando & dissipando profundit, *l.* 1. *D. de curator. furiof. Everforem* adpellat Caius *lib.* 1. *Inst. tit.* 8. §. 1. Solet & in libris nostris hoc verbum circuitu designari, *is, cui bonis interdictum est*, *l.* 18. D. *qui testam. fac.* Nam *prodigis* per prætorem urbanum bonis interdicebatur, ut Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 7. & Valer. Max. *lib.* 3. *c.* 5. *lib.* 8. *c.* 6. ostendunt. Sic & famæ suæ *prodigi* dicuntur, in *l.* 1. C. *de his, qui potentior. non.* prodigus sui raptor, *l. ult.* C. *Th. de rapt. & matrim. sanctim.*

Prodiga in *l.* 5. *C. de fid. & jur. hast. l.* 1. C. *Theod. eod. tit.* dicuntur, quæ pro usu quotidiano prodigi & consumi oportet, puta species annonariæ, veluti frumentum, esculenta, poculenta, quæ omnia prodigi hoc sensu dicuntur in *l.* 18. *D. de offic. præsid.* Vid. Jac. Gothofred. *Commentar. ad d. l.* 1. C. *Th.*

PRODITIO seu negligentia tutorum & curatorum, *l.* 3. C. *Theod. de administr. & peric. tut.* hoc est, dolus & culpa, ut habet, *l.* 23. C. *Justiff. eod. tit.*

Proditiones latronum, id est, indicia, *l.* 1. §. 26. D. *de quæstion.*

PRODITOR libertatis, qui libertatem prodit: *l.* 14. §. 10. *D. de re milit.*

Proditor, pro indice & delatore, *l. un.* C. *de mendic. valid. l.* 6. C. *de delator.*

PRODUCERE, ducere. *Producere* adversarium ad album: *l.* 1. §. 1. D. *de edend.* Produci in jus, est ad prætorem duci: *l.* 5. §. 2. *D. ne quis eum, qui in jus voc. l.* 4. D. *ad Leg. jul. de vi privat.* nempe ut ipsi actionis formula demonstretur, qua uti velit actor, ex earum numero quas prætor se daturum in albo edictoque suo denunciavit. *Producere* in publicum: *l.* 3. §. 8. D. *de hom. lib. exhib.* de domo: *l.* 1. §. 3. D. *de quæstion.* e custodia reos: *l.* 18. C. *Theod. de accusat. & inscr.* servos ad interrogationem: *l.* 7. *C. de quæstion.* testem: *l.*20. *D. de quæstion.* de domo testes: Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 15. §.1. Productus testis apud Liv. *lib.* 1. Juvenal. *Sat.* 17. *v.* 32. Citius falsum producere testem contra paganum possis. *Produci* etiam dicebantur, qui in scena populo spectandi præbebantur, atque exhibebantur. Sueton. *in Neron. c.* 4. Equites Romanos matronasque ad agendum mimum *produxit* in scenam.

nam. De quo & Senec. *lib. 7. controverſ. 3.* Divus Julius ludis ſuis mimum *produxit.* Quinctil. *lib. 3. c. 6.* Qui ſe prætori in hortis oſtenderat, nec erat *productus*, ſedit XIV ordinibus. Plin. *lib. 7. epiſt. 24.* Proximis ſacerdotalibus ludis *productus* in commiſſione pantomimus, quum ſimul theatro ego Quadratus egrederemur. Macrob. *lib. 2. c. 7.* de Publio Mimo: Quum mimos componeret, ingentique adſenſu in Italiæ oppidis agere cœpiſſet, *productus* Romæ per Cæſaris ludos omnes, qui tunc ſcripta & operas ſuas in ſcenam locaverunt, provocavit. Et in inſcriptione Lanuvina apud Gruter. p. CCCXXX. 3. M. Aurel. Aug. Lib. Agellio Septentrioni primo Sacerdoti Synhodi Apollinis Paraſito Alumno Fauſtinæ Auguſtæ producto ab Imper. M. Aurel. Commodo.

Producere, protrahere & perpetuare. *Producere* obligationem: *l. 91. §. 4. D. de verb. oblig.* Sic *produci* pactum ad perpetuam præſtationem, dicitur in *l. 52. §. ult.* D. *de pact.* Item *produci* ad conſequentias: *l. 14. D. de legib.* & eouſque producendum: *l. 61.* D. *de furt.*

PROFANUM Varro *lib. 4. de ling. lat.* id eſſe ait, quod extra fanaticam cauſſam ſit, quaſi procul a fano & religione ſecretum. Trebatius vero, ut Macrob. *lib. 3. Saturnal. c. 3.* refert, *Profanum* id proprie dici tradit, quod ex religioſo vel ſacro in hominum uſum proprietatemve converſum & promiſcuum humanis actibus accommodatum eſt. Aggenus quoque Urbicus *in Comment. ad Frontin. p. 61.* edit. Goeſ. *profanum*, ait eſſe, quod dum ſanctum fuiſſet, poſtea in uſu hominum, hoc eſt, extra fanum, extra ſanctuarium venit. Vid. quoque Soſipat. Charis *lib. 2. p. 209.* edit. Putſch. *Profanis* ergo res ſacræ & religioſæ opponuntur, *l. 83. §. 5.* D. *de verb. oblig. l. 6. §. 3. l. 9. §. 3.* D. *de rer. diviſ. l. 40. D. de relig & ſumt. fun. l. 4.* C. *eod. tit. l. 73.* D. *de contrah. emt.*

Profanum vero id eſſe etiam, quod quis ſibi privatim ſacrum conſtituerit, Marcianus tradit, in *l. 6. §. 3.* D. *de rer. diviſ.* Agrum quoque purum monumento cohærentem *profani* juris eſſe, Imperatores reſcripſerunt, *l. 9.* C. *de religioſ. & ſumt. fun.*

Profanum etiam dicitur, quidquid a religione alienum, improbum, ſceleſtum eſt. Sic *profanus* dicitur apoſtata, *l. 4. C. de apoſtat.* profana inſtitutio hæreticorum: *l. 3. C. Th. de hæret. profana* mens: *l. 26. C. Theod. eod. tit.* profanus ritus, *l. 17. C. Th. l. 4. & 20. C. Juſt. de pagan.*

Profanus pro privato: *l. 2. C. de offic. vicar.*

PROFARI proprie dicuntur fatidici, qui futura prædicando ſolent fari: qui iidem & vaticinari dicuntur, quod veſana mente faciunt inquit Varro *lib. 5. de ling. lat.* Itaque cum Ulpianus, *l. 1. §. 9. D. de Ædil. edict.* ſic ſcripſiſſet: Si ſervus inter fanaticos non ſemper caput jactaret, & aliqua *profatus* eſſet: ſic infert, Quamvis aliquando quis circa fana bacchatus ſit, & reſponſa reddiderit. Item: Ceterum ſi nihilominus permaneret in eo vitio, ut circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret &c.

PROFECTIO neceſſaria: *l. 18.* D. *de judic. l. 5.* D. *de condict. cauſſ. dat.*

PROFECTITIUM dicitur, quod a patre, vel aliunde contemplatione patris provenit. Sic: *Profectitia* dos: *l. 6. C. de jur. dot. l. 4. C. de collat.* quæ & profecta a patre dos, ut *l. 4. C.*

 ſolut.

solut. matrim. Profectitium peculium: *l.* 38. *D. de condict. indeb.* Vetus Glossarium Græcum: τὸ μετὰ τῶν πατρίων πραγμάτων ἐπικτηθὲν παρὰ τῦ ὑπεξυσίυ.

PROFERRE, edere, palam facere, producere, exhibere. Ut: *proferre* acta: *l.* 45. §. 7. *D. de jur. fisc.* chirographum: *l.* 3. §. 3. *D. eod. tit.* codicillos: *l.* 1. *D. de transact.* instrumenta: *l.* 7. *C. ad leg. Cornel. de falf.* inventarium: *l.* 4. *C. de in lit. jur.* judicatum: *l.* 3. *C. quomod. & quand. jud.* jusjurandum: *l.* 3. *C. de in lit. jur.* legata: *l.* 12. §. *ult. D. de legat.* 1. in notitiam: *l.* 1. D. *de testam. milit.* rationes, *l.* 1. §. 3. D. *de tutel. & ration.* scripturam: *l.* 35. D. *eod. tit.* tabulas: *l.* 47. D. *de legat.* 2. testamentum: *l.* 4. D. *de condict. indeb.* testes: *l.* 6. *D. de quæstion.*

Proferre sententiam in *l.* 26. & 36. D. *de re jud.* est, pronunciare sententiam.

Proferre, differre, prorogare. Sic: *proferre* diem: *l.* 23. 25. 27. & 32. §. 12. D. *de recept. arb.* & alibi passim ut & apud Livium *lib.* 22. *c.* 33. & *proferre* rem dissimulatione, id est, protrahere: *l. ult. C. de usur. pupillar. prolatum* tempus, *l.* 26. D. *quand. dies legatar.*

PROFESSIO, pro confessione, editione, in *l.* 42. §. 1. D. *de jur. fisc. Professio* de ætate, *l.* 33. D. *de probat.* natalis: *l.* 6. *C. de fid. instrum. l.* 15. *C. de liberal. causs.* Huc pertinent tabulæ *professionum*, *l.* 1. *C. si minor. se major.* De hac natali professione, vide quæ dixit Hein. *in Comment. ad Leg. Jul. & Pap. lib.* 2. *c.* 8. §. 6. *Professio* pecuniæ solutæ: *l.* 14. *C. de solution.* publicæ functionis: *l.* 3. *C. de conlat. translat. professiones* censuales: *l. ult.* §. 16. D. *de mun. & honor. l.* 7. *C. de donation. l.* 2. *D. de censib. & in fragm. regul. ex veter. jurisc.* §. *ult.* apud Schulting. *in jurispr. vet. antejust. p.* 809. *Professiones* mercium apud publicanos: *l.* 3. *C. de vectigal. l. ult.* §. 12. *D. de publican.* De censuali & natalis *professione* vid. *profiteri. Professio* excusationis: *l.* 6. *C. de excusat. tut.*

Professio, pro quavis arte & scientia, societate, artificio. *Professio* artis & scientiæ, apud Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 18. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2. *Professio* venatorum: *l.* 6. *C. de excus. muner. Professio* inhonesta dicitur mulierum, quæ scenicis ludis se immiscuerunt: *l.* 23. §. 1. *C. de nupt. Professio* flagitii de impudicis & meretricibus, apud Tacit. *lib.* 2. *Annal. c.* 8. *Professione* interdici præfectus urbi potest: *l.* 1. §. 13. *D. de offic. præf. urb.*

PROFESSOR, qui artes liberales profitetur. *Professorum* autem nomine neque medicos, neque philosophos, neque jurisperitos contineri traditur, *l.* 1. *sequ. de var. & extraord. cognit. rubr. C. de professor. & medic.*

PROFESSUS sacræ religionis: *l.* 39. *C. Theod. de bon. proscript.*

PROFICERE dicitur exceptio, in *l.* 16. D. *de except. rei judic.* præscriptio: *l.* 6. *C. de religios.*

PROFICISCI, oriri, provenire, venire. Ex hoc edicto nulla proprie actio vel cautio proficiscitur: *l.* 24. §. 8. *D. de minor. Profecta* a patre dos: *l.* 4. *C. solut. matrim.* Fideicommissum non ex rigore juris civilis *proficiscitur:* Ulpian. *tit.* 25. *regul.* §. 1. Profecta in rem pecunia: *l.* 3. *C. quand. ex fact. tut.* Pecunia a me ad te profecta: *l.* 15. D. *de reb. cred.*

Proficisci, pro intercedere, intervenire. Mutuum non potest esse, nisi proficiscatur pecunia: creditum

ditum autem, etiam si nihil proficiscatur: *l. 2. §. 3. D. de reb. cred.*

PROFITERI, confiteri, sive se ipsum deferre. *Profitetur* capere non posse: *l. 1. pr.* D. *de jur. fisc.* Professis testatisque sceleribus involutus: *l. ult. C. Th. de bonis proscript.* Profiteri libello: *l. 21.* D. *rat. rem hab.*

Profiteri aliquando edere & indicare significat. Sic: *profiteri* agrum: *l. 4. §. 2.* D. *de censib.* censum: Ulpian. *Tit. 1. regul.* §. 8. Inde *professio* censualis, de qua item & de natali professione abunde dixit Brisson. *lib. 1. Selectar. Antiqu. c. 5.* Ammian. Marcellin. *lib. 19. c. 11. p. 174.* Censuali *professioni* speciosa fiducia relevatæ. Unde quod D. Lucas *Evangel. c. 2. v. 1.* ait ἀπογράφεσθαι, hoc vetus interpres *profiteri* vertit. *Profiteri* ad publicanum. Varro *lib. 2. de re rust.* & Quinctil. *Declam. p. 52.* sive *profiteri* merces, id est, apud publicanos eas insinuare, tributi pro his debiti exsolvendi caussa: *l. ult. §. 6. & §. 12.* D. *de publican. l. 3.* C. *de vectigal. & commiss.* Quinctilian. *Declam.* 341. Quod quis *professus* non est apud publicanos pro commisso tenetur. Idem *Declam.* 349. talem legem fingit: Publicano scrutari liceat, quod quis *professus* non fuerit perdat. Sic quoque pro insinuationibus mercium apud publicanos Tertullian. *Apologet. c. 43.* accipit. Ut si ineatur, quantum vectigalibus pereat fraude & mendacio vestrarum *professionum*, facile ratio haberi possit. *Profiteri* indicium, in *l. 1.* D. *ad leg. Cornel. de sicar. l. 24.* D. *ad leg. Cornel. de fals.* Hirtius *lib.* 4. *de bello Alexandr. c. 55.* Item Calpurnium Salvianum, qui *profitetur indicium* conjuratione que numerum auget. Q. Curt. *lib. 8. c. 6.* Nec cunctatus Eurylochus non ex toto domum suam aversari deos dixit, quia frater ipsius quamquam impium facinus ausus foret, tamen & pœnitentiam ageret, & per se potissimum *profiteretur indicium.* Macrobius *in Somn. Scipion. c. 1.* Quidquid emensus inter utrumque vitam diebus egerat, videratve tamquam publicum *professus indicium* humano generi nunciavit. Sallustius in *bello Jugurth. c. 36. n. 6.* Sed ipse deprehensus multis hortantibus, & in primis Albino Consule *indicium* profitetur. Sueton. *in Domitian. c. 17. professusque* conspirationis *indicium*, & ob hoc admissus, legenti traditum a se libellum & attonito suffodit inguina. Plin. *lib. 3. epist.* 16. Eadem apud Claudium uxori Scriboniani, quum illa *profiteretur indicium*: ego, inquit, te audiam, cujus in gremio Scribonianus occisus? Unde fit, ut pro confiteri judicia profiteri legendum putem in *l. 3. §. 4.* D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Profiteri libello, *l. 21.* D. *rem rat. hab.* apud eum, cujus jurisdictio est: *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 3. apud Magistratum: *l. 37. pr.* D. *de legat.* 3. Profiteri natales dicebantur parentes, qui diem, quo sibi nati essent liberi, apud præfectos ærarii edebant. Terentius *l. 16. D. de probat.* Etiam matris *professio* liberorum recipitur. Scævola in *l. 29. §. 1. D. eod. tit.* Mulier gravida repudiata, filium enixa absente marito ut spurium in actis *professa* est. Jul. Capitolin. harum *professionum* primum auctorem fuisse M. Antoninum Pium, auctor est, inter diem trigesimum nomine imposito, per provincias autem tabulariorum usum instituisse, apud quos de originibus idem fieret, quod Romæ apud præfectos ærarii: ut si fuerit aliquis in provincia natus

caussam liberalem diceret, testationes intus ferret. Celsus *l.* 13. D. *eod. tit.* Iniquum est, cum de statu ætatis alicujus quæreretur, & diversæ *professiones* proferrentur, ea potissimum stare quæ nocet. Ejusdem *professionis* mentio fit in *l.* 15. *&* 21. *C. de lib. con.*

PROFLIGARE, id est exigere tributa, in plerisque imperatorum rescriptis, *l. ult.* C. *de usur. rei judic. l.* 26. *pr. C. de fidejuss. l.* 7. C. *de offic. rect. prov. l.* 11. C. *de annon. & tribut. l.*3. C. *de exsequut. & exact. l.* 4. *in fin.* C. *Theod. de collat. translat. l.* 6. C. *de præscript. XXX. annor. l.* 4. C. *de metallar. l.* 1. C. *Theod. ne quis de palat. man. l. ult.* C. *de fund. patrim. l.* 12. §. 1. D. *de prox. scrin.* Inde

PROFLIGATIO debitorum, pro exactione, in *l.* 10. C. *Th. de palat. sacr. largit.*

PROFUGERE, villam suam, pro a villa sua, in *l.* 2. D. *de SC. Silan.* quod loquendi genus auctoritate Senecæ *Agamemnon. v.* 121. Hygini *fab. ult.* Curtii *lib.* 10. *c.* 2. & Columellæ *lib.* 11. *c.* 3. defendit Duker. *p.* 356. Hein.

PROFUGI coloni: *l.* 7. C. *Th. de annon. & tribut.*

PROFUNDENDI licentia: *l. ult.* C. *Th. de annon. & tribut.*

PROFUNDUM pro mari, §. 2. *procem. Inst.* In *profundo* esse res: *l.* 15. D. *de legat.* 3.

PROGENER. Avo neptis vir *progener* est, ut avus neptis marito *prosocer*. Socer magnus dicitur uxoris meæ avus, ego sum illius progener. Prosocrus mihi uxoris meæ avia est, ego sum illius progener: *l.* 4. §. 6. D. *de gradib. & adfin.* Sueton. *in August. c.* 19. & Auson. *p.* 65. Tacit. *lib.* 5. *hist. c.* 9. Progener Cæsaris, Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 45. Progener Cæsaris destinatus, Tacit. *lib.*3. *Annal. c.*75. & apud Gruter. *Inscript. p.* 412. 3.

PROGRAMMA, edictum monitorium; publice propositum, in *l.* 6. C. *de remissim. pign. rubr. & l.* 6. C. *comminationes, epistolæ, programmata.* Programma criminale: *l.* 29. C. *Th. de petit.*

PROHIBERE quis intelligitur, quo minus faciat, si quolibet actu prohibentis, id est, vel dicentis, se *prohibere*, vel manum opponentis, lapillumve jactantis prohibendi gratia: *l.* 29. §. 1. *D. quod vi aut. clam.* Ædificare *prohibet*, qui prohibet eam materiam convehi, quæ ædificationi necessaria sit, aut qui operi necessarios venire prohibet: *l.* 1. §. *penult.* D. *de mort. inferend.* Prohibetur possidere & qui in solo ædificare prohibetur: *l. penult.* §. 1. D. *de adquir. possess.* Prohibet uti frui, qui vi dejicit utentem fruentem, aut non admisit eum, quum ex fundo exisset non ususfructus deferendi caussa: *l.* 13. §. 13. D. *de vi & vi arm.*

PROHIBITORIUM edictum: *l.* 43. D. *de procurat.* Prohibitoria interdicta sunt, quibus prætor aliquid fieri vetat, *l.* 1. §. 1. *l.* 2. D. *de interd. l.* 1. D. *uti possid.* §. 1. *Inst. de interd.*

PROJECTIO, seu *projectum*, quod extra tectum projicitur, ut mœniana. Itaque Lexicon Latino Græcum *projecta* recte interpretatur ἀνατεταμένα, ἀνάτησιν ἔχοντα ἐπ' οικίας. Inter *projectum* vero & immissum hoc interesse Labeo dicebat, quod *projectum* esset id, quod ita protenderetur, ut nusquam quiesceret, qualia mæniana & suggrundæ essent: *immissum* autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, *l.* 242. §. 1. *D. de verb. signif.* Et ideo *projicere* & *immittere* separantur in *l.* 5. §. 10. *D. de nov. oper. nunciat.* Sic *projectum* tignorum accipe in *l. ult.* §. *ult.* D. *de servit. præd. urb.* & projectum

jectum *tectum* apud Cic. *Topic. c.* 4. & *projecta* in *l.* 8. D. *de contrah. emt. l. ult.* §. *penult.* D. *quod vi aut clam. l.* 3. §. 5. & §. 6. D. *uti possid. projectio* supra virini solum *ibid.* Vetus Glossar. Græcum : projectum : τὸ ἔξεχον ὥςε ἐπιπίθεσθαι αὐτῷ ἐξώςην.

PROJICERE, est protendere aliquid extra tectum, ut mæniana. *Projicere* in nostrum : *l.* 5. §. 10. D. *de oper. nov. nunciat.* Unde *projiciendi* servitus, est jus projiciendi supra vicini solum, & ut Theophil. *ad* §. 2. *Inst. de actionib.* interpretatur, δίκαιον τοῦ ὑπεκτείνειν ἐξώςιν κατὰ τοῦ σοῦ μεσαύλου. jus *projiciendi* mænianam in aream tuam, *l.* 1. & 2. D. *de servit. præd. urb. l. penult.* D. *si mensor. falf. mod. dixer.*

Projici dicuntur, qui corpore aliquo ejiciuntur, ut *projecti* in *l.* 8. *C. Th.* dicuntur judæi ἀποσυναγωγοι, qua voce utitur & Ammian. Marcellinus in re simili, *lib.* 22. *c.* 4. idemque sonat *abjecti* in *l.* 15. *C. Th. de pistor. l.* 18. *C. Th. de agent. in reb. l.* 15. *C. Theod. de palatin.* Alias *projecti* dicuntur expositi, *l.* 1. *C. Th. de exposit. liber.*

PROINDE, pro perinde, *l.* 15. & 29. D. *ad Leg. Cornel. de falf. l. ult.* §. 2. D. *de verb. oblig.* Proinde pro similiter, *l.* 7. D. *de solution. Proinde* pro exinde, *l.* 1. D. *de edendo. Proinde* ac : *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 8. §. 2.

PROLATOR scripturam adfirmat : *l. un.* C. *Theod. si cert. pet. de chirogr.* Quæ ipsa verba habentur quoque *lib. V.* Capitular. *Caroli M. & Ludovici Pii c.* 378. *Tom.* 1. *p.* 903. edit. Baluz. *prolator* tabulæ : *l.* 11. §. 8. D. *de interrogat. in jur. fac.*

PROLETARII in lege XII Tabularum quinam dicerentur, Gellius *lib.* 16. *Noct. Attic. c.* 10. ita explicat : Qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius, quam mille quingentum æris in censum deferebant, *proletarii* adpellari sunt. Et paullo post : Et non capitis censum, sed prosperiore vocabulo a munere officioque prolis edendæ adpellati sunt, quod cum re familiari parva minus possent rempublicam juvare, sobolis tamen gignendæ copia civitatem frequentarent. Exstat, ait Brisson. apud me libellus quidam Edmundi Anglorum Regis, in quo quum de Anglis & oriundis ageretur, ita scriptum est : Qui quum sæpius bello lacessiti se & suos defensarent fortiter : illi vero ignaviæ operam dantes, quasi *proletarii* ad solam voluptatem domi residerent. Unde Remigius in Commentariis Martiani Capellæ notat ore suo *uxorios* dictos hujusmodi sceleratos, qui gignendæ proli inservirent. Gellius *lib.* 3. *c.* 8. Classicus adsiduusque aliquis scriptor, non *proletarius.*

PROLIXA ætas : *l.* 5. §. 12. D. *de jur. immunit.* prolixum tempus : *l.* 45. §. 10. D. *de jur. fisc.*

Prolixa stipendia : *l.* 22. *C. de palatin. sacr. largit.*

PROLIXITAS temporis : *l.* 22. §. 3. D. *ad SC. Trebell.*

PROLUERE pavimentum : *l.* 28. D. *de servit. præd. urban.*

PROLUSORIUM judicium, pro collusorio & per collusionem facto, in *l.* 14. D. *de adpellat.* Quod verbum alibi hac notione vix invenias. Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p.* 408.

PROLYTÆ, προλύται, dicebantur, qui quatuor annorum spatio in legum studiis decurso, quintum & postremum adjiciebant : *Constit. omnem. reip.* §. 5. *ad Antecessor.* non *loritæ* aut coloritæ, uti habet Accursius, nec *colobitæ*, uti Constantin. Landus in *Exercitat.*

citat. p. 1391. *Tom. III. Thesaur. jur. civil.* Hesychius προλυθίους interpretatur παρειμένους, ut ii sunt, qui ab illa præscripta & præfinita studiorum lege sunt soluti, & tamquam emeritis stipendiis honestam a magistrorum scholis emissionem impetraverunt, unde hodie licentiati adpellantur. Vide *Lytæ.*

PROMATERTERA, proaviæ soror: *l.* 1. D. *de gradib. & adfin.*

PROMERCALIS res: *l.* 4. §. 2. D. *de pen. legat. l.* 10. D. *de impens. in res dot. fact.* & apud Columell. *lib.* 1. *c.* 8. & *lib.* 11. *c.* 1. Sueton. *in Julio c.* 54.

PROMERCIUM, pro commercio. Et ita promercii caussa haberi dicuntur, quæ in hoc habentur, ut veneant: *l.* 3. §. 4. D. *ad leg. Cornel. de sicar. l.* 41. §. 5. D. *de legat.* 1. *l.* 2. D. *de vi publ.* Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 23. §. 13. Hoc verbum jurisconsultis proprium videtur, nec a quoquam præter hos usurpatum; nisi id fuerit in SC. sub Hadriano facto, de quo in *l.* 41. §. 1. D. *de legat.* 1. & Casaubon *ad Spartian. Hadrian. c.* 18. Vid. Ducker. *de Latinit. vet. Jurisconf. p.* 364. *Hein.*

PROMERE consensum: *l.* 49. *pr. C. Theod. de decurion. lib.* 12. *tit.* 1. Coacta promere largitate, pro donare: *l.* 6. *C. Theod. de iis, quæ administr. Promtæ* legis discrimen, id est latæ: *l.* 74. *C. Th. de decurion. Promere* scripturam: *l.* 1. *C. de solut. & liberat.* sententias: *l.* 8. *pr.* C. *Theod. de infirmand. his, quæ sub tyrann. Promendæ* indictionis tempus: *l.* 8. *C. Th. de extraord. mun.* Debitæ ultionis acrimonia, quæ erga sacrilegos jure promenda est: *l.* 5. *in fin.* C. *de sacros. eccles. l.* 40. *C. Theod. de Episcop.*

PROMERERI officio debito: *l. ult. C. de alien. lib.* canonis relevationem: *l.* 5. *C. Th. de conlat. donat.*

PROMISCERI ceteris creditoribus: *l.* 3. §. 1 *D. de separat.*

PROMISCUE adpellari: *l.* 6. §. 1. D. *ad leg. jul. de adult.* uti: *l.* 4. §. 2. D. *de pen. legat.* id est, communiter: *l.* 1. §. *ult.* D. *de adquir. possess.*

PROMISCUA conditio: *l.* 11. §. 1. & §. *ult.* D. *de condit. & demonstr.* facultas: *l.* 14. §. 5. D. *de muner. & honor.* generalitas: *l. un C. Th. ne in sua causs. quis jud.* utilitas: *l.* 5. §. 12. D. *de jur. immunit.* Promiscuus usus: *l.* 17. *C. de furt. l.* 9. D. *de usu & habit.*

PROMISSIONIS verbum & ad nudam promissionem sive pollicitationem & ad sponsionem refertur: *l.* 19. §. 1. D. *de ædilit. edict. l.* 1. *C. de jur. dot. l.* 1. §. 4. D. *de constit. pecun. l.* 132. D. *de verb. oblig.* Promissio dotis: *l. ult. pr.* D. *de dol. mal. except. l.* 98. *pr.* D. *de solution. l.* 19. D. *de oblig. & act.*

Promissionem desertam adpellat Ulpian. cui non sit satisfactum, puta judicio sisti caussa.

PROMISSOR in *l.* 15. §. 1. *l.* 34. §. 1. *l.* 72. §. *ult.* D. *de solution. l.* 49. §. 1. *l.* 62. *l.* 2. & 82. §. *ult.* D. *de verb. obligat. l.* 30. D. *de fidejussor. l.* 15. §. *ult. de usucap.* est, qui stipulatori spopondit.

PROMISSUS, promissio, in *l.* 18. §. *ult.* D. *deposit.*

PROMITTERE dotem: *l.* 41. *pr.* §. 1. & 3. & §. *ult.* D. *de jur. dot.* videlicet per stipulationem. Ulp. *tit.* 6. *regul.* §. 1. & 2. Si scriptum in testamento fuerit, promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione præcedente responsum sit: §. 17. *Inst. de inutil. stipul.*

Promittit & prætor, veluti bonorum

notum possessionem : *l.* 2. *&* 4. *pr.* *&* §. 12. D. *und.* *cognat.* *l.* 3. D. *de collat. bonor.* *l.* 3. §. 1. D. *de Carbon. edict.*

Promittere aliquando ponitur pro repromittere, ut in *l.* 8. §. 3. D. *de oper. nov. nunc.* *l.* 10. D. *de damn. nunc.*

PROMOTI in *l.* 1. *C. de fals. monet.* *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* *l.* 2. *C. Theod. de curs. publ.* *l. un.* *C. ad leg. jul. de ambit.* *l.* 2. C. *Th. eod. tit.* & apud Ammian. Marcellin. *lib.* 31. *p.* 495. sunt, qui & in officiali, & in armata militia ad gradum aliquem promoti, adeoque munificibus, id est, gregariis, contrarii sunt, definiente Jac. Gothofred. *Commentar. ad l.* 2. *C. Th. de fals. monet.* Differunt a beneficiariis, ut genus a specie : quum omnes beneficiarii quidem promoti sint, sed non vicissim omnes promoti etiam beneficiarii sunt. Quod contra Cujacium, qui eosdem esse putabat, ostendit laudatus Gothofredus. Unde intelligitur quid sit

PROMOTIO, Qui alios *promotionis* tempore & codicillorum adeptione præcesserit, eum loco (Sic enim emendandum ex Cod. Theodos.) volumus esse potiorem : *l.* 1. *C. de præfect. prætor.* *l.* 1. *C. Theod. eod. tit.* *Promotionis* ordo custodiendus est, ut primus in officio sit, qui prior fuerit in consequendo beneficio principali : *l.* 2. C. *Theod. de divers. offic.* *Promotionis* codicilli atque chartulæ: *l.* 1. §. 7. *C. de offic. præf. prætor. Afric.* *Promotiones* honestæ : *l.* 14. *C. Theod. de decurion.*

PROMOTIONE accusationis confidere, insolens loquutio, in *l.* 4. *C. Theod. de famos libell.* idem significans, ac fiduciam accusandi gerere, ut loquitur : *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* adeoque certo persuasum habere, se posse accusationem probare. Vid. Jac. Gothofred.

PROMPTUARIUM, cella est in quam reponuntur edulia, quæ ad usus quotidianos comparata sunt : in hoc a penu distans, in quod quæ longioris usus sunt conduntur. Paul. *l.* 4. §. 2. *D. pen. legat.* Si cui quæ in *promptuario* sunt legata sint.

In PROMTUM contradictio est : *l.* 72. §. 1. *D. de solution.* In *promptu* est dicere : *l.* 10. §. *ult. de captiv. & postl.*

PROMULGARE sententiam : *l.* 3. *C. de funer.*

PROMULSIDARIA in *l.* 19. §. 10. *D. de aur. arg. legat.* vasa dicuntur in quibus promulsis, id est condimentum ex mulso confectum ponitur. Turneb. *Adversar. lib.* 28. *c.* 23.

PROMUTUUM dicitur a nostris pro repræsentata pecunia, & prærogata sive prænumerata, & quæ in antecessum datur. Cum quidam nave amissa, vecturam quam pro mutua acceperat, reposceret : *l.* 15. §. 6. *D. locat.* Quod neque a conductoribus prædiorum, neque a villicis pensionem exegerit, & insuper etiam *promutuum* eis dederit : *l.* 40. §. 5. *D. de statuliber.* Græci *promutuum* exponunt προχρείαν : Theod. Hermopolites ad *l.* 1. *C. de sentent. quæ pro eo quod inter.* καὶ ἐν προχρείᾳ τὸ μίσθωμα τῶν τοιούτων χρόνον συλλαβὼν τῇ τό. Cæsar. *lib.* 3. *de bello civil.* Publicanis uti in sorte fecerant insequentis anni vectigal *promutuo*. Vid. Fabrotti *Enarrat.* ad *Cujac. paratitl.* C. *de condict. indeb.*

PRONEPOS proneptis : *l.* 11. C. *de suis & legit. lib.* *l.* 8. C. *Theod. eod. tit.* *l.* 9. C. *de revoc. donat.* Pronepotes utriusque sexus: *l.* 9. *in fin.* C. *Theod. de matern. bon.*

PRONUNCIARE, palam & aperte exprimere est : *l.* 11. §. 18. D. *de action. emt.* *l.* 1. & 31.

31. §. 1. D. *de ædil. edict. l.* 69. §. 1. D. *de evictior. l.* 15. §. 1. D. *de ſtatuliber.* quibus in locis venditores conditionem rei, quam vendunt, *pronunciare* dicuntur. Eadem ſignificatione Latini auctores *pronunciandi* verbo utuntur, propalam aliquid pollicitum & promiſſum ſignificantes. Sic: *Pronunciare numos* apud Sueton. *in Jul. c.* 19. *Pronunciare* epulum, apud eumd. *in Jul. c.* 25. *Pronunciare donativum militibus, in Galba c.* 16. *Pronunciare teneras*, in *Domitiano c.* 4. *extr. Pronunciare* præmia militibus. Livius *lib.* 2.

Pronunciare præterea ſententiam ferre ſignificat, idque ſollemne in ſententiis ferendis verbum erat, ut *lib.* 2. *de form. pop. Rom.* probavit Briſſon. *l.* 59. §. 1. *l.* 60. D. *de re judicat. l.* 37. D. *de aur. arg. legat. Pronunciaſſe* autem & ſtatuiſſe dicimus eos, qui jus habent cognoſcendi: *l.* 215. D. *de verb. ſignif.* Vet. Gloſſar. Græc. *Pronunciare* τὸ ἀπόφασιν δοῦναι τῆς δικαίας. *Pronunciare* de adpellatione: *l.* 1. §. 1. D. *nihil innov. pendent. adpell.* ex adpellatione: *l.* 25. D. *pro ſoc.* adpellationem injuſtam: Paull. *lib.* 5. *ſent. tit.* 37. §. 1. adverſus aliquem: *l.* 122. §. *ult.* D. *de verb. obligat.* contra vel ſecundum aliquem: *l.* 50. §. 1. D. *de legat.* 1. calumniatorem: *l.* 6. C. *de calumniat.* per colluſionem *pronunciatus*: *l.* 4. D. *de colluſion. deteg. Pronunciare* contra conſtitutionem: *l.* 1. C. *ad leg. jul. majeſt.* aliquem exheredatum: *l.* 12. §. 3. D. *de bon. libertor.* falſum teſtamentum: *l.* 47. D. *de manum. teſtam. l.* 4. C. *de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* falſos codicillos: *l.* 1. C. *de fideicommiſſ. libert.* fideicommiſſum ſine ſcriptura: *ibid. Pronunciatus* heres, patronus, filius, libertus, ſervus dicitur, qui talis judicatus, & per ſententiam declaratus eſt, *l.* 9. §. 1. D. *de in jus vocand. l.* 8. D. *de his, quæ ut indign. l.* 8. C. *de ſentent. & interloquut. l.* 11. D. *de admin. & peric. tut. l.* 29. *in fin.* D. *de liberal. cauſſ. Pronunciare* heredem indignum: *l.* 8. D. *de his, quæ ut indign.* ingenuum: *l.* 3. & 4. D. *de colluſ. deteg.* inofficioſum teſtamentum: *l.* 4. C. *de inoffic. teſtam.* de jure: *l.* 35. D. *de act. emt.* liberum: *l.* 4. & 27. D. *de liberal. cauſſ.* de libertate: *l.* 47. §. 2. D. *de fideicomm. libert.* modum: *l.* 69. §. *ult.* D. *de eviction.* recte vel perperam: *l.* 8. §. 4. D. *ſi ſervit. vindicet.* rem dominii mei eſſe: *l.* 6. §. 2. D. *de confeſſ. Pronunciatus* non eſſe ſervus: *l.* 5. C. *de ordin. cognit.*

Pronunciare etiam in ſcena actores dicuntur: *l.* 1. D. *de his, qui notant. infam.* Plinius. *lib.* 7. *c.* 48. Luceia Mima centum annis in ſcena *pronunciavit.* Sueton. *in Caligul. c.* 54. Ut ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quo minus & tragoedo *pronuncianti* concineret.

PRONUNCIATIO, loquutio: *l.* 74. D. *de verb. oblig.* Pronunciatio ſermonis: *l.* 195. D. *de verb. ſignif.*

Pronunciatio, pro ſententia: *l. un.* C. *Th. de offic. præf. præt. l.* 1. §. 1. & §. *ult.* D. *ad SC. Turpill. l.* 1. D. *de re judic. l.* 37. D. *de excuſat.*

PRONURUS, eſt nepotis & pronepotis uxor: *l.* 50. D. *de verb. ſignif.* προνύμφην Græci vocant interpretantes: *l.* 8. §. 4. D. *de legat. præſtand.* Ovid. *Heroid. epiſt.* 17. *v.* 206.

PROPAGARE vineas, vites: *l.* 3. & 12. D. *de impenſ. in res dotal. fact.* aquæ agmen: *l.* 6. C. *de ſervit.*

Propagare aliquando eſt extendere. Sic *propagari* ad eum debet ultio

ultio severitatis congruæ : *l.* 3. C. *Theod. de jurisd.* Ne propagentur arbitria, aut in alios transferantur : *l.* 32. §. 16. D. *de recept. arbitr.* Olim *propagatæ* legis ordinem salubri rursus imperio *propagamus*, id est, publicamus : *l.* 6. *pr.* C. *Th. de episc. judic.* Vid. Gothofred. *Comm. ad d. l.*

PROPAGATIONES facere: *l.* 24. §. 3. D. *locat.* Recte hoc verbum usurpavit Paullus, neque, ut putat rigidus Latinitatis Jurisconsultorum censor, pro *propagine* dixit. Sed eo sensu quo Cato *de re rustic. c.* 52. & Columella *de arbor. c.* 7. Vide Ducker. *p.* 398. *Hein.* Vet. Glossar. προκατορυθμός.

PROPAGO. Fest. Pomp. *Propages*, *propagines* a propagando, ut faciunt rustici, quum vitem vetulam supprimunt, ut ex ea una plures faciant. *Propago* generis sui, id est, pater ac mater, frater ac soror, filius ac filia, nepos ac neptis, succedat his, qui quum essent Christiani, idolorum se superstitione impia maculaverint : *l.* 6. C. *Theod. de apostat.*

PROPE *est ut*, genus est loquendi pudorem adfirmantis, & modestiam significans; & licet dubitationis speciem habeat, adfirmat tamen & definit. Papin. in *l.* 95. §. 9. *de solut.* Si creditor a debitore petens culpa sua ceciderit, prope, est, ut actione mandati, nihil a mandato consequi possit. Hujus loquutionis exempla alia sunt in *l.* 9. D. *de fideicomm. l.* 71. §. 3. *D. de condit. & demonstr. l.* 5. §. 6. *D. de re militar. l.* 118. *pr. D. de verb. oblig. l.* 18. §. 1. *D. de stipulat. serv. l.* 19. §. 1. *D. ad SC. Vellei.* Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 26. §. 2. & in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 12. *Prope* furtum est : *l.* 67. *D. de furt.* Eadem *prope* ὐσία est : *l.* 9. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom.*

PROPIOR gradus : *l.* 1. D. *ad leg. jul. repetund. l.* 11. C. *de quæstion. Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 2.

PROPIUS sobrino, *propius* sobrina, hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ, filius, filia, hoc est, patris matrisve ejus, de cujus cognatione quæritur, consobrinus, consobrina, sive frater patruelis, vel amitinus, vel amitina : *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *D. de gradib. & adfinib.* §. 5. *Inst. de grad. cognat.* Paullus in *l. ult.* D. *de grad. & adfin.* patrui magni filius, ait, ei, de cujus cognatione; quæritur, *propius sobrino* vocatur. Nam, ut & Massurius ait, eum quis adpellat propius *sobrino*, qui est patris matrisve consobrinus aut consobrina. Similiter Festus *lib.* 14. *Propius sobrino*, ait, mihi est consobrini mei filius, & consobrinæ meæ filia, & patris mei, matrisve meæ consobrinus. Imperator in *l.* 2. C. *unde legitimi priorem sobrinum* interpretatur, *natum ex consobrina.* Et ita in *l.* 2. C. *commun. de succession.* in veteri codice *propiori sobrino* scriptum est, licet impressi *propius* habeant. In Theophilo vero mendose πρόπριος κονσοβρῖνος legitur.

Dicunt etiam Jurisconsulti *propius est*, *pro magis est*, *l.* 140. *D. de verb. obligat.*, *l.* 18. *D. de in rem. vers.* Utuntur in eodem sensu voce propemodum, *l.* 6. *D. ut in possess. legator. l.* 113. *D. de verb. oblig. l.* 18. *D. rem. rat. hab. l.* 88. *D. de verb. signif. Propius est*, ut existimem : *l.* 67. *D. de jur. dot.*

PROPENSIOR animus : *l.* 14. D. *de manum. vindict.* adfectus : *l.* 3. *in fin. D. quod. fals. tut. auct.* ira : *l.* 2. *D. ad leg. jul. de adulter.* propensiores esse : *l.* 45. *D. de obligat. & action.*

PROPERANTISSIME ad com-

comitatum nostrum volumus adferri: *l.* 8. *pr.* C. *Theod. de adpellat.*

PROPERARE in parentis aut filii fata: *l. un. C. de his qui liber. aut par. occid. l. un.* C. *Th. de parricid.*

PROPERE: *l.* 1. C. *de exsequut. rei judic.*

Προπετῶς, in *l.* 13. *in fin. D. de jurejur.* inconsulto calore significat, ut in *l.* 2. C. *eod. tit.*

PROPINQUITAS pro cognatione, in *l.* 1. *C. de imp. lucr. descript. l.* 2. C. *quand. & quib. quart.*

Προπηλακίζεσθαι, affici contumelia, ceu ex Demosthene interpretatur: *l.* 16. §. 4. D. *de pœn.*

PROPONERE. Proponi dicebantur, quæ ut oculis paterent, in publico proponebantur. Ita proponi actiones dicuntur, quoniam in albo scriptas & in edicto prætor in publicum edebat, ut ex *l.* 1. C. *de interd. &* §. 4. *Instit. de action.* patet. Proponere edictum: *l.* 6. D. *de extraord. crim.* exceptionem: *l.* 4. §. 33. D. *de dol. except.* interdictum: *l.* 1. §. 1. D. *de superfic.* judicium: *l. ult.* D. *ne vis fiat ei, qui in possess. Proponere* etiam stipulationes prætor dicitur, quæ ex ipsius jurisdictione veniunt: *l.* 32 *D. de verb. oblig.*

Proponi etiam a Jurisconsultis dicuntur, quæ a consultoribus referuntur, consilii accipiendi gratia, ut in responsis Scævolæ sæpe: secundum ea, quæ *proponentur.* Sic & *proponendi* verbum in *l.* 52. §. 2. & *l.* 76. D. *de judic.* Huc refer verba *propone: l.* 2. §. *ult.* D. *de suis & legit. hered. proponamus: l.* 1. §. 11. D. *ad SC. Tertull. l.* 26. §. *ult.* D. *de fideicommiss. libert.* & alia multa ejus loquutionis exempla passim.

Proponi etiam dicebantur, quæ Imperatoribus prudentibusve in facti specie enarrabantur, prout ex facto acciderant forte. Sic: In *proposita* caussa: *l.* 87. §. *ult.* D. *de legat.* 2. quæstione: *l.* 9. D. *de reb. dub.* specie: *l.* 28. D. *ad SC. Trebell.* & passim. Huc refer verba: quod ad *propositum* attinet: *l.* 23. D. *de liber. & postum.* Sic & *propositio* propositam speciem significat: in *l.* 6. D. *at in possess. legat.* proposita stipulatio: *l.* 2. C. *de usur. & fruct. l.* 57. D. *de donat. int. vir. & ux.*

Proponere, & proscribere, seu proscriptum habere. Sic: libellum ad ædes proponere: *l.* 4. §. 6. D. *de damn. infect.* Propositum habere: *l.* 11. §. 2. D. *de instit. action. l.* 60. §. 6. D. *locat.* quod jam ante Brisson. animadvertit Anton. Goveanus: *lib.* 2. *Var. lect. jur. civ. c.* 23. Suetonius *in Caligula c.* 4. Vectigalibus indictis atque *propositis:* & paullo post: *proposuit* quidem legem.

Proponere servum mutuis pecuniis dandis, *l. ult. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* ut & *propositus* exigendis pecuniis: *l.* 66. §. 3. *D. de furtis*, sed repone *præponere* & *præpositus.*

Proponere venalia, est exponere; *l.* 9. *C. de judæis* Proposita bona: *l.* 1. *C. Theod. de fisci debitorib.* Nec in quibuscumque nundinis interfuerit, ullam ob venditionem *proponendam* dare debebunt, veterani scilicet, de quorum privilegio agitur, *l.* 1. *C. de veteran.* Paullo aliter Codex Theodos. in *l.* 2. *eod. tit.* ubi ita legitur: In quibuscumque nundinis interfuerint, ulla *proponenda* dare debebunt, substantive accepta *proponendorum* voce, pro ejusmodi pensione, quæ ob merces publice venum propositas & expositas, nundinarum tempore civitati, in qua nundinæ celebrantur, solvi solet: quemadmodum ibi Jac. Gothofredus fusius exponit.

PRO-

PROPOSITIO animi: *l.* 225. *D. de verb. signif.* & Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 54. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 386.

Propositio edicti: *l.* 7. *D. de jurisdict. l.* 4. *D. quib. ad libert.*

Propositio in *l.* 6. *D. ut in possess. legat.* propositam speciem significat.

PROPOSITUM habere: *l.* 5. C. *de inoff. testam.* est prætori: *l.* 8. §. *ult. D. de bon. possess. contr. tab.* vorax & fraudulentum numerariorum: *l.* 1. C. *de numerar. actuar.* Probatæ fidei & *propositi* castioris: *l.* 7. C. *Theod. de hæret.* propositum possidendi: *l.* 46. *D. de adquir. possess.* *proposito* delinquere: *l.* 11. §. 2. *D. de pæn.* In proposito: *l.* 4. *D. quib. ad libert.* & passim.

PROPRIE, & per abusionem opponuntur: *l.* 8. *D. de suis & legit. hered.*

Proprie expressum, id est, specialiter: *l.* 2. §. *penult. D. de administr. rer. ad civit. pert. l.* 2. *pr. D. de vacat. & excusat. mun.* Proprium etiam pro speciali dixit Paull. in *l.* 21. *extr. D. ad municipal. l.* 21. *D. de obligat. & action. l.* 19. *pr. D. de præscr. verb.*

PROPRIETARIA res: Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 7. §. 3. Schultingius tamen *proprietarii* edidit, quamvis ita in Sichardi, Lugdunensi, Parisiensi, & Genevensi legatur.

Proprietarius, dominus proprietatis, passim in *tit. de usufr.* & *l.* 46. §. 1. *D. de furt.* & fructuario opponitur: *l.* 1. §. 1. *l.* 10. & 22. *D. de damn. infect. l.* 7. §. 4. *D. de dol. mal. l.* 15. §. *ult. D. de usufr.*

PROPRIETAS, jus dominii significat: *l.* 34. *D. de dol. mal.* Hæc *plena* vocatur, si ei ususfructus conjunctus sit, vel *nuda*, si ab ea, abcessit ususfructus: *l.* 2. *D. quib. mod. usufr. l.* 70. *D. de jur. dot. Proprietatis* dominus, qui & proprietarius: *l.* 15. §. *penult.* & §. *ult. l.* 13. & 25. §. 1. *D. de usufr. l.* 12. *D. ad leg. Aquil.* *Proprietas* solida est plenum dominium: *l.* 26. *pr. D. de usu & usufr. legat.* operarum officialium: *l.* 9. §. 1. *D. de oper. libert.* omnis proprietas: *l.* 54. C. *de Episc. & cler.*

Proprietas scripturæ vel verborum: *l.* 2. *D. de oblig. & action.* ubi scripturæ proprietas est solemnis stipulatio in scripturam redigenda: quod in litterarum obligatione fieri solebat. Theophil. *paraphr. Instit. de litterar. oblig. p.* 509. ῥήμασι καὶ γράμμασι τυπικοῖς, verbis & litteris solemnibus.

PROPRIUS, *a, um. Propria* actio vel cautio: *l.* 24. §. *ult. D. de minor.* ubi opponitur prætoris cognitioni, adeo ut *propria* actio videatur, quæ est ordinaria. *Propriæ* actioni pecuniæ constitutæ manet obligatus: *l.* 30. *D. de pecun. Constit.* ubi pro *propriæ priori* legit Cujac. 13. *obs.* 20. *in fin.* verum reprehenditur ab Ant. Fabr. 5. *Conject.* 3.

Alias *propria* actio est specialis, singularis quæque circum scriptam qualitatem specialiter servat. Sic *proprias* actiones habet: *l.* 39. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* Eodem sensu *Propria* qualitas: *l.* 26. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* pœna: *l.* 2. C. *de noxal. act.* & verborum significatio: *l.* 18. §. 3. *D. de instr. vel instrum. legat. l.* 6. *pr. D. de legat.* 3. itemque *proprium* nomen ac vocabulum; *l.* 69. & 68. §. 5. *D. de legat.* 3. ibi & *propria* adpellatio fundi. *Propriam* pro speciali etiam dixit Paull. *l.* 21. *in fin. D. ad municip. l.* 1. *pr. D. de oblig. & act. l.* 19. *pr. D. de præscr. verb.*

Proprii cognati, in *l.* 1. *D. de inoff.*

inoff. testam. qui nempe specialiter cognati sunt, ab adgnatis diversi; Hi enim alias communi cognatorum nomine etiam continentur. Vid. supra art. *Adgnati.*

Proprium est suum cuique, ut Non. Marcell. *de var. signif. c. 4. p. 683. edit. Gothofred.* exemplis confirmat. Cic. *lib. 7. ad diverf. epist.* 30. Cujus quando te esse *proprium* scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu, contentus isto sum. Id enim cujusque est *proprium*, quo quisque fruitur atque utitur. Respondet vero Cicero epistolæ Curii, *lib. 7. epist.* 29. qua scripserat, χρήσει esse Ciceronis, κτήσει δὲ Attici. Ergo inferens, fructus est tuus, mancipium illius. Horat. *lib. 2. epist. 2. v.* 158. Si proprium est, quod quis libra mercatus & ære est. Unde *proprium* & alienum opponuntur: *l.* 21. D. *de condit. instit.*

Propriæ ædes & communes opponuntur: *l.* 15. §. 3. D. *ad leg. Falcid.*

Propria caussa: *l.* 38. §. *ult.* D. *de jur. fisc. Propria* caussa & aliena opponuntur: *l.* 1. §. 11. D. *quand. adpelland. sit. Propria* caussa quæ sit, quæri solet in tempore adpellationum, quod in propria caussa angustius & brevius, in aliena laxius datur. Et placuit *propriam* esse caussam, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, *ibid.* Itaque si procurator quis in rem suam datus sit, ejus *propria* caussa dicetur. Sed & quicumque sua interesse dicit, *propriam* caussam defendere intelligitur, *l.* 2. §. 1. & §. *ult.* D. *quand. adpell. sit.* Sic dicitur propriam caussam acturus, in *l.* 3. §. *ult.* D. *de jur. immunit.* Sic: *propria* lis dicitur procuratoris in rem suam: *l.* 25. §. *ult.* D. *de procurat.*

Propria jurisdictio, pro ea, quam quis ipse habet, in *l.* 4. *pr. D. de offic. ejus cui mand. jurisdict.* & *l. ult. C. ubi & apud quem cognit.* ubi jurisdictioni alienæ opponi videtur.

Proprium jus, id est, speciale fisci: *l.* 13. *C. de testam. milit.*

Proprio jure in *l.* 84. *D. de hered. Inst.* id est, seposito beneficio testatoris. At jure *proprio* uti, in *l.* 10. C. *de servit. & aqua.* est uti jure quod nostrum est. Alias *proprium* jus in *l.* 6. *D. de justit. & jur.* est civile, seu quod Romanæ civitati *proprium* est. Sic: *propria* lex civitatis: *l.* 21. §. *ult.* D. *ad municipal.*

Proprio nomine & ex persona heredis opponuntur, *l.* 55. §. 2. *D. ad SC. Trebell.*

Propria & hereditaria obligatio opponuntur: *l.* 10. *D. de action. emt. vendit. Propriam* & personalem habere obligationem: *l.* 95. §. 3. *D. de solution.*

Proprius servus ad differentiam communis: *l.* 1. §. 7. *D. de adquir. possess.* Alias ad differentiam fructuarii, & alieni.

Proprium aliquando est diuturnum & perpetuum, ut & Non. Marcellus notat. Horat. *lib. 2. Sermon. Sat.* 6. Nihil amplius oro, Maia nate, nisi & *propria* hæc mihi munera faxis.

PROPTER. Non de bonis avi, sed *propter* bona postea vis accessit: *l.* 1. §. 14. D. *de conjung. cum emancip. liber.* Non ex ipso mandato, sed *propter* mandatum ex alio contracta nascitur actio: *l. un. C. si serv. exter. se emi mand.* Pretium hominis venditi, non ex re, sed *propter* negociationem percipitur: *l.* 21. D. *de hered. vel act. vendit.* Magis *propter* rem meam, quam ex re mea pecunia datur: *l.* 50. *in fin. D. de pecul.* Non in societatem, quamvis *propter* societatem impensum: *l.* 60. §. 1. D. *pro soc.* De quibus om-

omnibus eleganter egit Cujac. in *Papinian. ad l. 54. D. mandat.*

Propter pro præter, in *l. 66. §. 6. D. de legat. 1.*

Propter, pro ad, in *l. 1. §. 1.* D. *ad leg. falcid.*

Propter videtur poni pro propterea, in *l. 73. D. de procurat.*

PROPTEREA quod, pro propter quod, *l. 49. §. 1. D. de fidejussor.*

PROPULSARE vim, injuriam, *l. 1. C. unde vi. l. 3. D. de justit. & jur.*

PROQUIRITARE, verbum fuit XII. Tabularum, quod promulgare significabat. Sidon. Apollin. *lib. 8. epist. 6.* Peripsum fere tempus ut decemviraliter loquar, lex de præscriptione triennii (sic enim legendum est) fuerat *proquiritata. Quiritari* utique in veterum libris, fidem Quiritium invocare est.

PRORETA, πρῳρέτης, πρωρεὺς qui proram regit: ut gubernator puppim, *l. 11. §. 2. D. de publican.* Xenophon ἀναβάσι 5. χαλπαίναι μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ, id est, succenset proreta iis, qui in prora sunt: succenset gubernator iis, qui in puppi. Turnebus *lib. 28. Adversar. c. 43. Proreta* est, qui in prora ventos aucupatur & captat, & eorum conversiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique rupes scopulosque, ne navis eis impingatur, prospicit & explorat. Plautus *Rudent. Act. 4. sc. 3. v. 75.* Si tu *proreta* isti navi &, ego gubernator ero. Idem *proreta* videtur, qui *ducator* ab Alfeno vocatur, *l. 29. §. 4. D. ad Legem Aquil.* Bynkersh. *lib. 4. observ. c. 17.*

PRORITARE, pro irritare. Proritavit in se feram bestiam: Paull. *lib. 1. sentent. tit. 15. §. 3.* Arnob. *lib. 5. advers. gent. p. 105. edit. Elmenhorst.* Quis est enim mortalium tam pudicis moribus institutus, quem non ad hujusmodi furias deorum documenta proritent. *Hein.*

PROROGARE, est proferre diem: *l. 19. & 30. D. de legat. 1.*

Prorogare præstare repræsentare, ante diem erogare: *l. 3. §. 1. D. de contrar. tutel. & util. act. l. 4. §. 1. & 5. D. de manum. l. 19. §. 6. D. locati.* (ubi tamen in quibusdam editis *prærogavit* legitur) *l. 27. C. eod. tit: l. 53. D. de pact. l. 29. C. de decurion.* Sic *prorogare* pro colonis: *l. 27. C. de locat. & conduct. prorogare* sumtus: *l. 53. D. de pact. prorogare* evectiones: *l. 12. C. Th. de cursu.*

Prorogare, procurare. *Prorogandæ* soboli prospicere: *l. 1. C. qui & advers. quem.*

Prorogata jussio, pro ea, quæ jam ante rogata promulgata est, in *l. 1. C. de pascuis publ.* Prorogata sententia: *l. ult. pr. C. de Castrens. & ministerian.*

Prorogata pittacia: *l. 11. & 13. de erogat. milit. annon. C. Th.* id est, ante emissa, præstita.

PROROGATIO, *l. 2. §. 2. D. de judic.* qui locus, quum de jurisdictione agat notatur a Brissonio contra Bocerum *c. 7. de jurisdict. n. 3.* negantem *prorogationis* vocem in jure civili de jurisdictione usurpari. Usurpatur quidem τὸ *prorogari* de jurisdictione, idque fortassis ne Bocerus ignoravit: Sed tunc idem est, ac proferre diem, quod & ipse Brissonius in *prorogare* adducta *l. 2. D. de judic.* observaverat. Id modo quæritur, an recte dicatur *prorogari* jurisdictio, si quis se subjiciat jurisdictioni judicis incompetentis? Eo enim sensu a veteribus accipi vocabulum, negat etiam Perizonius *Animadvers.*

Histor. c. 6. p. 229. ac proinde magis Latine jurisdictionem *prorogatam* dici posse contendit. Quin ideo emendat locum Livii *lib.* 42. *c.* 30. ubi *imperium propagari* ratione loci dicitur. *Hein.*

Πρὸς ἔπος, ad propositum. Ulpian. *l.* 11. §. 4. *D. de interrogat.* Quod autem ait prætor, omnino non respondisse: posteriores sic exceperunt, ut omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit, id est, πρὸς ἔπος. Hæc ille. Hinc ὐδὲν πρὸς ἔπος, nihil ad propositum: nam, ut ait Hesychius ἔπος, ῥῆμα, λόγος, φωνή. Lucian *iu philosopseude*, ὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα φάσιν, ὐδὲ περὶ τῦτων ἐιρόμην. Hæc nihil ad propositum, ut aiunt, neque de his percontabar. Sunt tamen qui *nihil adversum* interpretantur. Cic, *pro Flacco* sic extulit. Numquam nobis ad rogatum respondet, semper accusatori plusquam ad rogatum

PROSCENIUM, locus ante scenam est, sive ut Velius Longus de orthographia *p.* 2245. *edit. Hel. Putschii*, & Servius *ad lib.* 2. *Georgic. Virgil. v.* 381. scribunt, pulpita ante scenam, in quibus ludicra exercentur. *Proscenia* theatri: *l.* 4. *C. de spectacul.*

PROSCINDERE agrum: *l.* 13. §. 2. D. *de usufruct.*

PROSCRIBERE est palam, fixo libello aliquid edicere & denunciare: *l.* 11. §. 1. D. *de instit. act. l.* 34. §. *ult.* D. *de statulib.* Sueton. *in Julio c.* 49. Missa etiam facio Bibuli edicta, quibus *proscripsit* collegam suum, Bithynicam reginam. Palam autem *proscriptum* id intelligi Ulpianus in *l.* 11. §. 1. D. *de instit. act.* interpretatur, quod ita positum est, ut de plano legi possit. Sosipater Charis *lib.* 2. *Instit. Grammat. p.* 210. *Proscribo* est palam & aperte scriptum propono, ut cum bona alicujus *proscribo. Proscribi* dicebantur ea, quæ edicto vel libello proponebantur. *Cic. lib.* 9. *ad Attic. epistol.* 17. Senatum velle se sequentem adesse etiam in Formiis *proscribi* jussit. *Proscriptionis* autem formula hæc refertur a Theophilo *de successionib. sublat. quæ fieb. per bonor. vendit. pag.* 460. ὁ δεῖνα ὁ χρεωςὴς ἡμέτερος ὑπάρχων ἐις αἰτιὰν ἐνέπεσε διαπράσεως. ἡμεῖς κρεδίτωρες ὄντες τὴν τῦτυ διαπιπράσκομεν ὀυσίαν. ὠνητὴς ὁ βυλόμενος προσίτω. Ille debitor noster in ea caussa est, ut bona ejus divendi debeant. Nos creditores patrimonium ejus distrahimus. Quicumque emere volet, adesto. Adde Brisson. *Select. Antiquit. lib.* 3. *c.* 8. ubi & de proscriptione vendundorum & locandorum.

Proscribere etiam relegare & deportare est. Sic: *proscribi* in tempus: *l.* 5. *C. de metat. Proscribere* in pacto convento, in *l.* 71. *pr. D. pro soc.* est pacto quid adjicere.

PROSCRIPTIO venditio bonorum a fisco facta, in *l. 6. C. de fid. & jur. hast. fisc. l. un. C. ne sin. jussu princip. cert. jud. lic. confisc.. l. un. C. Theod. eod. tit.*

Proscriptio etiam deportationem significat, in *rubr. & l.* 7. & 9. *pr.* & §. *ult.* D. *de bon. proscript.* ut & in *rubr.* & *l.* 1. §. 7. 11. 12. 13. 15. 17. 18. 20. C. *Th. eod. tit. l.* 42. 51. 56. 63. *C. Th.* de hæretic.

Proscriptio in *l.* 10. D. *de decurion.* quid sit vid. supra art. *perscriptio.*

PROSEQUI cadaver: *l.* 3. *D. de in jus vocand.* custodiam: Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 31. §. 2. *Prosequi* legatis: Jul. Capitolin. in *Antonin. Pio. c.* 13. id est, legatis honorare. Sic & apud Sueton. *in Claud. c.* 3. & 5. legato prosequutus *Prosequi* congruis auxi-

liis investigatores : *l.* 5. *C. Th. de metall.* desideria civitatis : *l.* 11. *C. Th. de legatis.*

PROSEQUUTIO arguentium, id est, instructio : *l.* 5. *C. Th. de exhibend. reis.* ibi : expresso nomine *prosequutionibus* arguentium cum his, a quibus fuerint accusati. Et *l.* 175. *C. Th. de decurion.* eodem sensu *prosequi* occurrit. Ibi : Ordinibus civitatum *prosequentibus. Prosequutio* judicis apud principem etiam verbis facta : *l.* 4. D. *de re milit.*

Prosequutio, deductio, translatio reorum : *l.* 5. *C. Th. de exhibendi reis l.* 175. *C. Theod. de decurion.* De qua prosequutione varia collegit Jac. Gothofred. in *Comment.*

PROSEQUUTOR is dicitur, qui quæ transmittuntur, publico nomine ac mandato prosequitur. Unde *prosequutores* reorum : *l.* 7. D. *de custod. & exhib. reor.* qui reos transmissos deducunt, & prosequutores auri publici : *l.* 1. *cum rubr. C. de auri publ. prosecut.* publicarum functionum : *l.* 9. *C. de curs. publ.* qui non sine *prosequutoria*, id est, præcepto comitis largitionum constituebantur. Itemque *prosequutores* equorum : *l.* 1. *C. de tractor. & stat.* Denique *prosequutores* frumentorum apud Cassiodor. *lib.* 4. Perperam autem in impressis Codicibus *persequutores* legitur. Ubi secundum scriptorum Codicum scripturam *prosequutores* legere oportet. Quod confirmat *l.* 12. *C. Theod. de susceptor.*

PROSEQUUTORIA scriptum mandatum auri prosequendi, quod a Comite largitionum debetur, in *l. un. C. de aur. publ. prosequut.*

Prosequutoriarum adjumenta : in *l.* 7. *C. Theod. de privil. eor. qui in sacr. palat.* sunt principis litteræ, quibus aut proficiscentem prosequebatur, aut vitam ejus atque mores laudabat, cui dignitatem contulerat. Vid. Jac. Gothofr. *Commentar. ad d. l.* 7.

PROSILIRE ad accusationem : *l.* 3. & 14. *D. ad SC. Silan.* ad maleficia : *l.* 14. *C. de pœnis.* ad munus : *l.* 7. *C. de professor. & med.*

PROSOCER, est nobis uxoris nostræ avus : *l.* 15. §. *ult.* D. *de act. rer. amotar.* Sic Plinius Fabatum *prosocerum* adpellat, cujus neptem in matrimonio habebat, ut adparet ex *lib.* 8. *epist.* 10. vid. *lib.* 5. *epist.* 15. & inscription. *lib.* 7. *epist.* 16. & *lib.* 8. *epist.* 20. & 12.

PROSPECTUS & luminis servitus sic differunt, quod in prospectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem prospectum & liberum. In luminibns autem, ne lumina cujusquam obscuriora fiant. Item prospectus etiam ex inferioribus locis est : lumen ex inferiore loco esse non potest *l.* 15. 16. *D. de servit. urban. præd.* Servitus de prospectu : *l.* 12. & 16. *eod. tit.* Iu prospectu : *l.* 5. D. *de oper. nov. nunciat. Prospectui* obesse : *ibid.*

PROSPERA, id est, *prosperæ* res : *l.* 4. *C. Th. ne quid publ. læt. Prosperior* status : *l.* 34. *C. Th. de navicul.* fortuna : *l.* 14. *C. Th. de proxim. comit. disposit.*

PROSPERE gesta res : *l.* 9. D. *ad SC. Turpill.*

PROSPERITAS Acceptæ securitatis *prosperitate* lætari : *l.* 185. C. *Th. de decurion.* id est, lætari felicitate acceptæ apochæ.

PROSPICERE, consulere, & commodo servire, cavere. Sic : *prospicere* alumno : *l.* 71. *D. de condit. & demonstr.* sibi cautione : *l.* 13. §. 2. *D. de damn. infect.* coheredibus : *l.* 25. §. 12. *D. famil. ercisc.* compendio suo : *l.* 22. §. 5. *D. de leg. Cornel. de fals.* credi-

creditori per ftipulationem : *l.* 11. D. *de damn. infect.* pupillo in tutore dando : *l.* 32.. D. *de excuſat.* Sed & *proſpicere* dicuntur conſtitutio : *l.* 4. §. 17. D. *de fidei-comm. libert.* legislator : *l.* 12. D. *qui & a quib. manum.* lex : Ulpian. *tit.* 29. *regul.* §. 3. arbiter : *l.* 38. D. *pro ſoc.* prætor : *l.* 1. D. *ſi. ventr. nomin. in poſſeſſ.*

PROSTITUTA contra legem venditionis, venditorem habebit patronum, ſi hac lege venierat, ut ſi proſtituta eſſet, fieret libera : *l.* 10. §. 1. D. *de in jus voc.* Nam ut in lege venditionis aliarum rerum, quædam excipi ſolebant, ita in mancipiorum venditione ſolemnem fuiſſe exceptionem ne proſtituerentur, patet ex *l.* 9. D. *de ſerv. export. l.* 56. D. *de contrah. emt. l.* 34. *pr.* D. *de evictíon. l. un.* §. 6. *C. de latin. libert. toll. tit.* 6. ſi mancipium ita veniet ne proſtituatur. Huc pertinet locus Senecæ *lib.* 1. *controverſ.* Vendit pirata, vendit leno, excipitur nihil. Hanc enim lectionem Gronovius contra Lipſium vindicat.

PROTECTORES deſcribuntur : *l.* 9. C. *Theod. de domeſtic. & protector. Protectores* devotiſſimi, qui armatam militiam ſubeuntes non ſolum defendendi corporis, verum etiam protegendi lateris noſtri ſollicitudinem patiuntur, unde etiam *protectorum* nomen ſortiti ſunt. Ab his ſeparantur *domeſtici*, ſeu *protectores* domeſtici : *l.* 3. & 1. *C. eod. tit. l.* 4. 6. & 7. *C. Theod. eod. tit.* ubi vid. Jac. Gothofred. *paratitl.* & Guther. *de offic. dom. Auguſt. lib.* 2. *c.* 15. Protectorum fabricæ meminit : *l.* 2. *C. de fabricenſib.* quos ab aliis diſtinguit Guther. *lib.* 3. *c.* 12. ſed inanc gloſſema eſſe, quod contra veterum & meliorum librorum fidem, *l.* 31. *C. Th. eod. tit.* auctoritatem in Juſtinianeo additum legitur, oſtendit Gothofredus, ubi & illos redarguit, qui fori rerum venalium *protectorum* novum genus ex male diſtincta : *l.* 10. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* commenti ſunt, Gutherium forte intelligens, qui inter varios *protectores*, quos ipſe partim ſibi finxit, & hos numerat.

In Gloſſis Græcis *protectores* ὑπασπισαὶ & ὑπερασπισαὶ dicuntur. Hegeſippus *lib.* 1. *c.* 44. Hic erat *protector* meus, cui credebam corporis ſenilis cuſtodiam : quæ converſa ſunt ex his Joſephi : ὁ ὑπερασπισὴς ὁ ἐμὸς, ὁ σωματοφύλαξ. Horum alii in comitatu manebant, alii in provincias cum comitibus & magiſtris militum mittebantur, ut ex variis Marcellini locis colligitur : idque diſerte teſtatur Procopius in *Anecdotis.* Quidam etiam ad cuſtodiam limitis ex ea ſchola erant deputati. Menander Protector *lib.* 8. *hiſtor.* ὁ δὲ γε τῶν μεθορίων λεγόμενος προτίκτωρ (δηλοῖ δὲ παρὰ Ρωμαίοις τὸν ἐς τοῦτο καταλεγόμενον ἀξίας τὸν βασίλειον προσκεπαςήν. Id eſt, Protector autem limitis, (quo nomine adpellant Romani eum, qui principis latus tegit.) Addit Menander, *protectorum* limitis jam inde ab antiquiſſimis temporibus id officium fuiſſe, ut tabernacula adpararent, in quibus legati Romanorum ac Perſarum congrederentur. Meminit *protectorum* etiam Spartianus in *Anton. Caracall. c.* 7. Hæc aliaque de protectoribus viri docti ad Ammian. Marcellin. Hein. *Protectorum* Comes memoratur in *l.* 10. *C. de metat.*

PROTECTORIA dignitas : *l.* 2. *C. de veteran. l.* 5. *C. Theod. eod. tit. l.* 2. *C. Th. de teſtim. & tribun. & protect.*

PROTECTUM, eſt projectum tectum ad arcendas imbrium in-

injurias : *l. 2. D. de servit. præd. urb.* Vetus Glossarium : *Protectum* est, cui nulla columna superposita in ædibus adpendet, vel terram etiam attingat. *Protectum* supra domum alienam : *l. 29. §. 1. D. ad Leg. Aquill. Protectus* tignorum & rigor stillicidii : *l. ult. §. 1. D. de servit. præd. urb. protectum* recidere : *l. 29. §. 1. D. ad leg. aquil.*

Protegere, tueri, defendere. *Protegere* caussam : *l. 3. C. de in lit. dand. tut.* dominum : *l. 1. §. 37. D. ad SC. Silan.* filios : *l. 6. C. de suspect. tutor.* jura rationibus : *l. 1. C. de vacat. publ. muner.* præpositum suum: *l. 6. §. ult. D. de re milit.* pudicitiam : *l. 39. D. ad leg. jul. de adulter.* rem suam : *l. 44. D. de jur. fisc. protectus* status : *l. 7. C. ne de stat. defunct.*

Protegere, protectum habere. *Protegere* ædes, apud Ciceron. *Topic. c. 4. Protegendi* servitus : *l. 1. & 2. D. de servit. præd. urban.* jus est, ut *protectum* habere liceat : *l. 2. D. eod. tit.*

Protelare litem, id est, protrahere, in *l. 2. §. penult. D. de judic.* Idem verbum est, in *l. 4. pr. D. de servit. præd. urb. l. 4. in pr. D. de damn. infect. l. 13. §. 1. C. de judic. l. 29. C. de jur. deliber.* Probum illud est, & Latinum, si pro propellere vel proturbare ponitur : at omnibus his locis accipitur pro differre vel prorogare. De ea notione vid. Cort. *ad Sallust. de bell. Catilin. c. 43.* Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p. 331.* & Bynkersh. *observ. lib. 8. c. 19.* Hein.

Protestari, testari ; in *l. 14. §. 8. D. de religios. & sumt. fun. §. 1. proœm. Inst.* Ad *protestandum* fidem : *l. ult. D. de institor. act.* Si *protestata* est mater : *l. 34. D. de negot. gest.* Sanctio *protestari* dicitur : in *l. 17. C. Theod. de medic.*

Pro *testimonio* vacillare, id est, in testimonio : *l. 15. pr. D. de quæstion.*

Prothyrum, quod in ædibus fieri solet, ædium esse, Labeo scribit, *l. 245. D. de verb. signif.* An vero id monere operæ prætium fuit? Quærit Salmasius *ad Scriptor. Hist. August. p. 155.* Putat ergo Pomponium scripsisse πρόφορον, vel Latine *prophyrum*, idque Tribonianum mutasse in *prothyrum. Prophorum* autem interpretatur *projectum* vel mœnianum. Quid vero, si quis & hic quæreret : an vero id monere operæ pretium fuit? Nihil ergo opus emendatione. Facilius dubitari potuit an περίεργα forium, veluti statuæ, colossi, cippi, clathra pars ædium sint, quam an projecta & mæniana ædibus, accenseri debeant. *Hein.*

Protocollum, ut ex *Novell. 44. c. ult.* patet; significat notam seu scripturam chartis impressam, quæ unam eamdemque formam non habebat. Nam quarumdam chartarum *protocollum* præpositam non habebat inscriptionem, quæ sub quo comite sacrarum largitionum, quo tempore, & a quo præparatæ fuissent chartæ indicabat. Aliæ alias & diversas continebant adnotationes. Atque in urbe quidem Constantinopolitana, in qua prioris generis chartarum copia erat, vetat Justinianus in mundum redigi instrumenta in aliis chartarum generibus.

Similes itaque hæ chartæ quodammodo fuerunt nostris signatis, vel typario publico notatis. Quum vero hæc nota primæ paginæ imprimebatur, quæ veteribus erat πρωτόκολλον, tota id nomen ferebat. Alioquin in libris primum folium, cui nomen auctoris, locus, tempus, inscribebantur, vocabatur πρωτόκολλον, quemadmo-

 dum

dum postremum ἐσχατοκόλλιον. Martial. *lib.* 2. *epigr.* 6. I nunc, edere me jubet libellos, Lectis vix tibi paginis duabus, Spectas ἐσχατοκόλλιον, Severe. Alibi summam schedam vocat idem poeta, *lib.* 4. *epigr.* 91. Ohe, jam satis est, ohe, libelle, Jam pervenimus usque ad umbilicos, Tu procedere adhuc & ire quæris, Nec summa potes in scheda teneri. In summa scheda, id est, ἐν τῷ ἐσχατοκολλίῳ. Adde Claud. Salmas. *ad scriptor. hist. Aug. p.* 448. Hein.

PROTO-NOTARIUS APOSTOLICUS. Hæc dignitas a Clemente I. Pontifice instituta fuit, qui septem notarios per regiones urbis totidem distribuit, ut martyrum res gestas litteris mandarent æternis. A Julio I. hæc religiosa Prothonotariorum institutio fuit renovata; qui non solum martyrum gesta, sed omnia ad rem sacram pertinentia per eos litterarum monumentis mandanda curavit. Ita Platina, Cecharellus, Ciaconius, & alii in *vitis Pontif.* cum Polydoro Virgilio *lib.* 4. *c.* 2. & Jacobatius *de Conc. Art.* 3. *num.* 5. *lib.* 1.

Pius II. in constitutione *cum servare* & Leo X. in alia, quæ incipit *regimini*, tam in civilibus quam in criminalibus ab ordinariorum jurisdictione exemit. In capella Pontificia locum habent, & post episcopos parem thurificationem, candelam & palmum. In consistoriis publicis intervenire possunt, ut de rebus, quæ ibi geruntur, instrumenta authentica conficiant; cum ad scribenda acta, & gesta Pontificum subrogati fuere. Casanus eos vocat D. N. Papæ secretarios. Sixtus V. cupiens in sua antiquitate, & nobilitate Prothonotarios Apostolicos conservare, motu proprio privilegia, indulta, exemtiones, gratias, favores & declarationes a SS. Pontificibus concessa confirmavit, innovavit, & cum extensione ampliavit, ut adparet in *const. laudabilis.*

Facultatem deferendi arma, non tantum brevioris modi, alias prohibita tam per urbem, quam per statum ecclesiasticum, absque alia speciali licentia eis, eorum affinibus, consanguineis, & familiaribus, idem Sixtus V. concessit, ut in §. *præterea* Liberam inter vivos testandi, & donandi de bonis mobilibus, & immobilibus adquisitis licite tamen, & ex bonis ecclesiasticis in personas legitimas tantum pro ducat. 2000. de camera licentiam indulsit §. *eisdem.* Statim ac in collegium cooptati fuerint, Referendarii utriusque signaturæ creati intelliguntur, §. *nec non.* In quibuscumque actibus in Consistorio publico pro tempore faciendo, ad perpetuam rei memoriam instrumenta, & omnia acta publica suo sigillo munita, & absque testibus facere possunt, & plenam fidem in judicio, & extra eis adhiberi voluit, §. *ac in quibuscumque.*

Habent privilegium deferendi pontificalia, & habendi secum altare portatile in itinere, etiam in locis non sacris, aut auctoritate Apostolica interdictis, dummodo ipsi interdicto caussam non dederint, §. *quilibet eorum* Paulus V. eisdem Prothonotariis pileum nigri coloris, torulis violaceis cinctum ornatumque & serico suffultum concessit. Prothonotarios præcedere canonicos S. Rituum congregatio declaravit & Sacristam S. Pontificis: Barbosa *de Univ. per Eccles. cap.* 23. Nullum habere impedimentum in contrahendo matrimonio, licet clericus beneficiatus sit, respondit S. Episcop. congregatio Episcopo Nucerino. Gaudere fori privilegio tam in civilibus,

bus, quam in criminalibus, licet ministerio alicujus ecclesiæ adscripti non fuerint. *S. Rituum congregatio in Toletana an.* 1632. decrevit. Eorum beneficia ecclesiastica affecta Sedi Apostolicæ dicuntur, & eidem reservata Putius *decis.* 329. *lib.* 2. *&* *decis.* 305. Quare pro permutatione adeundus est S. Pontifex, ut conferat. *Felinus*, *Fridericus de Senis*, *Barbosa. n.* 38. *Rota Romana Decis.* 1. *num.* 4. Si fuerit canonicus tunicam talarem (subtaneam) violaceam gestare potest, S. Rit. congr. in una Panormitana. In processionibus habent locum post Episcopos, & post collegium canonicorum, ut fit Romæ, Barbosa *de canonic. & dignit. cap.* 18. *n.* 35. Alia adfert Suchetus in libro cui titulus est *de privil. Protho-Notar. Apostolic.* Huncce articulum suppeditavit D. Giron. J. V. D. & ipsemet. Protonot. Ap.

PROTOPACHITÆ. Vid. infra *Sabbatiani.*

PROTOSPATARIUS, officium fuit in aula Constantinopolitana, cui qui præerant, judicandi munere fungebantur. Meminit ejus Constant. *lib.* 1. *epistolar.* non semel, & Luitprandus *lib.* 3. *de reb. per Europ. gest. c.* 7. Paull. Warnefrid. *Append. ad Eutrop. lib. ult.* & Notitia Græca & Zonaras *Tom.* 3. *Annal. p.* 184.

PROTOSTASIÆ munus: *l.* 8. *C. de muner. patrimon. l.* 3. *C. de filiis fam. & quemadm. pro his patet tot. tit. C. Th. de protostas. Protostasiam* autem fuisse principalem & summam tributorum curam in singulis municipiis & territoriis per orientem, periculo *Protestatæ* Jac. Gothofred. in *Commentar.* tradit. De ea est *l.* 3. *C. Theod. de desertor.*

PROTOTYPIA, munus, cujus mentio fit, in *l.* 3. *C. Th. de privil. eor. qui in sacr. palat. l.* 7. *pr. C. Th. de tiron.* occupatum fuisse in æstimatione tironum, seu in adærandis tironibus & æstimandis, atque adeo in forma pretii pro iisdem statuenda, eamque æstimationem temonarios exactores postea exegisse, notat Jac. Gothofred. ad *l.* 2. *C. Theod. de protostas.* ubi & de differentia *prototypiæ* & *protostasiæ.* Add. eumd. ad *l.* 2. *C. Theod. de tironib.*

PROTRAHERE exsequutionem: *l.* 41. D. *de usur.* negotium: *l.* 6. *C. quand. provoc.* manumissionem: *l.* 20. §. *ult.* D. *de statuliber.*

Protrahere usque ad græcum sermonem: *l.* 1. §. 6. D. *de verb. oblig.* id est, extendere.

PRO *tribunali*, id est, in tribunali, ut pro rostris, *l.* 5. §. 16. D. *ut in possess. legat.* ut explicat Diomedes: *lib.* 1. *de arte grammat. p.* 408. edit. Putsch. Vid. Gell. *lib.* 11. *Noct. Attic. c.* 3. Sic *pro tribunali* sedere: *l.* 7. D. *de in integr. rest.* respondere: *l.* 23. §. *ult.* D. *de adpellat.* interponere decretum: *l.* 7. §. *ult.* D. *de confirm. tut. l.* 3. §. 8. D. *de bonor. possess.*

Pro tutela negotium gerere, id est, pro tutore, *l. ult.* D. *de tutel. & ration. distrab. Pro tutelæ* actio, quæ adversus eum competit qui *pro tutore* negotia gessit, quum tutor non esset: *l.* 1. *&* 4. *C. de testam. tutel. l. ult.* D. *de tutel. & ration. distrab. l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. *ult.* D. *de contrar. tutel. & util. action.*

Pro tutore negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, sive se putat tutorem, sive scit non esse, fingit tamen: *l.* 1. §. 1. D. *de eo, qui pro tutor. l.* 24. *& l. ult.* D. *de tutel. & rat. distrab. l.* 3. §. *penult.* D. *de contrar. tutel. & util. action.*

l.

l. 4. §. 24. D. *de doli except. l.* 19. §. 1. D. *de reb. auct. judic. possid.* & apud Paull. *lib.* 1. *sent. tit.* 4. §. 8. Inde *pro tutelæ* actio, de qua supra.

PROVECTIO, pro promotione: in *l.* 31. *C. de episcop. & cler.*

PROVIDERE dicitur judex: *l.* 5. *C. ut in possess. legator.* & provideri SCo: *l. ult.* D. *de adsign. libert.*

PROVINCIA, regio a Romanis bello parta, & in formam provinciæ redacta. *Provincia* Africa: *l. ult.* §. 20. D. *de muner. & honor.* Asia: *l. ult.* D. *de censib.* Macedonia: *ibid.* Mauritaniæ: *l.* 4. *C. de instit. & substit.* Palæstina: *Novell.* 103. *c.* 2. *Provinciæ* præesse: *l.* 10. D. *ad leg. Aquil.*

Provinciam etiam, ut quum dicimus aliquem absentem, qui in aliena est provincia, accipimus pro jurisdictione & territorio.

Provinciæ etiam verbum officium seu munus, ipsamque provinciæ administrationem sæpe significat: Plin. *lib.* 3. *epist.* 9. Bona Classici, quæ habuisset ante *provinciam*, placuit senatui a reliquis separari. Inde latius porrecto vocabuli vis de quovis munere usurpari cœpit, eaque ratione exactionis & susceptionis *provincia* dicitur, *l.* 18. *C. Th. de susceptor.*

Provincia in jure canonico accipitur pro diœcesi. Pelagius Papa II. *epist.* 1. *omnib. Episcop.* quæ est in *Causs.* 6. *quæst.* 3. *c.* 2. Scitote & certam provinciam esse, quæ habet decem, aut undecim civitates & totidem minores potestates sub se, & unum Metropolitanum, aliosque suffraganeos X. vel XI. Episcopos judices: ad quorum judicium omnes caussæ Episcoporum, reliquorum sacerdotum, ac civitatum referantur, ut ab his omnibus juste, consona voce discernantur, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab iis, qui judicandi sunt, adpellatum. Unde non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque provincia: Sed apud semetipsam habeat judices, sacerdotes, & Episcopos, singulos videlicet secundum ordines suos, & quicumque caussam habuerit, a suis judicibus judicetur, & non ab alienis, id est, a suæ justis judicibus provinciæ, & non ab extraneis, nisi (ut jam est prælibatum) a judicandis fuerit adpellatum.

De *provincia* ex intellectu juris Romani supra exposito latius dicendum. Provinciæ nempe dictæ sunt quasi procul victæ, in quas mittebantur Proconsules jus dicturi. Provinciæ autem nomen tribus modis populus Romanus accepit: uno, pro regione, quam aut armis devictam, aut quocumque modo in potestatem adductam, ipse magistratui suo administrandam subjecit: altero pro quacumque regione, in quo publico nomine bellum Romanus Imperator administrarit: tertio pro quacumque publici muneris procuratione. Quod ad primam propriamque provinciæ significationem: si certam provinciæ brevemque definitionem quæramus, sane ut Latium regionem jure Latii donatam, & Italiam regionem jure Italico affectam novimus: Sic provinciam definiemus, regionem, quæ jus provinciale consequuta sit. Etenim jus ipsum singulis regionibus a populo Romano concessum, illud est potissimum, quo regio a regione distinguitur. Jus autem provinciale, quod alio nomine Formula provinciæ nuncupatur, ut etiam jus Latii atque Italicum, ex legibus percussi cum populo Romano fœderis emanavit.

vit. Itaque, ut fœderis leges æquiores, iniquioresque fuerunt, sic diversa fœderum genera intulerunt. Quoniam autem leges, quæ provinciis datæ sunt, iniquiores fuerunt, quam qua Latio, atque Italiæ, propterea provinciæ jus etiam deterius quam Latium atque Italia, sunt adeptæ. Nam Italia vectigalis facta est illa quidem, sed tamen in universum libertate donata, provinciæ vero non solum vectigalibus, sed etiam servitute mulctatæ sunt, quippe quæ legibus suis, ac magistratibus suis jus dicentibus spoliatæ sunt. Id vero argumento est, quod provincia nulla fuit, quæ non Romanum prætorem, ac quæstorem habuerit: illum qui jus diceret: hunc qui vectigalia procuraret. Unde scite scriptum illud est apud Strabonem, universæ regionis, quæ Romanis pareret, unam regibus subjectam fuisse, alteram ab ipsis possessam, in eamque provinciam dictam, prætores cum quæstoribus missos. Ex quo intelligi potest, universam provinciæ rationem fuisse, ut vectigalis esset & populi Romani magistratui obediret. Quoniam autem unius regionis populi, ac civitates non eodem modo se adversus populum Romanum gesserant omnes, propterea neque eodem omnes pacto tractatæ sunt, verum pro suis cujusque meritis leges acceperunt. Quo factum est, ut aliæ civitates vectigales, aliæ immunes relictæ, aliæ servitute, aliæ libertate adfectæ sint. Vectigales dictæ, quibus vectigal aliquod impositum est: immunes quibus nullum. Servitute adfectæ, quas magistratui Romano parere voluerunt: libertate, quas magistratus Romani jurisdictione solverunt. Vectigal porro ipsum aut certum fuit, aut incertum, certum, definita fere stipendii summa: & hoc tributum, sive stipendium: & qui hoc pependerunt, tributarii, sive stipendiarii nominati sunt: incertum, quod portubus, rebusque venalibus, pascuis, agrisque constitutum est, quod portorium, scriptura, & decuma dictum est. Tributum autem duplex fuit: unum pecuniæ ordinarium: quod in caput, atque in solum impositum quotannis exigebatur: alterum extraordinarium, quod aut ex lege, aut ex Senatusconsulto pro usu provinciæ aliquando imperabatur: veluti cum naves, nautas, milites, ac sumtum in eos dare provinciæ jubebantur. Portorium autem fuit vectigal, quod ex importatione, & exportatione rerum venalium capiebatur: scriptura, quod ex pactione pascuorum publicorum: decuma, quod ex agris, qui frumenti decumam, sive quamvis aliam partem darent. Frumenti vero, quod ex provinciis extrahebatur, tria genera exstiterunt: decumanum, exemtum, & æstimatum. Decumanum erat decuma, quam quisque arator sine pretio dare cogebatur: quæ summa pro copia, inopiave frumenti in singulos annos erat incerta, eaque aut Romæ a Censoribus, aut in provincia a magistratu Romano vendebatur publicanis, qui ex eo decumani dicebantur, ut pro eo certam pecuniam populo Romano repræsentarent. Emtum summa altera, quam aratores vendere accepto ex senatusconsulto prætio cogebantur, quod frumentum Romam ad alendum populum a magistratu Romano mittebatur. Æstimatum summa alia, quam æstimabat magistratus in cellam suam, in usum familiæ suæ, cum interdum pro frumento pecuniam acciperet. Quin etiam emtum duplex fuit: unum decumanum, quod ex alteris item decumis pretio persoluto aliquando ae-

accipiebattur: alterum imperatum quod præter duas decumas æqualiter omnibus civitatibus pretio item ſoluto imperabatur, quemadmodum perſpicue ex Frumentaria Ciceronis, & Aſconiana Divinationis expoſitione cognoſcitur. Nam fuiſſe etiam quoddam, quod honorarium diceretur Cic. *in Piſon.* oſtendit, cum dicit: Qui modus tibi fuit frumenti æſtimati, qui honorarii ſiquidem poteſt, ut & metu extortum honorarium nominari. Servitus autem quam diximus civitatum, tota in ea politia fuit, ut legibus & magiſtratibus Romanis obtemperarent. Qua de cauſſa in ſingulis provinciis diverſæ diœceſes, ſive diverſi conventus, ac diverſa fora conſtituebantur, eiſque ſuæ cuique civitates attribuebantur, quæ eo juris a magiſtratu Romano poſcendi cauſa convenirent. Ut autem earum civitatum, quæ ſervitute oppreſſæ ſunt, ſtipendiariæ proprie dictæ, quæ aliquid populo Romano perpenderunt, immunes, quæ nihil: Sic earum, quæ libertate donatæ ſunt, fœderatæ præcipue adpellatæ, quæ aliquid ex fœdere debuerunt: liberæ quæ omnino nihil. Quorum nominum, quarumque conditionum omnium, quæ ratio, quæque formula fuerit, ex ſingulis, quæ cuique civitati datæ ſunt, legibus conſtat. Hujus autem totius beneficii, atque honoris arbitrium ab initio penes ſenatum fuit univerſum. Is enim acceptis ab imperatore de ſuperatis hoſtibus, & regione in poteſtatem adducta, litteris, ſecum de mulcta, ac præmiis eorum, qui victi eſſent, conſultavit, ac quid fieri ſibi placeret, imperatorem admonuit, decem, aut quinque legatis ſenatoribus ad eum miſſis, ut ex eorum ſententia de hoſtibus, & eorum regione ſtatueret. Quibus mandatis acceptis, imperator aut ex certa ſenatus; ſi ita præſcriptum fuerat, voluntate, aut de communi decem legatorum ſententia, victis gentibus aut ignovit, aut in provinciæ formam redegit. Ignoviſſe dictus eſt, cum liberas reliquit ac ſuis uti legibus, ſuoſque creare more patrio magiſtratus permiſit: in provinciæ formam redigere, cum ademtis, aut immutatis legibus, eos omnino magiſtratui Romano quotannis ab urbe mittendo ſubjecit, ac vectigalia, conventuſque conſtituit. Quo in genere illud humanitatis adhibuit, ut non omnes ejuſdem provinciæ civitates eodem modo tractaret, verum pro cujuſque meritis, aut majoribus aut minoribus, ut diximus commodis, ac detrimentis afficeret. Quæ vero cum de univerſa ratione, tum de ſingulis civitatibus, populiſque conſtituta erant, ea in concione ſilentio ante per præconem facto Imperator fere præconi pronuncianda mandabat, ac poſtremo Romam relicto aliquo præfecto provinciæ decedebat. Atque hæc quidem omnia ita deeſſe, ex iis, quæ de ſingulis provinciis, dicit Sigonius, libro de antiquo jure Provinc. intelligimus. Ex his autem perſpicuum illud eſt, provinciam, ut propoſui, regionem fuiſſe, quæ tum vectigalia populo Romano pependit, tum magiſtratui Romano ex fœderis lege obtemperavit: exceptis civitatibus iis, quæ propter merita ſua, aut immunitate, aut libertatæ donatæ eſſent, ac propterea jus provinciale, quo magiſtratui Romano parere coacti ſunt, multo, quam aut Italicum, aut Latinum, incommodius, ac deterius fuiſſe.

Provinciarum duplex diviſio eſt: nam ſtante Republica aliæ conſulares, aliæ prætoriæ fuerunt: Imperio conſtituto aliæ populi

puli Romani, aliæ Cæsaris factæ sunt. Provinciæ Consulares erant, quæ ab iis, qui in urbe consulatum gesserant, consulari imperio obtinebantur, unde etiam Proconsule & Proconsules dicebantur. Provinciæ prætoriæ, quas qui prætores in urbe proximo anno fuerant, prætorio imperio obtinebant: unde Proprætore & Proprætores adpellabantur. Neque enim certæ erant provinciæ, in quas semper viri consulares & aliæ, in quas semper prætorii mitterentur: sed ex magistratuum, qui eas obtinebant nomine, nomen sumebant. Atque hæc quidem nota prope omnibus, atque a multis tradita sunt. Illud vero, quod ex oratione Ciceronis de provinciis consularibus animadvertit Hotomannus haud scio, an ab ullo adhuc traditum sit. Utrasque provincias in senatus quidem potestate fuisse, sed longe dissimilem illius potestatis rationem in illis discernendis fuisse. Nam lege Sempronia utræque a Senatu decernebantur: sed consulares & consulibus anno proximo futuris ante comitia mandabantur, ut eas post menses demum septemdecim obtinerent: & in senatus potestate sic erant, ut Tribuni plebis intercedere decretis quæ de iis senatus fecerat, non possent: & in incertum tempus, quamdiu scilicet senatus non alios summitteret, obtinerentur. Prætoriæ vero prætoribus anni præsentis mandabantur, ut eas proximis Kalendis januariis, deposita prætura statim obtinerent, in populi autem potestate idcirco erant, quia Tribuni plebis decreto a senatu de eo facto intercedere poterant: & annuo tantum imperio obtinebantur. Quin etiam de senatus potestate hoc animadvertit, jus fuisse senatui, quæ provinciæ consulares erant, eas prætorias facere: hoc est anni præsentis prætoribus mandare: qua mutatione simul ea provinciæ e potestate senatus in populi potestatem transibant. Provinciarum altera divisio, Republica ut superius diximus, ad unum translata, facta est, de qua Strabonis verba in calce sui operis hæc sunt: Provinciæ sæpe numero aliter atque aliter divisæ sunt, nunc autem ex Augusti Cæsaris instituto ita sunt partitæ. Nam cum ei patria totius imperii summam permiserit, pacisque ac belli potestatem habeat, universum imperium bipartito sic divisit, ut partem sibi sumeret, eam scilicet, quæ militum imperio indigeret: partem vero populo attribueret, eam quæ pacata est, & sine armis facile retineretur. Complures igitur provincias fecit, quarum aliæ Cæsaris, aliæ populi adpellantur. Ipse in suas præsides cum imperio mittit: Populus in suas proconsules & proprætores. *Hæc Strabo.* Cui Suetonius *in Aug.* consentiens, scribit: Provincias validiores, & quas annuis magistratuum imperiis regi, nec facile, nec tutum erat, ipse suscepit: ceteras proconsulibus sortiri permisit: & tamen nonnullas commutavit interdum, atque ex utroque genere plerasque sæpius adiit. *Hæc Sueton.* Quibus consentanea sunt, quæ tum apud Dionem *lib.* 53. tum in Pandectarum *lib.* 1. de provinciarum rectoribus legimus, quorum qui Cæsaris erant Præsides, qui populi, Proconsules adpellantur. *l.* 1. *& passim.* D. *de offic. præs.* & *tit.* D. *de offic. proconf.*

In *Provinciæ* formam redigere aliud olim nihil erat, nisi leges domesticas adimere, & Romanas dare, ac prætorem, qui quotannis provinciam ex legibus datis administraret, instituere. Ex quo illud Suetonii de Galliat citeriore:

riore: Cæsarem Galliam omnem præter socios, ac bene meritas civitates in provinciæ formam redegisse, eique in singulos annos stipendii nomen imposuisse: Item illud Cæsaris *lib. 7. de bello Gallico, in oratione Critognati:* Respicit finitimam Galliam, quæ in provinciam redacta, jure & legibus commutatis, securibus subjecta, perpetua premitur servitute. Et paullo ante de Commii civitate loquens: Pro quibus (Commii) meritis civitatem ejus immunem esse jusserat: jura legesque reddiderat.

Provinciæ liberari dicebantur, cum statuebatur, ut suo juri, suisque legibus relinquerentur, neque Romani magistratus amplius iis jus dicerent.

Provinciæ hodie æquiparatur quælibet civitas quæ merum imperium habet, suosque sibi magistratus constituit. Adi Bart. in *L. cum in longi C. de long. temp. præscr.*

PROVINCIALIS est non is tantum, qui ex provinciis oriundus est, sed & qui in provincia domicilium habet: *l.* 190. D. *de verb. signif. l.* 7. D. *de offic. proconf. l.* 19. §. 3. D. *de judic. l.* 10. D. *de offic. proconf. l.* 4. §. 4. D. *eod. tit. l.* 8. *C. de quæstion.* Vetus Glossarium Græcum: *Provinciales* εἰσὶν οἱ τὴν οἴκησιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἔχοντες, ὃ μὴν οἱ ἐν αὐταῖς τεχθέντες. *Provincialis* debitor & *provincialis* contractus: *l.* 41. §. 2. D. *eod. tit.* Provinciale edictum: *inscript. l.* 2. D. *und. cognat.* Provinciales functiones: *l.* 3. *C. de advocat. divers. judic.* fundi: *l.* 14. C. *de præd. minor.* Provinciales legati, qui a provinciis mittuntur: *l.* 35. *in fin.* D. *de jurejur.* Provinciale prædium: *l.* 12. *C. de præd. minor.* Provinciales res: *l.* 111. D. *de legat.* 1. *l.* 100. D. *de solut.* servi: *l. ult.* C. *de Ædil. edict.*

PROVISIO præsidis: *l.* 1. *C. sumt. injunct. muner.*

PROVOCARE, ad judicem vocare significat. *Provocare* judicem: *l.* 6. D. *de jur. deliber.* ad judicem, & ad judicium: *l.* 13. & 14. *D. de judic. l.* 2. §. *ult.* D. *commun. divid.* apud judicem: *l.* 43. D. *famil. erciscund.* novissimum judicium: *l. ult. C. si quis aliquem testar. prohib.* judicio: *l.* 3. *C. in quib. causs. cess. l.* 12. §. 1. D. *de condict furtiv.*

Ut plurimum autem *provocare* est ab inferiori judice ad superiorem adpellare, ut in *l.* 4. & 6. D. *de adpellat.* & in *l. ult.* 7. §. *ult.* D. *commun. divid.* Sic *provocare* a decreto: *l.* 3. *C. de excusat. tut.* adversus sententias: *l.* 18. D. *de accusat.* provocari judex: *l.* 1. *pr.* & §. 1. D. *qui & a quo adpell. l.* 1. §. 4. D. *æquand. adpell.*

Provocare, pro poscere, flagitare quid. *Provocare* ad collationem: *l.* 9. C. *de collation.* ad divisionem: *l.* 7. *pr.* D. *de reb. eor. qui sub tut.* ad satisdationem: *l.* 19. D. *de testam. tut.* Ita &

Provocari ad testimonium, *l.* 10. §. 1. D. *de quæstion.* & ad quæstionem, *l.* 1. §. 3. D. *eod. tit.* dicuntur, qui quæstioni subjiciendi sunt.

Provocare pro lacessere & excitare. *Provocat* bos bovem: *l.* 1. §. 11. D. *si quadrup. paup. fec.* Adversus se severitatem provocare: *l.* 5. C. *de obsequ. patron. præst.*

PROVOCATIO pro adpellatione. *Provocationem* interponere: *l.* 18. *D. de adpellation. l.* 13. §. 3. D. *ad leg. Falcid.* Provocatione cedere apud Livium *lib.* 2. quod vulgo dicitur deferre adpellationi. Sic idem *lib.* 8. *c.* 33. Videro cessurusne provocationi sis, cui rex Romanus Tullius cessit?

PROUT juris est eodem fere sensu *l.* 2. *C. de his, qui latro,* &

& ſignificat Alberico tempus vel qualitatem, *l. edita & ibi Baldus C. de edend.*

PROXENETA, Græcum verbum proprie interpretem ſignificat, aut pararium, cujus ſcilicet beneficio aut interventione inter duos negocia contrahuntur, vel nomina, vel nuptiæ, vel amicitiæ, vel judici conſiliarius adjungitur, qua in opera dolum malum duntaxat debent præſtare: alioquin nulli rei obligantur, etiam ſi proxeneticum, ſeu philantropum acceperint: *l. 2.* D. *de proxen.* Plato *lib.* 12. *de legib.* videtur velle, ut non minus quam venditor evictionis nomine *proxeneta* teneatur, ſed hoc jure non utimur. Proxeneta etiam Græcis προπώλης dicitur. Senec. *Epiſt.* 21. Æs alienum faciat oportet, ſed nolo per interceſſores mutueris, nolo *proxenetæ* nomen tuum jactent.

PROXENETICUM, id eſt, ſalarium, quo proxenetæ pro interceſſionis opera datur, *l.* I. D. *de proxenet.* Proxeneticis autem nullus certus modus datus eſt, niſi nuptialibus, nec ſcilicet proxeneta nuptiarum plus viceſima parte dotis & donationis propter nuptias ſibi cavere poſſit: ita tamen ut ſi viceſima excedat decem libras auri, decem tantum ſibi caveat. Atque id quidem conſtitutione Græca, quam ex Baſilicis refert Jac. Cujac. *obſ. lib.* 11. *c.* 18. De his eſt *rubr.* C. *lib.* 3. de ſponſalibus, & arris ſponſalitiis & proxeneticis. Id præmium Græcos proprio nomine ἑρμηνευτικὴν adpellaſſe teſtatur Ulpianus *l. ult. D. de proxenet.* quaſi interpretitium & pararium æs. Hinc *proxeneticæ* artes, dona ſunt, quæ ſponſum & ſponſam inter ſe conciliant & jungunt. Vid. Rub. *lib.* 5. C. *de ſponſalib. & arris ſponſalit. & proxenet.* Et *Proxenetria* dicitur conciliatrix nuptiarum, inquit Alciat. *lib.* 1. *Digeſt. c.* 22. quæ & προμνήστρια, *Ariſtoph. in nubib.* quoniam id munus ſoleret per feminas fieri, quando ſcilicet arræ ſponſalitiæ deponuntur apud proxenetrias. Idemque hoc vocabulum reſtituendum exiſtimat *tit. C. de ſponſal. & arris ſponſal. & proxeneticis*, ut pro *proxeneticis* legatur *proxenetriis:* ſed quam recte viderint alii.

PROXIME, id eſt, nuper, in *l.* 57. & 83. *D. de legat.* 2. *l.* 50. D. *de rit. nupt. l.* 3. D. *de his, quæ in teſtam. l.* 14. D. *de his, quæ ut indign.*

PROXIMITATIS jure ad ſucceſſionem venientes ab his, qui agnationis jure veniunt, ſeparantur: *l.* 5. C. *de legit. hered. l.* 4. *und. cogn.* §. *ult. Inſt. de ſucceſſ. cognat.* Proximitatis enim nomine bonorum poſſeſſionem prætor defert his, qui defuncto mortis tempore proximi cognati fuerunt: *l.* 3. D. *und. cognat. l.* 8. D. *de ſuis & legit. hered.* §. *ult. Inſt. de ſucceſſ. cognat.* Proximitatis nomine avunculus: *l.* 46. D. *ad SC. Trebell.* Ita proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem accipimus: *l.* I. C. *de legitim. hered. l.* 2. C. *qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. l.* I. C. *de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l.* I. *D. de iur. & fact. ignor.* Et proximitatis jure bona peti: *l.* 46. D. *ad SC. Trebell.* Quinctil. *lib.* 3. *c.* 8. Quod accidit, etiam ſi de una re quæratur aliqua, ſed eam plures petant, vel eodem jure, vel *proximitatis*, vel diverſo, ut quum hic teſtamento, ille *proximitate* nitetur. Caſſiodor. *lib.* 5. *variar. epiſt.* 24. Si revera, ut ad nos perlatum eſt, nullus ei aut teſtamento heres exſtitit, aut *proximitatis* jure ſucceſſit.

PROXIMUS, eſt, quem nemo antecedit, etiam ſi ſolus ſit: quam-

quamvis proprie proximus ex pluribus dicatur: *l.* 1. §. 5. D. *und. cognati*, *l.* 2. §. 2. & §. 4. D. *de suis & legit. hered.* *l.* 92. & 155. D. *de verb. signif.* Sic *proximus* agnatus, id est, quem nemo antecedit: *l.* 3. *D. ad* SC. *Tertullian.* Item *proximus* agnatus intelligitur etiam solus quique neminem antecedit: *l.* 9. *pr.* D. *de reb. dub.* Sic in XII Tabulis, quæ proximo agnato hereditatem deferunt. Sic in Edicto prætoris, quo *proximum* cognatum vocat, *proximi* adpellatio exaudienda est, §. 5. *Inst. de legit. agnat. success.* Et alias quoque proximum accipimus non solum eum, qui ante aliquem sit, sed etiam eum, ante quem nemo sit, licet ipse neminem antecedat, quum solus sit, *l.* 34. *D. de vulg. & pupil. substit.* Proxima necessitudine conjunctus, *l.* 37. C. *de liberal. causs.* Proximi & ulteriores gradus opponuntur: *l.* 53. *D. de rit. nupt.*

Proximum etiam vicinum, adfine & simile significat, ut in *l.* 2. D. *locat. & pr. Inst. eod. tit.* Locatio conductio, aiunt Caius & Justinianus, *proxima* est venditioni, id est, ut interpretatur Theophilus, ἔοικε τῇ πράσει. Sic furioso *proximum* esse, Caius ait eum, qui ejus ætatis est, ut nondum intelligat, quid agatur, & qui eo, non multum a furioso abest. Sic & *proximum* sacrilegio esse majestatis & sepulcrorum violatorum crimen, Ulpianus & Julianus dicunt in *l.* 1. *D. ad leg. jul. majest.* *l.* 5. C. *de sepulcr. viol.* Proximam emti in factum actionem dari, ait Paull. in *l.* 6. D. *de rescind. vend.* id est, similem, ut in *l.* 5. §. *penult.* D. *de præscript. verb.* Proximam morti pœnam metalli: *l.* 28. *pr.* D. *de pœn.* quæ ad eam proxime accedit, eique similis est, quum servitutem infligat: *l.* 8. §. 4. D. *eod. tit.* Sic & *proxima* dolo culpa: *l.* 8. *pr.* D. *de edend.* & passim. Proxinum credulitati: *l.* 6. *C. de servitutib.* Grassatores *proximi* latronibus: *l.* 28. §. 10. *D. de pœn.* Proxima caussa stipulationis: *l.* 8. *D. de condict. ob turp. causs.*

Proximum de loco intelligitur, ut *proximum* locum obtinere: *l.* 1. §. 7. D. *und. cogn.* in *proximo* stans, *l.* 4. *D. de injur.* Proximus & inferior, *l.* 1. §. 7. D. *de legat.* 3. proximus & superior vicinus opponuntur, *l.* 18. D. *de oper. nov. nunciat.*

Proximum de tempore. Sic *proximo* anno: *l.* 48. D. *de jur. dot.* biennio, *l.* 23. §. *ult.* D. *de fideicommiss. libert.* *Proximæ* calendæ: *l.* 41. §. *ult.* D. *de usur.* proximis diebus: *l.* 40. D. *de contrah. emt.* proximæ idus: *l.* 122. §. 1. *D. de verb. obl.* nonæ: *l.* 20. §. 6. *D. de hered. pet.* Proximus pubertati: *l.* 14. §. *ult.* D. *de dol. mal.* proxime ætatem prætextati accedere dicitur, qui puberem ætatem nunc ingressus est: *l.* 3. §. *ult.* D. *de lib. exhib.*

PROXIMUS admissionum apud Ammian. Marcellin. *lib.* 22. Proximus sacrorum scriniorum: *rubr.* C. *de prox. sacr. scrinior.* Unde *proximatus* in *l.* 1. *C. de proxim. sacr. scrin.* & *l.* 12. *C. Theod. de senator.* Honor *proximi*: *l.* 4. C. *de prox. sacr. scrin.* proximorum gradus: *l.* 6. C. *eod. tit.* Comitiva proximatus: *l.* 11. *C. Th. eod. tit.* de qua etiam sunt *l.* 10. 17. & 18. C. *Th. eod. tit.* Vocabantur autem *proximi*, qui magistris scriniorum proximi erant, primumque ab his locum & dignitatem in scrinio, quos nemo antecedit, ipsosque adeo magistros scriniorum ita adpellatos cum Salmasio *ad scriptor. Hist. Aug.* *p.* 207. & *p.* 481. autumant, eos longe aberrare via, præter *l. un.* C.

C. de magistr. sacror. scrinior. aliasque rationes, etiam sola titulorum diversitas, quibus utroque codice de illis agitur, ostenderit. Vide omnino, quæ ad hanc rem attulit argumenta Jac. Gothofred. *ad l. un. C. Th. de magistr. scrinior.* Add. Guther. *de offic. dom. August. lib. 3. c. 7.*

PRUDENTES, pro Jurisconsultis: *l. 4. C. de testam. milit. l. 4. C. de collat* ita etiam accipiuntur, *l. 3. D. de justit. & jur. l. 2. §. 5. D. de orig. jur. l. 36. D. de statulib.* & apud Plin. *lib. 4. epist.* qui, & jurisprudentes dicuntur, *l. C. de ingen. manumitt.* prudentes dicebantur, quibus erat permissum de jure respondere: *§. 8. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* ubi Theophilus *prudentes* definit σοφὰς οἷς τὸ νομοθετεῖν ἢ δῆμος, ἢ σύγκλητος, ἢ βασιλεὺς ἐπέτρεψε. τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον γενικῷ ὀνόματι κέκληται, ρέσπονσον *prudentium.* i. e. *Prudentes* quibus jura condere populus, aut senatus, aut princeps concessit. Jus autem, quod ab his constituitur, generali nomine vocatur responsum prudentum.

PSALTERIUM deteriore significatione pro carmine & cantu injurioso usurpavit Paull. *lib. 4. Sentent. tit. 4. §. 16.* Psalterium vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compositum, & publice cantatum. Nomen traxit ab instrumento musico, quod scurræ urbicarii proferebant in scenam, proludiique loco cantabant ridicula, quæ *dicteria* adpellabantur. Unde & *dicterium* & *psalterium* pro maledicto & cantilena satyrica usurpatum. Rem omnem dixit Joseph. Scaliger *ad Manil. lib. 5. Astronom.* & Ant. Schulting. *jurispr. vet. antejustin. p. 445.* Hein.

PSEUDOCOMITATENSES legiones, ex emendatione Cujacii in *l. 14. C. de re milit.* a Gothofredo probata & defensa *in Comment. ad l. ult. C. Th. eod. tit.* Erant autem inde dictæ legiones *pseudocomitatenses*, quod specie ipsa & ordine comitatenses ementirentur, ut idem Cujac. *lib. 1. observ. c. 25.* existimat.

PTOCHOTROPHIUM, alias πτωχεῖα, domus alendis pauperibus destinata, in *l. 19. C. de SS. Eccles.* πτωχὸς enim *pauper* & τρέφω *alo* significat.

PUBER, vel *pubes*, qui pubem generare potest. Is incipit esse a quatuordecim annis, femina a duodecim viripotens, sive patiens, ut quidam putant: *Fest. lib. 14.* Pubes masculus & femina potens: Ulpian. *tit. 6. regul. §. 2.* Add. *l. ult. C. quand. tut. esse desin. pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* Secundum hanc differentiam *pubes* ætas accipienda est, in *l. 41. §. penult. D. de vulg. & pupil. substit. l. 11. C. arbitr. tut. l. 3. §. penult. D. de lib. exhib. l. 14. D. de SC. Silan.* Ceterum in caussa alimentorum, quæ pueris puellisque usque ad pubertatem præstari quis cavit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora præscribimus: & puberos masculos decimo octavo demum anno, feminas vero decimo quarto intelligimus: *l. 14. D. de aliment. legat.* Sed & plena pubertas decem & octo annis circumscribitur; *l. 40. §. 1. D. de adoption. §. 4. Inst. eod. tit.* Paull. *lib. 5. Sent. tit. 4. §. ult. Inst. quib. ex causs. manumit. Pubes* ætas: *l. 11. C. arbitr. tut.*

PUBES de junioribus militibus seu tironibus, in *l. 10. C. Th. de re milit.* Ut numerosissima pube crescat exercitus.

PUBERTAS a duodecimo & decimo quarto anno finito incipit. Tertullianus *de virgin. veland. c. 1.* Dio Caff. *lib. 54.* Macrob. *lib. 7. Saturnal. c. 7.* Plena *pubertas*

18 annis circumſcribitur, *l. ſupra citat.* Proximi *pubertati* eſſe dicuntur, qui non multum a pubertate abſunt: *l.* 112. D. *de regul. jur.* §. 18. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. l.* 14. D. *de SC. Silan.* §. 10. *Inſt. de inutil. ſtipul.* ubi Theophilus vertit ὁπλιτεύειν τῇ ἥβῃ. Cujuſmodi ætatis qui ſunt, rerum intellectum jam capiunt, & doli capaces ſunt, *l.* 13. & 24. D. *de furt.* Sic proxime *prætextati* ætatem accedere dicimus eos, qui pubertatem jam ingreſſi ſunt; *l.* 3. §. *ult.* D. *de lib. exhib.*

PUBLICANUS, eſt qui publica vectigalia, qualia ſunt vectigal portus, venalium rerum, item ſalinarum & metallorum & picariarum conducta habet: *l.* 17. D. *de verb. ſignif.* Sed & qui harenarias & cretifodinas & metalla & ſalinas, *publicanorum* loco ſunt: *l.* 13. D. *de publican.* Etiam qui paſcua conducebant, *publicani* dicebantur. Plin. *lib.* 19. *c.* 3. Multis jam annis, inquit, in ea terra non invenitur, quoniam *publicani*, qui paſcua conducunt, majus ita lucrum ſentientes, depaſcuntur pecorum pabula. Erat vero maxima Romæ & potentiſſima publicanorum ſocietas, iſque ordo in provinciis plurimum auctoritate & potentia valebat, ut Cicero *lib.* 13. *ad diverſos Epiſt.* 1. & *or. pro Planco c.* 9. & Livius *lib.* 30. *c.* 10. ſignificant. Quibus *privati* opponuntur, *l.* 11. §. *pen.* D. *de legat.* 3.

Non omittendum hic eſt, *Publicanos* fuiſſe duorum generum. Primum eorum, qui vectigalia, aliaque publica ſuo nomine conduxerunt, qui alioquin *mancipes* ἀρχιδημόσιοι dicebantur: alterum ſubconductorum, quibus ſtatio aliqua vectigalium a mancipe fuerat ſublocata, quique ὑποδημόσιοι vocabantur. Bynkerſh. *ad l.* 9. D. *de leg. Rhod. de jact. c.* 3. & 5. Hoc diſcrimen niſi obſervaveris, vix intelliges, cur tantis laudibus ornentur *publicani* a Cicerone pro *Leg. Manil. c.* 7. & *pro Planc. c.* 9. & tamen paſſim male audiant non modo in ſacris litteris, *Matth.* 18. *v.* 7. *Luc.* 3. *v.* 12. & 13. ſed & in legibus noſtris, *l.* 12. *pr.* D. *de publican.* & *vectigal. l.* 9. D. *ad leg. Rhod. de jact.* nec non apud Ciceron. *de offic. lib.* 1. *c.* 42. Tacit. *lib.* 13. *Annal. c.* 50. Immo non capies, quid ſibi velint verba prætoris in *l.* 1. *pr.* D. *de publican.* Quod *publicanus* ejus *publicani* nomine vi ademerit, in duplex judicium dabo. Molimina criticorum circa hanc legem vid. apud Ever. Otton. *de tutel. viar. III.* 7. *p.* 508. ſed adde Bynkerſh. *ibid.* & Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. c.* 9. *p.* 125. Hein. Publicani vocantur δημόσιοι, *l.* 9. D. *de leg. Rhod. de jact.* Publicanorum ædicta: *l.* 34. *C. de annon.* & *tribut.* Vid. etiam infra in *publicus.*

PUBLICARE, palam facere, evulgare, indicare, deferre. *Publicare* delatores, in *l.* 9. *C. Th. de petit.* eſt in judicio ſiſtere. *Publicare* occultatores: *l.* 10. *C. Th. de re militar.* id eſt, indicare deferre. *Publicare* ſecreta, id eſt, evulgare, *l.* 41. D. *ad leg. Aquill. Publicare* teſtamentum: *l.* 2. C. *de teſtam. Publicari* aliquando dicitur quod publicum fit, & in ærarium cogitur: *l.* 23. §. 2. D. *de ſervit. præd. ruſt. l.* 27. D. *ad leg. jul. de adulter.* & aliis infinitis locis. Sic *publicare* bona: *l.* 8. §. *ult.* D. *qui teſtam. fac.* & *publicatio* bonorum: *l.* 65. §. 12. D. *pro ſocio.* Eodem ſenſu *publicari* dicitur in *l.* 22. D. *de inoff. teſtam. publicata* dos: *l.* 36. D. *ſolut. matrim. publicatus* fundus; *l.* 33. D. *locat. publicari* mancipia: *l.* 6. D. *de quæſtion.* ſervi: *l.* 27. §. 11. D. *ad leg. jul. de adulter.*

PU-

PUBLICE & privatim opponuntur, *l. 6. §. 3. D. de divis. rer.* Publice ædificare: *l. 24. D. de damn. infect.* Convicium *publice* factum: Paull. *lib. 5. sentent. tit. 4. §. 19. Publice* innotescere: *l. 4. D. de requir. absent.* Quibus *publice* judicium est: *l. 2. §. ult. D. de judic. Publice* lavare: *l. 13. §. ult. D. de usufruct. Publice* locari: *l. 9. §. 9. D. de pœn. Publice* mandatum munus: *l. ult. D. ad leg. jul. peculat. Publice* manumittere: *l. 12. D. de liberat. legat. Publice* notum est: *l. 14. C. ad leg. Cornel. de fals. Publice* occurre proconsuli: *l. 4. §. 3. D. de offic. procons. Publice* opus fieri & privatim opponuntur: *l. 24. D. de damn. infect. Publice* præbere balnea: *l. 91. §. 4. D. de legat. 3. Publice* prodest officium medicorum: *l. 33. D. ex quib. causs. major. Publice* profiteri: *l. 5. §. 7. D. de jur. immunit. Publice* proponere libellos: *l. 7. D. de adpellat.* vendere & locare: *l. 3. §. 2. D. de administr. & peric. tut.* vindicare: *l. 11. §. 1. D. de pœn. Publice* utile est, absentes a quibuscumque defendi: *l. 33. §. 2. D. de procurat.*

Publice aliquando est in loco publico, veluti apud acta, vel in æde sacra publica: Sic *publice* deposuit, *l. 56. §. 1. D. mandat.* id est in publico loco, ut *l. 64. D. de fidejussor.* & *l. 19. C. de usur. l. 1. §. 41. D. deposit.* Eo etiam pertinent, *l. 56. D. mandati* juncta: *l. 7. in fin. D. qui satisd. cog. l. 7. D. de minorib. l. 4. D. de statulib. Publice* iri, commeari: *l. 2. §. 45. D. ne quid in loc. publ.*

Publice etiam publico nomine, & publica auctoritate: *l. 3. §. 2. D. de administr. rer. ad civit. pert. l. 24. D. de capt. & postl.* & aliis locis. *Publice* consecrare, permissu scilicet Imperatoris: *l. ult. D. ut in possess. legat. l. 6. §. 3. D. de rer. divis. Publice* dedicata loca, quæ videlicet princeps dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem, *ibid. publice* per magistratum: *l. 136. pr. D. de regul. jur. publice* est principali vel pontificali auctoritate: *l. ult. D. ut in possess. legator.*

PUBLICIANA actio, Vet. Glossar. Græcum: μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ οὐ ψιλῆς νομῆς. Ἔστι δὲ ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίστει νομεῖ. i. e. *Publiciana* speciem habet dominii, & non nudæ possessionis. Est autem quæ revocat ei possessionem, qui propter dominium nondum est bonæ fidei possessor. *Publiciana* actio earum rerum persequendarum caussa datur, quas a non domino sibi ex justa caussa traditas necdum usucaptas amisit *l. 1. cum sequ. l. 15. D. de publician.* Nam qui a re bona fide possessa, possessione ante completam usucapionem excidit, is ad eam rem vindicandam in rem actionem habet, quæ a prætoris nomine, a quo primum proposita fuit, *Publiciana* adpellata est, quemadmodum & Faviana & Calvisiana, & Paulliana & Serviana, *§. 4. Inst. de action.* Constantin. Harmenopul. *lib. 2. Promptuar. tit. 1. §. 7.* πουβλικιανὴ ἐστιν ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίστει νομεῖ. *Publiciana* est, quæ possessionem ei revocat, qui propter Dominium nondum est bonæ fidei possessor.

Brevius vero dixeris: *Publiciana* actio realis est, competens bonæ fidei possessori adversus infirmiori jure possidentem, ad rem sibi restituendam. Hanc autem actionem ars æquitasque prætoris invenit, quod rei vindicatio omnium difficillima est ex apicibus juris civilis. Probandum enim non solum dominium vindicantis, sed

& auctoris ejus. Immo amiserat emtor bonæ fidei emtam rem sæpe, antequam legitimum usucapioni datum tempus impletum esset. Amissam rem qua actione & quo jure ab alio bonæ fidei possessore repetebat? Talis quæstio ad Publicium, prætorem deferebatur. Hic petenti fictione consulebat, statuens usucaptam rem esse, quæ non erat. Si usucapta erat, dominium adquisitum erat, & dominii consequens erat vindicatio. Vid. Wurffell. *jurispr. definit.* §. 240. Dominium autem hoc plane prætorium est. Fingit enim prætor, actorem rem usucepisse, quam non usucepit: §. 4. *Inst. de action. l.* 7. §. 6. *D. de publician. in rem act.* Quum enim bonæ fidei possessor pro domino sit, finxit prætor, eum plane dominum esse ratione illius, qui infirmiore, vel plane nullo jure possidet, eique quasi domino, actionem in rem concessit.

PUBLICIUS GELLIUS jurisconsultus, & Servii Sulpicii auditor, *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* *Publicii* etiam fit mentio, *l.* 51. D. *de condit. & demonstr.* nec non *l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 2.

PUBLICUS, *a*, *um*. Publica ea sola proprie dicuntur, quæ sunt populi Romani: *l.* 15. *D. de verb. signif.* Hinc *publici* adpellationem in compluribus caussis ad populum Romanum respicere, dicitur *l.* 17. *D. eod. tit.* Atque inde jus *publicum* definitur esse, quod ad statum rei Romanæ spectat, *l.* 1. §. 1. D. *de justit. & jur.* Cujus juris publici partem esse Senatorium jus, ait Plinius *lib.* 7. *epist.* 13. *Respublica* ob eamdem caussam de Romana dicitur. Unde *rei publicæ* caussa abesse non intelligimus eos, qui pro civitate legatione funguntur: *l.* 26. §. 9. *D. ex quib. causs. major.* civitates enim loco privatorum habentur. Inde etiam *publicani* nomen habent, quod vectigal populi Romani conductum habent, quod absolute publicum adpellatur, *l.* 1. §. 1. *D. de publicam. l.* 11. §. 22. D. *de fideicom. libert.* Cicero *de provinc. consular.* c. 5. An qui frui *publico* non potuit, per hostem hic tegitur ipsa lege censoria? Idem *lib.* 1. *ad Quint. fratrem epist.* 1. *Publicis* male redemtis. Quinctilian. *Declam.* 340. Ego non ea voluntate feci, ut hic liber esset, sed ut *publica* non solveret. Idem *Declam.* 341. Ante omnia nulla lege comprehensum est, ut alienam rem non profiteri liceret, alioquin *publicum* eversum est. Tacit. *lib.* 13. *Annal. c.* 51. Edixit princeps, ut leges cujusque *publici* occultæ ad id tempus proscriberentur. Sueton. *in Caligul. c.* 30. de vectigalibus a Caligula institutis agens: additumque, inquit, ad caput legis, ut tenerentur *publico* & qui meretricium fecissent. Ita *publicum* quadragesimæ apud *eumd.* accipe *in Vespasiano c.* 1. & *publicorum* conductiones in *l.* 33. *D. pro soc.* Horat. *lib.* 1. *epist.* 1. *v.* 77. Pars hominum gestit conducere *publica.* Publicani ergo sunt, qui *publico* fruuntur, quique *publica* populi Romani vectigalia conducta habent, & omnes, qui quid a fisco conductum habent, *l.* 1. §. 1. D. *de publican.* Itaque rectius forte in *l.* 3. §. 6. D. *de jur. fisc.* legeretur *publici* conductore, quam ut vulgo scriptum est: *publico conductore.* Livius *lib.* 44. Cur *publica* præsenti pecunia locamus? Cic. *paradox.* 6. *c.* 2. Nam ut iis, qui honeste rem quærunt, mercaturis faciendis, operis dandis, *publicis* sumendis. Valer. Max. *lib.* 6. *c.* 9. *ex* 7. Quum Asiatici *publici* exiguam admodum particulam habuisset. Senec. *Epist.* 120. Ille, qui & mari & terra pecuniam agi-

agitabat, qui ad *publica* quoque nullum relinquens. In *Fragmento legis Thoriæ* apud Goesium in *Script. rei agrar. p.* 337. Quicumque ad *publicum* fruendum redemtum conductumve habet. Add. Jo. Frid. Gronov. *lib.* 4. *observ. c.* 23. *Publica* autem vectigalia accipere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, venalium rerum, item salinarum & metallorum & picariarum: *l.* 17. D. *de verb. signif.* Abusive tamen civitatium etiam bona vectigaliaque *publica* dicuntur, *l.* 15. D. *de verb. signif. l.* 40. D. *de negot. gest. l.* 38. §. 1. D. *ad municipal. l.* 5. §. 4. D. *quod vi aut clam.*

Publica deinde dicuntur, vel *juris gentium*, vel *populi Romani.* Nam *publica* adpellantur, quorum usus in commune expositus est, & omnibus patet, proprietas vero non æque: *l.* 5. *D. de rer. divis.* §. 2. & §. 4. *Inst. eod. tit. l.*30. §. 1. *D. de adquir. rer. domin.* Quæ hac ratione a communibus discernuntur, quorum ut usus communis est, ita & proprietas occupanti cedit. Ac *publica* quidem *jure gentium* dicuntur, *l.* 7. §. 5. *l. penult.* §. 1. D. *eod. tit. l.* 45. D. *de usucap.* §. 4. & 5. *Inst. de rer. divis.* Sic *publicus* alveus *juris gentium: l.* 7. §. 5. D. *publicus* est alveus fluminis publici: *l.* 1. §. 7. *D. de flumin.* Sic etiam in usu *publico* esse aqua dicitur *l.* 2. D. *de flumin.* Vetus Glossar. Græcum: Δημόσιον, ὅθεν οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ λίμναι δημόσιοι λέγονται. i. e. *publicum* quemadmodum & flumina & littora *publica* dicuntur. *Publica jure gentium* loca: *l.* 45. *D. de usucap. publicus* usus jure gentium: *l.* 5. *D. de rer. division.*

Alia sunt *publica populi Romani*, quæ in patrimonio & pecunia populi Romani sunt, quæ tam ad eorum, quæ jure gentium, quam quæ civitatium publica sunt, differentiam ita adpellari solent, *l.* 9. D. *de usucapion.* Quod ne absurdum propter novitatem videatur, etiam aliorum auctorum testimoniis confirmatur. Cicero *lib.* 3. *in Verrem. c.* 6. Perpaucæ civitates bello a majoribus nostris subactæ, quarum quum esset ager publicus populi Romani factus. Hygin. *de condition. agror. p.*206. *edit.* Goes. Vectigales autem agri sunt obligati quidam reipublicæ populi Romani, quidam coloniarum aut municipiorum aut civitatum aliquarum. Livius *lib.* 3. *extr.* Agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse, captisque Coriolis *publicum* populi Romani factum.

Publici adpellatio etiam id continet, quod in communi populi usu est, & publicis usibus destinatum, ut loquitur, *l.* 17. *D. de verb. signif.* & *l.* 6. D. *de contrah. emt.* Qualia erant Romæ Campus Martius, forum, theatrum, stadium, basilicæ, viæ, itinera publica. Sic *publica* ædificia & loca: *l.* 5. §. *ult. D. de oper. publ. publicum* balneum: *l.* 2. §. 9. D. *ne quid in loc. publ. publicus* campus: *ibid. publica* loca, id est, publico usui destinata, *l.* 2. §. 7. *D. eod. tit. publicus* locus & *publica* via: *l.* 24. §. *ult. D. de servit.*

Interdictum ne quid fiat in *loco publico* vel itinere, prohibitorium est, & tam publicis utilitatibus quam privatorum per hoc prospicitur: loca enim publica utique privatorum usibus deserviunt jure scripto civitatis: ut *l.* 2. §. 1.2. D. *ne quid in loc. publ.* ubi sequitur: *Publicum* locum Labeo definit, ut ad areas, ad insulas, ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertineat. Hoc autem interdictum ad ea loca, quæ

quæ ſunt in fiſci patrimonio, non pertinet. In his enim neque facere quidquam, nec prohibere privatus poteſt. Res enim fiſcales quaſi propriæ & privatæ principis ſunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habet, ſed in hac controverſia præfecti eorum judices ſunt, quia hoc interdictum ad ea loca pertinet, quæ publico uſui deſtinata ſunt, ut *d. l.* §. 2. *&* 3. oſtendit. Datur autem hoc interdictum adverſus eum, qui quid in loco publico fecit, inve eum locum immiſit, qua ex re quid illi damni datur, præterquam quod Lege, Sc̄to, edicto, decretove principum ei conceſſum erit. *d. l.*

Aliquando *Publicæ* res & quæ ſunt in patrimonio fiſci ſeparantur: *l.* 72. §. *ult. D. de contrahend. emt.* Sic *publicæ* cauſſæ a fiſcalibus ſejunguntur, *l.* 1. §.1. D. *de calumniat.* quamquam fiſci cauſſam publicam vocat Ulpian. *l.* 20. §. 9. D. *de petit. hered.* Alias, quæ in fiſci patrimonio ſunt, quoniam quaſi propriæ & privatæ ſunt principis, *publici* adpellatione non continentur: *l.* 6. *&* 72. §. *ult.* D. *de contrah. emt.* *l.* 2. §. 2. *cum ſequ.* D. *ne quid in loc. publ.* §. *ult. Inſt. de emt. vend. l.* 14. §. *ult.* D. *de ſervit.* §. 9. *Inſt. de uſuc.* Sic in *publico* uſu & in patrimonio fiſci eſſe, opponuntur: *l.* 71. §. *ult.* D. *de contrah. emt. publicæ* res, quæ non in uſu, ſed in patrimonio fiſci ſunt: *ibid. publica* quæ in patrimonio populi ſunt: *l.* 14. *pr.* D. *de adquir. rer. dom.*

Publica abolitio eſt, quæ publice fit, publiceque indulgetur ex Senatuſconſulto: *l.* 8. 12. *&* 17. D. *ad SC. Turpill. l.* 2. *C. de general. abolit.* & apud Paull. *lib.* 5. *ſentent. tit.* 17. §. 2. Duplex enim eſt abolitio, publica altera, altera privata, ut ibi notat Cujac.

Publica acta: *l.* 2. *C. de edend.* quæ in jure fiunt.

Publica actio, qua cuivis experiri licet: ad quam exercendam cuivis aditus patet. Ulpian. *l.* 1. §. 4. D. *de ſuſp. tut.* Conſequens eſt ut videamus qui poſſit ſuſpectos poſtulare, & ſciendum eſt, quaſi *publicam* eſſe hanc actionem, hoc eſt, omnibus patere. Ergo ut publicus locus dicitur, ad quem cuivis licet accedere: ſic actio ſuſpecti, eſt tamquam publicæ illæ actiones, ſive judicia, quorum aditus unicuique patet. Hinc popularis actio publica nominatur in *l.* 30. §. 3. D. *de jurejur.* In popularibus actionibus, inquit Paullus jusjurandum exactum ita demum adverſus alios proderit, ſi bona fide exactum fuerit, nam etſi quis egerit, ita demum conſuevit publicam actionem, ſi non per colluſionem actum ſit. *Publicæ* actiones: *l.* 7. *C. de epiſc. & cler.*

Publicum aurum: *rubr. C. de aur. publ. perſequutor.*

Publica cauſſa. In *publicis* cauſſis filius familias loco patris familias habetur, veluti ſi magiſtratum gerit, ſi tutor detur: *l.* 9. *D. de his qui ſui vel alien. jur.* *Publica* cauſſa nunciationis: *l.* 5. §. 9. D. *de oper. nov. nunciat.* *Publicam* quoque habere cauſſam officium & miniſterium argentariorum traditur, in *l.* 10. §. 1. *D. de edend.*

Publica conventio eſt, quæ fit per principem, aut quoties inter ſe duces belli paciſcuntur: *l.* 5. D. *de pact.*

Publicus creditor qui ex publico credidit, *l.* 2. *C. de his, qui ex publ. rat.*

Publici criminis accuſatio: *l.* 4. *C. de noxal. act.* quod & publici judicii crimen, *l.* 1. *C. ad SC. Turpill. l.* 7. *C. de injur.*

Publica cuſtodia: *l.* 9. D. *ex quib.*

quib. cauſſ. major. & apud Valer. Maxim. *lib. 3. c. 2. exempl. 6.*

Publicam fidem ſequuntur qui apud argentarios pecuniam depoſuerunt, *l. 24. §. 2. D. de reb. auct. jud. poſſid.*

Publicum judicium. *Publica* & extraordinaria judicia criminalia quomodo diſtent a popularibus & privatis pœnalibus judiciis explicare non eſt in facili. An vero, quod hæc in rei perſecutione, illa in ſola vindicta conſtituta ſunt? minime. Nam & popularia ad vindictam pertinent, & ea privatis injuriarum actio. An quia horum pœna eſt pecuniaria, illorum capitalis, vel corporalis? ne hoc quidem. Nam & publica quædam judicia pecuniariam pœnam habent, veluti ambitus & de plagio. An quia hæc privatam cauſſam, ſive vindictam continent, illa publicam? & hoc quoque minus. Nam & populares publicam cauſſam continent, & publicum judicium injuriarum ad privatam cauſſam pertinet. Quare privato judicio & facile præjudicatur, & in eo jusjurandam defertur, quod in aliis non permittitur, & extraordinaria publicam vindictam non perſequuntur, quia nec quilibet ex populo eis experietur. An igitur quia in publicis extraordinariis judiciis longe alius eſt reorum habitus, alia judiciorum forma, alii judices, & judices non arbitri, & graviores damnationes & accuſatorum in crimen ſubſcriptio? Hoc placet ſatis. Porro *publica* judicia legitima & ordinaria ſunt, legem, pœnam, formulam habent certam, veluti majeſtatis, proditionis, repetundarum, peculatus, ambitus, adulterii, ſtupri, homicidii, veneficii, parricidii, fraudatæ annonæ, reſiduorum, vis, calumniæ, uſurpatæ ingenuitatis, plagii, falſi, injuriarum, prævaricationis. Extraordinaria legem quidem habent, veluti concuſſionis, abigeatus, ſtellionatus, effracturæ, expilationis, termini moti, prævaricationis, & alia innumera. Hodie publicorum quoque judiciorum nullæ ſunt formulæ. Sublatis formulis manſit legum pœna aliquandiu, ſed poſtea conſtitutionibus pœna in incerto & in arbitrio judicantium eſſe cœpit. Itaque a pœna hodie adpellari poſſe vere dixeris. Idem omnibus judicibus ordinariis: Aguntur namque omnia extraordinem omni ex cauſſa. Idcirco moribus nulla nunc actio furti in duplum, vel quadruplum, quia extra ordinem agitur. Quo agendi genere electo, conſumitur actio dupli, vel quadrupli in *l. interdum. §. qui furem* D. *de furt.* Idemque de ceteris judiciis privatis & popularibus dici poteſt. Cujac. *obſerv. lib. 9. c. 31.* Vid. amplius ſub art. *judicium.*

Publicum jus. Vid. ſupra ſub art. *jus. Publica* jura officiaque, in *l. 5. §. ult. & l. 6.* D. *de capit. minut. l.* 14. D. *ad SC. Trebell. l. 2.* D. *de reg. jur.* magiſtratuum, honorum, & civilium munerum in republica gerendorum jura ſignificant. Add. *l. 9. D. de his, qui ſui vel al. jur.*

Publica lex conciſa loquutione dicitur, lex publici judicii, in *l.* 1. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de ſicar.* & *l.* 1. *C. ubi ſenat. vel clar.* At in *l. fin.* D. *de colleg. publica* lex dicitur ad privatæ legis, id eſt, pactionis & conditionis, quæ in contractibus opponitur, differentiam. Hi, inquit Caius, poteſtatem facit lex, pactionem quam velint ſibi ferre, dumne quid ex publica lege corrumpant. Nam Græce eſt: *ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα*, id eſt, niſi vetent litteræ publicæ.

Publicum munus officium pri-

vati hominis vocatur, ex quo commodum ad singulos universosque cives remque eorum pervenit: *l.* 239. §. 3. D. *de verb. signif.* Proinde publico munere legatus fungi dicitur, *l.* 27. D. *de judic.* & *publicum* munus est judicare: *l.* 78. *eod. tit.*

Publicæ personæ modo magistratus & officiales, modo tabularios significant. Lysias quidem Orat. 29. *p.* 450. *edit. Vunderheid.* Νικόμαχον γραμματία vocat δημόσιον. *Publicæ* personæ: *l.* 30. *C. de episcop. & cler.* §. 3. *Inst. de adoption.* Quo tabulariorum munere functos servos publicos constat ex *l.* 18. *D. de adoption.* & *l. ult. C. de decurion.*

Publicæ pœnæ in *l. un. C. de emend. servor.* & *l.* 1. *C. Th. eod. tit.* opponuntur verberibus est simplicibus quæstionibus, quibus domesticam adversos suos immorigeros exercent potestatem domini, *l.* 2. *C. Th. eod. tit.*

Publicum prædium: *l.* 3. §. 1. *D. de administr. & peric. tut.*

Publica privilegia: *l.* 1. *C. de excusat. veteran.*

Publicæ quæstiones, ut & publica crimina sunt, de quibus publicum judicium est constitutum: *l.* 32. §. 6. *D. de recept. arbitr.* *l.* 2. §. 32. D. *de origin. jur.* Si ad *publicam* quæstionem pertinet: *l. ult.* D. *de tab. exhibend.* id est, quæstione publica puta falsi pendente, *publica* quæstio a familia necatorum habenda: *l.* 1. *pr.* D. *de SC. Silan.*

Publici reditus civitatum: *l. ult.* D. *de muner. & honor.* quos populi reditus vocat Ovidius *lib.* 5. *ex Ponto Eleg.* 5. *v.* 19. Aut populi reditus positam componet ad hastam.

Publicas res Cicero alicubi publicam utilitatem continentes interpretatur. Sic Ovid. *lib.* 5. *Fastor. v.* 729. Nec te prætereo, populi Fortuna potentis *publica.* Libertas non privata, sed *publica* res est: *l.* 53. *pr.* D. *de fideicomm. libert.*

Publica sacra: *l.* 9. D. *ad Leg. jul. peculat.*

Publicum salarium: *l. ult.* D. *de offic. adsessor. publice* præberi salaria: *l.* 16. §. 1. D. *de alim. & cibar. legat.*

Publicus servus: *l.* 1. *C. de serv. reip. manum. publicum* solum: *l.* 2. *D. ne quid in loc. publ.* publici sumtus: *l.* 3. D. *de oper. publ.*

Publicæ tabernæ, quæ nempe in solo publico sunt, licet eorum usus ad privatos pertineat: *l.* 32. D. *de contrah. emt.*

Publicæ tabulæ: *l.* 4. §. 1. D. *de censib. l.* 8. & 9. §. 1. & *l.* 10. D. *de leg. jul. peculat.*

Publica vis, quæ armis committitur: *l.* 1. *D. ad leg. jul. de vi publ. publicam* vim committere: *l.* 29. §. *ult. ad leg. jul. de adulter.*

Publica utilitas, quæ circa tributorum præstationes versatur adpellatur, *l.* 3. *C. de primipil. l.* 1. §. 1. *C. de offic. Comit. sacr. larg. l.* 4. C. *de offic. rect. prov. l.* 6. *C. Theod. de divers. rescript.* *Publica* etiam esse nuptiarum utilitas traditur, *l.* 12. §. 3. D. *de capt. & postl. Publica* utilitas, pro libertatis favore: *l.* 10. §. *ult.* D. *de testam. tutel. publicæ*, utilitatis interest, ex amicitia creationes fieri, sed æstimatione vera & commodo reipublicæ: *l.* 1. *C. si propt. inimicit.*

Publicum absolute positum varie accipitur. Primo significat ærarium populi vel fiscum. Sic ex *publico* accipere, *l.* 25. *pr. D. de SC. Silan.* in publicum redigere: *l.* 25. §. *ult.* D. *eod. tit.* in *publicum* obligatæ res: *l.* 15. D. *de dot. prælegat. l.* 26. §. 1. D. *de pign. action.*

Deinde *publicum* pro publica custodia. Itaque in *publicum* deduci in-

intelliguntur fugitivi servi, qui magistratibus municpalibus vel publicis ministeriis traduntur, *l.* 1. §. *penult. l.* 2. *D. de serv. fugitiv. l. penult. eod. tit.* Et sic quoque in *publico* servari dicuntur, qui sub publica custodia adservantur: *l.* 48. D. *de verb. signif. l.* 9. *D. ex quib. causs. major.* vel etiam qui in carcere sunt. Nam & Plautus *in Amphitr. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 7. publicitus excipi pro carcere excipi dixit imitatione Græci sermonis, quo δημία carcer adpellatur.

Publicum denique pro loco publico. In *publico* adparere, *l.* 2. *D. de in jus voc.* In *publico* deponere, quid sit *l.* 19. D. *de usur.* quæ verba videntur esse Triboniani. In *publico* depositæ tabulæ: *l. ult.* D. *de his, quæ in testam.* In *publico* posita: *l.* 29. D. *de reb. auct. jud. possid.* positum: *l.* 41. D. *de adquir. rer. dom.*

Publicum pro vulgato, aperto. *Publicum* ex evidentia, *publicum* ex fama opponuntur, in *c.* 8. *de cohabitat. clericor.*

PUBLIUS *Ælius* Jurisconsultus. Vid. Ælius.

Publius Acilius maximam scientiam in profitendo habuit, primusque a populo sapiens adpellatus est: *l.* 2. §. 38 D. *de orig. jur.* Parum accuratus hic esse Pomponius Ruperto videtur, eumque pro L. Acilio nobis obtrudere P. Atilium. De illo sane Cicero *de ambit. c.* 2. Scimus, ait, L. Acilium apud patres nostros adpellatum sapientem, quia prudens esse in jure civili putabatur. Eumdem *lib.* 2. *de legib. c.* 23. jungit Sex. Ælio. Res nondum liquet. *Hein.*

Publius Cæcus, Asprenatis Nonii pater aversa sella a Bruto destitutus, quum vellet postulare: *l.* 1. §. 5. D. *de postul.*

Publius Mucius Scævola. Vid. Mucius.

Publius Rutilius Rufus. Vid. Rutilius.

PUDICE vivens maritus, mulieri quoque bonos mores colendi auctor: *l.* 13. §. 5. D. *ad leg. jul. de adulter.*

PUDICITIAM adtentare. Vid. supra *adtentare.* Senec. *lib.* 2. *de ira c.* 28. Pudicitiam servulorum suorum adtentari non vult, qui non pepercit suæ. *Pudicitiæ* præmio cessit donatio maritalis, ante tempus criminis ac reatus collata in uxorem: *l.* 24. *C. de donat. int. vir. & ux.* Periniquum esse videtur esse, ut *pudicitiam* vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat: *l.* 13. §. 5. D. *ad leg. jul. de adulter.*

PUDOR, pro existimatione, dignitate: *l.* 20. *D. de his, qui not. infam. l.* 25. *D. de procurat. l.* 1. §. 5. *& seq. l.* 15. §. 27. D. *de injur.* Verecundiam etiam dixit Papinianus in *l.* 15. D. *de condit. & demonstr.* Constantinus Imp. *pudorem* & verecundiam conjungit in *l.* 2. *C. de his, qui ven. ætat.* ubi: propter *pudorem* & verecundiam feminarum cœtui publico demonstrari, non cogendas eas, statuit. *Pudorem* fatigare principis, *l.* 6. *C. Th. de divers. rescript.* dicuntur, qui ejus abutuntur mansuetudine, adigereque volunt, ut rescribat, quod fraudibus suis convenit. *Pudoris* dispendium. Qui *pudoris* non possunt dispendium sustinere, id est, qui pudore non possunt corrigi, emendari.

Pudor interdum non tam hominum famæ, quam æqui & boni, aut certe ejus, quod æquius melius est, respectum significat. Sic §. 1. *Inst. de fideicomm. hered.* fideicommissa adpellata sunt, quia nullo juris vinculo, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur; & Seneca in *Troadibus Act.* 2. *v.* 334. *Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*

PUELLA dicitur, quæ poteſt habere de dote repetenda actionem, hoc eſt, mulier, ſeu uxor filiifamilias: *l.* 22. §. 11. *D. ſolut. matrim. l.* 40. §. 7. D. *de legat.* 3. & plane etiam illa, quæ jam uxor fuit: *l.* 26. §. 4. D. *de pact. dotal.* Immo etiam quæ enixa eſt, hoc nomine adpellatur a Gellio, *lib.* 12. *c.* 1. & quæ uterum gerit Ovidio *lib.* 2. *Faſtor. v.* 451. Parce, precor, gravidis facilis Lucina puellis, Maturumque utero molliter aufer onus.

PUER. Iſta adpellatio tres ſignificationes habet: unam, quum omnes ſervos *pueros* adpellamus, quæ in comœdiis frequens eſt. Alteram, quum puerum contrario nomine puellæ dicimus. Tertiam, quum puerilem ætatem & impuberem ſignificamus: *l.* 204. *D. de verb. ſignif.* Sueton. *in Auguſt. c.* 41. Ac ne minores *pueros* quidem præteriit, quamvis non niſi ab undecimo ætatis anno accipere conſueſſent: *l.* 1. *pr.* D. *ubi pupil. educ. vel morar. deb.*

Pueri utique adpellatione etiam puella ſignificatur, non imitatione modo Græci ſermonis, ſed & quod maſculino ſexu femininum alias quoque ſemper comprehenditur, *l.* 163. *in fin.* D. *de verb. ſignific.* Argumentum etiam hujus ſignificationis illud adfert Paullus, quod & recentes ex partu feminas *puerperas* Latini vocat. Senec. *lib.* 2. *controverſ.* 13. Non vi parere, delicata es, cruciatus puerperæ times. Catull. *Sæcular. carm. ad Dianam v.* 13. Tu Lucina dolentibus Juno dicta puerperis. Sueton. *in Caligul. c.* 8. Qualis cumque partus, ait, ſine ſexus diſcrimine puerperium vocatur, quod antiqui etiam *puellas pueras*, ſicut & *pueros puellos* dictitarent. Gellius quoque *lib.* 12. *Noct. Attic. c.* 1. Puerperam, ait, dici quæ recens enixa eſt. Donat. ad Terent. *Andr. Act.* 3. *ſc.* 2. *v.* 10. Omnis quæ peperit, puerpera: πρωτοτόκος, quæ primum. Et non quod puerum, ſed quod filium peperit, puerpera dicta eſt. Et apud veteres: *puer*, *puellus*, *puera*, *puella*. Adde eumd. Donat. *ad Andr. Act.* 2. *ſcen.* 3. *v.* 26. Priſcianus quoque *lib.* 6. *p.* 696. *edit. Hel. Putſch. Puer*, pueri, cujus femininum *puera* dicebant antiqui; unde & puerpera dicitur, quæ *puerum* vel *pueram* parit, id eſt puellam, quod eſt diminutivum *puera*.

Puer pro pupillo: *l.* 13. §. 1. D. *de reb. eor. qui ſub tutel. Puer* enim impuberem etiam filium ſignificat, *l.* 36. D. *de ſtatulib.*

PUERITIA pro ætate XVII annis minore, *l.* 1. §. 3. D. *de poſtuland. Pueritiæ* prima ætas: *l. un.* C. *Th. de his, qui ven. ætat.*

PUERPERA. Ejus ſignificationem & etymologiam non ita multo ante in *puer* dedimus. Plaut. *Amphytr. Act.* 2. *ſc.* 1. *v.* 40. Alcumenam vocat *puerperam*, quæ nondum enixa eſt, ſed in eo eſt ut pariat. *Puerpera* in *l.* 14. §. 2. D. *de Ædilit. edict.*

PUERPERIUM: §. 4. *Inſt. de SC. Tertullian.*

PUGILLARES in *l.* 17. D. *commod.* ſunt tabulæ cereæ vel ligneæ, vel alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribitur. Nec *pugillares* & codices in ſupellectili ſunt: *l.* 6. D. *de ſuppellect. legat.* Dictæ autem videntur vel quod pugno comprehendi poſſunt; vel a pungendo, quod ſtylo in his pungendo ſcriberetur. Dicuntur & pugillaria, & pugillar ſingulariter apud Auſonium. *Pugillarium* uſum ante Trojana tempora fuiſſe ex Homero teſtatur Plinius, *lib.* 13. *c.* 11.

PULSARE minus eſt quam verberare. Ofilius enim *l.* 1. §. 5. D. *de injur.* verberari cum dolo-

lore, pulsari sine dolore, dicit. Quod exagitat suo more Laur. Valla. At comparate ii videtur intelligendum, majore puta cum dolore conjunctam esse verberationem, quam pulsationem, & hanc magis ad injuriam pertinere. Pulsabatur enim quis manu, verberabatur loris, fustibus, flagellis, §. 1. *Inst. de injur.* Add. Coleri *Parerg. c.* 36. & Dacker. *de Latinit. vet. Jurisconf. p.* 146. Hein. Verberatus *pulsatus : l.* 22. §. *ult.* D. *rat. rem habet.* Sic & promiscue accipiuntur hæc verba: *l.* 4. §. 13. *D. de injur.*

Pulsari pro judicio conveniri: *l.* 11. §. 9. D. *de interrog. in jur. faciend. l.* 2. *v. ei quoque* & §. 5. *v. si agant. D. de judic.* & in Imperatorum rescriptis persæpe. Cassiodor. *lib.* 1. *var. epist.* 8.

PULSATIO pudoris, apud Paull. *lib.* 5. *sentent. tit.* 4. §. 4. Cujacius interpretatur stupri illationem. Ab Aniani manu esse suspicatur Schultingius *in not. p.* 439. Hein.

PULSUS. Active *pulsus* est, pro *pepulit* legitur in *l.* 1. §. 3. *D. ne vis fiat ei qui in possess. miss.* Et ita frequenter loquutos esse veteres ostendit Salmas. *ad Script. Hist. August. p.* 177. Hein.

PULVERATICUM in *l.* 16. *C. Theod. de tiron.* merces & stipendii genus quoddam quasi pro labore & pulvere, quod servis ad militiam evocatis præstatur. Sic & *pulveraticum*, quod agrimensori pro labore dabatur. Quo nomine etiam a præsidibus singulas provinciæ civitates obeuntibus provinciales exigebantur: Sed abolitum est Novell. Leonis, & Majorani, de Curialibus, de qua intellexit Cassiodor. *lib.* 12. *var. epist.* dum ait, *pulveratica* quoque judicis funditus amputantes, trium tantum dierum præsulibus annonam præberi, secundum vetera instituta decernimus. Vid. Gothofred. *Commentar. ad d. l.* 16. *C. Th. de tironib.* Car. Du Fresne *in Glossar. med. & infim. Latin.* & Cujac. *lib.* 4. *observ. c.* 18.

PUNCTI solatium: in *l.* 4. §. 1. *C. de advocat. divers. judic.* quid sit, se ignorare fatetur Cujacius, *lib.* 13. *observ. c.* 2. Sed torsit eum, ut ipse ait, varia lectio, & decepit male distinctus ejus legis textus. *Puncti* enim vocabulum substantive eo loco non accipiendum, neque ad sequens *solatia*, sed ad ea, quæ præcedunt, referendum est: ut *puncti divina manu nostræ serenitatis*, hoc est, Imperatoris idem sit, ac manu ejus notati, certisque notis signati: quod singularis favoris indicium erat. *Punctum* enim pro suffragio & favore accipi notum est. Et veteres *punctis* suffragia notare solebant: unde *expuncti* dicebantur favore privati, vel repulsi. Vid. Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 1. Hæc Tabor. Sed quis umquam dixit: *Jubemus viros clarissimos die festivitatis Calendarum Januariarum inter spectabiles Consistorii nostri comites divina serenitatis nostræ manu puncti solatia consequi ?* Si admittenda viri docti interpretatio: scribendum esset *punctos.* Nihil certius videtur, quam legendum esse *functi* solatia consequi, ut *functi* sit pro *functionis.* Quam lectionem editionem Chevallonianam Paris. CIↃ IↃ XXI. agnoscere observavit Bynkersh. *observ. lib.* 1. *c.* 7. Est tamen & Salmasii conjectura *ad Scriptor. Hist. August. p.* 20. *punctum* in hac lege idem esse ac salarium existimantis, sed merito desideres hujus notionis exempla. *Hein.*

PUPILLA, contrario nomine pupilli dicitur, pupillæ comparatur respublicæ: *l.* 3. C. *de jur. reip.* Sed *pupilla* etiam adultam notat, *l.* 20. D. *de rit. nupt.*

PU-

PUPILLARIS ætas 14 annis terminatur, *l.* 16. D. *de jur. fisc. l.* 7. *C. de impub. l.* 3. *C. de præscript.* 30 *annor.* Sueton. *in August. c.* 66. Aut si pupillari ætate essent die virilis togæ vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverunt. Ejus ætatis tres facit gradus Theophilus *ad* §. 9. *de inutil. stipul.* infantiam, id est, necdum fandi potentem ætatem: proximam infantiæ, quæ jam fandi potestatem consequuta est: & proximam pubertati, quæ proxime pubertatem accedit.

Pupillares census: *l.* 3. C. *Th. de tut. & cur.*

Pupillaris substitutio est, quæ fit liberis impuberibus in potestate positis in eum casum, quo ante pubertatis annos decesserint: *l.* 2. D. *de vulgar. & pupill. substit. princ. Inst. de pupill. substit.* Eodemque modo *pupillares* tabulas accipe, quas etiam *pupillare* testamentum jurisconsulti vocant: *l.* 34. §. 10. *D. de legat.* 1. *l.* 8. §. 5. *D. de inoff. testam. l.* 2. §. 2. *l.* 20. 38. *&* 43. *in fin.* D. *de vulg. & pupill. substit.* Et secundas ut infra ostendemus *v. tabulas.*

Pupillares substituti: *l.* 10. §. 3. D. *de vulg. & pupill. substit.*

Pupillares usuræ: Vet. Glossar. Græc. Ὀρφανικοὶ τόκοι, οὓς καὶ πουπιλλαρίους λέγουσιν, οἱ ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς. *Pupillares usuræ, tertiam centesimam non excedentes*, id est, usuræ trientes. Sic & Harmenopul. *lib.* 3. *tit.* 7. §. 11.

PUPILLUS. Eum Pomponius ita definit: qui quum impubes est, desinit in patria potestate esse, aut morte, aut emancipatione: *l.* 239. *D. de verb. signif.* Cornutus *ad Pers. Satyr.* 2. *v.* 13. *pupillum* dicit puerum intra pupillares annos constitutum, ac nondum suæ tutelæ. Plane *pupillus* non adpellatur, qui adhuc in utero est, *l.* 162. D. *eod. tit. Pupillus*, si impubes est: *l.* 4. *pr.* D. *de in lit. jurand.* Non autem idem est in jure *pupillus & impubes*: Nam *impuberis* nomen significat tantum ætatem: *pupilli* & ætatem & conditionem, secundum quam sui juris est, liberum caput, parvæ ætatis. Qui est in potestate patris, necdum pervenit ad XIV annum est *impubes*, non etiam pupillus. Cujac. *in recit. C. ubi pupill. educ. vel morar.*

Lata significatione *pupillus* etiam dicitur minor: *l.* 1. §. 2. D. *de reb. eor. qui sub tutel.*

Sed & *Pupillus* adpellatur, qui in potestate patris est: *l.* 18. §. *ult. C. de jur. deliber. l. ult.* §. 2. D. *de verb. obligat. l.* 7. §. 3. *D. de pecul.* ubi & servus dicitur *pupillus.*

PURE & sub exceptione opponuntur in *l.* 22. §. *ult.* D. *de damn. infect.* Pure etiam & sine die & conditione, *l.* 8. D. *de auctorit. tut. Pure* stipulatus dicitur, qui illud aut illud simpliciter stipulatus est, non adjecto eo, utrum voluerit, in *l.* 138. §. *ult.* D. *de verb. oblig.*

PURGARE crimen: *l. ult. D. ad leg. jul. majest.* existimationem: *l.* 1. §. 6. D. *de injur.* innocentiam: *l.* 22. D. *de jur. fisc. l.* 6. *C. de procurat.* pudorem: *l.* 25. D. *de procurat.* provinciam malis hominibus: *l.* 3. D. *de offic. præsid.*

PURGARE rationes, in *l.* 12. C. *de bon. proscript.* id est, discutere atque deducere, quod sibi debetur. Ita etiam *purgatis* sumtibus legimus in *l.* 31. §. 3. D. *de negot. gest.* ubi Cujac. ad Papinian. *lib.* 2. *responsor.* Sueton. *in Caligul.* Decimo quoque die numerum puniendorum ex custodia subscribens, rationem se purgare dicebat. Id Græcis est: ἐκκαθᾶραι λογισμὸν.

Purgare rivum, fontem, dicimus,

mus, *l.* 1. D. *de rivis. l.* 1. §. 7. D. *de fonte.*

Purgare viam, eſt ad libramentum proprium redigere, ſublato eo, quod ſupereſt, *l.* 1. §. 1. D. *de viæ publ.* Sic accipe in *l.* 1. §. 12. D. *de fluminib.*

PURGATIO. Purgare ſe ſolebant olim ſuſpecti de crimine, alias duello, *c.* 2. *de purgat. vulgar.* alias aqua frigida vel fervente, in quam nudi mittebantur, *c. extuarum. de purgat. canon.* alias ferro candenti, ut vocant, *c. fi. de purgat. vulg.* vel aconito, ut rectius *in c. Mennem.* 2. *qu.* 2. Et quamquam exemplum duelli legatur de Davide & Goliath. 1. *Reg.* 17. non admittitur tamen hodie talis monomachia, *l.* 1. *C. de gladiat. c.* 2. *de purgat. vulg.* Cum enim iſtis cruciatuum afflictionibus Deus tentaretur, merito fuerunt abrogatæ: & introducta eſt pugnandi formula talis, ut delatus apud Magiſtratum adhibeat ſeptem, vel, pro qualitate rei, pauciores qui teſtimonium innocentiæ illius ideo præſtare poſſint, quia & fide ſint digni, & propter vicinitatem compertam habere poſſint veritatem, *c. ex tuarum*, & *c. cum dilectus de purgat. canon.* Tum ipſe ſuſpectus jurabit ſe tale crimen non admiſiſſe, quod objicitur. Compurgatores autem jurabant ſe credere, quod principalis jurans dicat veritatem, *c. de teſtibus & c. ult.* D. *de purgat. canon.*

PURPURAM adorare, *l. un.* C. *Theod. de præpoſ. ſacr. cubic.* ubi vid. Jac. Gothofred. & ſupra voce *adorare. Purpuræ* nundinæ vetitæ: *l. ult.* C. *Th. de murileg. l.* 1. C. *Juſt. de veſtib. & olober.*

PURUS, *a, um. Purus* ager, qui nec ſacer, nec ſanctus nec religioſus, *l.* 2. §. 4. D. *de religioſ. & ſumt. fun. l.* 9. C. *eod. tit.* Vid. Cujac. *obſerv. lib.* 10. *c.*37.

Pure chartæ & membranæ ſcriptis opponuntur, *l.* 52. §. 4. D. *de legat.* 3.

Puræ haſtæ, quibus juvenes plerumque premii ergo donabantur. Servius in *lib.* 6. *Æneid. v.* 760. interpretatur *ſine ferro*: additque, nam hoc fuit præmium apud majores ejus, qui tunc primum viciſſet in prælio. Unde a Zonara *Tom.* 2. *Annal. p.* 31. δόρατα ἀσίδηρα, haſtæ ſine ferro vocantur. Ita apud Livium ſæpe & apud Vopiſcum *in Aurelian. c.* 13. accipiendum eſt.

Purus honor, qui extra adminiſtrationem eſt, in *Authent. ut ordin. præfecturæ, in princ. Collat.* 5.

Purum judicium apud Ciceron. *de invent. lib.* 2. *c.* 20. eſt ſine exceptione.

Pura lana cælatæ opponitur, in *l.* 6. D. *de rei vind.* ut & argentum purum cælato adverſum facit Cicero *in Verr.* 4. *c.* 22. Cænabat, inquit, apud eum: argentum illi ceterum purum adpoſuerat. *Et paullo poſt c.* 23. Ei negotium dedit, ut quidquid Halunti eſſet argenti cælati, aut ſi quid eſſet Corinthiorum, ut omne ſtatim ad mare ex oppido deportaretur. *Ibid.* Ne quem putetis ſine maximo dolore argentum cælatum domo, quod alter eriperet protuliſſe. Omnia deferuntur. Cybaritæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarant, his cruſtæ aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excuſſis deliciis, cum argento *puro* domum reverterunt. Plin. *lib.* 21. *c.* 3. de lemniſcis, *puri* diu fuere: cælare primus eos inſtituit P. Claudius. Atque ita magis eſt, ut *purum* argentum apud Plinium, *lib.* 3. *epiſt.* 1. interpretemur, quam quo Cataneus expoſuit modo. Sed *pura* vaſa apud Columellam *lib.* 12. *c.* 4. & *c.* 28. ea accipienda ſunt, in

in quæ nondum quidquam sit infusum.

Pura libertas, quæ *pure*, id est, sine die & conditione data est, *l.* 59. §. 1. D. *de manumiss. testam.*

Purus locus interdum inædificato opponitur, *l. ult.* D. *de pignor. action.* Quo sensu & *pura loca* Varro *lib.* 4. *de ling. Latin.* areas in urbe adpellari scripsit. Interdum religioso, id est, ei loco, in quem mortuus illatus est: Itaque *purus locus* definitur, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est, sed ab omnibus hujusmodi nominibus vacat, & profani juris est, *l.* 2. §. 4. *D. de religios. & sumt. funer. l.* 2. 6. & 9. *C. eod. tit. l.* 1. §. 2. D. *de mort. inferend. l.* 6. §. 6. D. *commun. divid. l.* 73. D. *de contrah. emt.* §. 9. *Inst. de rer. division.* Ita *purum* monumentum accipe in *l.* 6. *in fin.* D. *de religios. l.* 5. §. 10. D. *de donat. int. vir. & ux.*

Pura obligatio præsens dicitur, quæ neque diem neque conditionem habet: §. 3. *Inst. de verb. oblig.* & aliis infinitis locis. Plane in *l.* 5. *D. de solution. pura obligatio* est, quæ sine satisdatione est, cui fidejussor, vel pignus non accessit. In Lege Falcidia pro *puro* non habetur, quod in diem relictum est: *l.* 43. *pr.* D. *ad leg. Falcid.*

Non prætermittenda loquutio elegantissima: *pura* substantia, *καθαρὰ ὀσία*, pro vacua ab ære alieno: *Novell.* 1. *c.* 2. §. 2. Theophil. *in* §. 2. *Inst. de leg. Falcid.* Ita in *l.* 20. §. 4. C. *de agricol. & censit. pari reditus* sunt, qui solutis debitis supersunt. *Hein.*

Purum putum argentum quid? Gellius *lib.* 6. *Noct. Attic. c.* 5. fragmentum quoddam ex Alfeni Jurisconsulti *lib.* 34. Digestorum, *conjectaneorum* IV. recenset, & refutat. Add. Fest. *lib.* 9. in *imputatum.*

PUSULATUM vel *pustulatum* argentum. Vid. supra voc. *argentum.*

PUTARE lex XII Tabularum a Modestino in *l.* 25. D. *de statulib.* dicitur, quod ita sensisse eam ex verbis colligitur. *Putare* ergo hic & in *l.* 6. §. 1. D. *pro emtor.* pro certa & seria sententia sumitur. Papinianus recte *putabat*, non *putabat*, *l.* 23. *D. de donat. int. vir. & ux.*

Putare aliquando accipitur pro opinione levi & falsa, ut in *l.* 7. §. 8. *D. ad SC. Velleian.* & *l.* 36. D. *famil. ercisc.* Hinc Cujacius in *l.* 67. §. 10. D. *de legat.* 2. scribit: *τὸ puto* esse verbum opinantis. *Dicimus enim*, inquit, *puto*, non quasi certi, sed quasi existimantes.

PUTARI proprie arbores dicuntur, *l.* 1. §. 17. *D. de aqu. quotid. l.* 1. §. 12. D. *de nov. oper. nunciat.* Festus Pompeius *lib.* 9. Imputatum, ait, nondum purgatum. Putum enim est purum. Et *lib.* 1. Amputata, id est, circumputata, quod antiqui perperam pro *puto* dixerunt. *Putare* autem arbores Græci *καθαίρειν* vocant. Leontin. apud Cassian. *lib.* 10. *Geoponic. μετὰ τὴν καρπολογίαν εὐθέως καὶ τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ δένδρα καθαρτέον.*

PUTATIO, pro opinio, existimatio, quod quis alium esse putat. Transferri per personæ *putationem* ex persona filiorum ad parentes injuria non potest: *l.* 18. §. 4. D. *de injur. & famos. libell.* Nullibi hoc verbum, nisi in Glossis vet. in quibus est *οἴησις*, *putatio*, *opinatio*, reperiri observavit Ducker. *de Latin. veter. jurisconsult. p.* 384. Hein.

PUTATOR, qui arborem putat, arborum ramos stringit & amputat, *l.* 31. D. *ad leg. Aquil.* *l.* 18.

l. 18. §. 7. D. *de fund. instruct.* Et apud Paull. *lib.* 3. *sent. tit.*6. §. 35. & *lib.* 5. *tit.* 23. §. 12. & apud Plinium *lib.* 27. *c.* 8.

PUTATORIÆ falces, quæ putandis arborum ramis deserviunt, apud Paullum *lib.* 3. *sentent. tit.* 6. §. 35.

PUTEA. Ulpianus in *l.* 17. §. 8. D. *de act. emt.* Castella plumbea, *putea*, opercula puteorum, ædium esse constat. Budæus pro *putea* legit *puteal*: sed ita superflua essent sequentia. Hinc Bynkersh. *lib.* 5. *observat. c.* 9. mavult *butea* vel *butia.* Βȣτια vero est cupa vel cupella, admittens tamen Budæi *puteal*, si pro statua, quæ aquam fundit accipiatur. Glossar. Petronii: Marsyæ, personæ seu sigilla, ex quorum rostris aut alia corporis parte aqua salire solet, varie efficta. In fontibus ac puteis *putealia* adpellantur. Ita sane, tamquam diversa conjungi possunt *puteal* & *opercula puteorum.* Hein.

Puteal, proprie operculum putei significat, in *l.* 13. §. *ult.* D. *de act. emt. l.* 14. D. *eod. tit.* Hinc & opercula locis sacris imposita hoc nomine adpellata sunt, sicut & loca publica ita operta, ad quæ variorum negotiorum caussa conveniebatur. Mid. Martin. *Lexic. Critic. hac voc.* qui illud Persii *Sat. IV.* Si *puteal* multa cantus vibice flagellas, metonymice exponit, de hominibus obæratis in foro convenientibus. Quo facit eximie locus Ciceron. *pro Sextio cap.* 8. Alter unguentis affluens calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum, ac veteres vexatores ætatulæ suæ, *puteali* & fœneratorum gregibus inflatus atque perculsus. Sed vid. Rhodigin. *lib.* 10. *antiqu. lection. c.* 17.

PUTEALIS aqua perennis est, duci tamen non potest, *l.* 1. §. 6. D. *de aqu. quotid. & æstiv.* Vid. supra in *fontana aqua.*

PUTEOLANUS jurisconsultus, auctor librorum, quos *adsessoria* inscripsit, laudatorum ab Ulpiano, in *l.* 12. D. *de pact.* Hein.

PUTEUM aperire, i. e. excavare, in *l.* 24. §. *ult.* D. *de damn. infect.*

PYRRHICHARIUS. In ludum venatorium damnati instituuntur venatores, aut *pyrrhicharii*, *l.* 8. §. 11. *D. de pœn.* Pyrrichia erat genus saltationis, quæ ab armatis fiebat. Damnati ad bestias nonnumquam ante lanienam gesticulari cogebantur in Amphitheatro, *ἐν χιτῶσι διαχρύσοις ϰ̀ χλαμύδοις ἁλȣργοῖς ἐστεφανωμένοι καὶ πυῤῥιχίζοντες*, tunicis auratis & purpureis vestibus amicti & coronati, & *pyrrichiam* saltantes. Plutarch. *de sera numin. vindict. p.* 554. *Tom. II.* De *pyrrichia* plura Scaliger *de art. poet. l.* 18. & Valesius & Lindenbrog. & Ammian. Marcellin. *lib.* 16. *c.* 5. *p.* 96. Hein.

Q

QUA. *Qua de re.* Vid. sub art. qui quæ quod.

QUADRAGENA annua esse reditus: *l.* 6. *in fin.* D. *de pact. dotal.* pro reditibus annuis quadringentorum aureorum, id est, talibus, qui singulis annis quadringentos aureos conficiunt. Cujusmodi loquutionis similia exempla plura notavit.

QUADRAGESIMA. Sacratis *quadragesima* diebus nulla supplicia sunt corporis, quibus absolutio exspectatur animarum: *l.* 3. *C. Th. de quæstion.* Quadragesima autem adpellantur quadraginta illi dies, qui auspicio cærimoniarum paschale tempus anticipant, quibusque omnem criminalium quæstionum cognitionem inhiberi jubent Imperatores in *l.* 6. *C. de feriis.* Adde quæ hanc in rem copiose non minus quam docte disse-

ſeruit Ægid. Menag. *Amœnit. jur. civ. c. 26.*

Quadrageſima etiam vectigal eſt, quod portorii nomine exigebatur, antequam octava invaluiſſet. Quinctil. *Declam.* 359. Symmach. *lib.* 5. *epiſt.* 63. *Publicum quadrageſimæ* vocatur a Sueton. in Veſpaſian ut *cap.* 1. Add. Cl. Burmann, *de vectigal. pop. Rom. c.* 5. Hein.

QUADRANS, pro tribus unciis tam in aſſe hereditario, quam uſurario accipitur. Sic *quadrans* integer, apud Ulpian. *tit.* 24. *Regul.* §. 32. Ex *quadrante* hæres ſcriptus: *l.* 17. §. 2. *D. de dol. mal. & met. except.* Auxilio Falcidiæ inſtitutus heres quadrantem retinere poteſt: Paull. *lib.* 3. *ſent. tit.* 8. §. 1. ubi & *quarta* vocatur *ibid.* §. 2. & 3. *Quadrans* fundi: *l.* 8. D. *de rei vindic. quadrantes* uſuræ: *l.* 21. §. 4. D. *de annuis legat.*

QUADRATARII, in *l.* 1. C. *de excuſ. artif.* qui ſint ex libello paſſionis Beatorum Claudii, Caſtorii, Nicoſtrati, & Symphoriani, qui *arte quadrataria* excelluiſſe feruntur, diſcimus. Hic autem uno loco ſcriptum eſt: & cœperunt artifices *quadratarii* incidere lapidem ad collyrium columnæ. *Et alio loco*, tunc cœperunt in nomine Chriſti cavare conchas & pegas & lacus cum ſigillis & cantharis, cum magna tenuitate artis. *Et alias:* ab eadem hora cœpit ſimplicius omnem artem *quadratariam* cum ferramento ſuo, ſicut Symphonianus bene & recte operari. Ex quibus & aliis ejuſdem libelli locis, eorum artificium & induſtriam in columnis & marmoreis lapidibus incidendis, marmoribuſque in tenues cruſtas ſecandis & ſigillis, conchis, cantharisque cavandis, & omnibus argumentis ex marmore aliiſque lapidibus exprimendis verſatam liquet. Quod etiam Sidonii Apollinaris *lib.* 3. *epiſt.* 12. verba comprobant. Sed vide, ait, ut vitium non faciat in marmore lapicida. Quod factum ſive ab induſtria, ſeu per incuriam mihi magis, quam *quadratario* lividus lector adſcribit. Cujacius *ad d. l.* 1. C. *de excuſat. artif.* Græcos ſequutus, *quadratarios* eos interpretatur, qui lapides expoliebant, οἱ τοὺς διαφανεῖς λίθους ἀκονῶντες, ut eſt in Baſilicis. Sed ſi nominis quidem ratio hic habenda, & Cujacii & Briſſonii paullo generalior videtur definitio. Hanc enim ſi ſequamur, illi tantum erunt intelligendi lapicidæ & marmorarii, qui marmora & lapides quadrabant, ſeu in quadrum expoliebant, ſicut viſum quoque præter Alciat. *ad l.* 1. *C. de excuſat. artif.* Jacobo Gothofredo *ad l.* 2. C. *Th. eod. tit.* Carolo Du Freſne in Gloſſar. *hac voce.* Wouverius *quadratores* marmorum apud Caſſiodor. *lib.* 2. *variar. epiſt.* 7. eoſdem cum *quadratariis* noſtris eſſe opinatur, in *Not. ad Sidon.* Dubia tamen ibi lectio eſt, quod & *quadratos* habeant codices. Cave autem in primis, ne per *rem quadratariam*, *quadratoriorum* artem intelligas apud Senec. *Epiſt.* 86.

QUADRATÆ lances: *l.* 19. §. 4. *D. de aur. arg. legat.*

QUADRATUM lapidem, in *l.* 6. §. *penult.* D. *ſi ſervit. vind.* interpretatur Briſſon. quadrangularem & in ſpeciem quadratam cæſum: quomodo & *Zonam quadratam* Feſtus *lib.* 15. interpretatur. Livius *lib.* 6. *cap.* 5. Capitolium quoque ſaxo *quadrato* ſubſtructum eſt. Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 46. Manent adhuc pauciſſimi arcus: poſſunt erigi quidam lapide *quadrato*, qui ex ſuperiore lapide deductus eſt. Sic τετραπέδους λίθους dixit Herodian. *lib.* 8. *cap.* 4. Hirtius *de bello Alexandrin. cap.* 11. Saxum *quadratum.*

QUA-

QUADRIFARITER, pro quadrifariam dixit Paullus, *l. ult.* §. 14. D. *de gradib. & adfin.* fi fequamur Florentinam.

QUADRIGA, junctura quatuor equorum, *l.* 49. *pr.* D. *de verb. oblig. l.* 65. §. 1. D. *de legat.* 1. *l.* 58. D. *pro soc. l.* 10. §. *ult.* D. *quib. mod. ufusfr. vel uf. amitt.* Cujac. in *l.* 21. *D. de legat.* 2. complectitur etiam equos quadrijuges non currum: ab hoc enim diftinguitur apud Jul. Capitolin. *in Gordian.* III. *c.* 27. Quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ funt, Mifitheo autem Quadriga equorum & triumphalis currus. Add. Juvenal. Satyr. 7. & Cujac. *ad l.* 49. D. *de legat.* 2.

QUADRIMENSTRUI breves de quibus eft *titul.* 25. *lib.* 11. *C. Theod.* id eft, breves, qui fingulorum *quadrimenftruorum* tributorum rationem & notitiam continebant: tripertita quippe per annum folutione, feu per *quadrimenftrua* fingula, tributa folvebantur. Caffiodor. *lib.* 12. *var. epift.* 2. notitiæ *quadrimenftruæ* meminit: Expenfarum, inquit, fidelem notitiam quaternis menfibus comprehenfam ad fcrinia noftra dirigere maturabis, ut totius erroris difcuffa caligine, publici ratiocinii poffit claritas adparere. Vid. Jacob. Gothofred. *commentar. ad l.* 1. *C. Th. d. tit.*

QUADRUPES, animal eft, quod dorfo & collo domatur. Ulpian. *tit.* 19. §. 1. *Quadrupedum* alia pecudum numero funt, alia beftiarum: *l.* 2. §. *ult.* D. *ad leg. Aquil.*

QUADRUPLARE pro eo quod in *l.* 27. D. *de furt.* & alias paffim *quadruplicare* legitur.

QUADRUPLARI judicium in *l.* 14. §. 1. D. *quod met. cauff.* quod in quadruplam datur.

QUADRUPLEX judicium. Plin. *lib.* 1. *epift.* 18. centumvirale eft. Eram in *quadruplici* judicio. Idem *lib.* 4. *epift.* 24. & *lib.* 6. *epift.* 34. Ita autem adpellatum fuit, quod e quatuor judicum confiliis & decuriis, quæ in bafilica Julia fedebant: nam in ea quatuor erant tribunalia. Hinc Fabius *lib.* 12. Certo quum in bafilica Julia diceret primo tribunali, quatuor autem judicia, ut moris eft, cogerentur, atque omnia clamatoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus ceteris contumeliofum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Sunt & apud Fabium judicia duplicia in quibus duo confilia ad unam cogebantur haftam, unumque tribunal. Si apud alios judices, inquit, agatur ut in fecunda affertione, aut in centumviralibus judiciis duplicibus parte victa.

QUÆRERE, pro inveftigare paffim, & in *l.* 72. D. *de furtis*, ubi quæro non eft *confulo*, fed inveftigo. Vix enim alias conftabit verus hujus legis fenfus.

Quærere fæpe eft adquirere. *Quærere* actionem: *l.* 3. C. *de rer. permut. l.* 7. *C. de pact. convent. Quæfitus* nativitate vel adoptione adgnatus *l.* 2. §. 3. D. *de fuis & legit. hered. Quæfita* ex emtione ancilla: *l.* 7. *C. de contra emt.* dignitas: *l.* 9. D. *de fenator. Quærere* dominium: *l.* 24. *C. de rei vindic.* donationem: *l.* 13. D. *de collation. Quæfita* eft cauffa donationum: *l.* 25. *C. famil ercifc. Quærere* exceptionem: *l. ult.* D. *de exception.* In fervitute *quæfiti* dicuntur filii, qui ex fervis parentibus nati funt: *l.* 1. §. 1. D. *eod. tit. l. ult.* D. *de adoption. l.* 3. D. *de liberal. cauff.* Per adoptionem etiam *quæfitos* filios dicimus: *l.* 2. §. 3. D. *de fuis & legit. hered.* Hoc genus loquendi antiquum effe docet Feftus in *Quæfo. Quæfitus* frater: *l.* 9. D. *de collation.*

lation. bonor. Quærere fructus: *l.* 16. D. *de impens. in res dotal. fact.* hereditatem: *l.* 6. §. 4. D. *de adquir. vel omitt. hered. Quæsitam* hereditatem dicimus, quæ vel ex testamento, vel ab intestato, vel civili vel honorario jure est adquisita: *l.* 9. *C. de petit. hered. l.* 14. *C. de testam. milit. Quæsitus* honor: *l.* 8. D. *de decurion. Quæsita* libertas manumissione: *l.* 22. C. *de liberal. causs. Quæri* etiam liberi vel vulgo vel jure dicuntur, qui vel ex legitimis nuptiis vel σποράδην suscepti sunt: *l.* 18. D. *de bon. libert. l.* 4. C. *de suis & legitim. hered.* Gell. *lib.* 4. *c.* 3. Quod jure a censore coactus erat, uxorem se liberum *quærendorum* gratia habiturum. *Quæsita* neptis ex filio: *l.* 2. *C. de donat. causs. mort. Quæri* obligatio: *l.* 2. C. *si serv. exportand. Quærere* servitutem tempore: *l.* 2. *C. de servitut.* Quæsiisset jus substitutionis: *l.* 93. *D. de condit. & demonstr. Quærere* successionem sibi: *l.* 14. C. *de testam. milit.* successorem: *l.* 9. *C. de petit. hered.* vectigalia: *l.* 10. *C. de vectigal. & commiss.*

Quæri pro controverti. *Quæri* solet: *l.* 14. D. *de liber. & postum.*

Quærere verbum, est proprium rerum capitalium, pro cognoscere: quod qui accusatur, nocens sit, an innocens cum consilio disquiritur. Cic. *ad Attic. in* 1. Senatus censuit, ut de iis, qui ob judicandum pecuniam accepissent, quæreretur. Hinc *quærere legibus* dicebantur, qui criminum quæstiones exercebant. Cic. in Milon. *c.* 6. Decernebat enim, ut veteribus legibus extraordinem *quæreretur.* Plin. *lib.* 5. *epist. ult.* Caussa dilationis Nepos prætor, qui *quærit* legibus.

QUÆSITOR Vid. *quæstor.*

QUÆSTIO controversia, *l.* 115. D. *de verb. signif. Quæstio* in eo consistit: *l.* 51. *D. de adquir. possess.* in eo est, *l.* 60. §. 4. D. *de rit. nupt.* fiet: *l.* 2. *C. de ordin. judicior.* tam juris vel facti: *l.* 11. §. 12. D. *ad leg. jul. de adulter. Quæstionis* esse: *l.* 13. §. 7. D. *de action. emt. Quæstio* pendens ex jurisdictione: *l.* 88. D. *de solution. Quæstionem* facere & inferre: *l.* 59. §. 2. D. *de liberal. causs. l.* 73. D. *de eviction. Quæstio* intervenit: *l.* 40. §. 1. D. *de bon. libert.* In *quæstionem* venire prædia: *l.* 21. C. *de probation.* In *quæstionem* libertatis vocari: *l.* 7. §. 3. D. *de Carbon. edict.* Sine ulla *quæstione* possidere: *l. ult.* §. *ult.* D. *de rescind. vend. Quæstiones* fisci: *l.* 41. D. *de fidejuss. Quæstio* vulgata: *l.* 1. §. 1. D. *pro dota.*

Quæstiones, quæ & *diræ quæstiones*, tormenta significant ad eruendam veritatem adhibita. *Quæstionem* intelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel levis territio non pertinet ad edictum. *Quæstionis* verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. Quum igitur per vim & tormenta habita quæstio est, tunc quæstio intelligitur: *l.* 15. §. 41. D. *de injur. & famos. libell.*

Quæstiones etiam *publicas* constitutas a Cornelio Sulla Dictatore legimus, de falsis, de sicariis, de veneficiis, de parricidiis, *l.* 1. §. 32. D. de *orig. jur.* Sic *quæstio* publica in Epistola Constantini *ad Eluphrium.* Quæstio judicii publici: *l.* 5. §. 3. D. *de decurion. Quæstio* criminum: *l.* 1. C. *ubi de criminib.* capitalium criminum: *l.* 17. §. 12. D. *ad municipal.* læsæ majestatis: *l.* 8. D. *ad leg. jul. majest.* Fuere & aliis auctoribus repetundarum & ambitus Publicæ con-

constitutæ quæstiones. *Quæstiones* hæ ζητήσεις quoque a Græcis oratoribus dicuntur. Dinarchus certe κατὰ Φιλοκλέυς *in fine p. 90. edit. Wechel.* 1619. ὅτι ὑμεῖς μὲν παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπαινεῖσθε ταῖς γεγενημέναις ζητήσεσιν ὑπὲρ τούτων τῶν χρημάτων. Vobis apud omnes e factis illis de facultatibus *quæstionibus* laudem parari maximam. *Quæstioni* præesse dicebantur prætores, qui *quæstionem* exercebant. Ita judex *quæstionis : l. 1. pr. D. ad leg. Cornel. de sicar. Quæstio* etiam de crimine constitui diceba- tur, quum alicujus criminis inquisitionem senatus mandabat. Sueton. in *Jul. c. 6.* Quem inter publicas cærimonias penetrasse ad eam muliebri veste, tam constans fama erat, *quæstionem* de pollutis sacris decreverit. Vide plura in *perpetuæ* & in *publicæ.*

Quæstionarius, pro tortore, *l. ult. princ. C. Theod. de episcop. judic.*

Quæstor, vel *quæsitor* dicebatur, qui rebus capitalibus præerat. Ascon. Pædian. in *II. Verrin.* Proprie ait, *quæstores* dicuntur criminalium quæstionum. *Quæsitores* & *quæstores* dicebantur quasi ἐρευνάδες, ut Justinianus in *Novell.* 80. *c.* 1. *l.* 2. §. 23. D. *de orig. jur.* Cicero *pro Sex. Roscio c. 30.* Hunc *quæsitorem* ac judicem fugiebant, atque horrebant ii, quibus periculum creabatur. Virgil. *lib. 6.* Æneid. *v.* 432. Quæsitor Minos urnam movet. Idem in eodem negotio non fit defensor & *quæsitor : l. 2. C. Theod. de postuland.* pro quo in *l. 6. C. eod. tit.* Tribonianus reposuit, *non fit advocatus & judex.* Non male. *Quæsitoris* enim nomine non præcise judicem & inquisitorem criminum, sed judicem & cognitorem quemvis in *l. 2. C. Theod. de postul.* signari, etiam id ostendit, quod arbiter in fine legis vocetur, qui antea *quæsitor :* atqui arbitris cum criminali judicio nihil commune est. *Quæsitores* autem criminum creandi ratio olim apud Romanos fuit talis. Cum usus postulabat ex senatusconsulto vel dictator, vel consulum alter, ambove, vel prætorum aliquis de crimine publico quærere jubebatur, qui jussus erat, is quæsitor dicebatur: quos quæsitores ante XII. Tabularum leges creari cœptos subindicat Pomponius *l. 2. de origin. jur.* Dictatorem sane quæstionibus exercendis creatum, legimus apud Livium *lib. 9.* Senatus vero modo consulibus, modo prætoribus quæstiones decernebat. De consulibus qui de Bacchanalibus quærerent auctor est Livius *lib.* 39. Sic Jugurthinæ conjurationis quæstionem consuli mandatum Cic. *in Bruto.* De prætoribus qui de veneficiis & peculatu quærerent scribit Livius *lib.* 38. & 39. Talis fuit quæstio de vi Cn. Domitii prætoris, de qua Cicero & Ascon. in *orat. pro Milon.* Et hoc quidem pacto publicæ quæstiones tractatæ sunt usque ad annum V. C. 604. Anno autem ipso 604. perpetuæ sunt quæstiones institutæ, quod ex verbis his Ciceronis, quæ sunt *in Bruto* colligitur: Carbone forum tenente plura fidei judicia cœperunt. Nam & quæstiones perpetuæ hoc adolescente constitutæ sunt, quæ ante nullæ fuerunt. Hæ autem quæstiones hanc vim habuerunt, ut cum eo tempore seni quotannis prætores crearentur, duo qui jus de privatorum controversiis dicerent, quatuor, qui in provincias juris dicundi caussa cum imperio mitterentur, posthac ratio converteretur, atque quatuor illi, qui sortiri provincias solerent, Romæ suas quisque quæstiones sortirentur, ut majestatis, peculatus, contra sicarios, ambitus, repetundarum:

adeo ut si de aliquo horum criminum esset quærendum, non novo *quæsitore*, qui extraordinem quæreret, opus esset, sed prætor ille, qui ei quæstioni præesset, adiretur, isque, ut ante, cum consilio de eo crimine cognosceret. Prætor itaque ipse dicebatur quærere, & quæstionem ac judicium exercere, & quæstioni præesse, & quæsitor esse. Testis est Cicero in *or. pro Rabir. Posthum.* cum ait. Accusavi de pecuniis repetundis, judex sedi, prætor quæsivi. Et Ascon. judicium C. Cornelii de majestate exercuit C. Gallus prætor. Iterum Cicero in 1. *Verrin.* Duo igitur consules, & quæsitor erunt ex illius voluntate. Item, Subsortiemur in M. Metelli locum, quoniam is huic quæstioni præfuturus est. Et iterum Asconius: Scaurus postulatus est apud M. Catonem prætorem repetundarum, & *post*: M. Cato id judicium exercebat. Et rursum Cicero *de finib.* 1. L. Tubulus prætor quæstionem inter sicarios exercuit. Quæsitoris autem quæ essent partes, docuit Asconius, qui exponens hos Virgilianos versus *lib. 6. Æneid.* Quasi ut Minos urnam movet, ille silentum Conseliumque vocat, vitasque & crimina discit. Ait Virgilius Minoem judicem apud inferos, tamquam si prætor sit rerum capitalium quæsitorem, appellasse, dedisse sortitionem, cum urnam, nomina, electionem judicum, cum ait *conciliumque vocat:* cognitionem facinorum, cum dicit, *vitasque & crimina discit.* Quod idem ex verbis etiam Ciceronis *in Vatinium* colligi potest his: Quæro ex te, dixeritne C. Memmius prætor, ut ex lege Licinia & Junia adesset die trigesimo? Quæro ex te num quis in hac civitate post urbem conditam tribunos adpellarit, ne caussam diceret? Num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eumque vi deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleverit, &c. *Et in Brut.* intelligens dicendi existimatur videt oscitantem judicem loquentem cum altero; nonnumquam etiam circulantem, mittentem ad horas quæsitorem ut dimittat rogantem. Et *Philip.* 5. Quæro si Lysiades citatus judex non responderit, accipietne excusationem is, qui quæstioni præerit. Et in *Rhetoric. ad Herennium:* Accusatoris officium est, inferre crimina, defensoris diluere & propulsare, testis est dicere quæ sciërit aut audierit, quæsitoris est, unumquemque eorum in officio suo continere. Quibus ex locis intelligitur, quæsitoris fuisse, sortiri judices, cogere, dimittere, & crimen cognoscere: vel denique (ut ait *Cornificius*) accusatorem, defensorem, testem in officio continere: vim ac potestatem judicum coercendorum, hoc est, sub pignoribus cogendorum, habere: in sella curuli eburnea pro tribunali sedere. Ipse autem nec juratus erat, nec sententiam ferebat: sed urnæ, in quam & caussarum sortes conjiciebantur, & judices sententiam ferebant, præerat: judices in consilium vocabat: videri fecisse reum vel non fecisse pronunciabat. Quamquam autem judicia fere omnia hoc modo postea sunt facta, non tamen antiqua illa consuetudo intermissa: quia & multi extraordinem ad populum rei facti ut multi ad quæsitores extraordinem a senatu decretos, sive a populo jussos, sunt adducti. Hæc qui plenius audire volet, adeat Sigonium *cap.* 18. *lib.* 2. *de antiquo jure civium. Rom.*

Quæstores parricidii (quemadmodum scribit Pomponius in *l.* 2. D. *de orig. jur.* creari a populo solebant, qui capitalibus rebus præessent. Nam consulibus de capite

pite civis Romani, injussu populi jus dicere non licebat. Fest. *lib.* 14. *Paricidii* quæstores adpellabantur, qui solebant creari caussa rerum capitalium quærendarum. Nam *paricida* non utique is qui parentem occidisset, dicebatur: sed qui qualemcumque hominem: idem autem fuisse indicat lex Numæ Pompilii Regis, his composita verbis: Si quis hominem liberum dolo sciens neci duit, *paricida* esto.

Quæstores ærarii, de quibus in *tit.* D. *de offic. quæstor.* *Quæstores* inquit Varro, a quærendo quod conquirerent pecunias publicas. Tacit. *lib.* 11. *annal.* Apud majores virtutis id premium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent licitum petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur, quin prima juventa consulatum ac dictaturas inirent. Sed *Quæstores* regibus etiam tum imperantibus instituti sunt: quod lex curiata ostendit, ab L. Bruto reperita. Mansitque consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Posthumius, Æmilius, Mamercus, 63. annos post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis, duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus stipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus. Post lege Syllæ viginti creati supplendo senatui, cui judicia tradiderat. Et quamquam equites judicia recuperassent, quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellæ venumdaretur. Ascon in *Verrin.* 1. Quæstores urbani etiam quærebant, ejusque pecunias expensas & acceptas in tabulas publicas referre consueverant. Livius autem *lib.* 17. testis est, eosdem quæstores signa ex ærario promsisse imperatoribus ad bellum exeuntibus. Pomponius *l.* 2. §. 12. D. *de orig. jur.* Deinde cum ærarium populi auctius esse cœpisset, ut essent, qui illi præessent, constituti sunt *Quæstores* qui pecuniæ præessent, dicti ab eo quod inquirendæ & conservandæ pecuniæ caussa creati erant. Ulpian. in *l.* 1. D. *de offic. quæstor.* Origo Quæstoribus creandis antiquissima est, & pæne ante omnes magistratus. Gracchanus denique junctus libro septimo de potestatibus, etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium, binos *Quæstores* habuisse quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert. Sed sicuti dubium an Romulo & Numa regnantibus *Quæstor* fuerit, ita Tullo Hostilio rege *Quæstores* fuisse certum est. Sane crebrior apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in rempublicam induxisse *Quæstores*. Et a genere quærendi *Quæstores* initio dictos, & Junius, & Trebatius, & Fenestella scribunt. Tacit. *lib.* 13. de Nerone loquens: Deinceps curam tabularum publicarum a *Quæstoribus* ad præfectos transtulit, varie habita, ac sæpe immutata ejus rei forma. Nam Augustus permisit senatui deligere præfectos. Deinde ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero prætorum, qui præessent: neque id diu mansit quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæstores rursus imposuit: iisque ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis cum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos, & experientia probatos delegit. Eorum etiam munus erat, prædam ex hostibus captam vendere, pecuniam

inde redactam, in ærarium referre, quemadmodum Gellius *lib.* 13. *c.* 19. declarat. Idem mulctas irrogatas exsequi & in publicas tabulas referre, ut patet ex Livii *lib.* 40. Tacitus *lib.* 13. *annal.* Censuit Piso designatus consul, ne mulctam a Tribunis dictam Quæstores ærarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent. Dio præterea in *lib.* 55. *extr.* scribit, Tuberone, Fabio *Coss.* ad *Quæstores* translatam esse curam senatusconsultorum asservandorum, cum ante Tribunorum plebis, & Ædilium id munus fuisset. Denique (ut paucis horum munus complectar) vectigal populi Rom. in provincia exigebant, stipendia præbebant militibus, singulaque accepta expensaque rationibus inferebant, multas quoque pecunias tam Romæ, quam in provinciis exigebant, & in publicas tabulas notabant, omniumque pecuniarum, rerumque notas, & illustres rationes dabant: illasque confectas & consolidatas, absolutasque, per scribas suos in ærarium deponebant. Vid. Alexand. ab Alex. *Genial. dier. lib.* 2. *c.* 2. ubi & alia Quæstorum munera commemorat. Hos ærarii *Quæstores* postea & Candidatos principis adpellatos esse docet Brisson. *lib.* 1. *Selectar. Antiquit. c.*17. De quibus mox dicam.

Quæstores provinciales erant, qui una cum Proconsulibus, aut Proprætoribus in provinciis exigebant, cum pecuniam sibi ex ærario a senatu adtributam, & a Tribunis ærarii adnumeratam accepissent, unde stipendia, frumenta, legatis, proquæstoribus, cohorti prætoriæ suppeditarent, quemadmodum ex *Verrina* 3. intelligitur. Asconius: Prima Senatoris administratio est, Quæstorem fieri, & in provincia curam gerere pecuniæ publicæ in usus diversos erogandæ. Inter *urbanos* autem & *provinciales Quæstores* hanc differentiam notat Hottomannus. Primum, quod illi neque lictores, neque viatores habebant: cum neque vocationem neque prehensionem haberent, uti scribit Gellius *lib.* 13. *cap.* 12. Hi vero & lictores & togam prætextam habebant, ut in *Verrinam* 4. idem docet. Idque constat ex oratione *pro Plancio* his verbis: Nam simul ac me Dyrrachium attigisse audivit, (de Plancio loquitur Quæstore tum Macedoniæ) statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abjectis, veste mutata profectus est. Altera differentia est, quod *urbani* jus non dicebant: *Provinciales* autem jure dicundo conventus circumibant, ut scribit Suetonius *in Cæsare*, & quæcumque commissa populo Romano essent, exquirebant: neque iis judices ac recuperatores dabant: quemadmodum videmus in *Divinat.* Q. Cæcilium Verris Quæstorem in Agonidem judicium dedisse, *Si pareret se & sua veneris esse dixisse.*

Quæstores Candidati dicebantur, qui libris, hoc est, epistolis sive orationibus principis in senatu legendis præerant, quemadmodum docet Ulpianus in *l.* 1. *D. de offic. quæst.* Lampridius in *Alexand. Quæstores candidatos* & sua pecunia jussit munera populo dare: sed ut post quæsturam præturas acciperent, & inde provincias regerent. Quibus ex verbis *candidatos* suspicatur ea re dictos esse, quod hic ingressus erat, & quasi primordium gerendorum honorum, & sententiæ in senatu dicendæ: quemadmodum Ulpianus eo loco scribit. Dio *lib.* 54. *συναγαγὼν δὲ ἐκ τούτου τὸ βουλευτήριον, αὐτοῖς μὲν οὐδὲν εἶπεν ὑπὸ βράγχου, τὸ δὲ δὴ βιβλίον τῷ ταμείᾳ ἀναγνῶναι δοὺς τά τε πεπραγμένα οἱ κατεριθμήσατο.* Tacitus *lib.* 16. Inter quorum aspectus & minas ingressi curiam

Se-

Senatores, oratio principis, per *quæstorem* ejus audita eſt. Sueton. *in Tito.* Recepta ad ſe proprie omnium officiorum cura, cum patris nomine, & ipſe epiſtolas dictaret, & edicta conſcriberet, orationeſque in ſenatu recitaret etiam *quæſtoris* vice.

Quæſtor ſacri palatii, ſub Impp. Conſtantinopolitanis, is erat, qui petitionibus ſubſcribebat, vel etiam reſponſa reddebat, &, (ut paucis complectar) qui leges dictabat preceſque ac reſponſa ſubnotabat, ut conſtat ex *Notitia Imperii* & *Novell.* 53. & 124. *l. ult. C. de diverſ. reſcript.* Sub eorum etiam diſpoſitione laterculum minus erat, ut ex *l.* 32. C. *de adpellation. l.* 1. C. *de offic. quæſt. Novella Valentin.* 3. & *l. ult.* C. *de petition. bonor. l.* 64. & 65. *C. de decurion.* patet. Symmachus ad Auſonium: *Quæſtor* eſt, memini: conſilii regalis particeps, ſcio, precum conditor, recognoſco. Et *alio loco.* Te magis quæſturæ honos, & condendarum functionum uſus exercuit. Procopius 1. *de bello Perſico.* ει μὴ πρόκλος ἐκώλυσεν, ὡς βασιλεῖ τότε παρήδρευε, τὴν τȣ̃ καλȣμένȣ κυαίςωρος ἀρχὴν ἔχων ἀνὴρ δικαῖος, διὸ δὴ ȣ̓́τε νόμον τινὰ ἐυπετῶς ἔγραφεν. Et *alio loco.* Τριβȣνιάνος βασιλεῖ πάρεδρος, κυαίςωρα τȣ̃τον καλȣ̃σι ῥωμαιοι. His vero de cauſſis *Quæſtor* juſtitiæ & legum cuſtos adpellatur, & theſaurus famæ publicæ, & armarium legum, in *Novell. Valentiniani de homicid. caſ. fact.* Et Caſſiodoro non uno in loco. Denique is plane eſt *Quæſtor*, quem in aula Cancellarium nos & Latini etiam adpellarunt. Niceta 7. Τὸν ὀικεῖον ὡς ἡ λατίνων βȣ́λεται φωνὴ καγκελλάριον ὡς δ' ἕλληνες ἐιποιεν, λογοθέτην. Nam & ſic legitur in Notitia officiorum Conſtantinop. μέγας λογοθέτης διατάτlει τὰ παρὰ τȣ̃ βασιλέως ἀποςελλόμενα προςάγματα τέ, καὶ χρυσόβȣλλα, πρός τε ῥῆγας τȣ̃ λιτάνοις καὶ τοπάρχοις καὶ τȣ̃το μὲν ἴδιον τȣ̃ μεγάλȣ λογοθέτȣ ὑπηρέτημα. His porro verbis Quæſtor reſcriptis & conſtitutionibus ſubſcribebat: *Quæſtor legi*, addita die: ut in conſtitutionibus Juſtini, & Tiberii de adſcriptitiis. Præcedebat ſubſcriptio principis, addita etiam die: quod iis verbis ſignificatur in *Novell. Valentiniani de homicid. caſ. fact. Et manu divina. Divinitas te ſervet per multos annos.* Et *Novell. de jud. reliq.* quod tamen in impreſſis deeſt: *Et manu divina: optamus vos feliciſſimos*, &c. Addebatur etiam dies, quo is, ad quem dirigeretur conſtitutio, eam accepiſſet, & quo fuiſſet *antelata*, id eſt, programmate propoſita, *l.* 27. C. *Theod. de iis qui ſuper rel. cont.* ideoque in una nonnumquam, & eadem conſtitutione, quatuor dies iis verbis ſubnotatos invenias, *data*, *ſubſcripta*. *accepta*. *antelata*, vel *lecta* vel *allegata.* Etiam hoc adjiciemus, eumdem morem poſteriores Imperatores retinuiſſe, ut & ipſi ſubſcriberent conſtitutionibus, & chartularius cubiculi, quem vocarunt τὸν ἐπὶ κανικλείȣ, ut ex quadam Manuelis conſtitutione teſtatur Cujac. ad *l.* 2. *C. de petit. bonor. ſublat.* Ad *Quæſtorem* autem pertinebant memoriales, id eſt, (ut Græci interpretantur) οἱ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. *d. l.* 2. & οἱ τῶν ὑπομνημάτων πάντων, ad *l.* 11. *C. de excuſat. muner.*

Quæſtor exercitus, in *Novell.* qui a Procopio definitur χορηγὸς τῆς τȣ̃ ςρατιοπέδȣ δαπάνης, rectiſſime. Nam *Novell.* 41. ςρατιωτικὰς δαπάνας. Et Julian. *Novell.* 50. annonas militum, tam Comitatenſium, qui per caſtra ſunt, quam limitaneorum eum diſtribuiſſe. Sed habuit etiam juriſdictionem & auditorium & adparitio-

tionem instar præfecti prætorio, & vicarium in urbe: nam sub eo erant provinciæ quinque; Scythia, Mysia, Caria, Cyprus, & Cyclades insulæ quarum caput Rhodus: & inde Rhodi adpellatione *d. Novell.* 41. Cyclades significantur. Habuit harum provinciarum unaquæque suum præsidem, & de præside Cycladum est, *l.* 4. C. *de navicul. Novell.* 163. & ab his præsidibus adpellabatur, non ad præfectum prætorio, Sed ad *Quæstorem* exercitus; ex *Novell.* 50. cui *Novella* 41. ita derogat, ut ex Misia quidem & Scythia adpellationes apud eum inducantur, quod is sedem suam in iis provinciis habeat: ex ceteris autem provinciis, ut adpellationes in urbem inducantur apud eumdem ipsum, si forte in urbe fuerit, vel apud vicarium ejus, adhibito quæstore sacri palatii. Item a judice, quem ipse dederit in eis provinciis, puta Caria, Cypro, Rhodo, ut adpellatio ad vicarium ejus peragi possit: Si forte eum exercitus caussa, & necessitas avocaverit a munere judicandi, vulgo dicitur, a judice dato cum adpellari, qui judicem dedit: id sic est accipiendum, ut & successor ejus adpellari possit, *l.* 1. D. *quis a quo adpell.* vel vicarius, ex *Novell.* 41. Vulgo dicitur; apud quem cœptum est judicium, & finem accipere debere. Et hic quoque addatur, vel apud successorem ejus, aut vicarium.

Quæstor cujus meminit *Novella* 80. creatus constitutusque est a Justiniano Constantinopoli, quærendis coercendisque mendicis, inertibus, otiosis, peregrinis, errantibus & vagis, cujuscumque conditionis essent, sive clerici, sive monachi, sive advocati aliarum civitatum, quos συνηγόρυς dicta Novella vocat, & Julianus scholasticos, ut *l.* 2. *C. de lucr. advocat.* Non enim qui in foro, verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus. Schola & auditorium, & ficta caussa innoxia est: ut si forte exteri litis caussa in urbem venerint, vult Justinianus, *Quæstore* imminente, instante, urgente, & ad extremum audiente & cognoscente, morantibus judicibus celerrime eorum lites finiri. Eidem in mendicos validos coercitionem dat minorem, quam definit: *l.* 1. C. *de mendic. valid.* & constituit quamdam veluti ἀργίας actionem, ut ipse ait, id est, inertiæ & lenitudinis, qualis fuit olim apud Græcos. Datur etiam huic *Quæstori* potestas cognoscendi de crimine falsi, & de superexactionibus executorum, id est, si supra modum sportulas exegerint. Videtur & jus habuisse imbecillis dandi tutores, ut ex Harmenopul. 5. *tit.* 11. constat., qui & in *fin.* 6. de ejus officio tractat,

Quæstores eleemosynarum *c.* 2. *pr. de pœnis extra.* & vide in *Clement. eod. tit. c.* 2. *de hered. ut commiss.* §. compescendi *lib.* 6. Forma privilegii talium *Quæstorum* est *c. cum ex eo*, *de pœn. extra.*

QUÆSTUARIÆ mulieres & *Quæstuaria* corpora, quæ quæstum corpore faciunt, *l.* 4. §. 2. D. *de his, qui not. infam. l.* 43. §. 7. *&* 9. D. *de rit. nupt.* Valer. Maxim. *lib.* 6. *c.* 1. P. Atilinum Philistum in pueritia quæstum corpore facere coactum. Idem *eod. cap.* Sed sponsionem se facere paratum diceret, quod adolescens ille palam atque aperte corpore quæstum factitasset. De Tuscis auctor est Plautus, puellas sibi dotem corpore quæsivisse. Cistell. *Act.* 2. *sc.* 3. *v.* 20. ubi & Tusco modo Tute tibi indignæ dotem quærat cor-

corpore. Plura vide in *corpus*. *Quæstuariam* mulierem pro ea, quæ se quæstus caussa prostituit, parum Latine a Ictis dici, existimavit auctor anonymus de *Latinitate vet. Ictor.* p. 411. Sed ita loquutum esse Senecam *de benef. lib.* 6. *c.* 32. & Tertullian. *de cultu femin. c.* 12. observat Bynkersh. *observ. lib.* 1. *c.* 25. Locum alium Tertulliani *de Spectacul.* c. 30. indicavit Lindenbrog *ad Terent. Andr. Act.* 1. *scen.* 1. *Quæstuosam* mulierem, pro *Quæstuaria* dixit Plaut. *Mil. Gloriof. Act.* 3. *sc.* 1. *v.* 183. Hein.

QUÆSTURA civitatum : *l. ult.* D. *de muner. & honor.*

QUÆSTUS intelligitur, qui ex opera cujusque descendit. B. Augustin. *Serm.* 48. ad divites. *Quæstus* ait, est adquisitio lucri. Lactant. *lib.* 6. *divin. instit. c.* 6. Itaque & *quæstu* & obtentu faciliores sunt malis, quam bonis. *Quæstus* caussa in certamina descendere : *l.* 2. §. *ult.* D. *de postuland. Quæstum* facere *de* vel *ex* adulterio : *l.* 3. D. *de minorib. l.* 29. §. 3. D. *ad leg. jul. de adulter.*

Quæstus fundi, in *l.* 22. D. *de instruct. vel instrum. legat.* reditus est, ut adpareat ex conjunctione *l.* 12. §. 12. D. *eod. tit.*

Quæstus publicus, in *l. un C. de mendic. valid.* pro stipe, quæ a mendicantibus publice in civitate colligitur.

QUALIS *qualis*, pro qualiscumque : *l.* 88. D. *de adquir. vel omitt. hered.* Add. Ducker. *de Latin. vet. Jurisconf. p.* 322.

QUALECUNQUE dominium in *l.* 11. §. 5. D. *de except. rei judic.* hoc est, sive dominium bonitarium, sive dominium Quiritarium : vel, ut non male Joannes loquitur, sive dominium civile, sive naturale, qui enim, inquit Cujac. dominium aliud directum, aliud utile faciunt, magno errore labuntur.

Qualiscumque possessor : *l.* 22. §. *pen.* D. *quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* hoc est, sive justus, sive injustus possessor.

QUALITAS alias accipitur pro conditione rerum, quatenus ad commercium hominum possunt accommodari, ut in *tit.* D. *de divifion. rerum & qualit.* Alias accipitur pro bonitate vel æstimatione rerum : §. 1. *Institut. quib. mod. re contrah. oblig. l.* 1. D. *de oblig. & action.*

Qualitas in jure nostro accipitur etiam, pro differentiis facientibus rem certam ac determinatam, & contrahentibus rem ad individuum : textus est secundum Zasium, in *l. stipulationum quædam* D. *de verb. oblig.* Itaque *qualitas* est, quæ speciem ex differentibus declarat. Ideoque quam Ulpianus in *l.* 21. §. 1. *v. Sed etsi* D. *de testam.* nummorum *qualitatem* adpellat, eam Papinianus in *l.* 78. §. 1. D. *de hered. instit. speciem* vocat. Similiter Caius in *l.* 74. D. *de verb. oblig. qualitatem* demonstrari ait, cum certam speciem nominamus : veluti fundus Tusculanus, homo Stichus, & *lege sequ.* Cum vinum Campanum optimum dicimus, ea res, inquit, efficit, ut ea adpellatio certi significatio sit.

Qualitatum genera duo sunt : *necessariæ*, non *necessariæ*. Necessariæ in actione exprimi debent, ut peto a pupillo, quæ ei auctore tutore mutuavi. Hæc plerumque a jure præsumitur, *l.* 8. §. 2. D. *de bon. possess. contr. tab. l.* 4. *in fin.* C. *de jur. & fact. ignor.* De qualitatibus autem non necessariis perpetuum est, ut eas exprimi nihil necesse sit. Si tamen exprimantur, ne vitietur petitio, probandæ veniunt, *l.* 13. D. *de institor. act.*

Qualitas adjecta verbo, secundum tempus verbi intelligenda est, *l.* 4. §. 1. D. *de noxal. act.*

Qua-

Qualitas prædii, bonitas, salubritas, amplitudo, *l. si quid aliud. de verb. signif.*

Qualitatem & materiam pro eodem posuit Ulpian. *l.* 14. D. *de contrah. emt.*

Qualitas frumenti pro genere & specie, *l.* 21. §. *etsi dotem.* D. *de testam.*

QUALITER se habere, id est, qualitatibus quibusdam adfectum & præditum esse. Celsus *l.* 79. D. *de verb. oblig.* Quid aliud sunt jura prædiorum, quam prædia *qualiter* se habentia? Ut bonitas, salubritas, amplitudo. Idem eodem sensu usurpavit, *l.* 12. D. *quemadm. servit. amitt.* Fundus, inquit, *qualiter* se habens, ita cum in suo habitu possessus est, jus non deperit. Atque ita habent Pand. Florentinæ: alii codices utrobique habent ut in sequenti articulo.

Qualiter qualiter, pro qualitercumque, ut qualis qualis, & legitur passim, ut in *l.* 5. §. *ult.* D. *de administr. & peric. tut.*

QUALUS, in *l.* 15. §. 1. D. *de usufr.* est spisso vimine vel salice contexta sporta. Fuit inversæ metæ similis, ut Columella *lib.* 1. *c.* 15. indicat. Unde Virgil. *lib.* 2. *Georg. v.* 241. Et spisso vimine *quali.* Inde *quali* vindemiatorii exceptoriique, quibus uvæ comportantur & liquantur. *l.* 8. *pr.* D. *de instr. vel instrum. legat.* In eadem lege habetur: Conservandi *quasi* dolia, licet defossa non sint, & cupæ. Quum vero illud. *quasi* ibi sensum non fundat, Bynkersh. *lib.* 7. *observ. c.* 25. legi monet: *quali*, *dolia.*

QUAM, pro magis quam, vel potiusquam, ut Anton. Augustinus *lib.* 4. *Emendat. c.* 8. aliquibus in locis observavit, persæpe ponitur, *l.* 2. §. 6. D. *de judic. l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 7. *pr.* D. *deposit. l.* 20. *in fin.* D. *de adquir. hered. l.* 49. D. *de legat.* 1. vide *l.* 78. §. 6. D. *de legat.* 3. *l.* 5. D. *de suspect. tutor. l.* 5. *pr.* D. *de dol. except. l.* 8. *C. de judic. l.* 18. *C. de liberal. causs. l. ult.* C. *de usufr. l.* 20. §. 13. D. *de nov. oper. nunciat. l.* 1. D. *de mort. causs. donat. l.* 6. D. *ad SC. Trebell. l.* 21. D. *d. hered. vend.* & apud Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 5. *& tit.* 6. §. 3. *& lib.* 5. *tit.* 18. §. *ult.* Et Tertullian. *de spectacul. cap.* 16. & sors fit, sine caussa amare liceat, *quam* sine caussa odisse. Ita idem loquutus est in *lib. advers. physicos & de oratione.* Sic & alii sæpe auctores, ut est & Priscianus testis, *lib.* 16. *p.* 1030. *edit.* Putsch. Discretivæ, ait, vel electivæ conjunctiones sunt, quando diversis præpositis aliquid ex eis nos eligere ostendimus, ut dives esse volo, *quam* pauper. Terent. in *Andr.* Quæ inhoneste voluit divitias parare, *quam* honeste in patria pauper vivere. Tertullian. *lib.* 2. *advers. Marcion. c.* 19. Quia bonum scilicet fidere in Dominum, *quam* fidere in hominem. Et in *Apologet. cap.* 8. Sed bestiarum, inquit, opinor, hoc munus, quam hominis. Et *cap.* 28. In civitatibus denique apud vos per omnes Deos, *quam* per unum genium Cæsaris pejeratur. Sic & in *lib. advers. Hermogen.* & *adv. Valentin.* & *ad Martyr.* & alibi sæpe idem auctor loquitur. Liv. *lib.* 3. Oratio fuit precibus, *quam* jurgio similis. Tacit. *lib.* 1. *Annal. c.* 58. Verum quia Romanis Germanisque idem conducere, & pacem *quam* bellum probabam. Idem *lib.* 3. *c.* 8. Ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem, *quam* remota æmulo æquiorem sibi sperabat. & *cap.* 17. Quum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo, miseratio *quam* invidia augebatur.

batur. Censorin. *de die natal. c.* 14. *extr.* de Aristotele loquens, ut mirum sit, ait, (Lindenbrog. tamen edidit *magis mirum* sit) ad annos sexaginta tres eum vitam pertulisse, *quam* ultra non protulisse. Sic & Terent. in *Prolog. Eunuch. v.* 1. si est quorumdam interpretatio, loquutus est. Sic & Claudian. *de bello Gildonic. v.* 186. Phalarim tormentaque flammæProfuit, & Siculi mugitus ferre juvenci, *Quam* tales audire choros.

Quam pro antequam, in *l.* 1. *C. ubi causs. fiscal.*

Quam bis redditum pro *tam* in *l.* 1. *in fin.* D. *de doli mal. & met. except.* Et quidem dolo fit *tam* in contractibus, *quam* in testamentis, *quam* in legibus.

Quam pro nisi accipitur, quum dicimus: nemo vindicare potest, *quam* qui *l.* 2. D. *si servit. vind.* Eadem prope significatione accipitur aqud Sueton. in *Galba cap.* 8. Ne ad gestandum quidem umquam iter ingressus, *quam* ut secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret. Tertullian. *de carne Christi cap.* 9. Quid est sanguis *quam* rubens humor? Quid caro, *quam* terra conversa in figuras suas. Et in *libro de Monogamia.* Sic & in *lib. de oratione.* Quid autem Deus vult, *quam* incedere nos secundum suam disciplinam? Sic etiam *quam si* dicitur, pro nisi, *l.* 3. §. 13. D. *de liber. hom. exhib. l.* 3. §. 15. D. *de statuliber.* ubi: non statim perveniret, *quam si* quinquennium præterisset, pro non aliter vel non potius quam præteriisset, vel non perveniret, nisi.

Quam intendit & auget significationem, magis adhuc *perquam.* Sic *perquam* iniquum: *l.* 3. *pr.* D. *quib. ex causs. in possess.* Quamprimum: *l.* 43. D. *de liberal. causs.*

QUAMDIU pro quoad, *l.* 15. D. *quib. mod. ususfr. amitt. l.* 1. D. *de pen. legat.* & passim.

Quamdiu pro quatenus, *l.* 10. *l.* 20. §. 2. *in fin.* D. *famil. ercisc. l.* 28. §. 6. D. *de pœn. l.* 25. §. *ult.* D. *de usur.*

QUAMVIS, non est adversativa particula in *l.* 13. §. *ult.* D. *de his qui not. infam.*

Quamvis, dubitandi tantum rationem indicat, non prioris sententiæ mutationem: *l.* 1. §. 1. *in fin.* D. *ut legator. seu fideicommissor. l.* 1. §. 2. D. *de eo per quem factum erit.*

Quamvis, exceptionis nota, in §. 8. *Inst. de excusat. tutor.* cum *l.* 6. §. *ult.* D. *eod. tit.*

Quamvis correctionis nota: *l.* 45. §. 6. D. *de verb. oblig. l.* 2. §. 2. D. *de prætor. stipul. l.* 17. §. 5. D. *ad exhib.*

QUANDO, pro quandoquidem, familiaris Africano loquutio, *l.* 21. §. 1. D. *commodat. l.* 17. §. 1. *in fin.* D. *de in rem vers. l.* 19. §. *ult.* D. *ad SC. Vellei. l.* 24. D. *de præscr. verb. l.* 44. §. 1. *in fin.* D. *eod. tit. l.* 38. §. 1. & 3. D. *de solution.*

QUANDOQUE, pro quandocumque, *l.* 77. §. 25. & 30. D. *de legat.* 2. *l.* 41. §. 6. D. *de vulgar. & pupill. subs.* & ita non raro in libris nostris usurpatur, *l.* 15. §. *ult.* D. *ex quib. causs. major. & passim.* Sic: *quandoque* adparuerit: *l.* 15. D. *de legat.* 3. conditio exstiterit: *l.* 28. D. *ad SC. Trebell.* liberos habuerit: *l.* 18. D. *quand. dies legator.* inciderint: *l.* 9. D. *de legib.* nupserit: *l.* 30. D. *quand. dies legator.* sequutis nuptiis: *l.* 59. §. *ult.* D. *de jur. dotium.* venerit: *l.* 2. D. *de condit. & demonstr.* Sic & ubique pro ubicumque dicitur: *l.* 77. D. *de contrah emt.* & *l.* 20. *in fin.* D. *de oper. libert.* Columell. *lib.* 2. *c.* 4. & *c.* 10. & *lib.* 4. *c.* 24. *Quandoque* igitur, (sic enim in vet. cod.) vinitor hoc opus obibit, tria præcipua custodit. Horat. in *art. poet. v.* 359. In-

Indignor *quandoque* bonus dormitat Homerus.

Quandoque restituas, in *l.* 29. D. *quand. dies legat.* hoc significat, quum primum potueris.

Alibi *quandoque* valet aliquando, ut *l.* 22. D. *de adoption. l.* 7. §. 9. D. *de donat. inst. vir. & ux.* At in *pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* quod ait Justinianus, ut *quandoque* (sic enim legunt. Anton. Augustin. *lib.* 3. *emendat. c.* 7. & Lud. Charondas, ceu notavit Schulting. *ad Caii Inst. lib.* 2. *tit.* 9. §. 1.) non eadem, sed alia ejusdem naturæ & qualitatis reddantur, id Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 9. §. 1. eamdem rem tractans dixit *statuto tempore.* Et ita in *l.* 42. D. *de jur. dot.* accipi hæc vox potest, & in *l.* 37. §. 4. D. *de legat.* 3. & *l.* 5. §. *ult.* D. *de Carbon. edict.* Nota etiam, *quandoque* dominus, *l.* 7. C. *de judic. Quandoque* adgnoscitur judex : *l.* 7. §. 7. D. *de administr. & peric. tut.*

QUANTITAS, plerumque in jurisconsultorum libris summam pecuniæ significat, *l.* 11. D. *de compens. l.* 3. §. 3. D. *de contrar. tut. & util. act. l.* 47. §. 1. D. *de jur. fisc. l.* 65. D. *de verb. oblig.*

Sæpe autem ea, quæ pondere, numero, mensura continentur, *quantitatis* adpellatione demonstrantur. Et ideo a corporibus, quæ neque pondere, neque mensura circumscribi solent, quas & species adpellant, separatur, *l.* 34. §. 3. & 5. D. *de legat.* 1. *l.* 94. §. 1. D. *de solution. l.* 89. D. *de legat.* 2. *l.* 6. *C. si cert. pet.*

Quantitas etiam modum significat, *l.* 94. D. *de verb. oblig.* in qua quod initio Marcellus *quantitatem* dixerat, postea modum vocat. Sic *quantitatem* patrimonii, operis, transactionis, legatorum dicimus, *l.* 21. *in fin.* D. *de oper. nov. nunc. l.* 19. D. *de militar. testam. l.* 72. & 73. D. *ad leg. falcid. Quantitas* aquæ : *l.* 1. §. 1. *D. ne quid in flum. publ.* dotis : *l.* 45. *D. de solution.* emolumenti : *l.* 26. *D. de manumiss. vind.* hereditatis : *l.* 4. *C. de hered. vel act. vend.* legatorum : *l.* 18. *l.* §. 4. *D. de alim. vel cibar. legat.* operis : *l.* 21. §. *ult. D. de oper. nov. nunciat.* pretii : *l.* 89. §. *ult.* D. *de legat.* 2. probabilis & licita : *l.* 1. §. 12. *D. de extraord. cognit.* usurarum : *l.* 24. D. *de præscript. verb.*

QUANTUS, *a*, *um. Quanta* pecunia ad me dotis nomine pervenerit. Quanta pecunia ad te ex hereditate illius pervenit. Utroque sermone, tam quæ in quantitate, quam quæ in corpore consistunt, comprehenduntur, *l.* 95. D. *de legat.* 3. *l.* 42. §. 1. D. *de legat.* 2. *l.* 2. D. *de hered. vel act. vendit. l.* 7. & *l. ult.* D. *de dote præleg. l.* 50. *in fin.* D. *de verb. oblig.*

Quanti ea res est, vel *quanti* eam rem patet esse, vera rei æstimatio significatur : *l.* 179. *D. de verb. signif.* Nec enim ad id, quod interest, sed ad rei æstimationem verumque pretium plurimum hæc clausula refertur, *l.* 93. *D. de verb. signif. l.* 8. *D. de in lit. jurand.* veluti in edicto, quo adversus eos, qui in turba damnum dederint, actio in duplum *quanti ea res est* proponitur : *l.* 4. §. 11. *D. vi bonor. raptor.* Et ideo nonnumquam *id quod interest*, & *quanti ea res est* opponuntur : *l.* 1. §. *ult. D. si quis jus dicent. non obtemp. l.* 4. §. 7. *D. de damn. infect.* Nam *id quod interest*, verum rei pretium plerumque egreditur, & excedit, *l.* 1. *D. de action. emt.* Verum tamen pro re subjecta varie fit horum verborum interpretatio. Interdum enim veritatem, id est, veram quantitatem, ut in edicto, qui satisdare co-

coguntur, & in edicto de falso tutore, interdum pœnam, ut in edicto, quod contra eos, qui in jus vocatos vi exemerint, scriptum est, continent, *l. penult.* §. 1. *D. ne quis eum, qui in jus vocat. l.* 2. §. *ult. D. qui satisd. cog. l.* 7. §. 1. *D. quod fals. tutor.* Nec semper corporis ipsius, sed ejus juris, de quo agitur, æstimationem continent, ut in edicto, quod metus caussa. Item de dolo, *quanti ea res est.* Sic accipimus *quanti*, id est, quod metu dolove extortum a nobis est, & quod restitui oportet: ut si proprietas absit, proprietas: si possessio, sola possessio æstimetur: *l.* 14. §. 7. *l.* 21. §. 1. *D. quod met. causs. l.* 18. *D. de dol. mal.* Et in edicto de servo corrupto, *quanti ea res est*, sic accipitur, quanto servus qui ob id corruptus est, minoris existat, *l.* 9. *in fin. D. de serv. corrupt. l.* 193. *D. de verb. signif.* Interdum vero, *Quanti ea res est.*, utilitatem significat, & ad id, quod interest agentis, pertinet, ut in stipulatione, ratam rem haberi, non rei stipulandi vel promittendi compendium spectandum est, sed quod interest ejus, qui stipulatus est, ratum haberi quod gestum est, *l.* 3. & 8. §. *ult. l.* 19. *D. rat. rem. haber.* Et in interdicto, uti possidetis, *quanti* interest uniuscujusque possessionem retinere: *l.* 2. §. *ult. D. uti possid.* Similiter in interdicto, de itinere actuque privato, ex his verbis æstimatur, quanti actoris intersit, via sive itinere non prohiberi, *l.* 1. & 3. §. 3. *D. de itin. actuq. privat.* At in interdicto, ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit, quum ad personam domini hæc verba referuntur, veram utilitatem continent, ut *quanti* vere intersit, possessionem ejus rei habere, in cujus possessionem missus est, tanti is, qui prohibuit condemnetur, *l.* 1. *pr.* & §. 5. & *l.* 2. *D. ne vis fiat ei, qui in possess. Quanti* plurimi res est: *l.* 21. & 25. *D. ad leg. aquil.*

Quanti pro quot. Tanti *quanti* inveniantur, pro tot, quot inventi fuerint, *l.* 65. *D. de legat,* 1. *Quantus* autem pro quot optimæ Latinitatis scriptores dixisse probat Ducker *de latin. vet. Jurisc. p.* 358. *Hein.*

Quantus quantus pro simplici *quantus*, in *l.* 1. §. 2. D. *si quid in fraud. patron.* Ducker *p.* 324. *Hein.*

Quantæcumque fuerint naves eorum, id est, quotcumque, *l.* 5. *C. Theod. de navicular.*

Quanto minoris actiones in jure civili duæ reperiuntur, quarum altera civilis, altera ædilitia est. Civilis est, quanto minoris empturus erat emtor, si vitium scisset: *l.* 13. *pr. D. de action. emt.* Ædilitia est, quanto minor res fuit contractus tempore, quam quanti emta est, *l.* 31. §. 5. *D. de Ædilit. edict.* Per civilem actionem emtor si nihil daturus fuisset, omne quod dedit, recuperat: at per edilitiam, si res nullius pretii est, redhibetur, *l.* 43. *pr. D. eod. tit.* Illa perpetua est, hæc vero annua, *l.* 38. *D. eod. tit.*

Quanto minus a Titio consequutus fuero, tantum dare spondes? Si ita stipulatus fuero, non solet dubitari, quin si nihil a Titio fuero consequutus, totum debeas, quod Titius debuerit, inquit Caius *l.* 150. *D. de verb. signif.*

QUARTA quæ in jure nostro frequentissime adpellatur, multiplex est: & quadrantem ejus, assis, de quo agitur significat. Præcise namque *quarta*, pro quarta parte fere nominatur. *Quartas* igitur litterarum ordine describemus. *Quarta* adgnatorum erat quadrans he-

hereditatis inteſtato mortui, quam agnati, ſi filii non exſtabant, nepotibus ex filia auferebant, *l. 4. C. Theod. de legit. hered.* at ex lege Juſtiniani quamdiu poſteri ulli ſunt, agnati non admittuntur, *l. ult.* C. *de ſuis legit.* qua lege *quartam* illam agnatorum abrogavit.

Quarta adrogati alias *Quarta* D. Pii, quæ ab hoc Imperatore introducta eſt. Cum impubes cauſſa cognita arrogatus, ſine cauſſa tamen emancipatur, tunc quartam bonorum adrogatoris cum ſuis bonis obtinet. Ejus mentio eſt in *l. 8. §. 15. D. de inoff. teſtam. l. 1. §. 21. D. de collation. bon. l. 22. D. de adoption.* Hoc autem, periculi, quod vitæ pupillorum, ab adrogatoribus impendebat, evitandi cauſſa, inſtitutum eſt: Duo quippe cavenda fuerunt in iſtis adoptionibus, quia duplex ad deprædandum adrogati patrimonium aditus patebat. Primum, ſi puer a medio tolleretur: deinde ſi emanciparetur: nam utroque modo illius bona adrogatori quærebantur. Conſtitutum ergo eſt primum, ut ne adrogator impuberis ejus ante pubertatem mortui heres eſſet: deinde, ut impubes minimum quartam adrogatoris ſui bonorum partem lucraretur.

Quarta Centeſimæ quid ſit *l. fi. C. de pet. hered.* docet. Ant. Auguſtin. *lib. 2. emendat. c. 10.*

Quarta Curiæ dicitur, quadrans ejus hereditatis, quam alienus aliquis (hoc eſt non ex numero decurionum) qui curiali ſucceſſit ſive ex aſſe, ſive ex parte ſucceſſit, obtinuit. Tum enim conſtitutum eſt, ut curia quadrantem poſtulare poſſit, non tamen de ſingulis rebus, ſed ita, ut heres univerſum patrimonium in quatuor partes dividat: & ſors ducatur, ut vel curia quadrantem, vel heres dodrantem obtineat, *l. 1. 2. C. quand & quib quart pars.*

Quarta Divi Pii. Vid. ſupra *quarta* adrogati.

Quarta Epiſcoporum inſtituta eſt a Juſtiniano, ſed mira varietate. Nam in *Novell. 6. Quomod. oport. Epiſcop.* ſtatuit, ut qui ex curialibus aut cohortalibus Epiſcopus creabitur, quadrantem omnium ſuorum bonorum curiæ largiatur. At *Novell. 123. de Eccleſ. diverſ.* ſtatuit ut bonorum ſuorum quartam duntaxat retineat, reliquum curiæ attribuatur.

Quarta ex tribus maribus eſt, quæ per Senatuſconſultum Sabinianum inducta eſt: ut qui ex tribus maribus in adoptionem datus fuerit, ei quarta pars bonorum adoptivi patris relinquatur, *l. pen. §. 3. C. de adoption.* ubi Juſtinianus eos etiam qui ex SCo Sabiniano ex tribus maribus fuerint adoptati, ab hereditate patris adoptivi extranei excludit ſi fuerint emancipati, nulla differentia inter hos & alios, extra rationem SCi Sabiniani adoptatos relicta. Nam Imperator, poſtquam in §. 2. dictæ legis dixit: Sin autem per emancipationem jura adoptiva fuerint diſſoluta, tunc nullus ei penitus regreſſus ad adoptivum extraneum patrem, etſi moriatur inteſtatus, relinquatur, ſed maneat tantum modo patrem naturalem cognoſcens, tamquam non fuiſſet ab initio in adoptionem translatus; Statim ſubjicit: Quæ autem de aliis adoptivis diximus, hæc ſancimus etiam de his, qui ex Sabiniano Senatuſconſulto ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos, & eos introducenda. Et ita intellige §. 14. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* ex quo loco perperam nonnulli colligunt: Senatuſconſulti Sabiniani ſententiam fuiſſe, ut adoptatis ex tribus maribus patris naturalis hereditatis quarta re-

linquenda esset, quod scilicet æquum visum esset Senatui, ut tres isti liberi, qui alias ex Lege Papia & SCo Tertulliano, tam multum prodessent, etiam in hereditate patris naturalis beneficio quodam fruerentur. Verum probabilior videtur prior sententia, qua filio ex tribus maribus adoptato pater adoptivus quartam bonorum partem teneatur relinqueret premii loco parentibus, quod tres reipublicæ mares dedissent. Ita sensit Gravina *de legib. & SCis* §. 78. Sane hujus modi beneficium sentiunt, & patet naturalis, & reliqui duo mares qui apud eum remanserint, nullaque adoptati injuria: Contra, illorum evanescit beneficium, si quarta illa debita sit ex hereditate patris naturalis.

Quarta Falcidia dicitur, quam heredes beneficio legis Falcidiæ retinent ex legatis, si forte amplius dodrante in iis consumtum est. Lex autem id statuit non de singulis Legatariis, sed de universis, dummodo pars quarta patrimonii penes heredem remaneret. Itaque tametsi plures legatarii sint, non tamen amplius eis, quam dodrantem licet attribuere. Vicissim autem non universi heredes, sed singuli quartam, ex sua cujusque parte retinere possunt: modusque patrimonii, non qui hereditatis adeundæ, sed qui tempore mortis fuit, spectatur: & antequam ea quarta detrahatur, æs alienum, funeris sumtus: & pretia manumissorum servorum detrahenda sunt, *l.* 1. *& passim. D. & C. de leg. Falcid.* Vid. sub art. *Falcidia.*

Quarta filiæ majestatis damnati. Imperatores Arcadius & Honorius in *l.* 5. §. 3. *C. ad leg. jul. Majest.* ad filias, aiunt, eorum (majestatis damnatorum) quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata, sive intestata decesserit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum ac nomen heredis. Adde §. 5. *in fin. d. l.*

Quarta fisci, quæ sit docet Paullus in *l. pen.* D. *de jur. fisc.* Qui tacitam fidem accommodavit, ut non capienti restitueret hereditatem, si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet: quadrans autem, qui heredi imponitur ipsius eripiatur, & ad fiscum tranferatur, unde dodrantis semissem solum capit qui se detulit.

Quarta liberorum adpellatur quadrans ejus partis hereditariæ, quæ si paterfamilias intestato decessisset, ad eos perventura erat: qui quadrans liberis, vel inofficiose exhereditatis, vel minorem in partem institutis, quam quantus ille est, attribuitur: veluti si duo sint filii, quia legitima cujusque pars ab intestato est semis, idcirco sescuncia illis attribuetur, quæ semissis pars quarta est, *l.* 8. §. 6. *l.* 25. *D. de inoff. testam. l.* 8. C. *eod. tit.* Eadem *quarta* successionis ab intestato dicitur in *l. penult.* D. *de collat. bonor.* & *quarta* debitæ portionis: *l.* 8. §. 8. *D. de inoff. testam.* quandoquidem parentum bona intestato relictæ, velut debita liberi accipiunt, *l. ult. D. de bon. damnat. l.* 2. *D. und. liberi.* Hæc autem *quarta* & *legitima* & debita portio vocatur, & suis locis exposuimus. De eaque accipienda sunt hæc Plinii verba ex *lib.* 5. *epist.* 1. Ibi ego si mater, in quam, te ex parte *quarta* heredem scripsisset num quæri posset? Quid si heredem quidem instituisset ex asse, sed legatis ita exhausisset, ut non amplius apud te, quam *quarta* remaneret? Igitur sufficere tibi debet, si exheredatus a matre *quartam* partem ab heredibus ejus accipias. Ea autem quarta ad Falcidiæ

diæ legis inſtar inducta eſt, ut Julianus aperte oſtendit in *Novell.* 34. & aliis locis innumeris. Poſtea autem Juſtinianus *legitimæ* illius rationem immutavit *Novella* 118. quia ſtatuit, ut ſi plures filii non ſint, quam quatuor, legitima portio cenſeatur triens, ſi ultra quatuor, ſemis. Vid. ſupra *Legitima.*

Quarta matris vel aviæ curialis a Juſtiniano inſtituta eſt, ut ſi mater mortui, vel avia tempore quo filius, nepoſve moritur, in collegio ejuſdem civitatis curialis inventa fuerit, quartam partem ipſorum hereditatis obtineant, *l.* 2. *in fin. C. quand. & quib.*

Quarta Monachi inſtituta eſt a Juſtiniano *Novell.* 5. *de Monaſteriis* §. σκεπτέον ubi ſtatuit, ut ſi quis liberos habens in monaſterium ſe adſcribi velit, tantum ex ejus bonis attribuatur liberis ipſis, quantum quarta pars bonorum ejus, ſi inteſtatus deceſſiſſet, efficeret: quod ſi quid jam ante, aut donationis propter nuptias, reliqua in monaſterii dominium tranſirent, quod idem inculcatur. *Novella de eccl. diver.* 133. §. δὲ γονὴ ϗ ἀνὴρ.

Quarta ſuperſtitis filii dicitur, cum paterfamilias uxorem gravidam reliquit, & dubitatur quot liberos paritura ſit. Nam auctores juris conſtituerunt, ut pars pro tribus in ſuſpenſo maneat, uſquedum mulier pepererit, & quarta pars ſuperſtiti filio attribuatur. Quod enim fieri non raro admodum poteſt, ſpectatur: id eſt, quia fieri poterat ut tergemini naſcerentur, quartam partem ſuperſtiti filio adſignaverunt lege 3. *D. ſi pars hered. petat.*

Quarta Trebellianica, quæ nunc vocatur, Pegaſiana olim fuit. Nam Pegaſiano Senatuſconſulto inſtitutum eſt, ut qui fideicommiſſum ſive univerſale, ſive particulare reſtitueret, quadrantem ſibi retinere poſſet, §. 5. *Inſt. de fideicomm. hered.* unde intelligi poteſt, quod lex Falcidia eſt in legatis, id Pegaſianam in fideicommiſſis eſſe. Nam quemadmodum heres, a quo plus dodrante legatum eſt, uſque ad quadrantem integrum retinere poteſt, eodem modo, qui plus dodrante reſtituere eſt rogatus ſive uni, ſive multis plus dodrante reſtituere ſit rogatus, quartam ſibi retinere poterit. Hinc Falcidia & ipſa hæc quarta adpellatur, *tit. D. ad SC. Trebell. l.* 10. *D. de legat.* 1. §. 3. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Et Falcidiæ legis commodum, in *l.* 27. §. 10. & *l.* 30. *D. eod. tit.* Differentia tamen inter Pegaſianam & Falcidiam quartam hæc eſt, quod in Falcidiam legata non imputantur, in Pegaſianam imputantur: itaque ſi teſtator quadraginta in bonis habens, heredi centum, Mevio ducenta, Valerio centum leget, heres ultra centum, quæ prælegati nomine retinebit, Mevio quinquaginta, Valerio vigintiquinque quartæ nomine detrahet. At ſi heredem cui centum legarit, roget hereditatem reſtituere, centum quidem illa ſibi legata retinebit heres: quartam autem eo amplius non detrahet: quod diſcrimen etiam obſervat Ictus in *l.* 91. *ad Leg. Falcid.* Videtur enim teſtator prælegatum conſtituiſſe loco quartæ, quæ heredi reſtituere rogato debetur. Idem quoque dicendum, ſi in certa re eſt heres inſtitutus, quæ itidem ei in quartam imputatur, §. 3. *f. quib. mod. teſtam. infirm.* ex præſumta voluntate teſtatoris. Idem dicendum de fructibus ex hereditate medio tempore perceptis ex judicio teſtantis, *l.* 22. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* Equidem prælegari alias nequit, niſi adſit coheres. Verum in hoc caſu eſt peculiaris

liaris ratio, quia fideicommissarius instar coheredis habetur, *l.* 40. *D. famil. ercisc.* §. 4. *in fin. Inst. de fideic. hered.* cui, deducto prælegato, restituitur hereditas. Atque hæc quidem de *quarta Pegasiana*. Justiniani vero constitutione Pegasiani SCi vis in Trebellianum ita transfusa est, ut jam quarta Trebellianica vocitetur: quonium heres vel quartam, vel quod ei deest retinere solutumve repetere potest: actiones autem pro rata communicantur: ac si totam sponte coactusve restituit, omnium tum commodorum, tum incommodorum sit expers, §. 5. *Inst. de fideic. hered.*

QUARTANA, pro febri quartana, in *l.* 60. D. *de re judic. l.* 1. §. 8. D. *de Ædil. edict.*

QUASI. Hæc vox impropriεtatis & fictionis, abusionisque significativa est. Sic: *Quasi* accessio intelligitur pater, qui jubet cum filio contrahi: *l.* 91. §. 5. *D. de verb. obligat. Quasi* ambitiosa decreta: *l.* 3. D. *de minor.* ubi rationem significat. *Quasi* castrense peculium, quod instar castrensis peculii introductum est, *l.* 1. §. 15. *D. de collat. bonor. Quasi* continuatur dominium in suos heredes: §. 3. *Inst. de hered. quæ ab intest. Quasi* ex contractu obligatus: *l.* 11. §. 9. D. *de interrog. in jur. fac. rubr. Inst. de oblig. quæ quasi ex contr. nasc.* Nam *quasi contractus* in jure adpellantur, qui non proprie contractus sunt, sed tantum ad contractuum similitudinem accedunt: verum hoc interest, quod in contractibus conventio intervenit, & voluntas utriusque concurrit: In his, unius solius actione tum ipse, tum etiam alter præsumpte obligatur: si minus re & veritate. Hinc recte Wurffel, *in jurisprud. defin.* §. 160. Quasi contractus definiens ait, esse facta ex præsumto consensu obligatoria: Consensus nimirum hic adest nullus, neque expressus neque tacitus. Consensus autem essentiale est contractus. Ergo contractum in talibus factis non invenies. Fingit vero Lex intercessisse consensum, v. g. gerentem negotia ignorantis, & eum, cujus gesta sunt negotia, idque ob utilitatem hujus. Inde est quod quilibet, etiam inhabilis ad contrahendum, quasi contrahere possit, utpote pupillus, furiosus, quorum gesta erunt negotia, *l.* 46. D. *de oblig. & act. Quasi* debita hereditas, quæ obvenit a patrono vel liberto: *l.* 10. D. *pro. soc. Quasi* ex delicto: *rubr. Inst. de oblig. quæ quasi ex delict.* quod nempe culpa admittitur. Culpa autem proprie a delicto sic distinguitur, quod in hoc dolus est, in illa non est: veluti cum judex male per imprudentiam judicando litem suam facit. Pœna igitur damnato sic imponitur, ac si deliquisset: cum tamen ejus factum proprie delictum dici non possit: *l.* 5. §. *si judex* D. *de oblig. & action.* §. 1. *Inst. de oblig. quæ quasi ex delict. Quasi* dolose versati: *l.* 29. *in fin. C. de testam. l.* 3. *pr. D. de minor. Quasi* dominus, *l.* 3. §. 7. *D. uti possid.* qualis est cui res tradita est a non domino, justo tamen accipienti titulo. *Quasi* dominium autem est duplex: verum & putativum. Verum, cum est vere solutum, transactum &c. Putativum cum non vere, accedente tamen justa erroris caussa: ut si erravi in facto proprio, putans me solvisse vel transegisse, persuasus fortasse persuasionibus verisimilibus. *Quasi* dos, quæ a servo ancillæ datur, *l.* 39. D. *de jur. dot.* quum enim matrimonium inter eos non consistat, nec dos esse intelligitur, *l.* 3. *D. eod. tit.* Item *quasi* dos dicitur, quæ a mi-

nore duodecim annis datur: *l.* 13. *D. de hered. pet.* Quasi ecclesiæ: *l.* 5. *C. de hæret.* *Quasi* factiosus: *l.* 36. D. *de legat.* 3. Quasi falsum: *l.* 1. §. *ult.* D. *ad leg. Cornel. de falf.* *Quasi* filius, *quasi* nepos: *l.* 7. D. *de senator.* *Quasi* furiosus: *l.* 19. D. *de inoff. testam.* *Quasi* heredes sunt, qui utilibus actionibus a Prætore datis in hereditatem restituuntur, *l.* 21. §. *ult.* D. *quod met. causs.* Et omne omnino prætorii successores *quasi* heredes sunt, §. 2. *Inst. de bonor. possess.* Quasi infamis: *l.*2. *pr.* D. *ad leg. Jul. de vi privat.* *Quasi* liberto, id est, inter libertos legatum, *l.* 33. §. 4. D. *de condit. & demonstr.*

Quasi maritus est, qui minorem 12 annis domum deduxit, antequam ea justam ætatem impleverit, *l.* 32. §. 27. D. *de donat. inter vir. & ux.* *Quasi* membra: *l.* 44. D. *de eviction.* *Quasi* mutuum, id est, nomine ac titulo mutui, ut mutuum esset, *l.* 18. *pr. D. de reb. cred.* Peculium *quasi* patrimonium dicitur, quum eorum duntaxat, qui sui juris sunt, patrimonium intelligatur, *l.* 9. §. 4. *l.* 47. *in fin. D. de pecul.* Et mulierum dos *quasi* patrimonium dicitur, *l.* 3. D. *de religios.* *Quasi* pignus, quod pignoris loco retinetur, *l.* 13. §. 8. D. *de act. emt.* *Quasi* possessio incorporalium, veluti jurium adpellatur. Proprie enim corporales tantum res possidentur, *l.* 3. §. 17. *D. de vi & vi armat. pr. Inst. de interdict.* ubi Theophilus *quasi* possessionem definit: ἀσωμάτε πράγματος χρῆσιν, rei incorporalis usum. Alio sensu *quasi* possessoris loco constitutus dicitur is, qui usum coenaculi accepit, *l.* 17. *in fin.* D. *de donation.* *Quasi* per præsumptionem: *l.* 10. §. *ult.* D. *de reb. dub.* *Quasi* privilegium: *l.* 25. §. *ult.* D. *solut. matrim.* *Quasi* publica actio: *l.* 1. §. 6. D. *de suspect. tut.* quia omnibus patet. *Quasi* res dotales: *l.* 22. §. *ult.* D. *solut. matrim.* *Quasi* non sanæ mentis fuerit testator, *l.* 2. D. *de inoff. testam.* non quasi vere furiosus aut demens, quia alioquin nullum esset testamentum. *Quasi testamentum* servorum, apud Plin. *lib.* 8. *epist.* 16. *Quasi* a testatore relicta legata dicuntur, quæ sunt relicta testamento, quod inofficiosum pronunciatum est, *l.* 13. *in fin.* D. *de inoff. testam.* *Quasi* testis adfuit: *l.* 34. §. 2. D. *de legat.* 2. *Quasi* tutor: *l.* 1. §. 1. & §. 6. & *l.* 3. D. *de eo, qui pro tutor.* *Quasi* viro bono: *l.* 11. §. 7. & 8. D. *de legat.* 3. *Quasi* ususfructus earum rerum, quæ utendo consumuntur & pereunt, §. 2. *in fin. Inst. de usufr.* *l.* 2. D. *de usufr. ear. rer.* *l.* 1. §. 6. D. *de superficieb.*

Solent etiam hac voce actiones utiles designari. Sic: *Quasi* damni injuria actio, pro utili Aquilliæ actione dixit Papinian. *l.* 27. D. *de procurator.* & alias utilis actio damni injuria, *quasi* ex lege Aquillia: *l.* 51. D. *de furt.* Sic & *quasi* Fabiana vel Calvisiana, *l. ult. D. si quid in fraud. patron.* Sic utilem actionem *quasi* institoriam dandam dixit Papinianus, *l.* 10. §. 5. D. *mandat.* quod alias dicitur, utili actione ad exemplum institoriæ actionis agi, *l.* 13. §. 25. D. *de action. emt.* Eodem modo *quasi* Publiciana, pro utili Publiciana, in *l.* 70. D. *de rei vindicat.* Nec non hypothecaria actio, quæ creditoribus ad hypothecarum persequutionem datur, quum ad exemplum Servianæ, quæ de rebus coloni pignori pro mercedibus obligatis competit, introducta sit, *quasi* Serviana, & utilis Serviana dicitur, *l.* 13. §. 1. D. *ad SC. Velleian.* §. 7. *Inst. de action.* *l.* 1. C. *commun. legator.* *l.* 1.

l. 1. §. 2. D. *de pignor.* Utilis actio, *quasi* tutelæ: *l.* 52. §. 1. *D. de pecul.*

Continet etiam hæc vox *quasi* rationem diversitatis vel decidendi, in *l.* 63. §. 5. D. *pro soc. l.* 33. D. *de oblig. & act. l.* 5. §. 12. D. *de his, qui effud. vel deject. l.* 47. D. *de fidejussor. l.* 6. D. *de exception. l.* 36. *in fin.* D. *de pignorat. action.*

Quasi aliquando veritatem significat, *l.* 34. *D. de damn. infect.* & valet *quod*, in *l.* 5. §. 4. *D. de liberat. legat. l.* 3. §. 7. D. *uti possid. l.* 78. *pr.* D. *de jur. dot. l.* 5. §. 12. D. *de his, qui effud. vel. dejec. l.* 19. *pr.* D. *de noxal. act. l.* 2. §. 1. D. *eod. tit. l.* 1. §. 6. *D. de eo qui pro tut. l.* 7. §. 8. D. *de dol. mal. l.* 11. §. 1. D. *ad Leg. Aquil. l.* 10. §. 1. D. *commun. divid. l.* 65. D. *de procurat. l.* 6. D. *solut. matrim. l.* 9. §. *ult.* D. *de reb. cred. l.* 7. §. 1. D. *de suspect. tutor.* Sic & D. Joann. *Evang. cap.* 1. *v.* 14. Vidimus gloriam ejus, gloriam ὡ μονογενῦς παρὰ πατρὸς, *quasi* unigeniti a patre. Ubi Chrysostomus adnotavit, hanc particulam ὡς hoc loco βεβαιώσεως, καὶ ἀναμφισβητήτυ διορισμῦ, confirmationis & indubitatæ definitionis significationem habere.

Quasi, pro sicut, *l.* 16. D. *de religios. & sumt. funer.*

Quasi etiam significat qua vel quatenus, ut in *l.* 16. §. 4. D. *famil. ercisc.* Vid. & *l.* 3. §. 1. D. *usufruct. quemadm. caveat.*

Quasi respondet *ita*, in *l.* 9. §. 15. D. *de pœn.*

QUATENUS pro quoniam, quia, in *l.* 26. §. 3. D. *mandat. l.* 15. §. 3. *D. ad leg. Cornel. de falsf. l.* 53. D. *de fideic. libertat. l.* 2. D. *si quid in fraud. patron. l.* 4. D. *de gradib. & adfin. l.* 49. D. *de verb. oblig. l.* 6. *in fin.* D. *de reb. cred. si cert. pet. l.* 3. §. 1. D. *de in rem vers. l.* 60. §. 1. D. *de rit. nuptiar. l.* 35. *pr. D. de aur. arg. legat. l.* 14. D. *de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Festus *lib. XI.* in hac significatione veteres *quatinus* dixisse scribit, usitata illis, litterarum *e* & *i* commutatione. Quinctilianus etiam *lib.* 4. *Inst. cap.* 2. sic est loquutus: Sed *quatenus*, ait, forte quadam pervenimus ad difficilius narrationum genus, jam de his loquamur. Et Plinius *lib.* 3. *epist.* 7. Et quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. Et Sueton. *in Claud. cap.* 26. Confirmavitque, quatenus matrimonia sibi male cederent, mansurum se in cælibatu. Vid Cujac. *ad l.* 6. *D. de reb. credit.* & Rad. Forner. *lib.* 4. *rerum quotidianarum*, c. 28.

Quatenus, quamdiu: §. 2. *Inst. de excusation.* Cujac. *lib.* 15. *obs. cap.* 12.

Quatenus pro donec, *l.* 60. §. *ult.* D. *de verb. signif.*

Quatenus etiam pro *ut* aliquando accipitur. Victor Uticens. *lib.* 3. *de persequut. Vandalor.* Hanc ergo legem, ait, fonte justitiæ profluentem, cunctis præcipimus innotescere, *quatinus* nullius sibi ignotum esse, quod præceptum est, possit obtendere. Quem locum notavit Forner. *lib.* 4. *rer. quotidianar.* Sic apud Macrob. *lib.* 2. *Saturnal. c.* 5. Non semel præceperat pater, *quatenus* (quæ tamen vox in quibusdam editionibus abest) moderaretur profusos cultus perspicuosque comitatus, & apud Ulpian. *l.* 14. §. 11. *D. quod met. causs. l.* 35. §. 1. *C. de inoffic. testam. l.* 1. *pr.* C. *de commun. serv. manum. l.* 1. §. 1. *C. commun. manum. l.* 16. *pr.* & §. 17. *C. de erogat. milit. annon. l.* 22. §. 6. & 8. D. *solut. matrim.* in qua tamen lege Triboniani id verbum esse videtur, *l.* 55. §. *ult.*

ult. D. locat. l. 18. *in fin.* D. *de castrens. pecul. l.* 14. *C. de usufruct. l. ult.* §. 1. D. *de mort. infer. l.* 11. *C. de re milit.*

Quati condemnatione 10 librarum auri : *l.* 34. C. *Theod. de adpellat.* damno gravi : *l. ult. C. Th. de superexact.* dispendio familiari : *l.* 1. C. *Theod. de frument. urb. Constantinop.* invidia : *l.* 14. C. *Theod de privil. eor. qui in sacr. palat.* summa centum librarum auri : *l.* 30. *C. Th. de erogat. milit. annon.* vexatione 30 librarum auri : *l.* 4. *in fin.* C. *Th. ne quid publ. lætit.*

Quatuor viri adhibiti in cognitione a præfecto urbi, *l. ult. C. Th. de navicular.*

Quatuorviri viarum publicarum curandarum, *l.* 2. §. 30. *D. de orig. jur.* Quatuor viros illos *τῶν ἐν τῆ ἄςει ὁδῶν ἐπιμελȣμένȣς*, *intra urbem viarum curatores*, ut vocat Dio *lib.* 14. circa annum V. C. circiter DX. creatos censet Ev. Otto *de tutel. viar. p.* 2. *c.* 5. *pag.* 272. Iidem dicti videntur *viocuri.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat. p.* 6. & 38. Gruter. *Inscript. p.* 373. 8. Rarius eorum mentionem faciunt scriptores veteres, frequentius marmora, in quibus modo *IIII viri viar. curand.* modo *IIII viar. curand.* modo *IIII viri viar.* vocantur. Gruter. *Inscript. p.* 423. *p.* 430. 26. 10. Qui passim in lapidibus occurrunt *IIII viri iter.* non videntur *Quatuorviri iteris*, (quamvis ita flexisse veteres nomen *iter*, facile largiar,) sed *quatuor viri iterum.* Hein.

Queo. *Queunte*, participium a queo in *l.* 46. §. *ult.* C. *de Episcop. & cler.*

Queppe pro quippe, in *l.* 8. §. *ult. D. de bonor. possess. contr. tab.*

Querela, pro actione vel accusatione, *l.* 1. §. 10. *D. de offic. præf. urb.* Sic *querela* inofficiosi, *l.* 20. *pr. in fin.* D. *de bonor. possess. contr. tab.* quæ etiam actio inofficiosi, alias accusatio adpellatur, ut dictum supra *voc. inofficiosum*, remedium est liberis immerito exheredatis adversus testamenta paterna proditum, quod hoc colore instituitur, quasi parum sanæ mentis testator fuerit, quum immerentes liberos a successione sua repelleret. Vet. Glossar. Græcum : *ἤγȣν ἡ κατὰ ἀτάκτȣ διαθήκη μέμψις, ȣ̓κ ἔςιν ἀγωγὴ διαθήκης, ἀλλ' ἀιτία ἔςιν ἀγωγῶν λέγω δὴ τῆς ἐρεδιτάτης πετιτζιόνος, ἤγȣν περὶ κληρονομίας ἀπαιτήσεως.* Unde hæc *querela* originem duxerit, & jurene civili an ex prætorio non facile est affirmare. Cujac. *lib.* 2. *obs. c.* 21. & *lib.* 14. *c.* 14. civilem esse putat ex lege Glicia. Primo quia rescindit testamentum, *l.* 6. §. 1. *l.* 0. *C. de inoff. testam. l.* 17. §. 1. D. *eod. tit.* quod jus prætorium non potest. Deinde etiam movetur ex inscriptione, *l.* 4. D. *eod. tit.* quæ est Caii Icti ad legem Gliciam. Sed vehementer huic contradicit Ulpian. in *l.* 8. D. *de bon. possess. contr. tab.* dicens : Exheredatione notatos & remotos jure civili parentum testamenta non turbare. Sane, inquit, si velint inofficiosi querelam instituere, est in ipsorum arbitrio. Si querela inofficiosi testamenti esset ex jure civili, male negaret Ulpianus exheredatos parentum testamenta jure civili turbare non posse. Datur enim hæc querela non nisi exheredatis. Deinde sententiæ Cujacii valde obstat, quod hæc querela datur contra jus civile emancipatis, qui jure civili sunt incogniti, *l.* 6. D. *de inoff. testam.* Tertio, omnis successio in querela est prætoria, non civilis, *l.* 13. & *sequ.* D. *eod. tit.* Etsi enim agitata fuerit judicio centumvi-

virali, potuit tamen nihilominus esse prætoria, sicut & possessoria, hereditatis petitio, quam constat eodem centumvirali judicio agitatam, & tamen prætoriam esse, *l.* 1. D. *de possess. hered. petit.* Sed valde contra eos, qui hanc querelam ex jure prætorio deducunt, urget illud argumentum Cujacii, quod querela defunctum facit intestatum, id quod ex jure prætorio fieri non potest. Quid dicendum? hoc nimirum, querelam extra ordinem ab utroque jure & civili & prætorio profectam fuisse, cum utroque remedium ordinarium deficeret. Hoc evincitur ex effectu, arguit suam caussam. Dicit enim expresse Ulpian. in *d. l.* 8. *D. de bon. possess. contr. tab.* Non putavit prætor exheredatione notatis bonorum possessionem contra tabulas dari, sicut nec jure civili testamenta turbant, sed si velint inofficiosi querelam instituere, id in ipsorum esse arbitrio: quasi dicat, exheredatis nec jure tantum civili, nec jure tantum prætorio succurri; jure quidem prætorio non succurri, quia sic defunctus non fieret intestatus, non vero jure civili, quia datur emancipatis, & tamen querela defunctus intestatus redditur, qui effectus juris civilis est, & datur emancipato, qui effectus est juris prætorii: ex quo sequitur, caussam querelæ esse jus prætorium & jus civile, in qua etiam sententia videtur fuisse Vigilius in §. 2. *Inst. de inoff. test.* ubi ait, querelam non esse magis juris civilis, quam juris prætorii, & extra ordinem concedi utroque jure destitutis. Porro Vigilius admonuit ἐν τῷ βασιλικῷ, Græcos probare conari, querelam esse caussam ipsam actionis, vocareque petitionem hereditatis de inofficioso. Quemadmodum enim quod quis in testamento scripto heres est, caussam illi petendæ hereditatis præbet, *l.* 1. 2. 3. D. *de petit. hered.* ita & quod inofficiose exheredatus vel præteritus est: & quemadmodum non ipsa heredis scriptio vel institutio, sic nec inofficiosi querela actio est, sed actionis caussa. Sic Orphitianum, Tertyllianumque Senatusconsult. caussam actioni præbent, actiones dici nequeunt: idque & Scævolæ auctoritate probant, *l.* 20. D. *de inoff. testam. fac. l.* 34. *C. eod. tit.* & Ulpiani, qui plura esse judicia petitionis hereditatis significat, *l.* 5. §. 2. D. *de hered. petit.* Plura autem sunt ex caussarum diversitate. Legitur tamen interdum & inofficiosi testamenti *actio*, *l.* 7. D. *de inoff. test.* sed & creditæ pecuniæ actio legitur: cum tamen nulla sit proprie creditæ pecuniæ actio, sed condictio significatur, quæ ex creditæ pecuniæ, id est, mutuo numeratæ caussa procedit.

Querela præparata (quæ non nisi extraneis datur, *l.* 34. *&* 36. C. *de inoff. testam.*) dicitur, quæ in controversiam aliquo modo deducta est. Præparasse autem querelam videtur is, qui ad denunciationem, vel actionis editionem processit: multo magis qui litem contestatus est, *l.* 7. D. *eod. tit.*

Querelæ etiam ad magistratum deferuntur, cum eorum officium in his imploratur, quorum actio proposita non est. Sic servos de dominis, sic patronos de libertis querentes audiunt præsides & præfecti, *l.* 3. D. *de his, qui sunt sui vel al. jur. l.* 1. *D. de offic. præf. urb.*

QUERIMONIAM deferre: *l.* 3. C. *fin. regund.*

QUI, *quæ*, *quod*. *Qua* de re agitur, verbum fuit proprium Jurisconsultorum olim. Cic. *Top. cap.* 25. Sed quæ ex statu effici-

tur contentio, eam Græci *τὸ κρινόμενον* vocant. Mihi placet id: quoniam quidem ad te scribo, *qua de re agitur*, vocari. Quibus autem hoc, *Qua de re agitur*, continetur, hæc continentia vocantur. Idem *in Bruto cap. 79.* *Qua de re agitur* autem, illud quod multis locis in jurisconsultorum includitur formulis, & ubi esset videbat. Idem *pro Murena cap. 13.* Etenim quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia: neque tamen quidquam tam anguste scriptum est, quo ego non possim qua de re agitur, addere. Quinctil. *lib. 3. c. ult.* de Cicerone loquens: Nam in rhetoricis, inquit, Hermagoram est sequutus, in Topicis ex statu effectum contentionem *κρινόμενον* existimavit. Idque Trebatio, qui juris erat consultus, adludens, *de quare agitur* adpellat. Utitur autem hac formula Paullus, in *l. 3.* D. *rat. rem haber.* Quibus de agitur, *l.* 10. §. 9. D. *quæ in fraud. cred.*

Qua de re, pro quare: *l. pen.* C. *de metall.*

Qua, pro qua parte: *l. 25. D. si quis omiss. causs. testam.*

Qua, pro quatenus, qua fine, quia, eo quod, *l.* 112. *D. de verb. signif. l. 6.* D. *de re judic. l.* 1. §. 13. D. *de SC. Silan. l.* 2. §. 3. D. *de reb. credit. l.* 1. *D. de senator. l.* 63. *D. ad leg. Falcid. l.* 28. *D. si quis omiss. causs. testam. l.* 44. *in fin. D. de furt.*

Qui indefinite, pro quis, *l.* 9. §. 5. *D. de offic. proconf.* & in *l. ult.* C. *Theod. de agent. in reb.* Sic & aliquod pro aliquid, in *l.* 1. *pr. D. de vacat. & excus. mun.* Et sic sæpe *quod* & *quid* commutantur, ut docuit Ducker. *de Latin. vet. ICtor. p.* 385.

Qui ablativus, pro quo, *ἀρχαϊκῶς*, in *l. 9. D. si quid in fraud. patron.* Sic *l. 43. D. de relig.* interdicto, *qui* de jure dominii quæritur, aget. Quamquam etiam in neutro genere positum, dici possit.

Quod pro *quo*. Vid. infra sub art. *Quo*.

Verbum *qui* tam masculos, quam feminas complectitur, ut tradit *l.* 1. *D. de constit. pecun.* add. voc. *quis*.

Interdictum *quod legatorum*, adipiscendæ possessionis est, & hanc caussam continet, ut quod quisque legatorum nomine non ex voluntate heredis occupaverit, id restituat heredi. Rediguntur itaque per hoc interdictum ad heredem ea, quæ legatorum nomine possidentur, *l.* 1. *D. quod legator.* Nomen a primis interdicti verbis traxit: quæ ita concepta fuisse Brissonius judicat: Quod legatorum nomine possidet, aut dolo desiit possidere &c.

Quod vi aut clam interdictum restitutorium est, quo qui vi aut clam aliquid moliti sunt, id restituere jubentur: *tot. tit. D. quod vi aut clam.*

Quorum bonorum interdictum adipiscendæ possessionis est, quod bonorum possessori adcommodatur, ejusque vis & potestas est hæc, ut quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat, §. 3. *Inst. de interdict. rubr.* D. *quor. bonor.*

QUIA, pro quatenus, vel si, *l.* 2. *D. ad SC. Trebell. l.* 13. §. 2. D. *de jurejur.* quemadmodum etiam videtur accipi, in *l. 66. D. de hered. instit.*

Quia non sumitur raciocinative, Vid. *l.* 1. §. 1. D. *de serv. corrupt.*

QUICUMQUE tam masculum, quam feminam complectitur, *l.* 16. D. *de jur. fisc.* Argentum omne & supellectilem quodcum-

tumque habeo, tibi dono: *l.* 78. §. 1. D. *de legat.* 3. Σολοικίζειν hic Paullus videtur auctori, qui *de Lat. jurisc. script.* Defendunt tamen Bynkersh. *lib.* 1. *observ. c.* 25. & Ducker. *p.* 160. hoc & similia loquendi genera.

QUIN *minus* interrogative, in *l.* 78. §. 5. D. *de legat.* 3.

QUINA. *Quinis* emti servi, in *l.* 47. D. *de condict. indeb.* qui singuli quinque emti sunt. Et *quina* solviſſent, id est, singuli quinque, in *l.* 25. D. *de condict. indeb.*

QUINCUNX, quinque unciæ. Quincunces usuræ: *l.* 17. D. *de usur.* Perſ. *ſat.* 5. *v.* 149. Numos nutrire quinquunce modesto.

QUINQUE pedum præscriptio: *l.* 5. C. *fin. regund.* quæ desumta est ex *l.* 40. *C. Th. eod. tit.* Cic. *lib.* 1. *de legib.* Ex hac, non rerum, sed verborum discordia controversia nata est de finibus: in qua (quoniam usucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt) depasci veterum possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines negemus. Depasci Academiæ possessionem, refert ad usucapionem spatii quinquepedalis. Sensus est, uti in controversia vicinorum de finibus, termini requiruntur, quibus repertis quinque quaquaversus pedes definiuntur, qui quamvis longo tempore ab alterutro possessi sint, finibus tamen dirimendis reservantur, sic in controversia de finibus bonorum & malorum, quæ philosophos exercet, termini Academicæ disciplinæ a Socrate positi pervestigandi sunt & Antiochi arrogantia illius gloriam depascentis regenda & coercenda est: lex autem Mamilia unicum adigi arbitrum volebat finibus agrorum regundis, sed cum tres tum essent, facete intulit: *nec Mamilia lege singuli* sed ex his tres arbitri fines regemus. De hac lege Aggenus Urbicus his verbis: De fine enim lex Mamilia quinque aut sex pedum latitudinem perscribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat vel circumactus aratri, quod usucapi non potest. Et ab hoc spatio Imperatores præscriptionem submoviſſe patet apud Julium Frontinum in libro de jure limitum & in *d. l.* 5. C. *fin. regund.*

QUINQUENNALES induciæ in *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* vocantur pecuniæ solvendæ dilationes, quæ a juris auctoribus dicuntur etiam moratoriæ præscriptiones, *l.* 2. C. *de precib. Imper. offer.* Communiter autem hujusmodi dilationes seu securitates ad annos quinque concedi solent.

Quinquennalis in *l.* 1. C. *Th. de professor. & med.* Hoc erat in municipiis quibusdam magistratibus nomen. Spartian. *in Hadriano:* Per latina oppida dictator & ædilis & duumvir fuit, apud Neapolin Demarchus, in patria sua *Quinquennalis.* Apuleius *lib.* 10. *de Asin. aur.* Gradatim permensis honoribus Quinquennali magistratui fuerat destinatus. Hi quinquennales magistratus duumviri quoque erant, ceu adparet ex Gruter. *Inscript.* CLXVIII. 6. CCCLX. 3. CCCCXLV. 5. CCCCXLIV. 8. Nec tamen cum defensoribus, etsi hi integro etiam quinquennio fuerint, confundendos esse monet Jac. Gothofr. *ad d. l.* 1. C. *Th.*

QUINQUENNIUM continuum, quomodo intelligatur in collusione detegenda, declarat Ulpian. *l.* 2. *D. de colluſ. deteg.*

QUINQUEVIRALE judicium, *l.* 13. *C. Theod. de accuſat. & inſcr.* ubi Gratianus Præfectum urbi, quo casu de capite senatorio cognosceret, non solum

cognoſcere voluit, verum ei ſociari judicium quinquevirale, id eſt, quinque ſenatores Magiſtratum in præſenti gerentes vel etiam adminiſtratione functos: Et quidem hac inſuper limitatione addita, ut Senatores illi forte ducantur, non ſponte deligantur. Quæ omnia & ſingula poſtea oratione ſua confirmavit Honorius Imperator, *l. ult.* C. *Th. de juriſdict.* ubi Jac. Gothofred.

QUINTILII per fratrum nobiliſſimorum, & præter alias egregias, quibus ornati erant, animi dotes, vel ob raram concordiam æterna laude digniſſimorum. Mentio eorum fit in *l.* 16. §. 4. *D. de bon. libertor.* & apud Lamprid. *in Commod. cap.* 4. ubi vid. Caſaubon. & quæ inde Menag. *Amœnit. jur. civ. cap.* 31. *p.* 189.

QUINTUS Cervidius Scævola. Vid. *Scævola.*

Quintus Mucius Scævola, juriſconſultus, Pontifex Maximus, cum Q. Mucio Scævola Augure (de quo ſupra art. Mucius) non confundendus. De eodem Caſaubonus accipit locum Julii Capitolini *in Gordian. c.* 5. Ex quo adparet, quantus vir eo tempore Gordianus fuerit. Amatus eſt ab Afris, ita ut nemo antea proconſulum: ita ut eum alii Scipionem, Catonem alii, multi Mucium, ac Rutilium aut Lælium dicerent.

Quintus Saturninus, Vid. *Saturninus.*

QUIRITES a Romulo, qui Quirinus vocatus eſt, Romanos adpellatos eſſe tam notum eſt, ut in eo confirmando, non ſit longior ſumenda oratio. Inde jus populi Romani *Quiritium* dictum eſt, quod proprium ſit Romanorum, ut Juſtinianus § 2. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* & Iſidor. *lib.* 5. *orig. c.* 9. ſcribunt. Hoc autem, jus multa habet præcipua, locumque & in dominiis & in libertatibus ſibi vindicat. Ex jure enim quiritium dominium non niſi mancipationis vel ceſſionis in jure ſollemnitate abalienari, & in accipientem transferri poterat, ut *lib.* 1. & 4. *Select. Antiqu.* Briſſon. docuit. Inde adeo qui vindicabant, aut qui mancipatam vel ceſſam in jure rem accipiebant, eam ex jure quiritium ſuam eſſe aiebant. Quo referenda ſunt verba, *l.* 1. §. 1. D. *de rei vindic.* Ex lege *quiritium*, id eſt, jure Romano, *l.* 1. §. *penult. D. eod. tit.* Ex jure quiritium liber is fiebat, qui vindicta, cenſu, teſtamentove ab eo, qui ex jure quiritium dominus erat, nullo jure prohibente manumiſſus, pleniſſimam civitatem conſequebatur, quemadmodum Ulpianus *tit.* 1. *regul.* §. 6. exponit. Quo adludens Seneca, *lib.* 3. *Nat. Quæſtion. præfat.* Hæc res efficit, ait, non ut ex jure quiritium ſit liber, ſed ex jure naturæ. Hoc jure impetrare Latini liberti vel liberis, vel iteratione, militia, nave, ædificio, piſtrino promereri ſolebant. Ulp. *tit.* 3. *Regul.* §. 1. Sic jus quiritium medico datum accipe apud Plin. *lib.* 29. *c.* 1. Sic & apud Paull. *lib.* 4 *ſentent. tit.* 9. §. 8. Latinam ingenuam jus quiritium conſequutam interpretare. Jus autem quiritium hac nota ſignificabatur: I. Q. ut Mango in *libello notarum juris p.* 1559. *edit. Putſch.* auctor eſt. *Quiritare* Quirites ciere interpretatur Diomedes, *lib.* 1. *p.* 377. Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 6. Item rogo des jus quiritium libertis Maximillæ ornatiſſimæ feminæ, Heliæ & Antoninæ Hermeridi. Quod a te petente patrona peto. Add. *eund. lib.* 10. *epiſt.* 5. Vetus Gloſſar. Græcum: Ex jure Quiritium δεσπότης ἔννομος τοῦ νόμου τῶν χειρίτων

των ἤτοι Ῥωμαίων. Dominus ex jure quiritium. Ex jure quiritium habere servum: Ulpian. *tit.* 1. *Regul.* §. 16.

Q U I S. Hoc verbum tam masculos, quam feminas complectitur, *l.* 1. *D. de verb. signif.* Itemque his verbis: Si quis id, quod jurisdictionis perpetuæ caussa propositum, Ulpianus ait, *l.* 7. *D. de jurisdict.* Idemque ad illa verba: Si *quis* negotia alterius, *l.* 3. §. 1. *D. de negot. gest.* hæc verba, ait, *si quis*, accipienda sunt *sive quæ.*

Q U I S Q U E, pro quisquis vel quicumque apud Quinctilianum *in Declam.* 14. *&* 15. & Ciceron. *pro Flacco cap.* 17. Quum tabulæ illæ ipsæ, cujusque modi sunt proferuntur. Sic accipitur in *l.*7. § 2. *D. de liberal. causs. l.* 29. *D. de hered. inst.* & apud Auson. *in Sententiis septem sapientum*, in Pittaco: Pareto legi, quisquis legem sanxerit.

Q U I S Q U I S. Hoc articulo omnes significantur: *l. 29. D. de hered. instituend.* Atque ita hæc clausula: Quisquis mihi heres erit, accipienda est, *l.* 3. D. *de jur. codicill.* Nam etsi plures sint gradus heredum, & scriptum sit, quisquis mihi heres erit, dato: ad omnes gradus hic sermo pertinebit, *l. 96.* D. *de legat.* 3. Vid. Brisson. *de Form. pop. Rom. lib.* 7. 40.

Quisquis in *l.* 5. *C. ad leg. jul. majest.* subditos non etiam peregrinos denotat.

Q U O, pro ubi, *l.* 24. §. 4. D. *de damn. infect.*

Quo, pro ad quod. Dixerit aliquis. *Quo* ergo hæc exceptio damnato? *l.* 4. *pr. D. si quis caution.* Quo bonum est, *l.* 3. §. 11. *& l.* 10. §. 4. D. *de bonor. possess. contr. tab. l.* 13. §. 2. *D. de usufruct. l.* 93. *princ. D. de solution. l.* 13. *in fin. ad SC. Velleian.* de qua loquutione vid. Ducker. *de Latinit. vet. Ictor. p.* 309.

Quo pro *quod*, in quibusdam locis positum observavit Brisson. ut in *l.* 35. D. *de reg. jur.* Non esse imputandum quo non solverit. Et in *l.* 24. §. 4. D. *de damn. infect.* rationem adjicit, quo si hoc non admittatur, iniquum erit. Quo enim tam firmum ædificium est, ut fluminis &c. Et in *l.* 40. *D. de contrah. emt.* Quo post diem trigesimum renunciasset, nihil ei profuturum.

Quod pro *quo.* Ex eo tempore quidquid æstimatur quod novissimi solvi potuit, *l* 11. D *de re judic.* ubi quod pro quo, dictum est, imitatione Græcorum, qui plerumque & subaudiunt. Simili modo in *l. 9. D. de lib. & postum. hered. inst.* ad id tempus referuntur, quod testamentum destituitur, non quod moritur. Et in *l.* 12. §. *ult.* D. *ut in possess. legat. vel fideicom.* in eum scilicet casum, quod fideicommissi conditio exstitit. Et in *l.* 15. §. 21. D. *de damn. infect.* Ergo intervallum aliquod debebit intercedere, quod aut pro derelicto ædes longo silentio videatur habuisse.

Quo magis & quo minus sæpe confunduntur. Sic: quo magis pro quo minus, *l. 3. C. de judic.* ubi vid. Cujac. Quo magis non, pro quo minus, *l.* 3. §. 5. D. *de bon. possess. contr. tab.* Qui minus non, pro quo magis: *l.* 14. D. *de adimend. legat.*

Q U O A D, in *l.* 19. *pr.* D. *de usufr.* pro, quantum dum, quatenus. Ædium illarum, quoad altius, quam uti nunc sunt, ædificata non erunt, illi usumfructum delego, Cicero *lib. 3. famil. epist.* 14. Quoad tibi æquum & rectum videbitur. Idem *de Senect. c.* 4. Quoad potuit, restitit. De hac voce vid. amplius art. effervescere.

Quod legatorum. Quod vi aut clam. Vid. sub art. *qui, quæ, quod.*

QUODAMMODO sæpe improprietatis nota est, & valet aliquo modo. Quodammodo de peculio: *l.* 17. §. 1. *D. de in rem vers.* Quodammodo contrahitur: *l.* 1. *pr.* D. *quod jussu.* Aliquando modum adjectum significat, ut in *l.* 36. D. *de fidejussor. & mundator. l.* 19. §. 2. D. *ad SC. Vellei. l.* 21. §. 1. D. *de negot. gest. l.* 6. §. 4. D. *de his, qui not. infam. l.* 1. *pr.* D. *de rer. divis.*

QUOMODO, quemadmodum: *l. ult. D. de legat.* 3.

QUONIAM pro si, in *l.* 10. §. 9. *D. de grad. & adfin.*

QUORUM bonorum. Vid. supra sub art. *Qui.*

QUOT mensibus & *quot* diebus, eadem figura, qua *quotannis* dicuntur: valentque in singulos menses & dies, *l.* 8. §. 24. D. *de transaction. l.* 10. §. 6. D. *quand. dies legator.* Varro *lib.* 4. *de ling. Latin.* Cato *de re rustic. cap.* 43. Et circum capita oleagina quot mensibus usque donec pruinæ erunt, fodere oportet. Sic & Vitruv. *lib.* 9. *c.* 4. & *lib.* 10. *cap.* 7. loquutus est. Plura de hac loquutione dabit Albericus Gentilis *de aliment. cap.* 11. *pag.* 41. Adde Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 256. & Scip. Gentil. *de aliment. cap.* 11. *p.* 41.

QUOTIDIANUM sive, uti scribi solet, cottidianum quod quotidie comperit, *l.* 7. D. *quemadmod. servit amitt. Quotidianarum* rerum, sive aureorum septem libros scripserat Caius, quos Theophilus in *Procem. Inst.* §. 6. vocat κωδικας ἔνθα διαλέγεται περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων, Codices in quibus de rebus, quæ quotidie incidunt, disputat.

QUOTIES pro quando: *l.*44. D. *de adquir. vel omitt. hered.*

Quotiescumque, videtur positum pro quamdiu, seu quoad, in *l.* 20. D. *de ann. legat. Quotienscumque* pro quotiescumque in *l.* 2. D. *pro soc.*

R

R. Litteram ab Appio Claudio inventam Pomponius scribit *l.* 2. §. 36. *D. de orig. jur.* eoque factum, ut qui antea Valesii, Fusii, Papisii, Auselii dicebantur: post Valerii, Furii Papirii, Aurelii vocati sint. Cujus rei testes sunt Cic. *lib. Epist.* 9. Macrob. *lib.* 3. *c.* 2. Varro *lib.* 6. *de ling. lat.* Livius *lib.* 3. Festus *lib.* 1. Id tamen non ita intelligendum est, quasi ante Appium ignota Romanis hæc littera fuerit, sed quibusdam vocabulis eum inseruisse *r* pro *s*. Ejusdam mutationis exempla plura sunt apud Varron. *lib.* 6. *de ling. lat. p.*70. & Festum *de verb. signif. lib.*16. *init.* Ceterum de lectione, *l.* 2. §. 36. D. *de orig. jur.* nec non de quæstione, quis sit Appius ille Claudius, qui de littera canina tantopere meritus est, disputat Corn. Van. Bynkershoek *in Prætermiss.*

RABIES Festo *lib.* 16. morbus caninus transfertur & ad homines, & sumitur pro furore impotente in eo, qui more canum furit, *l.* 2. *C. qui testam. fac. poss.*

RADERE servum: *l.* 11. D. *ad leg. Aquill.* id est, tondere. *Radere* numos: *l.* 8. D. *ad leg. Cornel. de fals.* Vid.

RADIARE constitutio inter Imperiales dicitur, §. *ult. Inst. de libertin.* id est, fulgere.

RADICES arbor dicitur agere in fundum, *l.* 7. §. *ult.* D. *de adquir. rer. dom.* & porrigere, item immittere, *l.* 5. §. 3. D. *de rei vind.*

RAGÆ, vestis barbaricæ genus,

nus, quo intra urbem Romam uti nemini concessum erat, *l.* 3. *C. Theod. de habit. quo uti oport. intra urb.* ubi vid. Jac. Gothofred.

RAPACITAS plectenda: *l.* 10. *C. Th. de censitor.*

RAPACES manus officialium *l.* 1. *C. Theod. de offic. rector. provinc.* Quæstus *rapaces* numerariorum: *l.* 11. C. *Th. de privil. cor. qui in sacr. palat.*

RAPERE, est per vim auferre. Eripere est de manibus auferre per raptum, *l.* 4. D. *ne quis eum qui in jus voc.* Verbo plane *rapuisse* & scissum & fractum & vi raptum alicubi contineri Marcellus scribit, *l.* 9. D. *de verb. signif.* Ita in *tit.* D. *vi bonor. raptor.* hoc verbum accipitur. Ex hoc delicto nata est actio de bonis raptis: *l.* 52. §. *ult.* D. *de furt.* quæ alias vi bonorum raptorum dicitur.

Rapere crimen est, quod lege Julia de vi publica coercetur. *Rapere* mulierem: *l.* 5. §. 2. D. *ad leg. Jul. de vi publ.* puerum: *l.* 6. *D. eod. tit.* Rapta a servo uxor: *l.* 4. C. *de noxal. act.*

Rapere in *jus* ad Prætorem juris experiundi caussa adversarium recusantem cunctantemque obtorto collo trahere. Horat. *lib.* 1. *Serm. Sat.* 8. *v.* 77. Oppono auriculam, rapit in jus: clamor utrimque. Idem *lib.* 2. *Sat.* 3. *v.* 72. Quum rapies in jura malis ridentem alienis.

Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum: *l.* 168. *princ.* D. *de regul. jur.*

RAPINA, pro violenta ablatione, quæ casibus fortuitis adscribi solet, *l.* 30. D. *ad leg. Falcid. l.* 24. *D. de regul. jur.* Adversus vim enim pares esse non possumus. *Rapinam* facere, pro rapere, in *l.* 1. §. 1. D. *de aleator. l. penult.* §. 16. *D. de legat.* 2. Quod loquendi genus, quoniam novum quibusdam videtur, qui ideo alienæ interpretationis ansam arripuerunt in *d.* §. 16. exemplis nobis confirmandum est. Cic. *lib.* 14. *ad Attic. epist.* 14. Rapinas scribis ab Opis fieri. Cyprian. *lib.* 3. *epist.* 12. Coepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum patronæ suæ carnali, cujus rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam Ecclesiæ deposita abstulisse. *Rapina* autem committitur in rebus tantum immobilibus, cum immobilia invadi dicantur. Unde si quis rem immobilem invasit: locum non habet actio vi bonorum raptorum: sed tunc vel ex interdicto *unde vi*, vel ex lege julia *de vi publica* vel privata agendum est: *l.* 2. §. 1. *D. de vi bonor. raptor.* Differt porro rapina a furto: (1) Quod furtum latenter & clanculum fit: rapina imprudenter & vi. (2) Furtum aliud est manifestum, aliud nec manifestum; rapina non nisi manifesta. (3) Furti pœna non una est, sed modo quadrupli, modo dupli: rapinæ pœna una est tripli. (4) Furti actio solum pœnam sine re ipsa persequitur; rapinæ vero simul & rem & pœnam. (5) Furti actio manifesti, prætoria est: nec manifesti civili: rapinæ actio tota honoraria est. (6) Furti actio perpetua est: rapinæ vero annua, §. 1. *Inst. vi bonor. raptor.* §. 18. *Inst. de action.* Potest quidem & contra raptorem actio furti locum habere, quia & ipse fur improbus est: *pr. Inst. l.* 2. §. 10. D. *de vi bonor. raptor.* Et ubi quis ob rapinam actionem furti instituerit: ei condictione furtiva ad rem ejusve æstimationem etiam ab ipsis heredibus consequendam comperit, vel rei vindicatio: *l.* 2. §. *ult. D. eod. tit.*

RAP-

RAPSODIA. Vide *Rhapſodia.*

RAPTOR, generaliter dicitur, qui per raptum aliquid aufert, *l.* 13. D. *de hered. petit. l.* 3. §. 11. D. *ad exhibend. l.* 80. §. 3. *D. de furt.*

Specialiter vero plerumque qui virgines rapiunt, *raptores* adpellantur, ut in *l.* 54. *C. de epiſcop. & cler. l. un.* C. *de rapt. virgin. l.* 1. *&* 2. C. *Theod. eod. tit. l. ult. C. Theod. de rapt. & matr. ſanct.*

RAPTUS crimen, *l.* 5. §. *ult.* D. *ad Leg. Jul. de vi public.* Titulus eſt *lib.* 9. C. *de rapt. virgin. ſeu viduar. nec non ſanctimonialium.* Committitur autem *raptus* violenta feminæ abductione libidinis explendæ cauſſa. Qui ſi committitur in femina honeſta, cujuſcumque conditionis illa ſit & ſive ſit deſponſata ſive non, ultimo ſupplicio punitur, *l.* 5. §. *fin.* D. *ad leg. Jul. de vi publ. l.* 54. *C. de Epiſcop. & cler. l. un. C. de rapt. virg. Novell.* 123. *c.* 43. præterea omnia bona ipſi adimuntur, *d. l. unic.* quæ cedunt raptis, ſi ingenuæ ſint, aut ſi ſint virgines devotæ, cedunt monaſterio ſeu Eccleſiæ. Libertinis tamen vel ancillis raptis, bonorum publicatio ceſſat. Conſcii vero & miniſtri raptus gladio feriuntur, ſive nolentibus ſive volentibus feminis hoc fecerint: parentibus, ſi patientiam præbuerint, deportatione plectendis: ſed ſi quis inter hæc miniſteria ſervilis conditionis fuerit deprehenſus, extra ſexus diſcretionem crematur, ut ex dictis locis probatur. Porro inter raptorem & raptam matrimonium eſſe non poteſt propter flagitii enormitatem, *l. un. C. de rapt. virgin.* tametſi in hoc per jus canonicum a jure civili receſſum ſit, *l. fin. Decretal. de rapt. virgin.*

RARO. Celſus in *l.* 97. §. 2. D. *de verbor. obligat.* Si tibi nupſero decem dari ſpondes? Cauſſa cognita denegandam actionem puto: *nec raro* probabilis cauſſa ſtipulationis eſt. Ibi *nec raro* pro *& raro* poſitum nonnullis videtur, geminata negatione ex Græcorum conſuetudine, pro ſimplici. Accurſius inſolentia loquutionis offenſus, *nec raro*, inquit, id eſt, numquam. Sed & *nec rara* legi quibuſdam in libris teſtatur: quod abſurdius multo eſt.

RARUM pro raro, in *l.* 2. *D. ſi pars hered. pet.*

RATIARIUS a rate dicitur, ut navicularius, non opifex ſeu negotiator. Paull. *l.* 30. D. *de pignerat. act.* Qui rariario crediderat, cum ad diem pecunia non ſolveretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit. Add. Bud. in *l.* 1. §. *navem D. de exercit. act.*

RATIHABITIO, actus conſentiendi iis, quæ alter geſſit meo nomine. Ea mandato æquiparatur: *l.* 12. *in fin. D. de ſolution.* Add. *l.* 1. §. 14. *D. de vi & vi arm. Ratihabitiones* negotiorum geſtorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta ſunt: *l.* 25. *in fin.* C. *de donat. int. vir. & ux.* Generaliter effectus ratihabitionis eſt, ut voluntatem noſtram declaremus, & negotium, quod alioqui ad nos nihil pertineret, noſtrum faciamus: non autem ut approbare videamur qualitatem geſtus. Quod qui ratum habet geſtum, is non ſtatim probet id, quod dolo malo vel lata culpa geſtum eſt; *l.* 1. *D. de negot. geſt.* Ratihabitio a juſſu & auctoritate differt. Juſſus enim eſt conſenſus negotium antecedens: auctoritas eſt conſenſus in ipſo negotio actu interpoſitus. Ratihabitio eſt conſenſus, qui negotium perfectum inſequitur, *l. fin.* D. *de bonor. poſſeſſ. l.* 6. §. *juſſu.* D. *de adquir. vel omitt. poſſeſſ.*

RA-

Ratio pro eo, ex quo intelligitur aliquid esse admittive posse vel non & quale quid sit. Sic: Hæc ratio est, quare, in *l.* 15. D. *de adquir. possess.* Quia ratio innocentiæ consistit: *l.* 1. §. *ult.* D. *de quæstion.* quæ ratio illo argumento commendatur: *l.* 28. §. *ult.* D. *de stipulat. servor. Ratio* æquitatis, *l.* 1. *C. de repud.* Ratio juris admittit: *l.* 5. *C. de ordin. cognation.* Rationibus juris congruit: *l.* 6. C. *de his qui accus. non poss.* Contra rationem juris: *l.* 3. *C. de vectigal. l.* 3. *C. de bon. auct. jud. possid.* ratione juris subnixa: *l.* 2. *C. de pœn.* Juris ratio non patitur: *l.* 1. *C. de divid. tutel.* permittit: *l.* 10. *C. quomod. & quand.* postulat: *l.* 2. *C. de hered. vel act. vend.* Rationibus juris protegi: *l.* 1. *C. de vacation.* Ratio recti sermonis: *l.* 8. *in fin.* D. *de aur. arg. leg.*

Ratio, respectus ejus quod convenit, caussa justifica. Sic: Non abhorret a ratione: *l.* 4. *C. de muner. patrimon.* Ratio admittit: *l.* 5. D. *de impens. in res dot. fact.* Rationi congruens est: *l.* 87. §. 7. *D. ad leg. Falcid.* Ratione constitutum: *l.* 4. C. *in quib. causs. pign.* Ratio deposcit: *l.* 87. §. 3. *D. de legat.* 2. in contrarium ducit: *l.* 60. §. 2. D. *de rit. nuptiar.* efficit: *l.* 1. §. 11. *D. de itiner. actuq. privat.* Rationis non esse: *l.* 2. *D. de bon. eor. qui ant. sentent.* Ratio facit: *l.* 6. *D. de serv. exportand.* Rationem habet distinctio: *l.* 18. *D. de usu & habit.* sententia: *l.* 7. *D. usufruct. quemadm. caveat.* summam rationem habet: *l.* 63. D. *pro soc.* magis rationem habere videtur: *l.* 7. §. *ult.* D. *commodat.* ratio eadem intervenit: *l.* 32. D. *ad leg. Aquill.* Ratione summa responsum est: *l.* 73. *D. de legat.* 2. Ratio pietatis constare dicitur in *l.* 1. *pr.* D. *de obsequ. par. & patron.* Cum ratione postulare: *l.* 1. C. *de rer. permut.* Ratio suadet, & rationis est: *l.* 69. §. 1. *D. de jur. dot.*

Ratio, modus, forma, via. Pro ratione juris: *l.* 14. *C. de collat.* Mala ratione: *l.* 40. D. *de statulib.* Ratio inveniatur: *l.* 24. D. *de Carbon. edict.*

Ratio alio sensu ea est, quam Labeo esse aiebat ultro citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui caussa negotiationem, nec ullam rationem a nuda debiti solutione incipere, quum & data & accepta & expensa contineat; *l.* 6. §. 3. D. *de edend.* Ratio accepti & expensi: *l.* 47. §. *ult. D. de pact. Rationes* accipere a servo: *l.* 26. D. *de servo corrupt.* adulterare: *l.* 1. §. *ult.* D. *eod. tit.* agere, administrare, gerere: *l.* 41. §. 10. D. *de fideicommiss. libertat. l.* 40. §. 3. *D. de statulib. l.* 34. D. *de liberal. causs. Rationi* bonorum deesse: *l.* 18. D. *de tutel. & rat. distrah.* Ratio Cæsaris & Augustæ: *l.* 6. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* Ratio calculi: *l.* 87. *D. de hered. instituend.* Rationes sui actus conficere: *l.* 10. D. *de edend.* Rationes dare, id est, reddere: *l.* 32. §. 6. D. *de administr. & peric. tut.* Rationibus distrahendis actio adpellatur, quæ adversus tutores, qui pupillum in tutela fraudarunt, in duplum datur: *l.* 1. §. 19. *l.* 2. *pr.* & §. *ult. D. de tutel. & rat. distrah. l.* 2. D. *de contrar. tutel.* Vid. supra sub art. *distrahere.* Rationes dominicæ: *l.* 5. §. *ult.* D. *de pecul.* quo refertur id, quod dicitur: in rationem domini impendere: *l.* 7. §. *ult.* D. *eod. tit.* & qui est rationes reddere jussus, intelligitur summam pecuniæ, quæ ex reliquis colligitur, jussus dare, *l.* 69. §. 4. D. *de evictione.* rationes autem uti redderent servi, explicat *l.* 82. *D. de*

de condit. & demonstr. A rationibus domini pecunia separanda: *l.* 37. §. 2. D. *de adquir. rer. domin.* Rationes fisci: *l.* 2. & 3. *C. de privil. fisc.* Rationem habere seorsum: *l.* 4. *pr. D. de pecul.* In rationem suæ pecuniæ habere. Rationes inspicere: *l.* 10. §. 1. *D. de edend.* Rationes intercidere: *l.* 1. §. *ult. D. de serv. corrupt.* Ratio mensæ: *l.* 47. §. 1. *D. de pact.* Nuda ratione debitorem neminem fieri: *l.* 26. *D. de donation.* Rationes offerre: *l.* 58. D. *de administr. & peric. tut.* Ex ratione patris: *l.* 26. §. *ult. D. depositi.* Ratio peculii: *l.* 11. §. 7. *D. de pecul.* In rationem suæ pecuniæ habere: *l.* 6. D. *de manumiss.* Pertinere ad me ratio, quid sit, vid. *l.* 6. §. 5. D. *de edend.* In rationes suas pecunia pervenit: *l.* 31. D. *de pecun. constit.* Rationem petere, id est, exigere: *l.* 20. §. *ult. D. de liberat. legat.* Ratio poni dicitur, id est, infici & computari, *l.* 1. §. 7. D. *si is, qui testam. liber esse juss. l.* 2. §. 2. *D. de administr. rer. ad civ. pert. l.* 41. §. 1. D. *de eviction. l.* 12. & 15. §. 3. D. *ad leg. Falcid. l.* 89. *pr.* D. *de solution.* Senec. *epist.* 87. Sic rationem ponitis. Ratione posita: *l.* 89. *pr. D. de solution.* Add. Quintilian. *Declam.* 273. Rationem præstare, id est, reddere: *l.* 67. §. 6. D. *de rit. nuptiar.* Rationes privatæ rei: *l. ult. C. de advocat. fisc.* Ratio putari dicitur, in qua summa sit pura, ut Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* scripsit, vel ut Nos. Marcellus *cap.* 1. *p.* 498. edit. Gothofred. Rationes putari de caussa dictæ sunt, quoties ex his fraudis, aut falsi, aut mendacii, aut iniqui aliud separatur, & expungitur. Putare enim veteres, auctore Gellio *lib.* 6. *cap.* 5. dixerunt, vacantia ex quaque re ac non necessaria, ut etiam obstantia & aliena auferre, & excidere, & quod esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic in *l.* 7. *D. de contrah. emtion.* accipienda sunt verba: Si rationes domini arbitrio putet. Cato *de re rust. cap.* 5. Rationem cum domino crebro putet. Plaut. *Aulular. Act.* 3. *sc.* 5. *v.* 53. Putatur ratio cum argentario. *Rationes* reddere longe aliud est, quam edere. Nam edere jussus inspiciendi facultatem præbere debet, reliquum reddere non debet. Reddere vero jussus hoc amplius eam pecuniam, quæ ex reliquis colligitur, reddere cogitur, *l.* 89. D. *de verb. signif. l.* 69. §. 4. D. *de evict. l.* 31. *D. de statulib.* Etenim rationes reddere effectu nihil aliud est, quam reliqua solvere: *l.* 32. D. *de condit. & demonstr. l.* 4. *C. de testam. manumiss.* Quamobrem reddendarum rationum conditioni servus ita demum satisfacit atque paret, si libros rationum edat, si legendas, examinandas, dispungendas, computandasque rationes offerat, si cautiones & instrumenta omnis actus sui exhibeat, & heredes notitia rationum instruat, & fidem constare omnibus, quæ ab eo gesta sunt, doceat, ac denique cum fide actus sui, quod reliquum est, solvat & reddat, *l.* 81. 82. & 111. D. *de condit. & demonstr. l.* 8. §. 5. D. *de liberat. legat. l.* 6. §. *ult.* D. *de statulib.* Sufficit plane si ex æquo & bono rationem reddat, nec ea utique, quæ sine culpa sua perierint, reddere debet: *l.* 22. §. *ult.* D. *de manumiss. testam.* Sed nec ad reliquorum onus pertinent damna, quæ ita contigerint, ut nihil imputari possit: *l.* 41. §. 7. D. *de fideicommiss. libertat.* quæ tota fere lex de conditione reddendarum rationum est. Rationum redditione remissa scrupulosa tantum exactio re-

remitti videtur, non etiam reliquorum retentio vel dolus in actu gerendo commissus: *l.* 72. §. 3. *D. de condit. & demonstr. l.* 10. & 28. §. 9. *l. ult.* §. 1. & §. 2. D. *de liberat. legat. l.* 119. D. *de legat.* 1. Et ita de eo, qui tutores ἀνεκλογίστους esse, id est, rationibus reddendis minime obnoxios voluerat, Julianus respondit, nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari eos debere, *l.* 5. §. 7. D. *de administr. & peric. tut.* Rationibus, in rationes referre: *l. ult. D. de rescind. vendit. l.* 49. §. *ult.* D. *de pecul.* Rationes relatæ olim dicebantur, quemadmodum Cicero *ad familiar. lib.* 5. *epist.* 20. ostendit, quæ ad ærarium referebantur. Festus Pompeius *lib.* 16. R. duobus in compluribus orationibus quum de actis differitur, etiam perscribi solet, id est, *rationum relatarum*, quod iis tabulis docentur judices, quæ publice data atque accepta sunt. *Rationes* accipere a servo: *l.* 26. D. *de serv. corrupt.* Subduci ratio etiam dicitur, in *l.* 17. §. *ult.* D. *de his, quæ ut indign.* Sic Plaut. *Captiv. Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 89. Subducam ratiunculam - Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet. Terent. *Adelph. Act.* 5. *scen.* 4. *pr.* Numquam ita quisquam subducta ratione ad vitam fuit. *Rationes* subscribere: *l.* 81. *D. de condit. & demonstr.* Inde rationes subscriptæ & expunctæ: *l.* 13. *in fin.* D. *de divers. temp. præscript.*

RATIOCINATOR, calculator, in *l.* 5. §. 16. D. *de tributor. act.*

RATIOCINIUM, computatio, in *l.* 2. *utroque* C. *de discussor. l.* 2. C. *de divers. offic. l.* 9. §. 2. C. *de bon. proscript.*

RATIONABILIUS, rationi convenientius, *l.* 34. D. *de obligat. & act. l.* 37. D. *de stipulat. servor.*

RATIONALIS, caussa, i. e. rationabilis: *l.* 20. D. *de adquir. possess.*

Rationalis. Posteriorum Imperatorum temporibus *Rationales* adpellati sunt, qui procuratores Cæsaris antea dicebantur, *rubr.* D. *de procurat. Cæsar. vel rational.* Lamprid. *in Alexandr. cap.* 45. Ubi aliquot voluisset vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, *rationales* ordinare. Ad fiscum itaque pertinentes caussas per *rationalem* decidi, & fiscalia negotia per ipsum expediri legimus, *l.* 5. 8. & 10. *C. ubi causs. fiscal. l. ult.* C. *ad leg. jul. majest. l. ult. C. si advers. fisc. l. ult.* C. *de advocat. fisc. l.* 2. C. *ne uxor. pro marit. l.* 2. *C. de mod. mulct. l.* 3. C. *de conven. fisc. debitor. l.* 4. *C. de fid. instrum. l.* 3. C. *de bon. vacant. l.* 5. C. *ubi causs. stat.*

In Notitia autem Imperii quidam *Rationales summarum* ponuntur per provincias constituti, quos putat Brisson. *Rationales summæ rei* vocari, veluti *in inscript. l.* 7. *C. ubi causs. fiscal. Idem Aug. ad Buleforum Rationalem summæ rei.* At in Inscriptione, *l.* 7. *C. Th. de jur. fisc.* Verecundo Rationali summarum scriptum. Sic est quoque in marmore apud Reines. *Secundo XX. Her. Rat. Summar. Urbanæ matri Climenæ Coi Primigenius XX.* ubi ex Notitia Imperii occid. Reinesius notat, *Rationalem summarum* sub dispositione Comitis sacrarum largitionum fuisse. Alii etiam statuuntur *Rationales privatarum*, ut & procurator privatæ rationis, *in l.* 7. *C. de edend. & rationalis privatæ* rationis, *l. un. C. de annon. & cap. & Rationalis* privatæ rei, *l.* 7. *C. de bon. proscript.*

RATIS, fluviatile navigium: *l.* 5. §. 4. D. *ad exhib. Ratium* exercitores: *l.* 1. §. 4. D. *naut. caup. & stab.*

RA-

RATIUNCULA: *l.* 28. *D. depofit.* Chartæ ad ratiunculam vel logarium paratæ : *l.* 3. §. 10. *D. de pen. legat.*

RATUS, *a*, *um.* Ratus actus : *l.* 41. D. *de pact. dotal.* Rata æftimatio : *l.* 17. §. *ult.* D. *de jur. dot.* auctoritas : *l.* 61. D. *de jur. dot.* Rati codicilli : *l.* 18. D. *de jur. codi ill.* Ratæ conditiones : *l.* 13. D. *de pollicit.* Ratus confenfus : *l.* 44. D. *de adquir. vel omitt. hered.* contractus : *l.*24. C. *de locat.* Rata conventio : *l.* 31. §. 22. D. *de Ædil. edict.* denunciatio : *l.* 17. D. *ad leg. jul. de adulter.* divifio : *l.* 4. §. 1. D. *pro foc.* Ratum divortium : *l.* 9. D. *de divort.* Rata donatio : *l.*66. D. *de donat. int. vir. & ux.* Ratum fideicommiffum : *l.* 28. D. *de legat.* 3. Ratum habere : *l.* 1. § 10. D. *de op. nov. nunciat.* Ratum judicium : *l.* 1. C. *de fatifd.* legatum : *l.* 16. D. *de teftam. milit.* Ratæ libertates : *l.* 9. D. *ad SC. Silanian.* Rata nunciatio : *l.* 5. D. *de op. nov. nunciat.* pactio : *l.* 17. D. *commodati.* Ratam rem habere, hoc eft, comprobare agnofcereque, quod a non vero procuratore nomine noftro actum eft, *l.* 12. D. *ratam rem hab.* Idque non verbis tantum, fed & facto explicari poteft, *l.* 5. D. *eod. tit.* Et ita in ftipulatione, qua procurator cavet, rem ratam dominum habiturum, hoc verbum accipimus, quæ & *de rato cautio* & fatiidatio vocatur, ut infra videre eft. Rata retentio : *l.* 4. C. *de ufur.* fententia : *l.* 2. C. *de fentent. quæ fin. cert. quantit.* folutio : *l.* 7. D. *de dot. præleg.* ftipulatio : *l.* 2. C. *de inutil. ftipulat.* *Rata* teftamenta, & irrita opponuntur : *l.* 6. §. 11. D. *de injuft. rupt. irrit.* Rata traditio : *l ult.* D. *de donat. int. vir. & uxor.* tranfactio : *l.* 11. *C. de tranfact.* venditio : *l.* 10. *C. de fid. inftrum.* voluntas : *l.* 42. D. *de fideicomm. libertat.*

Cautionem, *ratam rem habiturum* dominum, jurifconfulti etiam cautionem vel fatiidationem *de rato* adpellant : *l.* 23. D. *de adminiftr. & peric. tutor. l* 22. § 3. D. *folut. matrim.* & ftipulationem de rato habendo, in *l* 2. D. *rat. rem haber.* qua promittitur, ut Theophilus *ad* §. 1. *Inft. de fatifdation.* loquitur, ὡς κύρια καὶ βέβαια τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα ὁ δεσπότης ἡγήσεται τῆς δίκης dominum litis ea, quæ ipfe acturus fit, rata & firma habiturum. Huc pertinet quod dicitur. de *rato* cavere : *l.* 20. D. *rem rat. haber.* De rato habendo cavere : *l.* 3. D. *eod. tit.* De rato ftipulari : *l.* 12. *D. eod. tit.* Ratam rem habiturum dominum vetus Gloffarium Græcum interpretatur, δεκτὴν πρᾶξιν δεσπότου οἰκείου, ἤγουν εἰ ἐπίτροπος τὶ ποιήσει ὡς δεσπότης, ἵνα στέργῃ τοῦτο ὁ πούπιλλος. Aliud Gloffar. Græc. ἀσφάλειαν μόνην, τουτέστι, ὅτι τὴν περὶ τοῦ ὅτι δεκτὸν τὸ πρᾶγμα ὁ δεσπότης ἤτοι κύριος τῆς δίκης ἡγήσεται.

Ratum fecerit folutionem : *l.* 7. *D. de dot. præleg.*

RAUCA, genus erucarum, de qua Plinius *lib.* 17. *Hift. natur. cap.* 18. Raucis fegetes corruptæ : *l.* 15. §. 2. *D. locati.* Malunt alii *erucis* legere, quod judicavit Ducker. *de Latinit. Vet. Ictor. p.* 399. retinet tamen hanc lectionem Cujacius *obferv. lib.* 15. *cap.* 1. Hein.

REATUS. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ejus fublevanda erit : fic enim conftitutum eft, non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti fententiam accipiunt : *l.* 25. *D. de pœn.* Reatu aliquo vel debitis fatigari : *l.* 1. *C. de his, qui ad ecclef. confug. l.* 1.

l. 2. C. *Theod. eod. tit.* Reatus criminis: *l.* 1. C. *Theod. de bon. proscript.* majestatis: *l.* 10. *C. Th. eod. tit.* transactionis illicitæ: *l.* 4. *C. Theod. tributa in ipsis specieb. Reatus* dicitur adstringere: *l.* 3. *C. Th. de indulg. crimin. Reatus* excludit omnem honorem: *l.* 1. *C. Theod. de accusat.* In *reatum* deduci: *l.* 1. *C. Th. ad leg. jul. de adulter.* Hoc autem verbum, ut auctor est Fabius *lib.* 8. Ciceroni aliisque antiquis scriptoribus inusitatum, ac primum a M. Messala confictum fuit: Definiturque *reatus* status & conditio, in qua sunt rei, donec vel absolvantur, vel condemnentur. Olim inter reos relati, in conspicua & miseranda erant calamitate, capillo submisso, ut Plin. *lib.* 7. ad Suram scribens significat, quem non ante fas fuit rescindere, quam omnium sententiis absolverentur. Squalore & illuvie confecti, promissa barba, habitu sordido, pannoso, &, ut inquit Bud. misericordiæ aucupatore. Qui status *reatus* dicitur. Et huc respexit Martial. dum dicit: Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum, Squalidus hærebo, pallidiorque reo, Si jubeat patria damnatum excedere e terra, Per freta per scopulos exulis ibi comes. Quapropter omnino falluntur scriptores post Accursium, existimantes a jurisconsultis *reatus* verbum pro crimine usurpari, eorumque sententia refutatur per *l.* 3. §. *quod pater* D. *de mun. & honor.* Non enim crimen, sed habitum illum pannosum, statumque demissum significat, *l. fin.* D. *ad leg. jul. majest. l.* 7. §. 2. D. *de bon. damnat. l. ult.* §. *ult.* D. *de bon. eor. qui ante sentent.* Eum sane mitius puniendum, qui diu in eo statu fuerit, ait Modestinus *d. l.* 25. D. *de pœn.* Nam antiquis miseranda hæc & di turna calamitas pars pœnæ, nec injuria visa est. Solum Publium Scipionem Africanum legimus, cum reus esset, eique a Claud. Asellio tribuno plebis dicta dies esset ad populum, neque barbam radere, neque candida veste uti desiisse, minimeque fuisse cultu solito reorum, ut est apud Gell. N. A. Hodie in *reatu* sunt, inquit Budæus, qui vel carcere detenti sordibus & illuvie conficiuntur, aut qui honoris caussa, custodiæ suæ, aut apparitorum commissi, aut vadimonio vel vadibus obstricti sunt, aut ex promissoribus. Justin. *Histor. lib.* 4. *cap.* 4. Brevi post tempore, revocato ad reatum Alcibiade &c. ubi tamen *ob reatum* habent quidam codices.

REBAPTISARE: *l.* 2. *C. ne sanct. baptism. iteret.*

RECAVERE, de subscriptione in crimen, vel obligatione ad eamdem pœnam. Non prius insimulanti, id est, accusatori adcommodetur adsensus, quam sollemni lege se vinxerit, & in pœnam reciproci stilo trepidante recaverit: *l.* 2. *C. de exhib. & transmitt. reis.*

REBELLIS contumacia, de seditiosis, *l.* 31. *C. Theod. quor. adpellat.*

RECALCATUS iterum calcatus, repetitus. Recalcata mysteria, *l.* 4. *C. Theod. ne sanct. bapt. iter.*

RECAUTA, apochæ species, in *Novell.* 130. *cap.* 1. in qua Justinianus ostendit de recauta de more παρὰ τῶν ὀπτιόνων τοῖς ὑποτελέσιν ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν δαπανωμένων, ab optionibus subditis facta, pro iis quæ ab ipsis expensa sunt. Quo fit, ut in Suida *Tom.* 3. *p.* 255. mendum esse non sit dubitandum, apud quem ita scriptum est: ῥέκαυγον· παρὰ Ρωμαίοις ἀποχῆς εἶδος, utique enim ῥέκαυτον legi convenit. Eadem fere

fere habentur in Gloffis Nomicis: Ῥέκαυδον ἀποχῆς εἶδος. *Recautum*, *apochæ species.* In Novella etiam 130. *cap.* 1. 3. *&* 7. numquam in fingulari *recauta*, fed in plurativo numero, adeoque *recautum* occurrit. Hifpanis hodienum *recaudo.*

RECCIDERE pro recidere, *l.* 10. *&* 40. *D. de adopt. l.* 7. *in fin. D. quod cujufq. univ. nom. l.* 6. *D. de captiv. l.* 13. D. *de option. legat.*

Recedere a beneficio: *l.* 2. *C. de jur.* a commiffione: *l.* 6. §. *ult.* D. *de leg. commiff.* a contractu, de contractu, *l.* 74. D. *de contrah. emt. l.* 3. *D. de refcind. vendit.* a controverfiis, *l.* 1. §. 10. *D. de op. nov. nunc* Recedere dominium ab aliquo, dicitur *l.* 10. §. *ult. de condict. furtiv.* Recedere a dominio, *l.* 27. §. 14. D. *ad leg. jul.* D. *adulter.* ab emptione, *l.* 58. *D. de pact.* a filiis, *l.* 34. §. 4. *D. de legat.* ab interdicto, *l.* 3. §. 7. *D. de lib. hom. exhib.* a judicato, *l.* 3. *C. quomod. & quand.* a judicio, *l.* 19. *D. de his, quæ ut indign.* a jure, *l.* 2. *D. de conftit. pecun.* a legato, *l.* 24. *D. de fideicomm. libert.* ab his, quæ legata erant, *l.* 28. D. *de aliment. vel cibar. legat.* a primo legatario, *l.* 7. D. *de alim. legat.* a locatione, *l.* 21. §. *ult.* D. *ad municipal.* a forma mandati, *l.* 45. D. *mandati.* a monumento, *l.* 71. §. 2. D. *de condit. & demonftr.* ab obligatione, *l.* 126. §. 2. D. *de verb. obligat.* ab opinione, *l.* 1. §. 9. D. *ad leg. falcid.* a pacto, *l.* 8. *C. de pact. int. emtor.* a perfona, *l.* 43. D. *de verb. oblig.* a pignore, *l.* 9. D. *de pignorat. action.* a placitis, *l.* 5. D. *de tranfaction.* a capitis pœna, *l.* 4. §. 10. D. *de re militar.* de poffeffione, *l.* 34. D. *de adquir. poffeff.* Recedere etiam poffeffio dicitur, *l.* 16. D. *eod. tit.* Recedere quoque proprietas a legatario dicitur, *l.* 105. D. *de condit. & demonftr.* Recedere a refcripto, *l.* 1. §. 19. D. *de quæftion.* a fententia, *l.* 11. §. *ult.* D. *de minorib.* a fignificatione verborum, *l.* 69. *pr. D. de legat.* 3. a focietate, *l.* 65. §. 6. *&* §. 13. D. *pro focio.* a priori teftamento, *l.* 18. D. *de legat.* 3. a tractatu, *l. ult.* D. *de jur. fifc.* a tranfactione, *l.* 39. *C. de tranfaction.* ex venditione, *l.* 10. D. *quib. mod. pign.* a verbis, *l.* 88. §. 12. *D. de liberat. legat.* a voluntate, *l.* 22. D. *de legat.* 2. ab ufu, §. *ult. Inft. de noxal. action.* ab ufufructu, *l.* 48. *pr.* D. *de ufufruct.* ab uxore, *l.* 13. §. *ult.* D. *de annuis legat.*

RECENS. In recenti: *l.* 21. D. *de pœn.* In recenti aditæ hereditatis: *l.* 31. §. 2. D. *de privil. credit. Recens* flagitium: *l. ult. C. Theod. de rapt. virg.* In eadem re Sidon. *lib.* 5. *epift.* 19. calentem culpam vocat. Recenti tempore, & in præfenti unum idemque fignificant, *l.* 1. §. *ult. l.* 2. D. *de Carbon. edict.* id eft, ftatim. Mæcianus ait, ad præfens, *l.* 18. §. 1. D. *de caftrens. pecul.*

RECEPTATORES, dicuntur, qui alias receptores, *l.* 1. D. *de receptator. l.* 3. §. 1. D. *de offic. præf. vigil.* Receptatores autem dicuntur, qui nocentes recipiunt, occultant atque celant, *l.* 13. *D. de offic. præfid. l. ult.* D. *de abigæis.* Sic receptatores latronum, *l.* 6. *D. de cuftod. & exhib. reor.* qui & receptores dicuntur, in *l.* 3. §. 3. D. *de incend. ruin.*

RECEPTIO mulionum: *l.* 58. *C. Theod. de curf.* id eft, occultatio mulionum.

RECEPTITIA actio olim vocabatur, quæ adverfus argentarios, qui pecuniam alieno nomine conftituerant, dabatur, *l.* 2. *C. de*

de constit. pecun. Theophil. *ad* §. 8. *Inst. de action.* a verbo *recipere*, quod nonnumquam promittere est. Unde *ex recepto*, id est, compromisso Justinianus interpretatur. Indeque arbitros, qui ex compromisso adeuntur, *receptos* dici censet, *l.* 12. *C. de judic.* Quod non nisi lente & fastidiose se probare posse, ait Brisson. existimans, *receptos* potius a *recepto arbitrio* dictos. Etsi autem inter actionem receptitiam & constitutoriam multæ aliæ essent differentiæ, videbantur nihilominus inter se esse similes, donec Justinianus actione receptitia sublata, & constitutoria adaucta & confirmata, utramque unam esse voluit. Differentiæ autem, quæ erant, manifestæ sunt ex *l.* 2. *C. de constitut. pecun.* Receptum nempe, juris erat civilis, ut quod fieret verbis solemnibus, id est, civilibus & directis, atque adeo non nudo pacto: Constitutum vero juris prætorii nudo pacto introductum: Ex recepto obligantur soli argentarii, qui recipiebant ad se debita aliena: ex constituto quivis alii: quod confirmat Theophilus *Inst. de action.* In constitutum veniebant tantum pecuniæ, id est, ea quæ pondere, numero, & mensura constant, unde etiam titulus est de constituta pecunia: In receptum autem omnes res, id est, pecuniæ & corpora veniebant, ut receptum quidem plenius fuerit respectu rerum, & strictius respectu personarum: Constitutum autem contra plenius fuerit, si personas spectas, strictius, si res: quo utroque plenior & uberior erat stipulatio, ut puta ex qua omnes personæ obligarentur, & in quam res quælibet veniunt: Recipiebantur etiam nondum debita, puta, si argentarius dicebat, vendat illi licet, nam recipio me pretium redditurum: at constituebantur tantum debita præsentia, ut olim dubitaretur, an debitum sub conditione vel in diem constitui posset: Præterea receptum fiebat, & pure & in diem, constitutum in diem tantum, *l.* 17. D. *de constit. pecun.* Quod verbum etiam constituti per se satis indicat, Constitutum quasi ad diem conditum, ut interpretatur Cic. *in Epist. ad Attic.* Denique actio receptitia erat perpetua, constitutio etiam erat perpetua, sed certis casibus annalis, qui quales fuerint, incertum est, quoniam Justinianus in *d. l.* 2. constitutoriam omni casu perpetuam esse voluit. Quamvis autem hæ differentiæ non essent exiguæ, ait tamen Justin. in §. 8. *Inst. de action.* actionem de constituta pecunia similem actioni receptitiæ visam fuisse, nempe ante suam constitutionem, quoniam post hanc non amplius videbatur esse similis, sed revera similis, imo eadem facta est. Nam nisi Tribonianus quid immutavit in *l.* 6. §. 3. D. *de edend.* ex eo discimus receptam fuisse constitutam, etsi non contra. Illud sane certum est, Græcos utrumque ἀντιφωνήσεως, id est responsionis adpellatione comprehendisse, ut *Novell.* 115. §. *fin.* Hinc facile moveri potuit Justinian. ut actione receptitia tanquam supervacua cessare jussa, solam constitutoriam remanere vellet, in quam receptitia transfusa esset, sicut & Scum Pegasianum transfudit in Trebellianum, & actionem rei uxoriæ in actionem ex stipulatu de dote. Quamobrem nihil in Digestis reperias de SCo Pegasiano, nihil de rei uxoriæ actione, nihil etiam de actione receptitia, de qua tamen absque omni dubio Jurisconsulti scripserunt plurima, ut pote ea, in qua plus esset, quam in actione constitutoria. Adparet etiam ex

 Con-

Constitutione Justiniani jam ante Justinianum minus frequentatam fuisse actionem receptitiam, non tamen omnino sublatam, qua qui uti vellet, id posset. Qua ratione potissimum motus esse videtur Justinianus, ut receptitia, cum idem fieri possit per actionem constitutæ pecuniæ, si in eam, quod plenius erat in receptitia, transfunderetur, ab usu recedere juberetur. Vult. *ad d.* §. 8. *n.* 4. & 5. *Inst. de action.*

Receptitia dos ea dicitur, quam is, qui dat, in mortem mulieris a marito stipulatur, *l.* 31. §. 2. D. *de mort. causs. donat.* & apud Ulpian. *tit.* 6. *regul.* §. 5. Cujac. *ad lib.* 35. Paull. *ad edict. l.* 20. D. *de pact. dotal.* & in *Scævol. ad l.* 29. D. *eod.*

Receptius servus apud Catonem in suasione legis Voconiæ, non ut Festus interpretatur, *qui ob vitium redhibitus sit*, sed ut Nonius Marcellus longe rectius: quem mulier in danda dote aut donatione exceperat. Gell. *lib.* 17. *Noct. Att. cap.* 6. Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad virum transmittebat, ea recipere dicebatur, sicut nunc quoque in venditionibus, quæ excipiuntur neque veneunt. Vid. art. recipere *sub fin.*

RECEPTOR est, qui & receptator, qui nocentes occultat, celat, *l.* 1. D. *de receptator.* Receptor abigeorum: *l. ult.* §. *ult.* D. *de abigeis.* adgressorum: Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 3. §. 4. latronum: *ibid.* sine quibus latro diutius latere non potest: *l.* 13. *pr.* D. *de offic. præsid.*

Receptor pro fidecommissario: in *l.* 14. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* Nam ita ibi pro *præceptorem* legendum probabili ratione conjicit Bynkersh *Observat. lib.* 6. *cap.* 21. *Hein.*

RECEPTORIA scrinia: *l.* 3. C. *Theod. de palatin. sacr. largit.* quæ adservandis pecuniis & aliis speciebus erant destinata.

RECEPTUS, *a*, *um.* comprobatum. *Recepti* arbitri. Vid. suo loco art. *arbitr.* *Recepta* cognitio: *l.* 10. D. *de suspect. tutor.* donatio, apud Paull. *lib.* 2. *sentent. tit.* 23. §. 2. institutio: *l.* 48. §. 1. D. *de hered. instit.* Receptum jus: *l.* 3. *C. in quib causs.* Recepta lex populi judicio: *l.* 32. D. *de legib.* Receptus mos. Festus in *recetus* & Tacit. *lib.* 2. *Annal. c.* 85. Ita vero dicitur, quidquid a plerisque prudentibus adprobatum est: Budæus in *l.* 11. §. 1. *D. de dol. mal.*

RECEPTA ratione: *l.* 67. §. 9. *D. de ritu nuptiar.* Recepta reverentia, id est, moribus comprobata: *l.* 14. §. *ult. de statulib. l.* 11. D. *de pecul.* Recepta sententia: *l.* 2. §. *ult.*

RECERNI, *l.* 38. *C. Th. de operib. publ.* Libero spatio recernuntur. Verum ibi sine dubio legendum *secernuntur.*

RECESSUS fluminis, *l.* 36. §. 3. D. *de adquir. rer. dom.*

RECIDERE, secunda correpta, relabi, retroire. Sic *recidere* administratio ad aliquem dicitur, in *l.* 39. §. 3. D. *de administr. & peric. tut.* Recidere in caussam: *l.* 6. D. *de captiv. & postlim.* Recidere flumen dicitur, quod retrolabitur, *l.* 3. D. *de adquir. rer. dom.* Possessio recidit ad irritum: *l.* 16. §. 1. D. *de inoff. testam.* Recidere in potestatem: *l.* 2. §. 1. D. *ad SC. Macedon.* in potestate: *l.* 28. §. 1. D. *de liber. & post. l.* 2. D. *de vulg. & pupill. substit. l.* 3. §. 1. D. *de liber. & postum.* Recidere bonorum possessio ad primum: *l.* 2. §. 8. *D. de bon. possess. secund. tab.* Recidere familia, universitas ad unum: *l.* 13. *D. de option. vel elect. legat. l.* 7. §. 2. D. *quod cujusq. univers. nom.*

jus

jus omnium in unum : *l.* 7. §. 2. *D. eod. tit.*

Recidere, secunda producta, pro delibare & amputare. Sic recidere dicitur Falcidia legatum, *l.* 1. §. 13. *D. de dot. præleg.* recidere portiones : *l.* 35. §. 1. *D. de hered. instit.* Recidere protectum, id est, dejicere : *l.* 29. §. 1. *D. ad leg. Aquill.* Recidere radices : *l.* 6. §. *ult.* D. *arbor. furt. cæsar.* Recidere, admodum redigere : *l.* 2. *C. Theod. de domestic.*

RECIPERARE, *l.* 47. §. 7. D. *de legat.* 3. *l.* 39. D. *de stipulat. servor.* pro recuperare. Fuit enim latino *i* magna & ad commutationem proclivis cum vocali *v* cognatio. Ita duploma, pro diploma, adsimulatur, pro eo quod vulgo *assimilatur*, in pandectis legimus.

RECIPERE, pro recuperare. *Recipere* civitatem : *l.* 104. *D. de condit. & demonstr.* debitum suum : *l.* 12. D. *de reb. auct. jud. possid* dignitatem : *l.* 13. §. *ult.* D. *ad leg. Cornel. de fals.* dotem : *l.* 41. §. 7. D. *de legat.* 3. hereditatem : *l.* 9. §. 4. D. *de auctor. & consent. tut.* pristinum jus : *l.* 19. §. 5. D. *de captiv. & postl. reversi.* libertatem pristinam : *l.* 7. D. *de adquir. rer. dom.* pecuniam : *l.* 1. D. *ad leg. jul. de ambit.* jus possessionis : *l.* 12. D. *de jur. patronat.* pretium : *l.* 12. C. *de eviction.* mutua quindecim quæ dedit : *l.* 17. §. 1. D. *de dol. mal. except.* res suas : *l.* 13. D. *de pignor. action.* pristinam speciem : *l.* 14. D. *de adquir. rer. dom.* summam : *l.* 62. D. *ad SC. Trebell.* Recipi quoque transfuga dicitur a nobis, ad quos nunc primum pervenit : *l.* 51. D. *de adquir. rer. dom.* Vid. Cujac. *lib.* 4. *observ. cap.* 9.

Recipere aliquando est admittere, tolerare. Recipere adpellationem : *l.* 57. §. *ult.* D. *de administr. & peric. tut.* Simili sensu recipere aquam dicimus, id est, pati vel tolerare ut per viam publicam aqua fluat, *l.* 2. §. 18. D. *ne quid in loc. publ.* Recipi caussam : *l.* 15. §. 4. D. *de manumiss. vindict.* cognationem : *l.* 7. *D. und. cognat.* coheredem : *l.* 38. §. *ult.* *l.* 93. §. *ult.* D. *de legat.* 3. in collegium : *l.* 3. D. *de coll. leg.* Recipere diem vel conditionem : *l.* 77. D. *de regul. jur.* Contractus quidam dolum malum dumtaxat *recipiunt*, quidam dolum & culpam, id est, quorumdam contractuum natura talis est, ut in illis tantum dolus non culpa præstetur, in aliis vero & culpa & dolus, *l.* 23. D. *de regul. jur.* *Recipi* excusatio, id est, admitti : *l.* 60. §. 4. *D. de rit. nuptiar.* *Recipere* in fidem suam : *l.* 40. §. 1. D. *de jur. fisc.* Recipi paries dicitur, in *l.* 18. §. 11. D. *de damn. infect.* ubi vulgata habet *refici*. Recipere usucapionem res dicitur, quæ usucapi potest : *l.* 9. D. *de usucap.*

Recipere, pro cavere seu promittere. *Recipere* arbitrium : *l.* 4. *D. de recept. arbitr.* Plane recipere arbitrium & delatum sibi a litigantibus judicandi potestatem in se accipere vel admittere, seque suo arbitrio controversiam finiturum promittere. Et sic quoque Harmenopul. *lib.* 1. *tit.* 4. §. 63. Recipere custodiam, id est, promittere : *l.* 55. D. *locat.* Recipere suo periculo : *l.* 60. §. 6. *D. eod. tit.* in se debitum, id est, constituere se debitorem, *l.* 4. D. *de manumission.* item recipere sibi debitum : *l.* 16. §. 4. D. *de fidejussor.* in se obligationem : *l.* 8. *D. ad SC. Vellei.* Recipere periculum, id est, cavere de periculo, *l.* 1. *C. de administr. tut.* in se periculum : *l.* 13. §. 5. D. *locati.* In edicto : nautæ, caupones, stabularii, verba hæc : *quod cujusque salvum fore receperint*, ad omnes res, quæ in navem cauponam-

 ve

ve immissæ, illatæque sunt, etsi specialiter adsignatæ non sint, pertinent, *l.* 1. *in fin. D. naut. caup. stabul.* Et qui salvum fore recepit, non solum a furto, sed & a damno recipere videtur: *l.* 5. *in fin.* D. *furt. adversf. naut. caupon.*

Recipere in reos, vel inter reos, & accusatum post delationem legitime inchoatam in album reorum referre & adnotare, donec crimen peragatur, finiaturve. Tacit. *lib.* 3. *Annal.* 1. *c.* 70. *lib.* 2. *cap.* 74. *lib.* 13. *cap.* 10. Et recipi quoque nomen ejus, qui inter reos refertur, Latini auctores dicunt. Cicero *IV. Verrin. cap.* 18. Et alii qui interfuerint, quum accipientis nomen reciperetur. Valer. Maxim. *lib.* 3. *cap.* 7. *ex.* 9. Quum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reipublicæ caussa abessent, recipi nomina vetabat, in urbem tamen recurrit. Seneca *lib.* 3. *Controverf. præfat.* Postulavi ut prætor nomen ejus reciperet. Sic *recipi* rei dicuntur, in *l.* 2. §. *ult. D. de custod. & exhibit. reor.* & recipi inter reos: *l.* 13. *C. ad leg. jul. de adulter.* Receptus reus: *l.* 15. §. 7. *D. eod. tit.* Recepta inter reos: *l.* 11. §. 2. *D. ad leg. jul. de adulter.*

Recipere aliquando est celare, occultare. Sic *recipere* latrones: *l. ult. D. de receptator.* alienum libertum: *l. ult.* C. *de oper. libert.* rem de incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata surreptum: *l.* 3. §. 4. *D. de incend. ruin. naufrag.* Unde receptor & receptator, de quibus supra.

Recipi pro comprobari. Sic receptum esse quidpiam quum dicimus contra juris subtilitatem & rigorem suadente aliqua utilitate atque æquitate adprobatam intelligimus: quæ integra loquutio exprimitur, in *l.* 5. *pr. D. de obligat. & action. l.* 6. *D. rem pupil. salv. for.* Huc pertinent adfirmandi phrases: Receptum est, *l.* 41. *D. de reb. cred.* receptum jure civili: *l.* 32. *D. de reg. jur.* Commenticio jure receptum: *l.* 20. *D. de pœn.* Receptum jurisprudentibus: *l.* 1. C. *de adquir. & retinend. possess.* jure singulari receptum: *l.* 44. §. 1. *D. de adquir. possess.* Vid. supra *receptus.*

Recipere etiam in tradendo promittendove excipere significat: *l.* 5. & 20. *D. commun. prædior. l.* 31. *in fin. D. solut. matrim.* Sic, qui fundum vendidit, pomum recepit: *l.* 205. *D. de verb. signif.* Cato *de re rust. cap.* 64. Pabulum domino recipitur. Cic. *Topic. cap. ult.* Fecitque quod sæpe liberales venditores solent, ut quum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis concedunt tamen emtori, quod ornandi caussa apte & loco positum videatur. Idem *lib.* 2. *de orator. cap.* 55. Dicet se, quum ædes venderet, ne in rutis quidem cæsis solium paternum recepisse. Plaut. *Trinum. Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 157. Porticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. Recepta habitatio, pro excepta in lege venditionis: *l.* 53. §. 2. *D. de action. emt.*

Recipere in carcerem: *l.* 1. *D. quand. adpelland. sit. l.* 1. §. 13. *D. de custod. & exhib. reor.* & apud B. Augustin. *lib.* 3. *contr. Crescon. Grammatic.* Suet. *in Tiber. cap.* 62. In carcerem recepti. Habent tamen alii codices *rapti.* Apud Valer. Maxim. Receptæ in carcerem.

Recipere cognitionem judices dicuntur. Recepta cognitio: Plin. *lib.* 6. *epist.* 20.

Recipere etiam caussam rei alicujus dicitur orator, qui eam ad se delatam retinet, &, ut vulgo loquimur, de ea agenda se onerat. Cic. *lib.* 1. *de orator.* Ante con-

condemnentur re, quorum causſas recepimus. Idem in *orat. ad* Quirites post reditum. Alterius cauſſam capitis receperam. Et *pro Cluentio cap.* 25. Cum cauſſam bonorum Safinii Atellæ recepiſſem. Idem *in Epiſt.* ad Familiar. *lib.* 5. *epiſt.* 10. Sic & apud Gellium *lib.* 5. *Noct. Attic. cap* 10.

RECIPROCA ſubſtitutio : *l.* 4. *D. de vulgar. & pupill. ſubſtit.*

RECIPROCI pœna, id eſt, talionis, *l.* 2. C. *de exhib. & tranſmitt. reis.* quæ alias par pœnæ conditio dicitur, in *l.* 14. C. *Theod. de accuſat.* & cuſtodiæ ſimilitudo, in *l. ult. C. eod. tit.*

RECISIO legatorum, id eſt, delibatio : *l.* 35. *de hered. inſtit.*

RECISIUS tempus, pro contractius, brevius, *l.* 2. *D. de termin. mot.* Simili forma *Reciſum* opus, pro brevi eſt apud Vellei. Patercul. II. 19. ut obſervat Ducker *de Latin. vet. Juriſconſ. p.* 421. cujus etiam conjectura eſt, apud Vitruvium pro *ſcenam receſſiorem* legi debere *reciſiorem.* Hein.

RECITARE. Apertis tabulis, teſtamenta recitari ſolebant. Sic. Quum in publicum prolatum & apertum teſtibus præſentibus publice recitatur. *l.* 1. C. *teſtam. quemadm. oper.* & apud Paull. *lib.* 4. *ſentent. tit.* 6. Recitatæ tabulæ : *l.* 1. *C. de his, quib. ut indign.* Et ita etiam Suetonius loqoutus eſt *in Julio cap.* 75. *in Auguſt. cap.* 100. *in Tiber. cap.* 16. & 23.

Recitare teſtator etiam heredem dicitur, quia eum palam, id eſt, ſic ut a ſeptem teſtibus exaudiri poſſit, nuncupat. Sic in *l.* 1. *D. de his, quæ pro non ſcript. hab.* Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recitaverit, ex ea parte heres eſto. Et *l.* 81. §. *ult. D. de hered. inſtit.* Quanta ex parte me a Titio heredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte mihi Sempronius heres eſto. Cicero pro Cæcina *cap.* 19. Teſtamento ſi recitatus eſſet pupillus Cornelius. Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Poſt mortem teſtatoris & aperto teſtamento recitatus heres.

Recitare, legere de ſcripto & palam dicere. Sic *recitare* conſtitutionem : *l.* 74. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* libellos : *l.* 72. D. *de furt.* jus apud judices : Paull. *lib.* 5. *ſent. tit.* 25. §. 4. orationem in ſenatu : *l.* 8. *pr. D. de tranſaction.* ſententiam litigatoribus : *l.* 1. *C. de ſentent. & peric. recit.* teſtamentum : *l.* 13. §. *ult. D. ad Leg. Cornel. de fals.* Hinc *recitatio* decreti : *l. ult.* C. *ſi adverſ. donat.*

RECLUDERE, excludere. Nomen & materiam caducorum ab orbe Romano recludere : *l.* 1. *pr.* C. *de caduc. toll.* Germana ejus ab eadem ſucceſſione recluditur : *l. penult. C. de legit. hered.* Recludere eſt etiam contra vulgarem ſignificationem occludere, in §. *pen. Inſt. de legitim. agnat. ſucceſſ.* ubi : Satis abſurdum erat quod cognatis a prætore apertum eſt, hoc agnatis eſſe recluſum. Quod reprehendit Rad. Forner. *Rer. quotidian. lib.* 3. *c.* 15. Sed ſimilem loquutionem Vinnius *ad d.* §. *penult.* reperit apud Juſtin. *hiſt. lib.* 1. *c.* 9. ubi : Concubinæ ſingulæ ſeparatim recludi dicuntur.

RECOGNITIO eſt diſpunctio, in *l.* 16. *D. de reb. auct. judic. poſſid.* ad quam referenda eſt *l.* 56. *D. de verb. ſignif.* ut inſcriptionum ſimilitudo admonet.

RECOGNOSCERE, examinare, viſitare. Sic recognoſcere cuſtodiam & ergaſtula. Vid. ſub. art. *cuſtodia.*

Recognoſcere locum, *l.* 44. *D. de adquirend. poſſeſſ.* mancipia ergaſtuli : Columell. *lib.* 1. *cap.* 8. ſervum : *l.* 3. §. 7. *D. ad exhib.*

Recognoscere instrumenta, est relegere & cognoscere, dispungere, conferre data & accepta, *l.* 56. *D. de verb. signif.* Sic descriptum & recognitum faciant accipe in *l.* 5. *D. famil. ercisc.*

Recognoscere etiam dicitur, qui quod se dictante ab alio scriptum est, agnoscit: *l.* 15. §. 3. *D. ad leg. Cornel. de fals.*

RECONCILIARI dicitur matrimonium, quod dissociatum est, *l.* 21. §. 1. *D. de pact.*

RECONDERE dotem signaculo imposito: Vid. *Authent.* dos data donationem C. *de donat. ant. nupt.*

RECONDUCERE, *l.* 13. §. 11. *D. locat.*

RECTE, arbitrio boni viri plerumque significat, *l.* 17. §. *ult. D. de usufruct. l.* 73. *D. de verb. signif. l.* 1. §. 9. *D. de collat. bonor.* ut ostendit Brisson. *lib.* 1. *select. Antiquit. cap.* 9. Sic *recte* colere: *l.* 9. *D. de usufr.* defendere, *l.* 5. §. 8. *D. judicat. solv.* sufficienter dixit, *l.* 14. *D. solut. matrim.* Porro *recte* defendi verba in Edicto, quod in *l.* 5. §. *ult. D. ex quib. causs. in possess. eat.* proponitur, quam vim habeant, explicatur, in *l.* 63. D. *de judic.* & *l.* 10. *D. de administr. & peric. tutor.* Quas ad id argumentum pertinere indicio sunt inscriptiones. *Recte* liceat: *l.* 20. *D. de servit. prædior. rusticor. Recte* negotium gerere: *l.* 35. §. 3. *D. de contrah. emtion.* Etiam in stipulationibus *recte* verbum pro viri boni arbitrio est: *l.* 73. D. *de verb. signif.* Sic *recte* stipulari: *l.* 82. *D. de verb. oblig. Recte* uti: *l.* 6. *D. de itin. actuq. privat.*

Recte alias est idonee, utiliter, & ut oportet, *l.* 2. §. 1. *D. usufructuar. quemadm. cav. l.* 20. *D. de servit. præd. urban. l.* 24. *D. de servit. præd. rust.* Recte cavere: *l.* 1. §. 9. *D. de collat. bonor.* constituta obligatio: *l.* 5. *C. de pact.* contractum pignus: *l.* 38. *D. de legat.* 3. dari: *l.* 11. §. *ult.* D. *de duob. reis.* donare: *l.* 11. *D. de mort. causs. donat.* illata, id est, soluta: *l.* 53. *D. de manumiss. testam.* persolvi: *l.* 68. D. *eod. tit.* promittere: *l.* 16. D. *de transaction.* recipitur: *l.* 45. D. *de condict. indeb.* solvi: *l. ult. D. de jur. dot.* stipulatur: *l.* 98. §. 7. D. *de solution.* tenetur, id est, obligatur: *l.* 33. D. *mandat.*

Recte item significat legitime & secundum juris ordinem, *l.* 2. §. 1. *D. ad SC. Velleian.* ut: Recte agere: *l.* 1. §. *ult. D. de rei vindicat.* agnita bonorum possessio: *l.* 3. §. 1. *D. de bonor. possess.* vindicare: *l.* 31. §. 1. *D. donat.*

Recte etiam est sine vitio, id est, non vi, non clam, non precario: *l. penult. D. de itiner. actuq. privat.* His enim modis non rite res agitur, ut Donat. *ad Terent. Eunuch. act.* 2. *scen.* 2. *v.* 37. *notat.* Sic: Recte possidere: *l.* 12. *C. de contrah. nupt.* usucapere: *l.* 44. D. *de donat. int. vir. & ux.*

RECTOR proprie dicitur, qui provinciam, sive præfecti prætorio titulo, sive comitis, sive proconsulis, sive legati Cæsaris, sive correctoris nomine regit. Vid. Bart. in *l.* 1. C. *de excus. mun. lib.* 11. & Alciat. in *l.* 33. D. *de reb. credit.* Rectoris autem provinciæ mentio est in *l.* 8. *C. de adpellat. l.* 5. *C. ubi causs. fiscal. l.* 2. *C. de tutor. vel curat. qui satis non ded. l.* 8. C. *arbitr. tut. l.* 2. C. *de furt.* l. 6. C. *de jur. deliber. l.* 2. *C. quemadm. testam. l.* 5. *C. de ingen. manum. l.* 2. C. *quor. legator. l.* 2. C. *quor. bonor. l.* 1. C. *uti possid. l.* 26. C. *de pignor. l.* 2. *C. de duob. reis. l.* 10. & 17. *ad Leg. Cornel. de fals. l.* 9. *C. de condict. ob. causs. dat. l.* 8. *C. de condict. indeb. l.* 5. *C. commun. utriusq. judic. l.* 9. *C. de*

non

non numerat. pecun. l. 5. *C. de reb. alien. non alienand. l.* 5. *C. si quis alteri vel sibi. tit.* C. *de offic. rector. provinc.*

RECTUS, *a*, *um*. Recta via: *l.* 9. *D. usufr. quemadm. caveat.* ratio: *l.* 29. *C. de transaction.*

Rectus, pro directo & principali, & *contrario* opponitur. Sic *rectum* judicium: *l.* 18. §. *ult.* D. *commodat.* juncta: *l.* 27. §. 1. D. *eod. tit. Recta* vindicatio: *l.* 9. §. 2: D. *de adquir. rer. dom.* id est, directa qua differt ab utili.

Rectum jus dixit Justinianus, §. 1. *Inst. de fideicommiss. hered.* Imprimis ait, sciendum est, opus esse, ut aliquis recto jure testamento heres instituatur: id est, secundum juris præscripta & regulas, adeoque verbis directis ac solemnibus.

RECUPERARE, vel reciperare, recipere quod amissum erat, *l.* 46. §. 5. D. *de procurator.* Hinc.

RECUPERATIO sumtuum: *rub.* C. *de sumt. recuperat. Recuperatio* est, ut ait Gallus Ælius, qua inter populum & regem, nationesque & civitates peregrinas lex convenit, quomodo per recuperatores reddantur res, recuperenturque, ac res privatas inter se persequantur: Festus *lib.* 16.

RECUPERATORES dicebantur judices dati ab eo, ut Theophilus ad §. 4. *Inst. quib. ex causs. manum.* quod per eos unusquisque suum recipiebat. Et ita Plautus *Bacchid. Act.* 3. *scen.* 3. *v.* 36. Postquam prætor recuperatores dedit. Alias Vet. Glossar. Græcum: *ἐξισωταὶ ἀνάληψιν δι' ἑαυτῶν ποιȣ́μενοι, ὀρθωταὶ τȣ δήμȣ.* Vetus Glossar. *Recuperatores* sunt, qui latrones & alios delinquentes recipiunt.

RECUPERATORIUM judicium, quod per judices datos exercebatur, apud Cic. *lib.* 2. *de invent. cap.* 20. & in *Verr. lib.* 3. *cap.* 2. & apud Sueton. in *Vespasian. cap.* 8. & in *lege Manil. ad fin. p.* 340. edit. Goes. & Plin. *lib.* 3. *Epist. penult.* Differunt autem judicium & interdictum recuperatorium. Qui enim vi dejectus erat, interdicto recuperatorio a prætore impetrato, convocabat amicos suos, & cum iis in fundum recuperandæ possessionis gratia deductus, præsente adversario surculum defringebat, sollemnibus verbis decedere adversarium, vacuamque relinquere possessionem jubens, defractoque surculo rursus ex fundo per eosdem amicos deducebatur: De quo more visus est sentire Agganus Urbicus, cum ita scriberet: De loco si possessio petenti firma est, etiam intercidere licet, dum cætera & interdicto diligenter agantur. Magna enim alea est litem ad interdictum deducere, cujus est executio perplexissima. Nec sane aliud quidquam continebat interdictum, quam supplicem quamdam decreti formulam, qua fieri quid, aut non fieri sic a prætore jubebatur, ut ei parere necessum statim foret, sine aliqua caussæ indagatione, ac proinde nullam sententiæ pronunciationem, nullamque rei judicatæ vim aut effectum sortiri aliquod interdictum solet, *l.* 35. D. *de act. emt. vend.* Aliud est, si neglecto interdicto maluerit judicio recuperatorio is, qui dejectus est in possessionem restitui. Tunc enim non recuperari duntaxat possessio solet, sed tanti etiam adversarius condemnabatur, quanti ea res esset, hoc est, in duplum, *l.* 21. D. *in fin. de hered. vel. act. vend.* habita etiam ejus, quod interest, ratione. Idque illud est, quod edicti quadam perpetui clausula, sic apud Valerium Probum notis expressum invenitur: Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recupera-

to-

torium dabo, teftibufque publice duntaxat decem denunciandi poteftatem faciam. Per teftes eos intelligit prætor cives Romanos, qui per vim dejectionem fieri viderunt.

RECURRERE ad auctores: *l. ult.* D. *de adminiftr. rer. ad civit. pert.* Recurrendum eft: *l.* 4. §. 1. *D. de hered. inft.*

Recurrere id eft, redire, emolumentum dicitur, in *l.* 57. §. 1. *D. de ufufruct.* Recurfuri fervi: *l.* 31. §. 3. D. *de hered. inftit.* id eft, reverfari.

RECURSUS ad judicem: *l.* 6. *C. de adpellation.* ad latebram abolitionis: *l.* 2. *C. Theod. de abolition.*

RECUSARE actionem dicitur magiftratus *l.* 6. D. *de magiftrat. conveniend.* defenfionem: *l.* 8. *C. ad leg. Cornel. de fals.* Falcidiam: *l.* 15. D. *de his, quæ ut indign.* fideicommiffum, id eft nolle præftare: *l.* 22. D. *de legat.* 2. fidejufforem: *l.* 1. *D. qui fatifd. cog.*

Recufare & *repudiare* hereditatem differunt. *Recufare* non modo heres poteft, verum etiam fideicommiffarius, ut in fpecie, *l.* 16. §. 3. *&* §. 10. D. *ad SC. Trebell.* Repudiare autem folus heres poteft: quippe cum alii nulli hereditas defertur. Rurfus repudiatio in jure tantum fieri poteft: *l.* 3. *&* 4. *C. de repud. hered.* Recufatio vero quovis loco & modo recte fit. Itaque *recufare*, inquit Ulpianus, non tantum præfentes, fed etiam abfentes, vel per epiftolam poffunt, *l.* 6. D. *ad SC. Trebell.* & *l.* 95. D. *de adquir. vel omitt. hered.* Recufari hereditas non tantum verbis, fed etiam re poteft, & alio quovis judicio voluntatis.

Recufare judicium: *l.* 36. D. *de judic.* onera: *l.* 6. *C. de muner. patrimon.* ordinationem: *l.* 1. §. *ult.* D. *ubi pupill. educ.* pecuniæ modum: *l.* 7. §. 5. D. *de donat. int. vir. & ux.* periculum: *l.* 13. D. *ad municipal.* præftationem: *l.* 2. §. 11. D. *de adminiftr. rer. ad civitat. pertin.* reliqua: *l.* 20. *C. de non numer. pecun.* folutionem: *l. ult. C. de pericul. & commod. rei vend.*

Recufare in judicio pro inficiari & denegare: *l.* 48. D. *mandat.*

RECUSATIO, quæ ἐξωμοσία Græce dicitur, vel abjuratio, vel juratoria cautio, quid fit, vid. Conftantin. Harmenopul. *lib.* 1. *tit.* 2. §. 26. *&* 27. *Recufatio* eft jurifdictionis vel audientiæ, fufpicionis cauffa propofita declinatio, *l.* 16. *C. de judic.* Id autem fiebat, aut his verbis: hunc nolo, ut fcribit Plinius in *Panegyr.* Sors, inquit, & urna judicem affignat, licet rejicere, licet exclamare: Hunc nolo, timidus eft. Vel interpofito jurejurando, his verbis: Ejero, iniquus eft (ut Afconius Pedianus docet) alio nullo allato fufpicionis argumento. Judex autem ante litem conteftatam recufandus eft, *d. l.* 16. Si lite conteftata, emergat legitima recufandi cauffa, recufari poterit, *gl. l. pen. C. de confort. ejufd. lit. gl. in can. cum fpeciali de adpellat. in decretal. lib.* 2. Recufandi judicis cauffas recenfet Angel in §. *præterea num.* 9. *Inft. de except.* Alciat. *refponf.* 369. *num.* 13. Vid. autem Cujac. 9. *obferv.* 23. Recufatio exceptio. Cic. *de invent. lib.* 1. Judiciale eft, quod pofitum in judicio, habet in fe accufationem & defenfionem, aut petitionem & recufationem. Hinc illud Celfi in *l.* 48. D. *mandat.* Si quis fub ufuris creditam pecuniam fidejuffiffet, & reus in judicio conventus cum recufare vellet fub ufuris creditam effe pecuniam, fidejuffor folvendo ufuras, poteftatem recufandi eas res fubtuliffet, eam pecuniam a reo non periturum. Ita Hot. & Prat.

At

At Connan. *lib.* 7. *c.* 14. *n.* 8. recusationem, in *d. l.* 48. accipit pro defensione. Recusare enim quandoque significat defendere. Idcirco Tullius accusationi recusationem opponit, quo verbo nimirum defensionem significat. At defendere tum prohibere & propulsare est: cum conservare & tueri, ut defendere injuriam. Sic *d. l.* 48. debitor recusat pecuniam sub usuris esse creditam, quod hæc esset creditoris petitio & intentio, pecuniam non fuisse creditam sub usuris, idque defendebat & rejiciebat inficiatione. Connan. *lib.* 7. Hot.

REDACTA pecunia. Vid. sub *redigere*,

REDACTUS fructuum, *l.* 58. §. 1. D. *de usufruct. l.* 88. D. *de solution.* Ut vero hoc quartæ declinationis verbum est: ita & Julianus dixit in secunda: ex *redacto*, *l. ult.* D. *de curator. bon. dand.* Defendunt hanc Latinitatem Gronov. *Observat.* I. 20. Bynkersh. *lib.* 1. *observat. c.* 25. & Ducker. *de Latin. vet. Jurisconf.* p. 391. *Hein.* Vid. infra sub art. *redigere.*

REDADOPTARE, in *l.* 41. D. *de adoption.*

REDA pro rheda, *l.* 60. §. *pen.* D. *locati.*

REDDERE est rem pro re dare, ut Seneca. *lib.* 6. *de benef. cap.* 5. ac reddere proprie significat retro dare, & quod acceperis, restituere, *l.* 21. D. *de legat.* 2. *l.* 3. §. 9. *l.* 39. §. 2. D. *de statulib.* Reddita res non dicitur, quæ deterior redditur: *l.* 3. §. 1. *D. commodati.* Sic & *reddita* agri, ut Hyginus *p.* 207. *de limitib.* & Sicul. Flaccus *de condit. agror.* p. 17. 18. scribunt, olim dicebantur, qui veteribus possessoribus redditi erant. Sic quoque reddere & restituere sæpe a nostris conjunguntur, ut *l.* 45. *D. solut. matrim. l.* 77. §. 12. *D. de legat.* 3. & passim.

Sepissime tamen *reddere* per se habet dandi significationem, *l.* 94. D. *de verb. signif.* quæ ex *l.* 21. D. *de legat.* 2. id est, ex *lib. XX. Digestor.* Celsi desumta est. Itaque reddere jussum simul & dare jussum Cascellius & Labeo probant: *l.* 98. D. *de legat.* 3. Et ideo si quis alicui pecuniam reddi jusserit, etsi debitum non adpareat ex fideicommisso, tamen ea recte petetur, *l.* 93. §. 1. D. *de legat.* 3. In his etiam, quæ sequuntur, *reddere* pro dare est. *Reddi* actio: *l.* 22. *D. commun. dividund. l.* 29. D. *de dol. mal.* Ita & *reddi* actiones dicuntur, quæ a prætore dantur, vel tribuuntur, ut est apud Paull. *Rec. sent.* v. 6. 8. *l.* 11. D. *de præscript. verb. & passim.* Sic & *redditi* apostoli: *l.* 9. D. *de jur. fisc.* Reddere caussas absentiæ adpellationis: *l.* 71. D. *de procurator. l.* 6. *C. de his, quæ ut indign.* Et *reddere* interdictum prætor dicitur in *l.* 1. §. 7. *D. de oper. nov. nunciat. Redditus* judex, id est, datus, *l.* 3. *C. de arbitr. tutel.* Reddere judicium: *l.* 21. D. *de negot. gest.* Itaque apud Senec. *lib.* 4. *natural. quæstion. cap.* 7. Cleonæ judicia reddebantur in illis, quibus delegata erat cura. Velleius Patercul. *lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 3. Romæ petulantis convicii judicium etiam histrioni exoleto redditur. *Reddit* jus prætor: *l.* 1. D. *de divers. tempor. præscript.* Ovid. *lib.* 4. *ex Ponto Eleg.* 7. & 9. & *lib.* 1. *Fastor. v.* 252. Nullus erat justis reddere jura labor. Statius Papin. *lib.* 1. *Silvar.* 4. *v.* 47. Reddere jura foro. Sic etiam reddere legata in *l.* 73. §. 2 D. *ad leg. Falcid.* est dare. Reddere debitam libertatem: *l.* 4. D. *de manumiss. testam.* Reddi præjudicium: *l. ult. D. si lib. ingen. esse dicat.*

l.

l. ult. D. *quib. ad libert. l.* 3. §. 5. D. *de agnoſcend. liber.* Huc etiam pertinet loquutio : Rationem *reddere* actus : *l.* 2. D. *de negot. geſt.* Reddita tutela : *l.* 2. D. *de tutor. & ration. diſtrah.* Redditæ uſuræ : *l.* 17. D. *de uſur. Reddi* pœnæ dicuntur, qui ad pœnam ſuam, quam evaſerant vel ad metallum revocantur. Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 40. Trajanum conſulens de ſervis, qui ex damnatione ſervorum publicorum irrepſerant : Nam & reddere, ait, pœnæ poſt longum tempus pleroſque jam ſenes & quantum adfirmatur, frugaliter & modeſte viventes, nimis ſeverum arbitrabar. Cui Trajanus *epiſt. ſequ.* ſic reſcribit. Qui intra hos decem annos damnati, nec ullo idoneo auctore liberati ſunt, hos oportebit pœnæ ſuæ reddi. Apuleius *lib.* 7. *de Aſin. aur.* Quoad renaſcenti die ſequenti deductus ad magiſtratus, ut aiebant, pœnæ redderetur. *Reddita* pœna eſt, in *l.* 28. §. *ult.* D. *de pœnis.* ubi tamen *reddere* pro ſtatuere & exſequi eſt.

REDEMTIO ab hoſtibus : *l.* 8. *C. de poſtlim. reverſ.* id eſt liberatio. *Redemtio* ſervorum : *l.* 24. §. 18. D. *de fideicommiſſ. libert.* Redemptionis quantitatem offerre : *l.* 15. D. *de capt. & poſtl.*

REDEMPTOR, dicitur qui quid a fiſco vel privato conduxit. Feſtus *lib.* 16. Redemptores, ait, proprie atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui, quum quid publice faciendum præbendum conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemtores, qui conduxerunt præbendum utendumve. Hæc ille : Quumque generaliter, ut Feſtus ait, qui quid conduxere præbendum utendumque, redemtores vocentur : hinc illud in *l.* 12. §. *ult.* D. *de uſu & habitat.* ſi veſtimenta texenda, vel inſulam vel navem fabricandam redemerit : & in *l.* 5. §. 2. D. *de inſtit. act.* redemturis faciendis præpoſiti : id eſt, qui ad operum rerumque aliarum conductiones præponuntur. Et ſic quoque *redemtor* & locator opponuntur in *l.* 6. §. 3. *D. locat. l. ult.* D. *ſi menſor. fals. mod. l.* 98. §. *ult.* D. *de verb. oblig.* Videamus varia redemtorum genera. Redemtor cotoriarum: *l.* 15. D. *de publican.* curſus publici : Porphyr. *ad Horat. lib.* 2. *epiſt.* 1. *v.* 72. *Feſtinat calidus mulis geruliſque redemptor.* Redemtorem, inquit, curſus publici ſignificat, & animalium præbendorum. *Redemtor* fabricæ, ſive qui quid fabricandum, uti inſulam, navem redemit, ut eſt in *l.* 12. §. *ult.* D. *de uſu & habit.* Acron. *ad Horat. lib.* 3. *Carmin. od.* 1. *v.* 34. *Cæmenta demittit redemtor.* Redemtor ait, fabricæ ſuſceptor, aut certe qui redimat terras cum famulis. Redemtores pro iis, qui exercitui præbenda conduxerunt, apud Livium *lib.* 34. *cap.* 9. Redemtores operum, qui opera facienda conduxerunt, *l.* 17. §. 7. D. *de uſur. l.* 2. §. 11. *l. ult.* D. *de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l.* 2. D. *operib. publ.* & ſic quemcumque operis faciendi conductorem hoc nomine adpellant, *l.* 38. *in fin. D. de verb. oblig.* & alibi paſſim. Et ita verbum hoc interpretandum apud Martial. *lib.* 14. *epigr.* 92. Puncta notis ilex & acuta cuſpide clauſa. Sæpe redemtoris prodere furta ſolet. Et Tacit. *lib.* 1. *Hiſtor. cap.* 27. *n.* 2. Architecto & redemtoribus. Gloſſæ Philoxeni : Redemptor, ἐργολάβος, ἐκλήμτωρ. Redemtores pontis : *l.* 60. §. *penult.* D. *locati* Redemtor ſilvæ, qui ſilvam conduxit : *l.* 29. D. *eod. tit.* Redemtores vectigalium : *l.* 8. §. 1. D. *de vacat.*

vacat. & excusat. muner. qui & conductores vectigalium vocantur: *l.* 2. §. 12. D. *de administr. rer. ad civit. pertin.*

Redemtores rerum alienarum videri eos esse, qui cessiones aliis competentium actionum in semetipsos exponi properant, & alienas pecuniis præstitis habent actiones, ait Imperator Anastasius *l.* 22. *C. mandati.*

Redemtores litium sunt, qui ex eventu litis sibi certam quantitatem caverint, *l.* 9. §. 1. D. *de offic. proconf. l.* 6. §. *ult.* D. *mandat.* & qui, ut Constantinus loquitur, in *l.* 5. C. *de postuland.* ex ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint emolumenta, sibi certæ partis cum gravi litigatoris damno & deprædatione paciscuntur, aut qui suspensa lite societatem futuri emolumenti caveri sibi curarunt. Adde *l.* 1. §. 12. D. *de extraord. cognit.*

REDEMTURA, conductio publicorum. Ulpian. *l.* 5. *D. de institor. act.* Redemturis faciendis præposuerit. Livius *lib.* 3. *bell. punic.* Exhortandos qui redemturis auxissent patrimonia, ut Reipublicæ, ex qua crevissent, ad tempus commodarent.

REDEMTUS ab hostibus, quasi species quædam servorum est, & dicitur, qui pretio pro se soluto ita nobis servit, ut tamen pignoris tantum vinculo, donec satisfecerit teneatur, ut adparet ex *l.* 43. *in fin.* D. *de legat.* 1. *l.* 2. & 25. D. *de captiv. & postlim. reverf.* & toto prope titulo. Alias qui lytro soluto ab hostibus liberatus est, redemtus ab hostibus dicitur, in *l.* 1. §. 4. D. *de suis & legit. hered. l.* 2. §. 1. D. *ad SC. Trebell. l.* 1. §. 17. D. *de collation. bonor. l.* 2. & 6. *C. de postlim. reverf.*

Redemtus a testatore, est rursus emtus: *l.* 9. §. 16. D. *de hered. inst.* non ut liber fieret, ut ille de quo modo est dictum. Vide amplius sub art. *redimere.*

REDHIBERE, est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerat, quod fit, re vendita reddita: *l.* 21. *princ.* D. *de ædilit. edict.* Sic apud Gellium: *lib.* 4. *cap.* 2. Redhibitum enim, ut Festus ait, id proprie dicitur, quod redditum est, quum qui dedit rursus cogitur habere, quod habuerat. Et ita redhibendi verbum accipe in *tit. de ædilit. edict. l.* 19. D. *de usucapion. l.* 7. §. 4. D. *pro emtor. l.* 13. §. 2. D. *de adquir. possess.* Plaut. *in Mercator. act.* 2. *scen.* 3. *v.* 83. CH. Quid si igitur reddatur illi, unde emta est? DE. Minime gentium. CH. Dixit se redhibere, si non placet.

Redhibere, pro restituere. Redhibere sumtus: *l.* 3?. §. *ult. C. de Episcop. & cler.* Compellendum rem redhibere: *l. ult. princ. C. de litigios.*

REDHIBITIO redditio ejus, quod vitiosum est emptum, *l.* 11. §. 3. *cum sequ.* D. *de action. emt. l.* 6. *in fin.* D. *de divers. temp. action.* In caussa redhibitionis esse: *l.* 61. §. 2. D. *de furtis.* Quinctilian. *lib.* 8. *cap.* 3. An non pudeat certam pecuniam creditam periodis postulare, aut circa stillicidia adfici, aut mancipii redhibitionem suadere. Hanc a Græcis *ἀναγωγὴν* vocari Hesychius ostendit. Sic enim definit: *ἀναγωγὴ ἡ τῶν πραθέντων ἀνδραπόδων ἀνάδωσις, ἐχόντων αἰτίαν τινά. Ἀναγωγὴ*, mancipiorum venditorum redditio, habentium caussam & vitium aliquod. In indice *βασιλικῶν. Ἀναστρέφεσθαι τὸ πραχθὲν ἀνδράποδον ἢ ἕτερον ζῶον.* Reddere venditum mancipium, vel aliud animal.

REDHIBITORIA actio, quæ & redhibitoria simpliciter, *l.* 25. §. 1. D. *de except. rei judicat.* ædilitia, quæ in hoc datur, ut

ut venditor rem, quam vendiderat, propter vitium ejus morbumque recipiat, *l.* 1. & *tot. tit.* D. *de ædilit. edict.* *l.* 17. §. 2. D. *de furt.* *l.* 37. D. *de negot. gest.* Græce vocatur ἀναςρέφυσα ἀγωγὴ, Harmenopul. *lib.* 3. *Promtuar. tit.* 3. §. 68. vel περὶ ἀναςρωφῆς ἀγωγὴ XIX. *Eclog.* 10. *c.* 35. Vetus Glossar. Græcum: ἀγωγὴ κατὰ τῶν ἐμπαθῆ πολᾶοντων..

REDIGERE, cogere. Sic: *Redactum* ex bonis fuisset: *l.* 68. §. 1. *D. de fidejussor.* Redigere debitum. *l.* 2. *C. de pignor.* fructus: *l.* 5. §. 22. *D. ut in possess. legator.* Eodem sensu Ulpianus, quod in redigendos fructus impensum est, dicit in *l.* 46. *D. de usur.* Redactus ex pretio nummus: *l.* 48. §. *ult. D. de furt.* Redigere quantitatem ex locatione: *l.* 38. D. *de usu & usufruct.* Redacta pecunia ex reditibus: *l.* 39. D. *famil. ercisc.* ex argento vendito: *l.* 34. D. *mandati.* Sic & Horatius *Epod. II. v.* 69. Omnem redegit idibus pecuniam. Quærit calendis ponere. Atqui recentiores codices tantum non omnes habent relegit. Sed jam Bentleius non male prætulit alteram lectionem, non pauciorum librorum auctoritate firmatam, animadvertitque Acronem etiam in regiæ societatis bibliotheca MSC. ita legisse videri. Videtur & Brissonius, qui hic interpretem Horatii excitavit. Hein. Redigere pensionem: *l.* 14. *C. de usur.* redigi in fiscum pretium: *l.* 1. *C. de vendit. rer. fiscal.*

Redigere quoque accipitur pro conferre. Sic in commune, in medium redacta pecunia: *l.* 1. §. 11. *D. de collat. bonor.* *l.* 62. D. *pro socio.*

Redigere, pro referre & computare. Sic: pali & perticæ in numerum materiæ redigendi: *l.* 168. *D. de verb. signif.* Hoc sensu redigi in portionem pro computari accipitur, in *l.* 8. §. *ult. D. de bonor. possess. contr. tab.* Ita quoque dicitur redacta res in patrimonium, quæ in rem patris versa & relata est, *l.* 2. *D. quod cum eo, qui in alien. potest.* Sic quoque redacta in rem pecunia, *l.* 2. C. *eod. tit.* Redactum in rem ex condemnatione; *l.* 6. *D. ad leg. Julian. de vi privat.*

Redigere, pro compellere, seu rursum adigere. Sic redigere in conditionem deteriorem: *l.* 1. *D. de pœnis.* in dominium nostrum: *l.* 5. §. 1. *D. de stat. homin.* in familiam suam pupillum per adrogationem: *l.* 17. §. 2. *D. de adoption.* ad pœnam: *l.* 1. *D. ad leg. jur. de vi privat.* Redigere instrumenta in possessionem suam, id est, possessionis, in quam quis missus est, beneficio etiam instrumenta retinere, seu in possessione rerum computare: *l.* 5. §. 4. *D. de Carbon. edict.* In potestatem substitutionis redigere: *l.* 19. *princ. D. de testament. milit.* *Redigi* ad nullum pretium sui, *l.* 50. §. *ult. D. mandati.* id est, effici. Redacti ad simplicem servitutis conditionem: *l.* 1. *C. qui non poss. ad libert. provoc.*

REDIMERE, emere, licitari. Cic. Qui merces, inquit, redimunt, ut statim vendant. In specie redimere litem proprie est, actionem alteri competentem pecunia data redimere & in se transferre. Cujac. *lib.* 8. *observat. c.* 31. Sic redimere negocia: *l.* 7. *C. de procurator.* Alias futuri emolumenti litis societatem pacisci est, *l.* 7. *D. mandati.* *l.* 20. *C. eod. tit.* *l.* 1. §. 12. D. *de extraord. cognit.* *l.* 15. *C. de procurator.* *l.* 53. *D. de pactis.* Sic quoque *redimere* litis incertum dicimur, *l.* 20. *C. mandati.* unde redemptores litium de quibus supra.

Redimere dicuntur, qui quid a fisco vel privato conduxerunt. Cicero

cero *in Bruto cap.* 22. Liberi societatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio censoribus redemisset. Idem *lib.* 1. *ad Q. fratrem epist.* 1. Cæsar. *lib.* 1. *de bello Gallico cap.* 18. Reliquaque omnia Æduorum vectigalia parvo pretio redemta habere. Publicis male redemtis. Qui Cretæ cotorias redemerat : *l.* 15. *pr. D. de publican. & vectigal.* Redimere hordeum inferendum annonæ : *l.* 14. *C. de locato* Si vestimenta texenda redemerit : *l.* 5. *D. de institor. action.* Ab hoc verbo est *redemtor*, de quo supra.

Redimere quem, est pecunia data vel promissa aliquem liberare. Sic *redimere* servum alienum, *l.* 6. *&.* 24. §. 12. *D. de fideicommiss. libert.* Sic quoque *redimi* servus a domino suis numis dicitur, *l.* 4. §. 10. D. *de manumiss.* Redimi de pœnis. Ovidius *lib.* 1. *Amor. Eleg.* 8. *v.* 63. Quisquis erit capitis mercede redemtus. Redemtus ex damnatione : *l.* 4. *C. de ingen. manumiss.* Redimere ab hostibus : *l.* 3. §. 3. D. *de hom. lib. exhib.* a prædonibus : *l.* 28. §. 1. D. *de donat. int. vir. & uxor.* Sanguinem suum qualitercumque redimere : *l.* 1. D. *de bon. eor. qui ante sentent.* Eodem modo redimere usum fructum proprietarius, & contra fructuarius proprietatem dicitur, in *l.* 4. §. 11. *&* 12. D. *de manumiss.*

Redimere, ab actione liberare se pecunia data, *l.* 29. *&* 34. *D. de jur. fisc.* Sic redimere se adulter pecunia dicitur, *l.* 24. *D. ad leg. jul. de adulter.* quum deprehensus est, *l.* 3. *princ.* D. *de condict. ob turp. caus.* Sic quoque redemti calumniarum accipiuntur : *l.* 1. *C. de his, qui potentior. nom.* Sic & *redimi* crimen dicitur, *l.* 32. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de adulter.* Redimere injuriam *l.* 14. *C. de excusat. tutor.*

Redimere aliquem, est cum pecunia corrumpere & in suas partes trahere. Sic redemti calumniarum accipiuntur, *l.* 1. *C. de his, qui potentior. nom.* Redemti & corrupti convicti : *l.* 1. *C. de athletis* Redimere judices aut adversarios : *l.* 34. *D. de jur. fisc.* Redimere sententiam : *l.* 34. *D. de jur. fisc.* Sic etiam redemtos testes pretio corruptos & subornatos dixit Justinianus in *l.* 14. *C. de testib.*

REDINTEGRARE, est instaurare, restituere, renovare Donatus ad Terent Andr. *act.* 4. *scen. v.* 5. ubi : Vah! perii, hoc malum integrascit. Integratur, inquit, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. Redintegrari dicitur actio, quæ exstincta fuerat : *l.* 5. *D. ad SC. Trebell.* Redintegratur quoque legatum, quod ademtum fuerat, *l.* 4. *D. de adimend. legat.* Redintegrari locatio seu renovari dicitur, *l.* 14. *D. locati.* Redintegrari matrimonium dicitur, quoties post repudium missum iterum coeunt, & conveniunt, & reconciliantur conjuges, *l.* 23. *l. ult.* D. *rer. amotar.* Redintegrari etiam matrimonium dicitur, quod captivitate ab hostibus dissolutum quodammodo erat, *l.* 14. *in fin. D. de captiv. & postlim.* Hoc sensu redintegrari obligatio dicitur, quæ pacto invalido erat remissa : *l.* 10. *D. quod met. caussa.* Redintegrari petitio : *l.* 16. *C. de fidejussor.* precarium : *l.* 5. *D. de precario* servitus, quæ confusa restituitur : *l.* 7. D. *de fund. dotal.* Redintegratur & stipulatio, quæ accepta facta restituitur, *l.* 10. §. 1. *D. quod metus caussa.* Denique redintegrari vires testamenti dicuntur, quod antea ruptum fuisse constitit, *l.* 36. §. *ult.* D. *de testam. milit.*

REDIRE proprie reverti est; Sic *redire* dicitur actio, *l.* 22. §. *ult.*

ult. D. *ratam rem haber.* Redire in amicitiam : *l.* 4. D. *rat. rem haber.* in obligationem creditorum : *l.* 30. *D. de obligat. & act.* Redire ad proprietatem usfusfructus dicitur, *l.* 15. *D. de usu & usufr. legat.* Redire ad quæstionem : *l.* 4. *C. de postuland.* ad supremum testamentum : *l.* 26. D. *de testam. milit* ad venditorem ob evictionem : *l.* 10. *D. de distract. pignor.*

Transfertur etiam hoc verbum ad ea, quæ simpliciter obveniunt. Sic : *Redire* hereditas dicitur, quæ lege ab intestato obvenit. Papinianus in *l.* 69. *in fin. D. de legat.* 2. Peto pro hereditate, quam tibi reliqui, quæque ad fratrem meum legitimo rediret, contentus sis centum aureis. Pompon. *l.* 3. *D si quis omissa causs. testam.* Si ipse quoque prætermiserit, & quod lege ad se rediret, possidebit hereditatem. Terent. in *Heeyra Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 97. Horum ad hos redibat lege hereditas. Idem iu *Andr. Act.* 2. *Scen.* 6. Ejus morte ea ad me lege redierunt bona. Cic. *lib.* 1. *de orator. cap.* 39. Claudii patricii ejusdem hominis hereditatem gente ad se rediisse dicerent. Sic etiam hereditates & tutelæ redire dicuntur, in *l.* 10. *D. de gradib. & adfin. l.* 73. *princ. D. de regul. jur.* Redire vero hereditas dicitur non tantum ad agnatos jure legitimo, ut in *l.* 3. *D. si quis omissa caussa testam.* sed etiam ad coheredes jure adcrescendi, *l.* 77. §. 7. *D. de legat.* 2. ubi Cujac. *in Papinian.*

R E D I T U S a Græcis πρόσοδος, παρὰ τὸ προσοδεύομαι, quod proventus percipere significat. Est autem reditus, quidquid ex re aliqua obvenit. Unde etiam obventiones dicuntur, *l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui sub. tut. vel cur.* Sunt autem reditus, qui ex fundo percipiuntur, ut in *l.* 32. §. 2. *D. de administr. & peric. tut.* redactus fructuum, in *l.* 58. §. 1. D. *de usufruct.* Reditus patrimonii, *l.* 22. D. *de usufruct.* Itemque reditus pecuniæ, qualis usura est, *l.* 24. D. *de præscript. verb.* est apud Cornel. Nep. *in Attico cap.* 14. qui & reditus pecuniarius vocatur in inscriptione apud Gruter. p. CCCCVIII. 1. Reditus prædii legatur, quum vindemia vel messes legantur, *l.* 6. D. *usufructuar. quemadm. cav. l.* 7. & 13. §. 4. & 5. D. *de usufruct.* Multum vero legatum *reditus* prædii ab usufructu legato differt. Nam cui usufructus legatus est, prædium ipsum, quo utatur fruatur, liberum relinqui debet. Ei vero, cui reditus legatur, satis est offerri annuam quantitatem, quam fundus largitur, nec ad habitationem præstandam heres obstringitur, *l.* 38. D. *de usufruct.* Hereditatem autem exceptis *reditibus* restituere rogatus partus ancillarum non retinebit, nec fœtus pecorum, qui submissi & in locum demortuorum capitum substituti gregem retinent : *l.* 38. §. 4. D. *ad SC. Trebellian.* Reditus pretii, id est, usus, *l.* 30. D. *de adimend. legat.* Reditus summæ : *l.* 88. §. *ult.* D. *ad leg. falcid.* & in marmore apud Gruter. *Inscrip.* p. CCCCXIV. 2.

Reditus annui inter immobilia computantur, *Novell.* 7. & *l.* 2. *C. de sacros. Eccles.*

R E D I V I V A molestia, *l. ult. C. Theod. de præd. navicular.*

Rediviva saxa, in *l.* 19. *C. Th. de oper. publ.* Sic adpellantur a Latinis, quæ ex vetere in novum ædificium translata de integro poliuntur, & quasi in vitam nova adsumta forma denuo revocantur. Festus : Redivivum est ex vetustate renovatum. Cic. *lib.* 1. *in Verr. cap.* 56. Utrum existimatis, minus operis esse, unam columnam reficere ab integro novam,

vam, nullo lapide redivivo. In *redivivos* semper excogitentur conflictus: *l. 3. C. Theod. de Apostat.* Numquam in redivivum statum negotium redigatur, *l. ult. C. Th. de relation.*

REDUCERE administrationem: *l.* 11. §. 2. *D. de minor.* ad damnum: *l. 2. D. ne quid in loc. publ.* fugitivum: *l. 8. D. de legat.* 2. in servitutem: *l.* 2. C. *de oper. libertor.* in pristinum statum: *l.* 1. *D. de via publ.* uxorem, quæ repudiata erat, *l.* 13. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de adult.*

Reducere pro extendere, *l. un.* C. *de sentent. quæ pro eo, quod interest.*

REDUNDARE, pro exundare in *l.* 1. §. 1. D. *de aqu. & aqu. plav. arcend.*

Redundare, pro abundare, extendi, prorogare in *l.* 28. *C. Th. de curs.* Redundare privilegiis, *l.* 14. C. *Th. de Episcop.*

Redundare, pro pertinere, referri. Redundare periculum: *l.* 3. §. 1. *l.* 39. §. 10. *D. de administr. & peric. tut. l.* 8. *C. eod. tit.* Redundat onus legatorum: *l.* 50. §. 2. *D. de legat.* 2.

Redundare denique est redire, in *l.* 41. *in fin.* C. *Th. de hæretic.*

REFECTIO, reparatio in *l.* 1. §. 8. *D. de rivis.* Vid. refictio.

REFECTUS, *a.* Vid. *reficere.*

Refectus paupertatis, pro eo, quod ex meo modico refici, id est, confici poterit, *l.* 78. §. 12. D. *ad SC. Trebellian.* Reficere pro conficere, colligere Latine dici, Gronovius ad Livium I. 53. & XXXV. 2. notavit: Refectus autem ea notione, qua usus est Scævola, usurpari negat Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p.* 391. Hein.

REFERENDARIUS, in *Novell. X.* & in inscriptione, *l. ult.* C. *de offic. ejus, qui vic. alter.* In Notitia autem *Imper. Occident.* in officio potestatum numeratur sæpe *referendarius*, nonnumquam etiam *regendarius*, nisi F. in G. transierit. Per *referendarios* autem, ut Cassiodorus *lib. 6. Variar. form.* 17. scribit: caussarum ordines principi exponebantur, interpellantiumque vota cognoscebantur, & ipsis responsa reddebantur. Suidas *Tom. III. p.* 255. Ῥεφερενδάριος, ἀξίωμα Ῥωμαικὸν, ἤγουν ὁ ἀναφορεύς. Referendarius nomen dignitatis apud Romanos. Vetus Glossar. Græcum: *Referendarius*, ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων. Justinianus referendarios viros spectabiles nominat, qui mox suum post illustres obtinebant locum. Vid. *Authent. de referendar. sacr. palat.* Alciat. *lib. dispunct.* 3. & Bart. in *l. eos C. de excus. mun. lib.* 10. Ex horum numero sunt qui *referendarii* dicuntur majoris ecclesiæ, *Novell.* 6. qui specialiter destinati erant ad majoris Ecclesiæ negocia principi referenda. At ii qui in Cassiodoro *lib. 3. epist.* 33. *referendi curiæ* (ita pro *referendarii* perperam scriptum putat Brissonius,) nominantur, iidem non sunt, qui referendarii, ut ejusdem Cassiodori formula de referendis in senatu docet. Coclæus hanc vocem in barbararum dictionum classem rejecit.

Referendarii medio ævo dicebantur, qui nunc magistri libellorum supplicum: nempe qui Principi libellos & diplomata offerebant.

REFERRE, deferre, replicare, simulque, ut videtur, refellere. *Referre* controversiam: *l.* 11. C. *de evistion.* quæstionem: *l.* 22. *C. de evistion.*

Referre jusjurandum. Vid. supra art. jusjurandum.

Referre crimen est accusatori crimen objicere. Unde relatio criminum, de qua infra.

Referre, pro præferre & antevertere, *l.* 33. D. *de recept. arbitr.* Cujac. *lib.* 3. *observat. cap.* 7.

Referre etiam in ratiociniis usurpa-

patur; *l.* 82. *D. de condit. & demonstrat. Referre* in ratione impensarum: *l.* 34. D. *de negot. gest.* in rationibus: *l.* 53. D. *de manumiss. testam.* Vid. supra in *ratio.*

Referre ad principem judex dicitur, qui re ad eum delata, ex ejus consilio judicat, *tit.* D. & C. *de adpellat. & relation. l. 6.* D. *de jur. fisci.*

Hoc verbum *referre* a Marciano, in *l.* 6. §. *ult.* D. *de custod. reor.* usurpatur pro elogiis, quæ ab Irenarchis officialibusque ad præsidem referebantur. Vid. infra in *relatio.*

Referre etiam est conferre. Referre in medium: *l.* 65. §. *ult.* D. *pro socio.*

Referre inter nomina debitorum: *l. 6.* D. *de jur. fisci.*

Referre vicem & compensare: *l. un. pr. C. de suffrag.*

Referre etiam est retrotrahere. Sic relata æstimatio in id tempus, quo furtum factum est: *l.* 50. *pr. D. de furt.*

Referri inter reos, Vid. in *recipere & reus.*

Referre rem judicatam, retractare. Cic. *pro Domo.* Si Decemviri sacramentum in libertatem injustum judicassent, tamen quotiescumque vellet quis, hoc in genere se rem judicatam referre posse voluerunt. Sic *referre* mysteria dixit idem *lib. de orator.* 3. pro iterare; & Terent. *in prol. Hecyre.* Referre comœdiam, pro denuo agere. Vid. infra *relatum.*

Reficere. Reficiat an faciat quis, permultum interest, ut colligitur ex *l.* 10. §. 1. D. *quib. mod. ususfr. amitt. l.* 64. & 65. §. 1. D. *de usufruct. adcrescend. l.* 83. §. 5. *D. de verbor. obligation. l.* 8. D. *de servit. præd. urban. l.* 10. §. 1. & 7. D. *quib. mod. usufr. amitt.* Differunt & *reficere* & perficere, *l. ult.* D. *de mort. infer.* Tegere, substruere, sarcire, ædificare, advehere, adportareque, quæ ad eam rem utilia sunt, reficiendi verbo continentur, *l.* 1. *princ.* & §. *6.* D. *de rivis. l.* 11. D. *commun. prædior. l.* 3. §. 15. D. *de itiner. actuq. privat. Reficere* rivos, in interdicto de rivis, est quod corruptum est, in pristinum statum instaurare, *l.* 1. *pr.* & §. *6. D. de rivis. l.* 5. §. 11. D. *de oper. nov. nunciat. Reficere* in interdicto de via reficienda, est ad pristinam formam & modum, iter & actum reducere, sic ut ne dilatet, vel producat, aut deprimat, aut exaggeret. *Reficit* viam & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in pristinum statum reducunt, ut Ulpianus, *l.* 1. *princ.* & §. 1. D. *de via public. reficiend.* scribit.

Reficere etiam est plane novum facere. Sic *reficere* testamentum, *l.* 9. D. *de testam. milit.* Vid. Ducker *p.* 352.

Reficere etiam conficere, redigere est & colligere, *l.* 81. *D. ad leg. Falcid.* Refecto numo: *l.* 5. D. *de administr. & peric. tutor.* Cicero *lib.* 3. *in Verr. cap.* 50. Dominus hujusmodi an gaudeat villicoque suo delectetur, quod tanto plus mercede ex fundo refectum sit. Idem *Paradox. ult.* Antequam sibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur. Gronov. ad Livium *lib.* 1. *cap.* 53. & *lib.* 35. *cap.* 1. Sic etiam Jurisconsulti *refectam* pecuniam, pro redacta dicunt: *l.* 1. §. 10. *D. de collat. bonor. l.* 3. §. *ult.* D. *de usur.* Sic & *refici* ex pignoribus pecunia dicitur, in *l.* 17. *C. de fidejussorib.* Refecta pecunia ex venditionibus: *l.* 39. D. *de administr. & peric. tutor.*

Refictio, pro refectione, *l.* 1. §. 7. *l.* 3. §. 1. & *l. ult.* D. *de rivis. l.* 1. §. 7. D. *de cloacis.*

Refigere, quod fixum est la-

labefactare, atque convellere. Venuleius *l. ult.* §. 2. D. *quod vi aut clam.* Si fixeris, inquit, & ego refixero. Ulp. *l.* 15. D. *de usufr.* Si quid inædificaverit, postea eum neque tollere hoc, neque refigere posse, plane refisca posse eum vindicare.

REFORMARE, mutare, vel novare. *Reformare* in deterius & contra in melius, *l.* 3. C. *commun. utriusq. judic.* *Reformare* obligationem: *l.* 3. *C. de pact.* Alia ratio pactum *reformat*, id est, destruit: *l.* 13. D. *de transact.* Reformare res, idem est, ac pristino domino restituere, *l.* 6. §. 5. *C. de his, qui ad eccles. confug.* Sic reformare rem amissam, *l. un. C. Theod. de rei vindicat.* impensum: *l.* 31. C. *Th. de oper. publ.* servos dominis: *l.* 9. *C. Th. de desertor.* ingenuitatem: *l. un. C. Th. de patrib. qui fil. distrax.* vitium operis: *l.* 14. 31. 47. *C. Th. de oper. publ.* Reformata sententia, *l.* 1. C. *de adpellat. & relation.*

REFORMATIO celeris, *l.* 14. *C. de agricol. & censit. l. un. C. Th. utrum. vi.* id est, possessionis, per vim vel alio modo ablatæ interversæve, restitutio: quæ *possessionis reformatio* vocatur, in *l. un.* C. *si de moment. possess.*

REFRAGARI obsequiis, est ea præstare nolle, *l. fin. C. de obsequ. par. præst.* repugnare: *l.* 6. *C. de hered. instit.*

REFRENARE jusjurandum: *l.* 18. *princ. D. de dolo mal.*

REFRICARE, denuo aliquid agere, repetere. *Refricare* exactionem, *l.* 30. C. *Theod. de erog. milit. annon.* negotia: *l.* 4. *C. Th. de donat.* quæstionem: *l.* 6. C. *Th. de adpellation.* securitatem: *l.* 185. C. *Th. de decurion.*

REFUGA dicitur, qui metallo vel alii cui operi & pœnæ, cui addictus erat, fuga se subducit & subtrahit, *l.* 8. §. 6. D. *de pœnis.* Refuga custodiæ: *l.* 13. §. *penult.* D. *de re militar.* Refugæ operis metalli: *l. penult. in fin.* D. *de extraord. cognition.* Tertullianus *de cultu feminarum cap.* 5. de auro agens, quod per damnatos & noxios effossum in honorem ornamentorum venit: & de pœna, ait, in honorem metalli refuga mutatur. *Defugas & confugas* eadem forma in Codice Theodosiano legimus; *l.* 22. *C. de Episc. & cler. l.* 4. C. *Th. de his, qui ad eccles.*

REFUGIUM. Abscessus ædium & interiora loca refugia vocantur, in *l.* 13. §. 7. *D. de usufruct. l.* 1. §. 2. D. *de servo corrupt.*

REFUNDERE, restituere resarcire. *Refundere* fructus: *l.* 6. D. *de in diem addict.* impensas: *l.* 5. §. *ult.* D. *de præscript. verb.* legatum: *l.* 24. §. 16. D. *de fidei-commiss. libert.* pretium: *l.* 1. *C. de rescind. vendit.* summam: *l.* 49. D. *solut. matrim.*

REFUSIO, solutio, in *l.* 185. *C. Th. de decurion.*

REFUTARE, respuere, *l. un. C. Th. ne damna provincialib.* Refutari judicio, id est, confutari, *l.* 9. *C. Theod. de hæret.* Refutari testis, id est refelli, apud Quinctil. *lib.* 5. *Inst. orat. cap.* 10.

REFUTATIO, *l.* 11. C. *Th. de adpellat.* dicitur quando partes aut litigatores relationem judicis, additis allegationibus refellunt.

REFUTATORIÆ preces, *refutatorii* libelli, in *l.* 4. & 8. *C. Th. de adpellat. l.* 1. & 37. §. 1. *C. eod. tit.* Judex, a quo provocatum erat, opinionis suæ exemplum litigatoribus dare debebat, & acta edere. Quod si cui minus plena vel contraria viderentur, is refutatorias preces offerebat, quæ simul mittebantur, *l.* 18. *C. de adpellat.* Symmach. *lib.* 10. *epist.*

45. Cujus meritum perennitas vestra gestis ac refutatoriis cohærentibus æstimabit. Idem *lib. 2. epist.* 30. Si relatio ad fortunam negotii pertineret, & supplementa, vel refutatorias jurgantes dedissent.

REGALES sunt regibus editi, vel regia stirpe oriundi, in *l.* 9. *C. Th. de re militar.*

Regalis aulæ penetralia: *l.* 12. *C. Theod. de medic.* Regales trabeæ: *l.* 4. *C. Theeod. ne quid publ. lætit.*

REGERE exercitum: *l.* 12. D. *de re milit.* mulum: *l.* 27. §. 34. D. *ad leg. Aquill.* officium: *l.* 21. D. *de re militar.* provinciam: *l.* 7. §. 10. D. *de interdict. & relegat.* Vid supra *rector. provinc.*

Regere jura, ait Pomponius, in *l.* 2. §. 13. D. *de orig. jur.* Sunt tamen codices & libri editi, ubi reddere legitur; sunt ubi utrumque, *reddere* vel *regere.* Verosimilius tamen est: Pomponium *reddere* scripsisse. Corn. Van Bynkersh. in *præterm. ad l.* 2. D. *de orig. jur. p.* 26. Hein.

Regere fines, est terminare. *Regi* fines, interpretes Boethio *ad Topic. Cicer. cap.* 10. dicuntur, quoties propriis quisque ager finibus terminatur. Inde quæ ad terminos constituendos inter eos, qui confines agros possident, datur actio finium regundorum vocatur. Cicero *Topic. cap.* 10. Si in urbe de finibus controversia est, quia fines agrorum magis esse videntur, quam urbis, finibus regendis arbitrum adigere non possis. Et alias: Si in urbe fines non reguntur, nec in urbe aqua arceatur. Idem *lib.* 1. *de legib. cap.* 21. Nec Manilia lege singuli, sed ex duodecim tres arbitri fines regemus. Idem *in orat. pro Muren. cap.* 9. Imperatoris & Jurisconsulti differentias recensens: ille, inquit, exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 3. *v.*43. Non fixus in agris. Qui regeret certis finibus arva, lapis.

REGERERE, iterum injicere, *l.* 24. *ad fin.* D. *quib. mod. ususfr.* Sumitur & pro perscribere, id est, in tabulas referre, apud Quinctilian. *lib.* 2. 12. & *lib.* 3. *c.* 8.

Regesta, sunt acta publica præfecturæ prætorianæ, & aliorum judiciorum vel officiorum, quæ pertinent ad publicam utilitatem. Fr. Raguell. in *Comm. ad Constit. Justin. de codice confirm. cap.* 5. ubi *Regesta scribarum* apud Vopiscum *in Probo cap.* 2. interpretatur *les Registres.* Sic Theodosius *de confirm. C. Th. tit.* 1. Exceptis his, quæ habentur apud militum sancta principia, vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia, quæ in *regestis* diversorum officiorum relata sunt. Eodem modo securitates *regestæ* polyptychis, pro iis, quæ in libros censuales relatæ sunt, dicuntur in *l.* 2. *C. de discussor.* & *regesta* scilicet constitutio, in subscriptione, *l.* 14. *C. Th. de indulgent. debit.* pro ea, quæ ad speciale alicujus judicis officium pertinebat, & in ejus gesta seu acta relata erat. Vid. Jac. Gothofred. *in Comm.* Singulis officiis suos codices vel indices fuisse, in quos, quidquid actum in iis esset, referretur, iisdemque præpositos regendarios vocari a Cassiodoro *lib.* 2. *Var. epist.* 29. notum est. Plura hanc in rem differunt Cujac. *lib.* 15. *observat. cap.* 37. Petr. Faber *ad l.* 92. *D. de regul. jur.* Pancirol. *ad Notitiam dignitat. Imp. orient. cap.* 18. & Claud. Salmas. *ad histor. August. p.* 426. Du Fresne *in Glossar.* voc. *regestum.*

REGIMENTUM, pro regimine, *l.* 1. D. *de offic. præf. præt. l. un. pr. C. eod. tit.*

RE-

REGINA, regis uxor. An vero id nominis retineat viro defuncto, vide *c. ex parte extr. de for. compet.* & 24. *qu.* 1. *eos.*

REGIO, pars terræ vel urbis. Regiones ergo fundorum partes sunt certis mensuris dispartitæ: *l.* 8. & 29. *D. de adquir. rer. domin.* Regione fundi insita: *l.* 26. §. 1. D. *de except. rei judicat.* Regiones urbis Romæ XIV. fuisse, ex *l.* 3. D. *de offic. præf. vigil.* & ex Tacito *lib. XIV. Annal. cap.* 12. & *lib. XV. cap.* 40 & ex P. Victore de regionibus urbis Romæ constat. Divisa est autem Roma in regiones ab Augusto, ut Tranquillus *in ejus vita cap.* 30. scribit. De his regionibus *earumque ædificiis* eruditum commentarium scripsit Pancirolus, qui *Comm. ejusd. ad Notitiam dignitatum utriusque Imperii* adjectus est, *p.* 159. *Regionibus* divisa tutela, ut alius urbica, alius peregrina negotia administret: *l.* 51. D. *de administr. & peric. tut.*

Regiones & provinciæ, pro eodem, *l.* 24. C. *Theod. de cohort.* quandoque pro provinciarum certo tractu, *l. ult. C. Theod. de defensor. civit.* Hinc clabulariæ regiones, *l.* 34. *C. Th. de curs.* id est, stationes in quibus cursus clabularis constitutus erat.

REGIUS, *a*, *um*. *Regia* lex, in §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Vid. *Lex Regia.*

Regia potestas: *l.* 2. §. 16. *D. de orig. jur.* urbs: *l.* 6. C. *de adoption.* Regiæ urbis nomine, in *l.* 11. *C. de metat.* & apud D. Gregor. *lib.* 5. *epist.* 60. *lib.* 6. *epist.* 4. & 27. *lib.* 7. *epist.* 82. urbs Constantinopolitana, intelligenda est.

REGREDI, reverti. *Regredi* dos: *l.* 71. D. *de eviction.* Regredi ad maritum: *l.* 4. *C. de nuptiis.* in ordinem, *l.* 15. D. *ad municipal.* in possessionem: *l.* 17. §. *ult. D. de furt.* postliminio, *l.* 17. §. 6. *D. ad municipal.* in potestatem, *l.* 27. §. 11. *D. ad leg. jul. de adulter.* ad proprietatem: *l.* 3. *C. de usufruct.*

REGRESSUM habere ad aliquem vel quid dicitur, qui quod ab hoc, vel eo modo consequi non potest, ab alio, vel alio modo consequitur. *Regressus* ad aliam actionem: *l.* 9. §. 1. D. *de tributor. act.* ad bona: *l.* 3. *D. de collation.* adversus auctorem: *l.* 8. C. *de eviction.* ad venditorem: *l.* 2. D. *ad SC. Vellejan.* ad venditionem: *l.* 3. *princ.* D. *si famil. furt. fec.* in venditionem: *l.* 1. & 34. *D. de eviction.* ad mandatorem: *l.* 59. §. 4. D. *mandati.*

REGULA quid? *l.* 1. D. *de regul. jur.* Quinam ex veteribus Jurisconsultis *regularum* libros composuerint, recenset Schultingius *in jurispr. vet. antejustin.* Regula Catoniana. Vid. suo loco.

REJICERE, verbum erat juris, quod significabat recusare seu repudiare judices, quod verbum frequentissimum est apud Cicer. *Verr.* 3. *cap.* 11. 13. 59. 60. Plin. *Panegyr. cap.* 36. Sors & urna fisco judicem adsignat: licet rejicere, licet exclamare, hunc nolo. Cicero *in Vatinium cap.* 11. Et quoniam crebro usurpas legem te de alternis consiliis rejiciendis tulisse. Et post: Commodiorem inimico suo contentionem rejectionis dari noluisse. Lexicon B. Germani: *Rejectio*, ἀποβολὴ, ἀπόληψις κριτῶν. Sic etiam miles *rejici* militia dicitur, *l.* 6. §. 6. *D. de re milit.* & rejici castris: *l.* 29. D. *de liberal. causs.* Rejecti tutores: *l.* 2. §. 2. D. *qui petant tutor.* Propria significatione usurpatur hoc verbum, in *l.* 14. *D. quib. mod. ususfr.* rejecta terra.

RELAPSI qui dicantur, vid. in *l.* 16. *C. de hæret.* nec non *can. accusatus extra*, *de hæretic.*

RELATIO est, quum ad principem refertur, *tit. D. & C. de adpellat. & relat.* Sic & accipitur apud Symmach. *lib.*1. *epist.* 41. & 44.

Relatio in *l.* 14. *C. de accusation.* est propositio criminis & rei, seu elogium, quod ab Irænarchis officialibusque ad præsides refertur. Nam *referendi* verbo in hac re utitur Marcianus, in *l.* 6. *ad fin.* D. *de custod. reor.*

Relatio criminum, pro mutua accusatione, in *l.* 5. D. *de public. judic.* Add. Cujac. *ad rubr.* C. *de his, qui accusare non poss.*

Relatio, respectus. Paull. in *fin. l. penult.* D. *de justit. & jur.* relatione scilicet facta, non ad id quod prætor ita fecit, sed ad illud quod prætorem facere convenit.

RELATORIÆ, in *l.* 8. *C. Th. de navicul.* sunt securitates, quas navicularii redditarum, seu subvectarum a se specierum nomine, a susceptoribus accipiebant.

RELATUM, id est, in scriptis probatum. Apud Paullum ita relatum est, *l.* 2. §. 5. *D. qui pet. tut. vel curat.* Ulpianus *l.* 1. §. 1. D. *de senator.* Quod, inquit, nec usquam relatum, nec receptum est. Idem *l.* 3. §. 4. D. *de hered. instit.* Nam est relatum, & *l.* 2. §. 5. *D. ad municipal.* Hoc & *relatum* & rescriptum est. Simili notione verbo *referre* usum esse auctorem dialogi de corrupta *eloquent. cap.* 22. pro locum laudabilem adnotare, observavit Bynkersh. *observ. lib.* 8. *c.* 25. Hein.

RELAXARE pro largiri, concedere, indulgere, *l. ult. C. Th. de incorp. l.* 26. C. *Th. ne petition.* de indulgentiis debitorum nominatim, *l.* 6. & 11. *C. Th. de indulgent. debitor.* Crimen relaxare, *l.* 15. *C. Th. de cohortal.* licentiam: *l.* 8. *C. Th. quorum adpell.* moram ac tempus, *l.* 27. *C. Th. eod. tit.* necessitatem: *l.* 7. *C. Th. de donat. Relaxari* condemnatione, id est, remitti, *l.*14. §. 11. *D. quod met. causs.*

RELEGARE, pro repetito legare, *l.* 3. §. 2. D. *quib. mod. ususfr. vel usus.* Et relegare sæpe ab eo, quod reddi magis quam dari legari videtur, *l.* 77. §. 12. *D. de legat.* 2. *l.* 2. §. *ult.* D. *de dot. præleg.* Sic *relegare* dotem maritus dicitur, qui quam accepit, præsenti die reddi ac restitui jubet, quo casu recepisse magis quam accepisse dotem mulier dicitur, ut ait Ulpian. in *l.* 2. *in fin.* D. *de dot. prælegat.*

RELEGARI pro deportari videtur accipi in *l.* 11. D. *de testament. tutel. l.* 27. §. 1. D. *de pœn.*

RELEGATIO dotis: *l.* 95. D. *de legat.* 3. ex qua & hæc formula colligitur: Quanta pecunia dotis nomine ad me pervenit, tantum heres meus dato.

Relegatio in insulam, pœnæ genus, quæ neque libertatem, neque civitatem adimit. Ammian. Marcellinus *lib.* 15. *cap.* 17. insularem pœnam vocat, *l.* 8. §. 1. D. *qui testam. fac. poss.* Sic & relegatio insulæ. Paull. *lib.* 5. *sentent. tit.* 4. §. 17. Relegatorum autem duo esse genera Ulpianus scribit. Quidam enim in insulam relegantur, *l.* 4. 24. & 28. §. 10. & 13. *l.* 30. D. *de pœnis.* Sunt, qui simpliciter relegantur, ut provinciis iis interdicantur, non etiam insula iis adsignetur, *l.* 7. *D. de interdict. & relegat.* Unde relegatos Ælius Gallus apud Festum definit, quibus ignominiæ aut pœnæ caussa necesse est, ab urbe Roma, aliove quo loco abesse, lege, senatusconsulto, aut edicto magistratuum. Sed relegatum ab exsule separat Ovidius *lib.* 2. *Trist. eleg.* 2. & *lib.* 5. *eleg.* 3. & 22. Inter deportationem autem & relegationem quidam hanc differentiam statuunt, quod illa per-

perpetuum, hæc temporarium exsilium contineat. Sed & in perpetuum fit relegatio, *l.* 4. *&* 28. *princ. l.* 38. §. 8. D. *de pœnis. l.* 3. *C. qui pet. tutor. l.* 14. §. 3. D. *de solution.* & apud Plin. *lib.* 3. *epist.* 9. *n.* 12. Alii, in quibus Isidorus *lib.* 5. *cap.* 27. inter relegatum & deportatum hanc differentiam statuunt, quod relegatum bona sequantur, deportatum non sequantur. Sed hæc differentia perpetua non est. Nam ex ademtis bonis aut parte aliqua eorum relegatos legimus, *l.* 1. D. *si pendent. adpellat. l.* 11. §. 3. D. *ad leg. Falcid. l.* 38. §. 5. *&* 8. D. *de pœnis.* Quod in his dumtaxat, qui in perpetuum relegantur, jure licito factum, & Paullus & Ulpianus testes sunt, tametsi aliter plerumque servabatur, *l.* 5. *&* 7. §. 4. *D. de interdict. & releg.* Illa certissima differentia, quod sive in perpetuum, sive ad tempus quis relegaretur, aliter atque quum deportabatur, & civitatem Romanam & patriam in liberos potestatem, & testamenti factionem, & omnia omnino jura sua, & bona, præterquam si qua ei ademta erant, retinebat. Tantum insula ei egredi non licebat, cujus vinculo quodammodo continebatur, *l.* 4. *&* 7. §. 2. *D. de interd. & releg.* Eaque ex ipsis condemnationis verbis diversitas intelligebatur. Relegatis autem excedendi dies a Præsidibus definiebatur. Moris enim erat ita pronunciari: provincia illa insulisque relego, excedereque debebit intra illum diem, *l.* 7. §. 17. D. *de interdict. & relegat.* Tertullian. *Apologetic. cap.* 12. In insulas relegamur. Solet & in insula aliqua deus vester aut nasci aut mori. Plin. *lib.* 6. *epist.* 30. Centurionem exauctoravit atque etiam relegavit.

RELEGERE libertatem, id est, repetere libertatem, *l.* 2. C. *Th. de liberal. caus.*

RELEVARE factum: *l.* 4. *C. ad leg. jul. de adulter.* rem judicatam: *l.* 7. D. *de transaction.* satisdatione procuratorem: *l.* 65. D. *de procurator.* onus tributorium: Gregor. *lib.* 3. *epist.* 5. debiti quantitatem: *l.* 1. *D. de pignor. action.* Hinc

RELEVATA juga seu capita, *l.* 6. *C. Th. de conlat. donatar.* relevata absolute, *l.* 15. *C. Th. de indulgent. debit.* Relevatæ necessitates: *l.* 21. *de prætor. eod.* C. possessiones, *tit.* C. *Th. de conlat. donat.*

RELEVATI, id est, immunes ab omni præstatione, *l. ult. C. Th. de veteran.* propria hac in re vox, ut *l.* 3. C. *Theod. de desertor.* & in Novellis Theodosii & *interpr. ad l.* 1. *in fin. C. Th. de cens.* Add. Salvian. *lib.* 5. *cap.* 8. *p.* 109. *edit. Baluz.* Sidon. *lib.* 7. *epist.* 12. & ibi Cl. Savare.

RELEVATIO, κουφισμὸς, vox rei tributoriæ, innuitque canone possessionem liberatam esse. Relevatio canonis, *l.* 5. *C. Th. eod. tit.* ubi & relevationis beneficium.

RELICTUM. Vid. sub *relinquere.*

RELIGIO a relegendo, auctore Cicerone in *libr. de natura Deorum* deducitur, quod religiosi omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent. Sed in hac etymologia ridetur Tullius a Lactantio, qui religionem arbitratur dictam esse, quod ejus vinculo obstricti & religati simus, *lib.* 4. *de vera sapient. cap.* 28. Cum Lactantio enim facit Ambrosius *in lib. de virginibus*, ubi virgines Deo nuptas, quasi religatas ostendit. Manifestius Lactantio adstipulatur Hieronym. *in Amos cap.* 9. dictam nimirum esse religionem,

quod quasi in fascem domini vincti & religati simus. Verum Augustinus nonnihil variat ad Ciceronis expositionem accedens. Nam in libro 10. *de Civitate Dei cap.* 4. dictam eam quidem putat a religendo, allusione nominis (ut Vives putat) ad manum ex occasione capta. Verba ipsius sunt: Ipse enim fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est fons. Hunc eligentes, vel potius religentes (amiseramus enim negligentes) hunc ergo religentes, unde & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus: ideo beati quia illo fine perfecti. Augustini derivationem affirmare videtur Nigidianus ille apud Gellium versiculus: Religentem esse oportet religiosum minime. Massurius Sabinus, ut est apud eumdem Gellium *lib.* 4. *cap.* 9. religiosi vocabulum a relinquendo deducit: sicut cerimoniæ a carendo &c. Transfertur autem hoc religionis vocabulum ad alia quæque, quæ summa integritate peraguntur. Religio autem Lactantio *lib.*4. *cap.*28. est veri Dei cultus. Quia vero religio & in metu consistit, ea ideo interdum significamus non quod licet, sed quod veritum est, & quod non sine metu læsi numinis committatur: ut muros transilire religiosum fuit Romanis, id est, non concessum: Et in illo Terentii: Nam nihil esse mihi religio est dicere, id est, metus & sollicitudo.

Religio jurisjurandi, *l. ult.* D. *de liberal. caussa*, sic dicta quoniam divini numinis testationem habet, *l.* 1. *D. de jurejur.* Religio sacramenti militaris: *l.* 8. *C. de legat.*

Religio sepulcri: *l.* 14. *D. de servitut.*

Religione adstricti: *l. ult.* D. *de liberal. causs.*

Religio pro officio, quod quidem sancte servandum. Sic *religio* judicantis: *l.* 13. *D. de testib.* ubi vid. Jac. Cujac. *in Papinian.* & apud Ammian. Marcellin. *lib.* 30. judicationis: *l.* 6. C. *solut. matrim.* judicis: *l.* 33. D. *de re judicat.* judiciaria: *l.* 5. C. *de testib.* præsidis provinciæ: *l.* 2. §. *ult. de vacat. & excusat. muner.* prætoris: *l.* 5. §. 11. *D. de reb. eor. qui sub tutel.* juris: *l.* 3. C. *quæ res pignor.* Religionis partem judex implebit: *l.* 3. *C. arbitr. tutel.* Religionis & humanitatis ratio: *l.* 23. *C. de excusat. tutor.*

RELIGIOSA a sacris & sanctis distinguntur. Festus *lib.* 16. Ælium Gallum ait, inter sacrum & Sanctum & Religiosum differentias bellissime referre. Ælius itaque Gallus *religiosum* definit sepulcrum, ubi mortuus sepultus & humatus est. Festus: Religiosum ac sacrum est, ut templa omnia atque ædes, quæ etiam sacratæ dicuntur, id quod per se religiosum est, non uti. Religiosa a sacris separata accipiuntur, *l.* 4. 22. & 51. *D. de contrah. emt. l.* 6. §. 3. 4. *D. de rer. divis. l.* 4. D. *ad leg. jul. pecul. l.* 20. §. *ult.* D. *quod vi aut clam.* & in aliis multis juris civilis locis. *Religioso* loco *purus* opponitur, sacro profanus. Religiosus locus fit, mortuum inferendo: *l.* 53. §. 1. D. *de legat.* 1. Religiosa vetus Glossarium vertit τὰ μνήματα *monumenta.* Et *religiosum* locum suum quisque mortuum inferendo facit: *l.* 6. §. 4. D. *de rer. divis. l.* 27. *D. de religios. l.* 6. §. 6. D. *commun. divid. l.* 3. C. *quæ res pignor. l.* 53. §. 7. D. *de legat.* 1. §. 9. *Inst. de rer. divis.* Religiosus fiebat locus sola illatione mortui, seu sepultura, eximebaturque commercio: *l.* 66. §. 4. *D. de legat.* 2. Nec vero monumenta aliter *religiosa* sunt, quam si in ea

ea corpus illatum sit, *l. 7. D. de rer. divis.* Vid. quæ *lib. 2. Antiquit. selꝭt. cap. 5.* dixit Brisson. Hinc religiosus locus non fit ubi invenitur thesaurus: *l. 4. §. 6. D. ad leg. jul. peculat.* Religiosum præterea locum illum esse, ubi, quod est principale, conditum est, id est, caput, respondit Paullus in *l. 44. D. de religios. & sumt. funer.* Vid. Emund. Merill. *lib. 2. observ. cap. ult.* Non autem est quod miremur religiosa habita fuisse sepulcra quælibet. Dedicata enim erant Diis Manibus vel Diis inferis. Discimus hoc ex ipsis monimentis, in quibus frequentissimæ sunt formulæ; D. M. vel D. M. S. id est, Diis Manibus sacrum, vel Dis inferis Manibus sacrum. Jac. Guther. *de jure Manium.* III. 1. Immo & propter eosdem Manes consecrata dicebantur sepulcra. Gruter *Inscript. p.* 877. 5. Hæc ædificia, propria, comparata facta dicataque sunt Monimenti sive sepulcrum est, & ollarum, quæ in his ædificiis insunt, & consacratæ sunt, religionisque earum caussa. Nec ipsum tantum spacium, quo cadaver concludebatur, occupabat religio, sed & aliquam vicinæ areæ partem, cujus ambitum non solum in monimentis designabant, hoc modo *in fr. p. X. in agr. p. XX.* id est, in fronte pedes X. in agrum pedes XX. Horat. *Serm. I.* 8. *v.* 12. Sed & maceriis murisque includebant, ut docet idem Brisson. *cit. l.* Ceterum ob hanc religionem corpora semel illata sepulcro tolli non poterant, nisi impetrata a Pontificibus vel principe venia: *l. 1. 8. & 33. pr. D. l. 14. C. de religios.* vel in provinciis a præside, *l. 1. C. eod. tit.* Exempla exstant apud Plin. *Epist. X.* ut & apud Gruter. *Inscr. p.* 628. ubi reliquiæ trajectæ dicuntur III. Non Febr. ex permiss. Collegii Pontificum, piaculo facto. Immo ne refici quidem monimentum poterat, sine permissu Pontificum, nisi id ita fieri posset, ne reliquiæ non tangerentur, *l. 44. §. 1. D. de religios.* Id quod etiam ex marmore constat apud Gruter. *p.* 618. 4. Immo nec corpus in alia arca poterat collocari, nisi volente principe. Gruter. *p.* 607. 1.

Religiosi dicuntur clerici seculares, qui habitum religiosum susceperunt: *Extra de hæretic. c. ut officium.* & de Laicis habetur *extra de reb. eccles. non alien. c. fin.* & qui possunt dici religiosi, vid. *extra de offic. ordin. c. licet.* & de voto & voti redemptione *c. ex multa.* Vid. etiam *gl. in Clem.* I. *de relig. domi.* & in *Clemen. cum ex eo. de sent. excomm.* Joan. Andr. *super rubr. de reg.* & in *c.* 1. *Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Constit.* ubi Abb. ponit quot modis sumatur religiosus. Nota doctrinam, quod religiosus quandoque ponitur impropriissime seu largissime; & tunc comprehendit omnem Christianum, & ideo dicitur Christiana doctrina religio *c. pro humani. de homicid. in 6.* quandoque capitur large & improprie, & comprehendit omnem Christianum honeste viventem: & isto modo intelligitur textus in *c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* & possunt comprehendi *hospitalarii* Hierosolymitani, qui large dicuntur religiosi: nam matrimonia contrahere non possunt. Et obedientiam promittunt superiori, nec retrahere possunt ab illo statu. Unde istis vel eorum ordini conferuntur ecclesiæ vel decimæ. *Not. doct. in c. quamvis de decim. & in dicta rubr. de reg.* Quandoque capitur stricte & proprie: & tunc illi dicuntur *religiosi*, qui profitentur illa tria substantialia religio-

gionis, scilicet paupertatem, obedientiam, castitatem, ut in *c. cum monasterium, de stat. mo. no.* Panorm. *in c. 2. eo. tit.* & super dicta *rubr. de regul.* & hoc modo laici conversi possunt dici religiosi, ut *c. non. dubium. de sent. excomm.* non habent tractare negotia spiritualia, nec debent interesse electioni prælati una cum clericis, ut *c. ex eo. de elect. in P.* Add. Abb. *in 2. col. in d. c. de eccles. Sanctæ Mariæ, de constit.* & nota quod appellatione propria religiosorum non veniunt hi, qui professi sunt in manibus Episcopi tantum. Abb. *in c. porrectum de regul.* An autem novitius intra annum probationis dicatur religiosus. Bart. in *l. nulli C. ne sanct. baptism. iter.* Et nota quod religiosæ personæ dicuntur etiam magistri militiæ templi, ut *c. cum deputati, de judic.* & ibi Panormit. *in pr.* facit quod *not. in c. canonica de sent. excomm.* nam religiosi dicuntur quasi religati ad cultum divinum, ut *d. c. ecclesia Sanct. Mariæ.*

Religiosum dicitur, quidquid ea religione, fide & officio fit. Religiosa constantia: *l. 10. D. de incend. ruin. naufr.* Minus religiosam rem facere videntur liberi, qui parentum concubinas uxores ducunt: *l. 4. C. de nupt.* Religiosa sollicitudo: *l. 1. C. qui ex causs. servit.*

Religiosum dicitur, quidquid attentare nefas est, ut religiosa pecunia: *l. 4. D. ad leg. jul. peculat.* Item quod cultui divino quoquomodo dicatum. Sic *religiosarum* habitationum loca vocantur synagogæ judæorum.

Religiosus locus dicitur hospitale quod vocant, in *c. ad hoc. de religios. dom.* extra.

Religiosus locus debet reformari a religiosis tantum viris, non de secularibus, nisi in defectu religiosorum, ut in *c. inter. quatuor. de religios. dom.*

Religiosissimi famuli, id est, Christiani, in *l. ult. C. Th. ne Christianum mancipium Judæus.*

RELINQUERE. Hoc verbum proprie ad ultimas voluntates pertinet, *l. 1. §. ult.* D. *de tabul. exhib. l. 62. §. 1.* D. *de fideicomm. libert.* Ita tam ex testamento, quam ab intestato relinqui res dicitur. Inde quod testamento datum legatum est, relictum toties in libris nostris dicitur. Itaque in *l. 2.* C. *de natural. lib. largiendi* & *relinquendi* verba separantur, ut hoc ad testatoris legata, illud ad donationes inter vivos pertineat, id est, ut Justinianus *Novell.* 89. interpretatur: ὀυδὲν δωρεῖσθαι, ὀυδὲ ἐκ τελευταίας διδόναι βȣλήσεως. Martial. *lib.* 10. *epigr.* 47. Res non parta labore sed relicta. Cic. *pro domo cap.* 58. Liberis nostris satis amplum patrimonium relinquemus. Idem *lib. 2. ad famil. epist.* 16. Filio meo, si ulla est respublica, satis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei. Sic etiam heredem *relinquere* quem dicimus Martial. *lib. 3. epigr.* 10. Idem te moriens heredem ex asse reliquit. Cicero *pro Quinctil. cap.* 4. heredem testamento reliquit. Sic *relinquere* hereditatem: *l. 8. §. 1.* D. *de jur. codicill.* & relictus heres: *l. 34.* D. *de judic.*

Relinquere etiam pro legare vel per fideicommissum relinquere frequenter utuntur Jurisconsulti. Sic: Per fideicommissum alimenta reliquerat: *l. 14. §. ult.* D. *de alim. & cibar. legat.* Si legatum reliquero: *l. 17. §. 2.* D. *ad SC. Trebell.* Relicta liberatio, id est, legata: *l. 1. §. 2.* D. *ut in possess. legat.* libertas: *l. 26. §. 1. D. de fideicomm. libert.*

Per fideicommissum *relinquere* di-

dicunt Jurifconfulti, licet verbo relinquo cum effectu olim fideicommitti potuiffe neget Paullus *lib.* 4. *Sent. tit.* 1. §. 6. Relinquo vero, ait, & commendo nullam fideicommiffi pariunt actionem. Paullo tamen Scævola non confentire videtur, in *l.* 78. §. 8. D. *ad SC. Trebell.* Vid. Schulting. in *Jurifprud. vet. antejuftin.* p. 386. Hein.

Relinqui etiam dicitur, qui a patre vel teftatore fuperftes relinquitur. Relinquere filium: *l.* 18. D. *ut legator. nom.* Relictus in familia: *l.* 20. §. *ult.* D. *de bonor. poffeff. contr. tab.* in poteftatem: *l.* 11. D. *de conjung. cum emancip. lib.*

Relinquerit, *relinquiffet*, *l.* 9. D. *ad leg. Falcid. l.* 122. *D. de V. O.* & paffim.

Relinquere, id eft, deferere. Sic *relinquere* actionem: *l.* 21. D. *de inoff. teftam.* conductionem: *l.* 25. §. 2. D. *locati.* domum: *l.* 15. §. 35. D. *de damn. infect.* Hoc fenfu etiam hereditatem relinquere pro omittere & repudiare Juftinianus dixit, §. 5. *Inft. de hered. qualit.* Relinquere fervum noxæ nomine: *l.* 57. *D. de Ædilit. edict.* pro noxæ deditione: *l.* 31. *D. de pignor. act.*

Reliquari dicitur, qui reliquis obnoxius eft, ut ait *l.* 24. D. *ad municipal.* five qui rationibus fubductis reliquator & debitor manet, vel qui reliqua trahit, ut eft in *l.* 46. *pr.* D. *de adminiftr. & peric. tut.* & ita: Debitum, quod ex adminiftratione reliquatus eft: *l.* 46. *pr.* D. *eod. tit.* & ita *reliquari* accipe in *l.* 24. *D. ad municipal. l.* 6. §. 1. D. *de muner. & honor. l.* 20. §. 6. D. *famil. ercifc. l.* 40. *D. de ftatuliber.* Hinc

Reliquatio, obligatio ex reliquis eft, *l.* 44. §. 1. D. *de adminiftr. & peric. tutor. l.* 53. *D. de manum. teftam.* Quod verbum etiam Tertullianus ufurpavit in libro *de anima cap.* 56. Donec reliquatio compleatur ætatis.

Reliquator, qui reliqua traxit vel reliquatus eft: *l.* 102. §. 2. *D. de folution. l.* 9. §. 2. D. *de publican. & vectigal.* Vectigalium reliquatores: Paull. *lib.* 5. *tit.* 12. *p.* 483.

Reliquiæ, quod fupereft, remanet, veftigia: Reliquiæ voluntatis: *l.* 8. D. *de his, qui fui vel al. jur.*

Reliquiæ pro cineribus defunctorum, ficut in autographo Florentinarum Pandectarum fcribitur, in *l.* 48. & 44. *in fin.* D. *de religiof. l. ult. D. de mort. infer. l.* 38. §. 4. D. *de legat.* 3. quas Græci λείψανα vocant, *l.* 53. §. 5. D. *de legat.* 1. Quæ tamen fcriptura immutata eft ab his, qui Pandectas excuderunt, *l.* 27. D. *de condit. inftit. l.* 3. D. *famil. ercifc.*

Reliquum vel *reliqua* in plurativo numero, funt quæ rationibus fubductis, acceptifque & expenfis computatis, debita remanent & fuperfunt: *l.* 32. 80. 81. & 110. *D. de condit. & demonftr.* & in *l.* 3. C. *de fufceptor.* in qua verbum *annis* in contextum ex Accurfiano gloffemate irrepfit, vitiumque creavit. Abfolute enim *reliquis* legendum eft, ut ex *l.* 10. *C. Th. eod. tit.* patet, in quo *novi ac recentes*, non ut in Juftinianeo codice, *adcrefcentes* legitur. Reliqua enim funt debitæ præteriti temporis penfiones. *Reliqua* pro reliqua cenfuum, in *rubr.* C. *fine cenfu vel reliquis.* Reliqua villicorum & colonorum, funt penfiones a villicis & colonis debitæ, *l.* 32. §. *ult.* D. *de ufufruct. l.* 78. §. 9. D. *de legat.* 3. & apud Plin. *lib.* 3. *epift.* 19. *lib.* 9. *epift.* 37. Reliquis actorum & colonorum legatis, ea legata vi-

videntur, quæ de reditu prædiorum in eadem caussa manserunt, non etiam, quæ in aliam caussam versa sunt, *l. 91. pr. D. de legat. 3.* Reliqua collegarum: *l. 21. D. ad municipal.* Sic & *reliqua* conductionis accipe in *l. 10. C. ad SC. Velleian.* Reliqua contracta: *l. 5. C. an serv. pro suo fact.* Reliqua habere, id est, debere: *l. 1. D. de condit. & demonstr.* Reliqua trahere, seu contrahere, in *l. 3. §. 1. D. de administr. rer. ad civit. pert.* Ducker trahere reliqua, explicat, solutionem reliquorum differre, *de Latin. vet. jurisc. p. 425.*

Reliquorum adpellatio potest & universos significare. Marcellus *l. 9. de verb. signif.* Sicut in eo contingit, qui unius servi optionem alicui, reliquos alii legat, illo non optante omnes huic debebuntur, quod in verbo ceterorum eodem illo titulo Ulpianus respondit, *l. 160.*

RELOCARE opus: *l. 13. §. 10. D. locat.* est opus ad diem constitutum, non perfectum, alii artifici denuo idem faciendum locare.

RELUCTANTE lege contractus, *l. 7. C. de distr. pign.* id est, repugnante.

REMANCIPATAM rem apud Paull. *lib. 2. Sent. tit. 13. §. 3.* non remancipatam fiduciam legimus. His verbis: Debitor creditori fudiciam (pignoris remancipandi) vendere non potest, sed aliis si velit, vendere potest, ita ut ex pretio ejusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem (a creditore) emptori præstet.

REMANERE, manere. Sic *remanere* actionem: *l. 34. §. ult. D. de oblig. & act.* in conductione: *l. 13. §. 11. D. locat.* dominium: *l. 4. C. de dol. mal.* in familia: *l. 3. §. 5. D. de adsign. libert.* obligatos, *l. 14. D. de obligat. & action.* in obligatione: *l. 98. §. 5. D. de solut.* possessionem: *l. 5. §. 1. D. de precar.* in possessione: *l. 12. §. 2. D. de captiv.* in potestate: *l. 6. C. de collat.* quæstionem: *l. 3. C. si pendent. adpell.* tutorem: *l. 37. D. de excusat.* Etsi venditio remansisset, in *l. 22. §. ult. D. de Ædil. edict.* ibi Prat. verbum *remanere* venditionem pro non facta interpretatur. Alii legunt: Etsi venditoris mansisset. Pæne crediderim pro *etsi* reponendum esse *nisi.* ut hæc sit sententia: Quia *nisi venditio remansisset*, (id est, permansisset,) nihil hæc res emtori proderat.

Remanere improprie dicitur, pro eo, quod restituitur: *l. 7. C. de donat. ant. nupt.*

REMANSOR, pro emansore, in *l. 4. §. 13. D. de re milit. l. 5. §. 6. D. eod. tit.* ubi forte ibi quoque legendum *emansor*, quod suspicatur Jo. Frid. Gronov. ad Senec. *Epist. 53.* Add. Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p. 426.* Hein.

REMEARE ab hostibus: *l. 141. D. de verb. signif.* Remeare judicia: *l. 1. C. qui pro suo. Remeari* legitur in *l. 1. C. Th. de stud. liberal. urb. Rom.*

REMEATUS, redeundi potestas: *l. 4. D. de pæn.*

REMEDIUM, pro quovis auxilio, sæpe etiam pro medio jus suum conservandi, vel persequendi accipitur. Remedium etiam frequentissime, ubi id verbum occurrit, idem esse ac εὕρημα, *cautionem*, vel uti vulgo vocant, *cautelam*, observat Henr. Brenkman. *de Eurematic. cap. 1. §. 7. p. 16.* Sic: *remedium* adoptionis: *l. 42. D. de bonis libert.* adpellationis: *l. ult. C. de error. advoc.* alimentorum: *l. 9. C. de patr. potest.* cautionis: *demonstr. l. 79.*

§. 3.

§. 3. *l.* 7. *pr. D. de condit. & demonstr.* decreti : *l.* 41. D. *de bon. libert.* exceptionis : *l.* 14. *C. ad SC. Velleian.* extraordinarium: *l.* 12. D. *de legat. præstand.* quod & auxilium extraordinarium dicitur, in *l.* 16. *D. de minor.* Remedium fideicommissi : *l.* 3. §. 3. *D. de usur.* indemnitatis : *l.* 2. *C. de bon. auct. jud. possid.* juris : *l.* 9. C. *de oblig. & action.* operis novi nunciationis : *l.* 1. *D. de oper. nov. nunciat.* prætoris : *l.* 69. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Item remedia prætoria pignoris capionem & distractionem ac mulctæ dictionem adpellat Ulpian. *l.* 1. D. *de inspic. ventr.* Remedium provocationis : *l.* 1. §. *ult. D. ad SC. Turpill.* stipulationis : *l.* 23. C. *famil. ercisc.* Remedio nullo attentari sententia potest : *l.* 23. §. 1. D. *de condict. indeb.*

Remedium, pro relevatione tributorum apud Salvian. Massiliensem *p.* 106. 107. & 159.

REMIGES, qui remos agunt, *l.* 1. §. 2. D. *naut. caup. & stabul.*

REMISSE, negligenter, laxe. Remissius constitui : *l.* 4. §. 1. *D. de incend. ruin.* puniri : *l.* 21. D. *ad leg. Cornel. de fals.* versari : *l.* 61. §. 6. *D. de furt.*

REMISSIO mercedis pensionisve, relaxationem & exonerationem & relevationem significat, ut in *l.* 15. §. *ult. l.* 17. *princ. l. ult.* D. *locati.* Sueton. *in Julio cap.* 20. Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit. Plin. *lib.* 10. *epist.* 24. Præterea continuæ sterilitates cogunt me de remissionibus cogitare, quarum nisi præsens rationem inire non possum. Idem *lib.* 9. *epist.* 37. Quum me necessitas locandorum prædiorum retineat. Nam priore lustro, quamquam post magnas remissiones, reliqua creverunt. Columella *lib.* 1. *cap.* 7. Si sedulo colitur ager, plerumque compendium, numquam nisi cæli major vis aut prædonis incessit, detrimentum adfert. Eoque remissionem petere colonis non audet. *Remissio* colono data ob sterilitatem : *l.* 15. §. 4. D. *locati.*

Remissio in *l.* 1. §. 7. & *l.* 20. §. 4. D. *de oper. nov. nunciat. & in tit.* D. *de remission.* accipitur, qua remittitur prohibitio per nunciationem novi operis facta, *l.* 1. *princ. l.* 5. §. 16. D. *de oper. nov. nunciat. l.* 7. §. 2. *D. quod vi aut clam.* Est igitur remissio nunciationis, *l.* 5. §. 16. *l.* 8. §. 4. D. *de oper. nov. nunciat.* Remissionem desiderare : *l.* 5. §. 19. D. *eod. tit.* Interdictum de remissionibus tunc valet cum operis novi nunciandi jus nullum fuit: nam operis nunciatio eatenus duntaxat valet, quatenus nunciandi jus fuit. Prætor enim, ubi jus non fuit, nunciationem ipso jure missam facit, *l.* 1. *D. de remiss.* Remissio igitur, seu nunciationis relaxatio, in hoc fit magistratus auctoritate, ut vicinus cui nunciatum est opus novum, nunciationem negligat & opus institutum exsequatur. Est & de opere restituendo satisdatio remissionis loco. Igitur qui ædificare vult contra quam ei denunciatum sit, vel remissionem impetrare debet, vel satisdare de opere demoliendo, si judicatum fuerit justam esse nunciationem, *l.* 1. §. 1. D. *de remission.* De quo latius Cujac. 1. *obs.* 16.

Remissionem facere præses dicitur, qui ad ordinem remittit, *l.* 1. §. 3. D. *quand. adpelland.*

REMITTERE, pro mittere. *Remittere* repudium. Nonius Marcell. *cap.* 4. *pag.* 701. Remissum, missum. Lucil. *lib.* 29. Cohibet domi moestus se Albinus, repudium quod filiæ remisit. Hoc sensu re-

remittere apud Terent. *Phormion. Act.* 5. *scen.* 7. *v.* 35. & apud Senecam *lib.* 7. *controv.* 6. Et *scribere* apud Tertullianum *Apologet. cap.* 6. Et eodem prope sensu legimus. *Remittere* ad judicem, id est, ad virum bonum : *l.* 137. §. 1. D. *de verb. obligat.* ad judicis cognitionem : *l.* 35. §. 2. D. *eod. tit.* ad magistratus : *l.* 4. §. 1. D. *de damn. infect.* in municipium : *l.* 8. §. 5. D. *qui satisd. cog.* ad ordinem : *l.* 1. §. 3. D. *quand. adpell.* ad prætorem: *l.* 7. *D. de confess.* ad principem: *l.* 6. D. *de pœn.* & remitti ad interdictum : *l.* 1. §. 3. D. *uti possidet.*

Remittere, pro condonare, gratis concedere, relaxare : Sic remittere actionem : *l.* 7. §. *ult. D. de liberat. legat.* castigationem : *l.* 3. §. 1. D. *de offic. præf. vigil.* cautionem legatario, quod fit, quando ab implemento conditionis & præstatione cautionis liberatur, & exoneratur, *l.* 20. & 72. §. 1. *l.* 77. §. *ult. D. de condit. & dem.* Remittere conditionem : *l.* 20. *D. de bonis libert.* conventionem : *l.* 7. *C. de pact. int. emt.* crimen : *l.* 38. §. 1. *D. ad leg. jul. de adult.* culpam pacto : *l.* 9. §. 11. D. *de condit. & demonstr.* exceptionem : *l.* 57. D. *de procurat.* injuriam : *l.* 17. §. 6. *l.* 11. §. 1. *de injur.* jus hypothecæ : *l.* 11. C. *de non numer. pecun.* jus pignoris : *l.* 7. C. *de remiss. pignor.* Remittere jusjurandum is dicitur, qui deferente se, quum esset paratus adversarius jurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti jurisjurandi, *l.* 6. & 32. *D. de jurejur.* Sic & remitti jusjurandum legatario dicitur, qui necessitate solvitur per prætoris edictum : *l.* 8. §. *ult.* D. *de condit. institut. l.* 14. §. 1. D. *de legat.* 3. *l.* 2. §. 44. D. *ad SC. Tertull.* Remittere mercedem : *l.* 5. D. *locati.* mulctam : *l.* 6. §. *ult.* D. *de offic. præsid.* munera, gratiam munerum gerundorum facere : *l.* 1. §. 2. D. *de jur. immunit.* Remittere necessitatem : *l.* 18. C. *de fideicommiss.* nunciationem, id est missam facere & relevare, *l.* 5. §. 17. *D. de oper. nov. nunciat.* Vid. supra in *remissio.* Remittere obligationem : *l.* 34. *C. de transaction.* pensionem & mercedem : *l.* 5. D. *locati.* periculum : *l.* 21. C. *de eviction.* petitionem : *l.* 21. §. 1. D. *de donat. int. vir. & ux.* pignus : *l.* 18. D. *quæ in fraud. creditor.* pœnam : *l.* 2. *C. de his, qui sibi adscrib.* prohibitionem : *l.* 3. C. *ex quib. causs. infam.* satisdationem: *l.* 1. D. *ut in possess. legator.* servitutem : *l.* 6. & 14. §. 1. D. *de servitut.* supplicium : *l.* 38. §. 8. D. *ad leg. jul. de adult.* tributum : *l. ult.* D. *de censib.* ultionem : *l.* 35. D. *de fideicommiss. libert.* usuram : *l.* 13. D. *de donation.* Non *remitti* tempora, id est, stricte cogi ad temporum observationem : *l.* 20. §. *ult.* D. *de adpellat.*

Remittere, pro promittere, in *l. ult. D. commun. prædior.* Eodemque sensu hoc verbum usurpatum in *l.* 5. §. 11. D. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur. l.* 22. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de adulter. l.* 3. §. 2. D. *de stellionat.* Sic & Tacitus *lib.* 1. *Annal. cap.* 8. *n.* 6. Remisit Cæsar adroganti moderatione, populumque edicto monuit. Vid. Cujac. *præfat. ad lib.* 10. *Basilic. & lib.* 21. *observ. cap.* 29.

Remittere pro omittere, *l. ult. C. de donation.*

REMMIA, vel *Rhemmia*, vel *Memmia*, sic enim scribunt quidam. vid. interpretes ad Cicer. *pro Sex. Roscio Amer. cap.* 20. lex de calumniatoribus. Ejus meminit *l.* 1. §. 1. D. *ad SC. Turpill.* & *l.* 13. D. *de testib.* Atiquissimam

eam esse, neque multo duodecim Tabulis posteriorem, existimat Henr. Brenkman. *de lege Remm. cap.* 3. Id certum est ex Cicer. *pro Sex. Rosc. cap.* 20. & Juliano Μισοπωγ. *p.* 357. ea cautum fuisse, ut K. littera calumniatorum fronti inureretur. *Hein.*

REMOTIO tutoris: *l.* 4. D. *de suspect. tut.* exceptionis: *l.* 10. D. *de verb. signif.*

REMOTA hæc vel illa res, id est, præter eam, excepta ea, si illa non intercessisset. Hoc sensu dicitur: *Remota* adpellatione, *l.* 2. *C. si a non. compet. judic.* Electione matris remota: *l.* 77. §. 10. D. *de legat.* 3. Remoto fideicommisso: *l.* 77. §. 1. *D. de condit. & demonstr.* Remota lege Falcidia: *l.* 30. §. 2. *D. ad leg. Falcid.* Cicero *pro Cælio cap.* 13. Sin ista muliere remota, nec crimen ullum, nec opes ad oppugnandum Cælium illis relinquetur. *Remota* postulatione: *l.* 67. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* stipulatione: *l.* 6. D. *de servis exportand.* successione: *l.* 40. D. *de adquir. vel omitt. hered.* Remotis tabulis: *l.* 12. *D. de vulgar. & pupill. substit.*

Remoto loco, & in evidenti opponuntur, in *l.* 11. §. 3. D. *de institor. action.*

Remotum dicitur alienum, contrarium. Pactum remotum a jure communi: *l.* 7. §. 16. *D. de pact.* Remotum a re privata: *l.* 27. §. 4. *D. eod. tit.* Corn. Nepos *in præf.* Remotum ab honestate.

Remotus, pro exheredato: *l.* 3. §. 4. *D. de liber. & postum.*

REMOVERE, repellere. Sic *removeri* ab accusatione: *l. ult.* D. *de inoff. testam.* ab actu: *l.* 51. D. *de solution.* ab administratione: *l.* 3. §. 8. D. *de suspect. tutor.* ab auxilio: *l.* 1. C. *qui & advers. quem.* a bonis: *l.* 7. §. 2. D. *de curat. furios.* a bonorum possessione: *l.* 14. D. *de bon. libert.* a compendio: *l.* 2. *C. si quis aliqu. test. prohib.* Removetur donatio: *l.* 7. D. *de mort. causs. don.* ab emtione: *l.* 14. *C. de contrah. emt.* Removeri exceptio per replicationem: *l.* 18. *C. ad SC. Velleian.* Removere ab honore: *l.* 51. §. *ult.* D. *de manum. testam.* institorem: *l.* 12. *D. de instit. action.* Removeri a legato: *l.* 5. §. 16. *D. de his, quæ ut indign.* negotio: *l.* 5. §. 1. D. *de manum. testam.* ab officio: *l.* 8. D. *de custod. reor.* Remotis omnibus, id est, jussis exire: *l.* 3. D. *de his, quæ in testam. delent.* Removeri ordine: *l.* 2. *D. de decurion.* a petitione per exceptionem: *l.* 13. D. *de reg. jur.* a postulando: *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* præscriptione: *l.* 22. §. 2. D. *de inoff. testam.* a querela: *l.* 8. §. 15. D. *eod. tit.* a senatu: *l.* 3. D. *de senatorib.* a successione: *l.* 18. *D. de bonor. possess. contr. tab.* a tutela: *l.* 2. C. *de tutor. qui satis non ded.* a tutela ut suspectus: *l.* 26. & 35. D. *de excusat.* a vindicatione: *l.* 12. D. *quib. mod. pign.*

REMUNCULUM nonnulli legunt in *l.* 9. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.* ubi alii lenunculum: alii ferraculum: alii ferriculum: alii servaculum: alii gubernaculum. Vid. Gothofr. *ad d.* §. 2.

REMUNERARE, pro remunerari, *l.* 10. §. *ult.* D. *mandat.* Ulpianum auctoritate Ciceronis, *orat. post redit. in senat. cap.* 12. Quinti *de petit. consulat. cap.* 9. & Quinctiliani *Declamat.* 2. defendit Ducker. *de Latinit. vet. Jurisconf. p.* 329. Hein.

Remunerari, autem proprie est munus alicujus munere alio compensare, *l.* 1. §. 1. D. *si mensor falsum mod. dix.* ubi Ulpianus operam agrimensoris beneficii loco præberi ait, & id quod datur, ei ad remunerandum

dum dari, & inde honorarium adpellari.

REMUNERATIONES sacræ: *l.* 20. C. *Th. de Palat.* id est, sacræ largitiones.

RENASCI dicuntur, actio: *l.* 10. §. 9. *D. de in rem verso.* lapis: *l.* 7. §. 13. D. *solut. matrim.* silva ex radicibus: *l.* 30. D. *de verb. signif.* vindicatio: *l.* 6. *D. si servit. vindic.*

RENITI matrimonio: *l.* 16. C. *de nupt.*

RENOVARE bellum: *l.* 28. *C. de captiv. & postlim.* cautionem: *l. ult.* §. 5. D. *de legat.* 2. contractum: *l.* 1. *D. de rescind. vendit.* dotem: *l.* 40. D. *de jur. dot.* locationem: *l.* 13. §. *ult.* D. *locat.* nuptias: *l.* 26. §. *ult. D. de pact. dotal.* testamentum: *l.* 15. §. 1. D. *de testam. milit.* venditionem: *l.* 7. §. 1. *D. de rescind. vend.*

RENUERE debitum: *l.* 6. C. *Theod. quor. adpell.* id est, solutionem, ut in *l.* 5. *C. de fid. instrum.*

RENUM pro *Rhenum*, *l.* 11. D. *de evict.*

RENUNCIARE, est nuncium mittere, repudiare, missum facere. Sic: Renunciatam adfinitatem sponsalium contractam, pro repudiatam accipimus, in *l.* 39. *pr.* D. *de usur.* Renunciare beneficio: *l.* 3. D. *de testam. milit.* caussæ: *l.* 7. C. *de ingen. manum.* conditioni: *l.* 1. C. *de sponsalib.* hereditatem: *l.* 4. C. *de repud. vel abstin. hered.* hereditati: *l.* 2. C. *de jur. & fact. ignor.* incolatui: *l.* 34. D. *ad municipal.* legi commissoriæ: *l.* 7. *D. de lege commissor.* liti: *l.* 21. *D. de minor.* matrimonio: *l.* 51. D. *de rit. nupt.* nuptiis & sponsalibus: *l.* 3. *C. de repudiis.* obligationi: *l.* 11. §. *ult. D. de legat.* possessioni: *l.* 12. §. *ult.* D. *de adquir. possess.* procuratori: *l.* 65. §. 8. *D. pro socio.* querelæ inofficiosi: *l.* 1. *C. de in integr. restitut. minor.* societati: *l.* 14. D. *pro soc.* societatem: *l.* 65. §. 6. *D. eod. tit.*

Renunciare, pro deferre & denunciare. Ita Marcianus: Sicut renunciare caussam nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur, qui detulit: *l.* 22. §. *ult. D. de jur. fisci.* Simili sensu renunciare repudium dixerunt Plaut. *Aulular. Act.* 4. *scen.* 10. *v.* 54. & Terent. *Phormion. Act.* 4. *scen.* 3. *v.* 72. Renunciare venditori, id est, denunciare de evictione, *l.* 29. §. *ult. D. de evictione.*

Renunciare aliquando referre est. Sic: *Renunciare* aliquem idoneum esse, id est, referre post explorationem facultatum locupletem esse, *l.* 42. D. *mandati.* Ita etiam renunciare legationem apud Plin. *lib.* 4. *epist.* 10. & Livium sæpe, est res in legatione a se gestas exponere, quod vulgo dicitur. Hygin. *de limitibus constit. p.* 210. *edit. Goes.* Ego autem quoties egeram mensuram, ita renunciaram, jugera tot, versus tot. Et paullo post: Sicut videtur ita renunciabimus, jugera tot, versus tot. Sic etiam renunciare de modo, id est, referre, in *l.* 40. D. *de contrah. emtion.* Renunciare autem modum mensores dicuntur, *l.* 1. *pr. l.* 6. §. 1. & 4. *l.* 8. D. *si mens. fals. mod. dixer.*

Renunciari dicebantur Magistratus, qui voce præconis in campo declarabantur suffragio populi designati, ut Cicero *I. in Verr. & II. & V. cap.* 15. *in Rullum*, *pro Milone pro lege Manil. cap.* 1. *de orator. lib.* 2. *cap.* 64. & Gell. *lib.* 12. *cap.* 8. ostendunt. Sed & ipse consul successorem suum populo renunciabat, ut Cicero *pro Murena*, & *lib.* 7. *epist.* indicat.

Renunciare, pro reddere numeratam dotem, dixit Apuleius *in Apologet.*

RE-

Renunciatio, auctore Asconio in II. *Verr.* est recusatio ejus rei, quæ in pactum & promissionem venerat. Sic renunciatio, in *l.* 2. D. *de divort.* sponsaliorum diremtio intelligenda est. Renunciatio generalis ad ea restringitur, de quibus solum intelligitur cogitatum; *l.* 2. *C. ad SC. Vellei.*

Renunciatio, pro nunciatione novi operis, *l.* 16. D. *de oper. novi nunciat.*

Renunciatores consiliorum, *l.* 38. D. *de pœn.*

Reparare in *l.* 16. *D. de in rem verſ.* & *l.* 122. §. 1. *D. de verb. oblig.* ut & bene Duarenus *lib.* 1. *disputat.* notavit, significat numis ex venditione mercium redactis, aliud quid earum loco comparare; vel brevius: ex mercis venditæ pretio aliam parare. Reparare Græci dicunt ἀνταγοράζειν. Et ita id verbi accipiendum putat Brisson. apud Demosthenem πρὸς τὴν Λακρίτȣ παραγραφήν. *p.* 451. *extr. edit. Hier. Wolfii. Reparari* libertatem non posse, Ulpianus dicit in *l.* 9. §. 2. D. *de statuliber.* Reparari eadem, ut P. Faber existimat significatione. Nam ibi sic lege: Libertas autem pecunia lui non potest, nec reparari potest. Quod Græci interpretantur: ἡ δὲ ἐλευθερία διὰ χρήματα ȣ̓ ῥύεται, ȣ̓δὲ ἀγοράζεσθαι δύναται.

Reparari pro suscitari & restitui. Sic actio reparari dicitur, in *l.* 27. §. 3. D. *de pact.* (ubi tamen in plerisque libris, nec in Julii Pacii editione *parandam* legimus. (Accipitur vero ibi hoc verbum pro resumtione instantiæ intermissæ, vel, ut vulgo loquimur, restitutione instantiæ, quæ legitimis transactis temporibus periit. *Reparari* etiam adpellationum tempora, id est, restitui dicuntur, *tit. C. de temporib. & reparat. adpellat.* Reparari vires obligationis, in *l.* 4. *C. de solution.* id est, suscitari & restitui. Eodem sensu Arnobius *adverſ. gent.* Ergo homo novus nascitur, non prior ille reparatur.

Reparatio adpellationum, *rubr.* C. *de tempor. & reparat. adpellat.* & apud Symmach. *lib.* 1. *epist.* 37. & 38. id est, restitutio seu redintegratio temporis lapsi seu litis. Sicque sumitur apud Symmach. *lib.* 1. *epist.* 37. & 38. Græci ἀνανέωσιν & ἀνακαίνωσιν vocant. Quomodo autem seu jure veteri; seu novo impetraretur, vide apud Cujac. *obſ. lib.* 12. *cap.* 4. & *tractat. de diverſ. præscript. cap.* 16.

Repedare, pro reverti. Cic. *de legib.* 3. Domum cum laude repedandum. Leo Imp. in *l.* 11. *C. de cohortal.* Aut si, inquit, ad pristina sacramenta maluerit repedare. Sic Rucilius *lib.* 26. Rediisse ac repedasse, ut Roma viret gladiatoribus. Vid. Non. *cap.* 2. *n.* 738.

Repellere pro repudiare, rejicere. *Repellere* bonorum possessionem, *l.* 70. D. *de adquir. vel omitt. hered.* exceptionem agnitam, *l.* 21. D. *de donation.* legatum, *l.* 81. §. 1. *l.* 86. §. 2. *D. de legat.* 1. a se legatum, *l.* 86. §. 2. *de legat.* 1. a se proprietatem, usumfructum, *l.* 10. *D. de usu & usufruct. legat.*

Repellere, excludere, non admittere. Et sic, *repelli* ab accusatione: *l.* 3. §. 1. D. *de suspect. tutor.* a bonorum possessione: *l. ult. C. de bonor. possess. contr. tab.* edicto: *l.* 14. §. 6. D. *de bonis libertor.* exceptione: *l.* 2. §. 6. D. *de except. dol. mal.* per exceptionem: *l.* 14. §. *ult.* D. *de except. rei judicat.* ut indigni: *l.* 15. §. *ult.* D. *de his, quæ ut indign.* ab omni judicio & voluntate: *l.* 16. §. 5. D. *de bonis libertor.* a le-

legato : *l.* 36. D. *de excusat.* a nuptiis : *l.* 30. *de rit. nupt.* a petitione : *l.* 3. §. *ult.* D. *de pollicitation.* a præscriptione : *l.* 1. D. *de vacation.* replicatione : *l.* 3. D. *si cui plusq. per leg. falcid.* a successione : *l.* 8. *C. qui petant. tut.* Repelli excusatio dicitur, quæ non admittitur, in *l.* 1. *D. quand. adpelland.*

Repellere pro arcere & propulsare. *Repellere* gladio : *l.* 3. *C. ad leg. jul. de sicar.* Vim vi repellere : *l.* 11. §. 1. D. *quod met. causs.*

REPENSARE, in *l.* 2. C. *Theod. de tiron.* id est compensare :

REPERIRE *Reperitur* in possessione : *l.* 21. C. *de liberal. causs.* Repertus debitor : *l.* 4. *C. de testam. manumiss.* in delicto : *l.* 14. D. *de quæstion.*

REPERTORIUM, quod vulgo inventarium adpellatur, *l.* 7. D. *de administr. & peric. tut.* Ducker. *de Latin. vet. jurisconf.* p. 441.

REPETERE, pro memoria repetere, in *l.* 10. D. *de pact.* *l.* 14. D. *de jur. codicillor.* Forte in hunc sensum etiam accipienda hæc vox est : in *l.* 1. D. *de orig. jur.* Necessarium prius ab urbis initiis repetendum existimavi. *Repetere* originem suam : *l.* 32. D. *de liberal. causs.*

Repetere actionem inchoatam, est desertam ante actionem denuo instituere : *l.* 21. D. *de inof. testam.*

Repetere legatum, est id, quod semel legatum est, relegare, ut Junius Mauricianus ait, *l.* 23. D. *de usu & usufruct. legat.* & Ulpianus, in *l.* 3. §. 2. D. *quib. mod. ususfruct. amitt.* & Paullus in *l.* 18. D. *de usu & habit.* Hoc accidit quum legatum priore testamento inciso exstinctum sequente testamento relegatur. Sic repetitur legatum, in *l.* 28. §. 1. D. *de liberat. legat.* his verbis : Quibusque legata in eo testamento, quod incideram, dedi ; omnia rata esse volo. Sic quoque legata *repeti* in substitutione dicuntur, quæ in principalibus tabulis inutiliter relicta erant, *l.* 77. D. *de legat.* 3. *l.* 19. §. 1. D. *de legat.* 1. Eodem modo & in codicillis inutiliter data per repetitionem confirmantur hac scriptura : Hoc amplius heres meus dato. Huc pertinet, quod Julianus scribit, in repetundis legatis hæc verba, quæ adjici solent, *item dare damnas esto*, ad conditiones & dies legatorum easdem repetundas referri, *l.* 63. D. *de legat.* 3. Sic : *Repetitio* legati, & repetere legatum, in *l.* 32. D. *de legat.* 1. legatum ususfructus : *l.* 24. D. *de usu & usufr. legat.* legatum substituto : *l.* 52. §. *ult.* *l.* 53. & 54. D. *de legat.* 1.

Repeti etiam dicuntur legata, quæ ab instituto data a substituto iterum relinquuntur, vel ab uno exprimis heredibus relicta a coherede ejus rursum legantur, in hunc modum : Quæ a filio meo legavi, quæque eum dare jussi, heres meus iisdem diebus dato, *l.* 32. & 54. D. *de legat.* 1. *l.* 75. D. *de legat.* 3. *l.* 81. D. *de verb. signif.*

Repeti ususfructus dicitur, qui qualicumque ratione amissus iterum legatur, & fructuario conservatur, *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *princ.* & §. 1. *l.* 5. D. *quib. mod. ususfr. amitt.* *l.* 3. §. 2. D. *usufruct. quemadmod. cav.* ut in specie, *l.* 8. D. *de annuis legat.* Unde *repetitio* ususfructus : *l.* 2. §. 1. D. *quib. mod. ususfr. amitt.* *l.* 3. *D. eod. tit.* Vide etiam : *l.* 19. *D. de legat.* 1.

Repetere reum, est iterato reum facere, abolitioneque exemtum reum denuo postulare, *l.* 3. §. *ult.* D. *de accusat.* *l.* 10. §. 1. *l.* 12. & 15. §. *ult.* *l.* 17. *D. ad SC. Tur-*

Turpillian. l. 3. §. 1. & 12. §. ult. D. de accusat. l. 31. D. ad leg. jul. de adulter. l. 14. §. 1. D. de bonis libertor. Suetonius in *Aug. cap. 32.* Diuturnorum reorum, & ex quorum fordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit, conditione propofita, ut si quem repetere vellet, periculum pœnæ subiret. Idem *in Domitian. cap. 2.* Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, universos discrimine liberavit, nec repeti nisi intra annum permisit. Sic & repeti reus in *l. 12. §. 1. D. de accusation.* Repetere accusationem, *l. 6. C. de his, qui accusar. non poſſ.* crimen, quod nihil aliud eſt, quam indulgentia abolitum crimen, ex integro iterum perſequi, *l. 7. D. ad SC. Turpill.* Hoc ſenſu & *repeti* quæſtio dicitur, in *l. 16. D. de quæſtion.* Sicut *repeti* in quæſtionem, eſt tormentis iterum ſubjici, *l. 17. D. de quæſtionib.* vel in quæſtionem iterum peti.

Repetere petere, in *l. 18. in fin. C. ad leg. jul. de adulter. Repetita* fideicommiſſaria libertas ab herede.

Repetere, repoſcere. Condictione repetere quod indebite ſolutum eſt: *l. 3. in fin. D. de tranſact.* Repetere vecturam, *l. 15. §. 6. D. locat. conduct.*

Repetere, iterato agere, vel ſuſcipere. Sic: Repetita emtio, *l. 7. §. 6. D. de pact.* Repetere honores defunctos, *l. 17. §. 3. D. ad municipal. Repetita* poteſtas: *l. 6. C. de ſentent. paſſ.* repeti negotium: *l. 3. C. de fid. inſtrum.*

Repetita dies, id eſt, antelata ſeu prælata die, *l. 5. §. 7. D. de nov. oper. nunciat. l. 9. §. 6 D. ad exhibend. l. 15. §. 31. D. de damn. infect. l. 1. §. 10. D. de itin. actuq. privat. l. 51. D. ad leg. Aquil.* ubi repetitis diebus, ſignificat retrorſum computatis, eodemque modo repetitionem triginta dierum accipe: in *l. 34. in fin. D. de obligat. & action.*

Repetita prælectio, δευτέρα ἔκδοσις. Juſtinianus ita vocari juſſit codicis editionem poſteriorem. Id vero vult veterum fuiſſe exemplo videri. In antiquis libris, ait, non ſolum primas editiones, ſed etiam ſecundas, quas repetitas prælectiones veteres nominabant, ſubſequutas eſſe invenimus, quod ex libris Ulpiani, viri prudentiſſimi ad Sabinum ſcriptis promtum erat quærentibus reperire: *Conſtit. cordi nobis §. 3. de emendat. codic.* Gloſſar. Nomicæ: Repetitiωνα, ἀνάδοσιν. Hein.

Reperitum conditionem emancipationis: *l. 77. princ. D. de condit. & demonſtr.*

Repetiti ſatisdatio dicitur, non quæ iterum datur, ſed quæ condicitur, *l. 1. princ. D. ut legator. vel fideicommiſſ. ſervand. cauſſ. caveat.*

Repetitum tacite a ſubſtitutis fideicommiſſum, *l. 4. C. ad SC. Trebell.*

REPETITIO, pro condictione, *l. 41. D. de regul. jur.*

Repetitio legati & uſusfructus, de qua modo in *repetere.*

REPETUNDÆ. Lex Julia repetundarum, quæ & de repetundis dicitur, *l. 7. D. ad leg. Jul. repetund. Repetundarum* crimen, quod de pecuniis repetundis ex Lege Julia intenditur, etiam pecuniarum nomine, quas quis, quum in magiſtratu aliquo, poteſtate, curatione, miniſterio eſſet, ob judicandum vel non judicandum acceperit, vel quo magis vel minus ex officio ſuo faceret, vel ob militem legendum mittendumve. *tot. tit. D. de leg. jul. repetund.* Intelligendum eſt autem repetundarum judicium olim in eos ſolos magiſtratus qui in provincias

mitterentur institutum fuisse: quemadmodum Cicero in *Divinat.* demonstrat: post vero generaliter eo teneri cœperunt alii etiam qui in urbe administrarent. Addam ex Tacito *lib.* 11. *cap.* 6. *Annal.* Cossutianum & alios aliquos perfidos caussarum patronos fuisse repetundarum reos, eo quod pecunia accepta a Suillio accusatore, prævaricati essent, ibique refert Tacitus sancitum, ut qui advocati ob caussam orandam denum sestertium modum egrederentur, repetundarum tenerentur.

REPIGNORARE, est luere & liberare pignus, adversaturque verbo pignorare, *l.* 5. §. 12. D. *commod.* Festus *lib.* 16. Reluere, solvere, repignorare. Cæcil. in Carmine: Ut aurum & vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi opposuit pignori. Ut *replumbare* est adplumbata dissolvere, *resignare*, signatum aperire & aliis satis multis in verbis articulus *re* contrariam simplici verbo tribuit significationem. Alias vero iterationem, & geminationem significat, ut *retractare* interdum est, iterum tractare, & *relegare* repetere legatum, de quo in verbo *repetere.*

REPLERE præter implere, aliquando est supplere quod deest. *Replere* pretium, *l.* 4. §. 10. D. *de usu & usufruct. legat.*

REPLICARE, resolvere jus exceptionis, *pr. Inst. de replicat. & passim.* Græci dicunt, ἀντιδιαπλέκειν. Æschines κατὰ Κτησιφῶντος *p.* 432. *Oper. Demosthen. & Æschin.* Καὶ ἀλλ' ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο εὐθέως, λέγων. Esto: Sed statim contra hoc replicabit, dicens.

REPLICATIO, responsio ad exceptionem, ejusque depulsio, *l.* 3. *pr.* D. *si cui plusquam per leg. falcid.* Est ergo replicatio contraria exceptio, & quasi exceptionis exceptio: *l.* 22. D. *de except.* Dicitur enim adversus exceptionem, per eamque eliditur exceptio, *l.* 48. D. *de procurator.* Vetus Glossarium Græcum vertit ἀναπλοκή. Et mox: ἀναπλοκή, ἀνάλυσις, παραγραφὴ παραγραφῆς. Replicatio, resolutio, exceptio exceptionis. Ejus autem formula erat *aut si*, quemadmodum intelligitur, ex *d. l.* 48. *D. de procurat. l.* 7. §. 1. D. *de curator. furios.* Si heredes dementis easdem res vindicent quas curator alienavit, & exceptio opponetur, si non curator vendiderit, replicatio dari debet: aut si satisdatione interposita secundum decretum vendiderit. Jul. *l.* 24. D. *de except. rei judicat.* Adversus exceptionem, Si non ejus sit res, explicatione hac adjuvabitur: Aut si res judicata non sit. Caius *l.* 48. D. *de procurat.* Tunc excipiente eo, cum quo agitur, si non mihi mandatum sit, ut a debitoribus peterem: actorem ita debere replicare: Aut si mihi mandatum est, ut a te peterem. Itaque Replicatio dicta videtur, vel quod implicatam & quasi tectam exceptionis iniquitatem replicet ac patefaciat: vel potius quod æquitatem actionis ab excipiente reo tectam & quasi complicatam explicet atque aperiat.

REPLUMBARE, est adplumbata dissolvere: *l.* 19. §. 3. D. *de aur. argent. legat.* Vid. *repignorare.*

REPONERE, ponere iterum: Reponere ædificium: *l.* 20. §. 2. D. *de servit. præd. urb.* arborem: *l.* 3. §. *ult.* D. *arbor. furt. Cæsar.*

Reponere, ponere. Reponere onus in ripis: *l.* 5. D. *de rer. divis.*

Reponere, condere. Sic: Repositi fructus: *l.* 12. & 19. §. *ult.* D. *de instr. vel instrum. legat.* Reposita in horreis: *l.* 88. D. *de legat.* 3. Repositis omnibus: *l.* 92. §. *ult.* D. *eod. tit.* Repositum fru-

frumentum: *l.* 18 §. 9. D. *de instr. vel instrum. legat.*

Reponere se in obligationem, in *l.* 10. D. *quod met. causs.* dicuntur in quorum persona redintegratur obligatio, ut *ibidem.*

In potestate Titii *repositum* est, *l.* 68. D. *de hered. instituend.* id est, in arbitrio ejus & potestate positum,

REPORTARE sententiam: *l.* 4. *C. mandati.* vindictam, *l. ult. C. ad SC. Turpillian.*

REPOSCERE poscere exigere. Reposcit caussa, *l.* 13. *D. de custod. reor.* rationem tutelæ, *l.* 2. *C. de in litem. jurand.* tutelam, *l.* 29. *D. de administr. & peric. tut.*

Reposcere repetere. Reposcere commodatum, *l.* 20. *D. de adquir. possess.* debitum, *l.* 13. *D. de administr. tutor.* fructus judicio, *l.* 2. *C. de action. emt.*

REPOSITORIA, *l.* 19. §. 10. D. *de aur. arg. legat.*

REPRÆSENTARE, est quod in diem debetur, ante diem solvere, quod Græci dicunt παρακαταβάλλειν. Sic: Repræsentare debita, *l.* 1. C. *de condition. ex lege.* fideicommissum, *l.* 36. §. *ult.* D. *de condit. & demonstr. l.* 22. *princ.* D. *ad SC. Trebell.* Cicero *lib.* 16. *ad Attic. Epistol.* 2. Mihi quidem, inquit, istorum animi videntur incendi ad repræsentandam improbitatem suam. Sueton. *in August. cap.* 101. Summam legionariis legatam repræsentari jussit. Sic *repræsentata* libertas dicitur, quæ ante diem soluta est, *l.* 37. §. 41. §. 1. D. *de fideicomm. libert.* & repræsentata pecunia, *l.* 8. §. 6. D. *de transaction.* Hoc sensu etiam dicitur repræsentari condemnatio, *l.* 24. §. 2. D. *soluto matrimon.* & restitutio, *l.* 55. §. 1. D. *ad SC. Trebell.* Repræsentare damnum, *l.* 22. §. 3. D. *de action. rer. amotar.* Repræsentari etiam cognitio dicitur, quæ non exspectato pubertatis tempore statim suscipitur & mature judicatur, *l.* 3. §. 5. D. *de Carbonian. edict.* & *l.* 3. §. 4. D. *de liber. exhib.* Seneca *lib.* 15. *epist.* 1. Petit a me, ut id, quod in diem suum dixeram debere differri, *repræsentem.*

Repræsentare aliquando est simpliciter dare, seu numerare, *l.* 7. *C. de rer. permutat.*

Repræsentare aliquid dicitur, ad quod proxime accedit. Sic: dolum repræsentari culpa, in *l.* 1. §. 1. D. *si is, qui testam. liber. esse juss.*

Repræsentare se, est præsentiam sui facere, *l.* 15. §. 1. D. *ad leg. jul. de adulter. l.* 8. C. *quomodo & quando judex sentent.*

Repræsentare jus præses provinciæ dicitur in provincia, qui in eadem judicis & juris vicem tenet, *l.* 1. C. *ubi causs. stat.*

Repræsentari caussæ dicuntur, in *l.* 8. *C. de adpell.* id est, denuo præsentari.

Repræsentare, est exhibere vi quadam juris præsentiam ejus, quod revera præsens non est. Sic filius fratris succedendo cum patruis *repræsentat* patrem suum. *Novell. Quæ jura agnat. & cognat.* §. *restat, ut & tertium Constitut.* 118.

REPRESENTATIO, ante diem solutio, *l.* 24. §. 2. *S. solut. matrim. l.* 1. & 2. *princ.* D. *de dote prælegat. l.* 88. §. 5. *D. de legat.* 2. *l.* 10. §. 12. *D. quæ in fraud. creditor.* §. 14. *Inst. de legatis.*

Repræsentatio equorum, id est, præstatio, collatio, *l.* 2. *C. Th. de privileg. qui in sacr. palat.*

REPRÆSTARE duobus in locis in Pandectis Florentinis invenitur, in *l.* 47. *D. de action. emt.* & *l.* 22. *princ. D. ad SC. Trebell.* pro quo rem præstare, *l.* 6. D. *quod cum eo, qui in alien.*

lien. pet. ut Plauto & Catoni & ICtis resolvere est, quod aliter rem solvere. Displicet autem hæc lectio Cujacio *lib. 3. observ. cap. 15.* reponitque ille *repræsentare*. Placet rursus eidem, *lib. 13. observ. cap. 35.* Julius Pacius ad *d. l. 22. pr. D. ad SC. Trebell.* magis probat scripturam, ubi *repræsentare* legitur: quin & ipse Brissonius, qui supra in *repræsentare* hanc ipsam, *l. 22. D. ad SC. Trebell.* excitat. Add. Ducker. *de Latin. vet. jurisconf. p. 337*, Hein.

REPREHENSIO. Vestimenta, quibus sine reprehensione vel vir vel uxor utuntur: *l. 23. §. 2. de aur. argent. legat.* ubi verba: sine reprehensione ἐμφατικῶς accipienda sunt, pro lege, usu, more ceterorum civium, explicante Guil. Fornerio *lib. 1. Selection. cap. 1.*

Reprehensio existimationis, id est, nota, *l. 43. C. Theod. de oper. publ.*

Reprehensio, pro pœna. In maximam se reprehensionem sciat venturum, *l. 21. C. Th. de cursu.*

REPROBARE, improbare, rejicere. *Reprobari* testimonium dicitur, in *l. 22. D. de his, qui notant. infam.* Reprobare autem testes, & eorum fidem imminuere, & refellere, *C. præsentium de testib. in 6.*

Ex quibus autem caussis refellantur docent Spec. *in tit. de testib.* & Nepos Montalbanensis *in tractatu rei fugient.* quo in genere sciendum jure civili & canonico testes reprobatorios (ut cum vulgo loquar) reprobatoriorum, vel (ut Latinius rem exprimam) refutatorios refutatoriorum admittendos ex sententia Justin. Imp. scribit Angelus Aretinus §. *si vero dicatur, de testib. Novella Constit. 90.* Verba ejus constitutionis hæc sunt: καὶ ἄχρι μὲν τετάρτης μαρτύρων παραγωγῆς ἄδειαν εἶναι ταῖς μαρτυρίαις χρῆσθαι. Quod ad quartam testium refutationem, rejectionemque produxit Angelus. Refutatorios etiam refutatoriorum testium admittendos decreverunt Pontifices maximi *cap. licet dilectus*, ubi gloss. & interpretes, *de testib. in antiq.* & *cap. præsentium, eod. tit. in 6.* In ea quoque sententia est speculator *tit. de testib. §. sæpe, vers.* item actor. Eandem sententiam tenet Bald. *l. si quis testib. C. de testib. vers. quæro quot.* quæ sententia habet æquitatem, quod constitutum est, ut veritas elucescat.

Reprobata institutione, id est, non admissa. *cap. post electionem, de concess. præbend. in antiq.*

REPROMISSIO, satisdationi opponitur, in *l. ult. §. 1. D. quod legator.* Repromissio dotis: *l. 72. D. de jure dotium.*

REPROMITTERE, aliud est quam satisdare, *l. 5. §. 17. D. de oper. nov. nunciat.* Nam repromittere est nuda pollicitatione cautioneque promittere, non satisdato, *l. 4. D. de manumiss. l. 58. 17. D. de oper. nov. nunciat l. 9. §. 4. l. 13. princ. & §. 1. l. 30. §. 1. D. de damn. infect. l. 3. & 5. §. 2. De de condict. causs. dat. l. 10. D. de his, quæ ut indign. l. 22. D. de oper. libert.* Est igitur repromittere, ei, qui nobis stipulantibus promisit, nunc jam vicissim a nobis stipulanti promittere non satisdato. Cicero *pro Rosc. Comod.* Repromittis tu ab hinc triennium Roscio. Quod a Flavio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo. Item: Repromisisse Fannium Roscio, si quid a Flavio exegisset, ejus partem dimidiam, sed omnino exegisse nihil. Quid? tu non exitum exactionis, sed initium repromissionis spectare debes. Roscius Fannio stipulanti

ti pecuniam certam ſpopondit, pro opera & labore quem in communi judicio perſequendo ſumſerat : ſed viciſſim Roſcius ſtipulatus ab eo eſt dimidiam ejus quod exigeret partem.

Repromittere cuſtodiam, *l.* 3. §. *ult.* D. *de jur. dot.* de dolo, *l.* 15. D. *de pign. act.* Ubertatem, *l.* 4. *C. ſi mancip. ita ven.*

Repudiare, id eſt, nolle ad ſe pertinere, ut loquitur, *l.* 8. §. 1. D. *de rebus creditis.* Neque repudiari proprio dici poteſt, quod jam adquiſitum eſt : *l.* 34. §. 2. D. *de legat.* 2. Repudiare bona : *l.* 22. §. *ult.* D. *de jur. patron.* bonorum poſſeſſionem, *l.* 2. *D. unde legitimi.* fideicommiſſum, *l.* 34. §. 2. D. *de legat.* 2. hereditatem, *l.* 2. *C. de legitim. hered.* Vid. ſupra art. *recuſare.* Repudiare legatum : *l.* 2. D. *de manumiſſion.* a ſe legatum, *l.* 10. D. *de option. vel elect. legat.* delatam ſucceſſionem, *l.* 12. C. *de teſtam. manumiſſ.* defuncti voluntatem, *l.* 81. §. *ult. D. de legat.* 2.

Repudiare, eſt jus nobis delatum repellere. *Repudiantur* enim ea tantum, quæ jam delata ſunt, *l.* 1. §. 7. D. *de ſucceſſor. edict.* Nec repudiare quis id poteſt, quod, ſi velit, habiturus non eſt, *l.* 135. D. *de regul. jur.* Sueton. *in Claud. cap.* 25. Sponſas admodum adoleſcens duas habuit. Priorem, quod parentes ejus Auguſtum offenderant, virginem adhuc repudiavit. Sueton. *in Julio cap.* 18. Repudiato priore ſponſo. Repudiare conditionem, *l.* 11. D. *de rit. nuptiar.* Vid. art. conditio. Sic ergo *repudiari* futurum matrimonium poteſt, *l.* 191. D. *de verb. ſignif.*

Repudiare de jam contracto matrimonio; Sic : Repudiare uxorem, *l.* 29. D. *de manum. teſtam. l.* 7. & 12. D. *de ritu nuptiar.* Repudiatus, pro eo, cui ab uxore repudium miſſum eſt, *l.* 38. D. *ſolut. matrim.*

Repudiatio fideicommiſſi, *l.* 26. *C. de fideicommiſſ.*

Repudium a divortio ſeparat Modeſtinus, in *l.* 101. §. 2. D. *de verb. ſignif.* additque : *Repudium* ſponſæ remitti videtur, quod & in uxoris perſonam non abſurde cadit. Inter divortium & *repudium* hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt : non recte vero ſponſa divortiſſe dicitur, ait Paullus, in *l.* 191. D. *de verb. ſignif. Repudium* autem non nuptiarum tantum diremtionem renunciationemve, ſed & ſponſaliorum ſignificat, *l.* 2. *D. de divortiis.* Mævia *repudium* ſponſalibus miſit, atque ita alii nupſit, *l.* 38. D. *ſolut. matrim.* Sic & injuſti *repudii* eſſe actionem dixit Quinctil. *declam.* 1. Vetus Gloſſarium Græcum, *Repudium* διάζευξις τȣ̃ γάμȣ. Gloſſarium etiam vertit : διαζύγιον. Juſtinus Martyr. in Apolog *pro Chriſtianis* 1. *ad Senatum Roman. p.* 42. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένȣσα ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γενομένη, τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπȣ́διον δȣ̃σα. Poſtquam vero maritus Alexandriam profectus, multo etiam deterior factus eſſe dictus eſt, femina verita, ſi de cetero eodem cum illo lecto eademque menſa uteretur, ne impietatis ejus fieret particeps, miſſo illi, quod apud vos dicitur, repudio, ab eo ſejuncta eſt. Ubi autem *repudium* pro divortio ſumitur, ut in *l.* 3. *D. de divort. l.* 12. D. *de rit. nupt. l.* 39. D. *ſoluto matrim.* & *l.* 3. & 8. C. *de repud.* Ubi repudium ad uxorem referunt, id Synecdoche generis eſt pro ſpecie, quæ etiam

apud alios latinæ linguæ auctores usitata est, teste Brech. *ad l.* 191. D. *de verb. signif.* quamplurimis in eam rem testimoniis citatis. At si divortium pro repudio sponsi sponsæque ponatur, ut in *l.* 8. D. *de condiction. causs. dat.* id durius videtur, cum non sit speciei pro genere neque generis pro specie synecdoche, sed speciei pro specie κατάχρησις & transpositio, ideoque rara & inconsueta. Goedd. *ad l.* 101. D. *de verb. signif. n.* 1. Repudium dicere, Tacit. *lib.* 3. *Annal. cap.* 22. mittere, *l.* 38. D. *solut. matrim. l.* 3. 4. & 8. D. *de divort. l.* 57. D. *de donat. int. vir. & uxor.* remittere, *l.* 191. D. *de verb. signif.* renunciare, Plaut. in *Aulular. act.* 1. *scen.* 3. *v.* 72. scribere, Tertullian. in *Apologet. c.* 6. Per annos sexcentos nulla repudium domus scripsit. Ceterum *repudium* (quod ad uxorem refertur) justæ tantum uxoris dici solere, non etiam feminæ superinductæ, nec dari repudium concubinæ umquam aliquem dixisse, scribit Baronius *ad ann.* 806. §. 7. *p.* 6.

Repurgium, in *l.* 1. *C. de aquæduct.* & *l.* 15. *C. Theod. eod. tit.* Qua forma veteres dixerunt etiam perpluvium, impendium, confugium, suffugium, & similia. Vid. Jo. Frider. Gronov. *lib.* 1. *observ. cap.* 19. *p.* 155. *Hein.*

Reputare, in computatione ineunda aliquid imputare significat, *l.* 36. *D. de negot. gest.* & aliis multis locis. Sic *reputare* alimenta, *l.* 34. *D. eod. tit.* in damno: *l.* 1. §. 15. *D. quod vi aut clam.* pretium, *l.* 4. *C. de judic.* sumtus, *l.* 61. D. *locati.* usuras, *l.* 40. §. *ult.* D. *de minor.* Hinc.

Reputationes. *Rubr. C. de reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis*, sunt compensationes quæ contra minores in integrum restitutos emptori fiunt, ut nempe illis adversus venditionem restitutis fundus cum fructibus restituatur, sic illi pretium cum usuris reddunt, *l.* 40. §. 1. *l.* 48. §. *ult.* D. *de minorib.* Sic enim sumitur hoc verbum, *l.* 10. §. 9. *D. mandati*, Reputationes enim eo in loco exponit Ulpianus cum fructus rei restituendæ reputantur cum sumptu facto in fructibus recipiendis. Similis compensatio restituto minore adversus solutionem, *d. l.* 40. §. *fin.* adversus emtionem, *l.* 27. §. 1. *vers. prædium D. de minorib.* Hoc nomine etiam continentur, ἐμπονήματα, id est, meliorationes prædii, arg. *l.* 16. *C. de prædiis minor.* Ulpianus *l.* 2. D. *ubi pupill. educ.* Officio judicis, qui tutelæ cognoscit, congruit reputationes tutoris non improbas admittere.

Requie *ablata* redhibere, *l.* 2. C. *Theod. de usuris.* id est, protinus, sine mora.

Requirere, inquirere, investigare. *Requirere* adnotatos, *l.* 1. §. 1. *D. de requir.* vel *absentib. damnand.* fugitivum, *l.* 3. *D. de fugitiv.* reum, *tit. D. de requir. vel absent. damnand.* Requirendus factus, *l.* 1. *C. de requir. reis.* Litigatores non citati sed requisiti, *l.* 15. *in fin.* C. *de judic.*

Res. Rei adpellatio generalis est. Continet enim omnia, quæ vel in patrimonio sunt, vel extra patrimonium, & ad omnem contractum caussamque & jura pertinet: *l.* 5. & 23. D. *de verb. signif.* Generaliorem vero rei notionem exhibet Wurffel in *Jurisprud. definit.* §. 76. Res est, ait, cui determinata notio respondet. Igitur, ut ex summo illo genere per varias notionum species descendamus

Res aliquando pro veritate accipitur, in *l.* 9. §. 4. D. *de jur. & fact. ignor. l.* 2. §. 15. D. *pro emtor.*

emtor. ubi *in re* & in æstimatione, opponuntur. Sic *in re* est, ut possit adire, *l.* 33. D. *de adquir. vel omitt. hered.*

Rerum natura pro mundo. Sic: in rerum natura non sit, *l.* 30. §. 1. D. *de jurisdict.* Sic & quæ exstant, & quæ in rerum natura esse desierunt, *l.* 17. §. 2. *D. de act. rer. amutar.*

In *rebus* humanis agere, vel esse, pro vivere, existere, in *l.* 2. C. *de inoff. testam. l.* 2. D. *de ventr. in possess. mitt.* & passim aliis locis. Sic *rebus humanis* defunctus, *l.* 2. *C. und. legitimi.* exemtus: *l.* 7. C. *de judic.* subtracta, *l.* 5. *C. quand. die legat.* Rebus humanis excedere, *l. ult.* D. *quand. dies legator.*

Res pro facto. Rem illicitam admisisse: *l.* 1. *C. de liberal. causs.* Sic obligationes ex maleficio ex re nasci, id est, ex ipso facto illicito, dicuntur, *princ. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascuntur.* Alias *Re* & facto conjunguntur, uti. *Re* atrocem injuriam haberi vel fieri dixit Ulpianus, *l.* 7. §. *ult. l.* 9. *D. de injur.* Et ita *re* & *verbis* opponuntur, in *l.* 1. §. 1. *D. de injur.* ubi Labeo injuriam *re* fieri definit, quoties manus inferuntur. Sic *re ipsa* & verbo opponuntur, in *l.* 37. *pr. ad SC. Trebell.* Sic & *re* fieri collatio dicitur, si res ipsa conferatur, *l.* 1. §. 1. *D. de collat. bonor.* Re convenire, *l.* 1. *D. de pact.* Re exclusus non videtur, quem prætor se in integrum restituturum pollicetur, *l.* 5. *D. de in integr. restit.* Item *re* mora fieri dicitur, veluti si dies solutionis præterierit, *l.* 6. *D. de minorib.* Sic alibi ex re moram esse, *l.* 26. §. 1. *D. de fideicommiss. libert.* Ex re mora fieri, *l.* 32. *D. de usur.* In re mora esse, *l.* 22. & 38. D. *eod. tit.* Re & facto transfertur domicilium, *l.* 20. D. *ad municipal.*

Ex *re* venit actio. Furiosus & pupillus, ubi *ex re* actio venit, obligantur, etiam sine curatore, vel tutoris auctoritate: veluti si communem fundum habeo cum his, & aliquid in eam impendens, vel damnum in eos pupillus dederit, nam judicio communi dividundo obligabuntur. Add. §. 3. *Inst. de obligat. ex quasi contract.*

Res pro negotio, vel eo, de quo agitur. Sic: Nec *ad rem* facit: *l.* 4. *C. arbitr. tutel.* pertinet, *l.* 1. §. 13. D. *ad leg. Falcid.* Rem in judicium deducere, *l.* 12. D. *de pact.* Res patitur, *l.* 2. D. *de stat. hom.* In hanc *rem*, id est, ob eam rem, *l.* 8. *C. mandat.*

Res pro utilitate vel ratione. Non abs *re*, *l.* 14. D. *de probation.* E *re* est, *l.* 1. D. *de reb. cred.*

Res pro imperio. Sic: *Res* Romana, in §. *ult. Inst. de Justit. & jur.*

Res, pro vi & effectu, in *l. penult.* D. *de statuliber.* Sic: cum *re*, id est, cum effectu Ulpian. *tit.* 23. *regular.* §. 6. in quo autem iste effectus consistat, idem docet *tit.* 28. §. 13..

Res ex conceptu ad jus nostrum maxime pertinente dicuntur specialiter qua differunt a personis & actionibus. Est autem hoc sensu *res*, omne id, quod sua natura habile est, ut possit in bonis alicujus esse, seu alicujus suum esse. Præivit nobis Caius, *Instit. lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. scribens: Id, quod humani juris est, plerumque in alicujus bonis esse. Licet enim actu non semper in bonis sint, natura tamen earum non officit, quominus esse possint. Ita enim ara non est in bonis hominum, quum sit res sacra, verum natura ejus, modo scilicet compositionis, non impedit hoc ipsum, sed factum aliquod accedens, scilicet consecratio, proprietati hominum eam eximit. Vulgatur alias antiquo-

quorum definitio, quod *res* id sit, quod non est persona, nec actio, quæ negativa definitio est, adeoque rejicienda. Occasionem huic dedit triplex juris objectum, personarum, rerum & actionum §. *fin. Inst. de* J. N. G. & C. Wurfel. *jurisprud. defin.* §. 76. Atque ita sunt *res* vel divini vel humani juris, quarum hæ hominum dispositioni subjacent, illæ non. Ita enim distingunt Romani, alias *res* bonis hominum, alias Deorum vindicantes: Caius *Inst. lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. & *l.* 1. D. *de rer. divis.* ad has referentes sacras, sanctas & religiosas de quibus suis locis, ad illas ceteras omnes. Conf. Kemmerich. *dissert. de reb. divini* humanique juris. Wurffel. §. 78. *jurispr. de fin.*

Res pro facultatibus & substantia. Sic *res* familiaris: *l.* 18. *D. de ædim. legat.* eaque ultioni opponitur, *l. 6.* D. *de sepulchr. violat. l.* 3. §. 1. D. *de decurion. l.* 24. *D. quæ in fraud. creditor.* Unde & *res* pro hereditate intelligitur. Sic *rem* habere, *l.* 2. §. 8. *D. ad SC. Tertullian. l.* 8. *D. si tabul. testam. l.* 5. §. *ult. D. de bonor. possess. sec. tab.* Cicero *lib.* 3. *offic. cap.* 18. Non erat æquum, principes cives *rem* habere. *Rem* ab intestato habere, *l.* 16. D. *de legat. præstand.* Sic & *res* matris, pro hereditate materna, *l.* 77. §. 19. *D. de legat.* 2. & *rem* indivisam cum fratre, *l.* 89. D. §. 1. D. *eod. tit.* Hanc Martialis, *lib.* 10. *epigr.* 47. adpellat *rem* relictam, in illo versu: *Res* non parta labore, sed relicta. Itaque *rem* habere, successionem obtinere est, *l.* 12. D. *de injust. rupt. irrit. fact. testam. l.* 4. *in fin.* D. *de fideicommissar. libert. l.* 83. D. *de adquir. hered.* Unde bonorum possessio quædam esse *cum re* dicitur, nimirum quum is, qui accepit bona, ea cum effectu retinet. Quædam *sine re*, quum alius evincere jure civili hereditatem potest, veluti si suus heres, intestato sit, *l.* 8. §. 1. D. *de inoffic. testam. l.* 25. C. *eod. tit.* & apud Ulpian. *tit.* 28. *regul.* §. *ult.* Et ita sacri profanique auctores a juris consultis loqui didicerunt. Ambros. *lib.* 9. *epistol.* Sunt heredes sine *re*, sunt & cum *re* Ovid. *Amor. III.* 3. Aut sine *re* nomen Deus est, frustraque timetur. Vid. Cujac. *lib. 6. respons. Papin. ad l. penult. unde liberi.*

Rei persecutio & pœnæ vindicta opponuntur, *l.* 20. §. 1. D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 10. D. *de sepulcr. viol. Rei* autem persequutionem continent actiones, quibus persequimur, quod ex patrimonio nostro abest, *l.* 35. D. *de obligat. & action.* §. 17. *Inst. de action.* Add. *l.* 11. D. *de reb. auctorit. jud. possid.*

In *rem*, id est, indefinite, nec intuitu certæ personæ, *l.* 5. §. 1. *D. de pecun. constit.* Sic in rem, vel in personam, *l.* 5. §. 15. *D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.* Quæ inter se opponuntur, *l.* 10. D. *de oper. nov. nunciat.* Unde non in rem, sed personalis actio, in *l. 6.* §. 5. *de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Vetus Glossarium: In *rem* actio est, quæ non solum specialiter unam vel duas personas, sed generaliter complectitur omnes, ad quos pertinet, vel pertinere poterit. Sic *in rem* scripta exceptio, *l.* 4. §. 33. *D. de dol. mal. & met. except.* & *in rem* opponi exceptio, *l.* 2. §. *D. eod. tit.* Item *in rem* collata verba, *l.* 8. D. *ut legator. seu fideicommissor. causs. cav.* In *rem* concepta stipulatio, *l.* 10. *D. quand. dies, legator.* vel cautio, *l.* 5. D. *usufruct. quemadm. cav.* Item *in rem* jurare, & in sua tantum persona opponitur, *l.* 1. §. 3. D. *quar. rer. actio.* Sic & *in rem* scriptum

ptum edictum, id est, indefinito, *l.* 5. §. 1. *D. quib. ex causs. in possess. eat.* In *rem* pactus, *l.* 7. §. *ult.* D. *de exception.* conceptum pactum, *l.* 57. §. *ult.* D. *de pact.*

In *rem* alicujus credere pecuniam ipsius servis, *l.* 8. *C. mandat.* id est in utilitatem ejus, seu in rationem domini, ut loquitur *l.* 7. §. *ult.* D. *eod. tit.* Sic *in rem* suam obligari, *l.* 1. D. *de contrar. tut. & util. action.* In *rem* suam fidejussor, *l.* 4. D. *de pact.* id est ob negotium ad se pertinens, Sic in *rem* suam fidejubet obligari, veluti pro suo procuratore, aut si ad eum pecunia pervenerit, & ipse reum dederit vice sua, pro eoque fidejusserit, *l.* 13. & 22. *D. de pact. l.* 5. D. *de liberation. legat.* In *rem* suam procurator datus, *l.* 13. *D. de pact. l.* 21. D. *de adpellation.* dicitur, qui mandatas sibi actiones lucro & commodo suo exercet. In *rem* suam cognitor vel procurator. Paull. *lib.* 1. *sentent. tit.* 2. §. 3. In *rem* suam, ait, datus est, qui fidejubet pro re aliqua in ea caussa, quæ futura est ejus.

Rem pupilli salvam fore, cautio prætoria, quam Theophilus *ad* §. 4. *Inst. de division. stipulat.* sic explicat: ὁ γὰρ πραίτωρ τὸν καθιςαμένον ἐπίτροπον ἐγγύας διδόναι κελεύει, ὅτι σῶα καὶ ἀκέραια τοῦ ἀνήβου φυλαχθήσεται τὰ πράγματα. Prætor autem tutorem, qui constituitur, datis fidejussoribus cavere jubet, fore, ut res impuberis salvæ & incolumes serventur.

Ex *re* fructuarii, item bonæ fidei possessoris esse videtur, quod servo donaverunt, vel concesserunt, vel administratione rerum, quæ ad eos pertinent, compendii fecerint, *l.* 38. D. *de usufruct.* Sed etsi bona fide possessor vel fructuarius acceptum roget vel paciscatur, ne ab iis petatur, ex re eorum adquirere videntur, quum eos liberent, *l.* 63. D. *de solution. l.* 11. D. *de acceptilat.* Sed etsi hereditatem possessorum fructuariorumve intuitu & comtemplatione sibi relictum jussu eorum adeant, non opera sua, sed ex *re* eorum adquisisse intelliguntur, *l.* 47. *in fin.* D. *de adquir. l.* 12. *D. de liberal. causs.* Atque hæc interpretatio pertinet ad id, quod dicitur, fructuario bonæve fidei possessori servum, quod litteris suis vel *ex re* eorum stipulatur, aut per traditionem accipit, adquirere.

Rerum singularum petitio opponitur actionibus, quæ de universitate propositæ sunt, in *l.* 1. *pr. D. de rei vindic.* Eaque in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam his, quæ anima carent, & in his, quæ solo continentur, *d. l.* 1. §. 1.

Rei etiam adpellatione & tota res, & pars ejus continetur, *l.* 7. D. *de jurejur. l.* 4. §. 1. D. *de damn. infect. l.* 13. D. *de fund. dotal.* Eademque res peti intelligitur, etiam si pars petatur ejus, quod totum petitum est, *l.* 7. D. *de except. rei judicat.*

Rem ipsam habere videtur, qui actionem ad eam recuperandam habet, *l.* 13. & 15. *D. de regul. jur. l.* 143. *D. de verb. signif.* Quæ verba qua occasione dicta sint, & in quam sententiam vid. apud Goeddeum, in *d. l.* 143.

Rerum amotarum actio. Vid. sub *amovere.*

Rei uxoriæ actio adpellatur, quæ soluto matrimonio dotis repetenda caussa dabatur, *l. un. C. de rei uxor. act.* §. 19. *Inst. de action.* Ejus meminit Cicero *lib.* 3. *officior. cap.* 15. Quinctilian. *lib.* 8. *cap.* 3. & Gell. *lib.* 4. *cap.* 3. Ejus autem in Pandectis nusquam gentium fit mentio, quod ea a Justi-

ſtiniano in actionem ex ſtipulatu de dote translata & transfuſa eſſet.

Re contrahi obligatio dicitur, in *l.* 1. D. *de oblig. & action.* quæ re demum intercedente, id eſt, data, numerata, contrahitur, *l.* 1. & 52. *D. de obligat. & action. l.* 1. *in fin. l,* 17. D. *de pact. l.* 8. §. 1. *D. de fidejuſſor. l.* 1. D. *de novation. l.* 2. §. *ult.* D. *ad SC. Velleian. l.* 13. §. 7. D. *de acceptilat. l.* 12. *C. ſi cert. pet.* ut ſit mutui datione, commodato, depoſito, pignoris traditione, *princ. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* Ita *re* factum contractum, id eſt, numeratione dixit Ulpianus, *l.* 9. D. *de reb. credit.* Re autem contrahi iis in locis dicitur non excluſo conſenſu, ſed quod ut res tradatur, eſſentiale eſt contractui, nec naſcatur ante obligatio quam ſit res tradita. Alias ſocietas *re* contrahi, id eſt, communicatione bonorum dicitur in *l.* 4. D. *pro ſocio.* quamquam re nondum tradita & intelligatur contractam eſſe ſocietatem in qua, nudo etiam conſenſu obligatio conſtituatur.

Re ſolvi obligatio dicitur, id eſt ſolutione, *l.* 80. D. *de ſolution. Re* item præſtare juriſconſulti dixerunt, *l.* 47. *D. de action. emt.* ut & *re* tradere, *l.* 5. §. *ult. D. eod. tit.*

Rem ſervare a muliere *l.* 19. D. *ad SC. Velleian.*

Rerum ſervitutes, ut cum *res rei* ſervit, quæ & adpellantur ſervitutes prædiorum, *l.* 1. D. *de ſervitut.*

Res Italicæ, & provinciales, quæ ex voluntate teſtatoris ſint intelligendæ, exponitur, in *l.* 35. §. 3. D. *de hered. inſtituend.*

Res privatæ principis, *l,* 21. C. *de decurion.* add. *tit. C. de comit. rei privatæ.* Vid. ſupra art. *privata.*

Res muliebris dos intelligitur.

Res aliæ corporales ſunt, aliæ incorporales. *Inſt. de reb. corporalib. & incorporalib.* illæ tangi & videri, hæ non item poſſunt, qualia ſunt jura. *Res* porro ſunt mobiles, vel ſoli, *l.* 2. D. *de condict. triticar. l.* 1. D. *de rei vindicat. l.* 51. D. *de donat. inter vir. & uxor. l.* 1. D. *de Ædil. edict.*

Res pro actione. Sic *res* perire dicitur, quum obligatio evaneſcit & ſolvitur, in *l.* 9. D. *de ſolut. & liberation.* Ulpian. in *l.* 1. D. *de feriis.* Res tempore ſi peritura ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit peremtura.

Res quædam in abuſu continentur, ut puta vinum, triticum, oleum. Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 27. ut quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt vel continentur, *l.* 2. *princ.* & §. 3. *D. de reb. credit.* Eædem uſu conſumi dicuntur, quarum quippe nullus uſus eſſe poteſt, niſi omnino abſumantur & pereant, ut eſt etiam pecunia numerata. Nam hæc cum expenditur, pro conſumta habetur, quantum ad eos quorum erat, ut iis occidiſſe, at prorſus periiſſe, nec jam in rerum natura exiſtere dicatur; Connan. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 4.

Res aliquando pro lite accipitur, ut in *l.* 8. §. 1. D. *de inof. teſtam.* & apud Horat. *lib.* 1. *ſerm. ſat.* 9. *v.* 41. Et olim ſumme dubitatum inter formularios fuiſſe Cicero *pro Murena cap.* 12. oſtendit, *rem* an *litem* dici oporteret. Unde in actionum civilium ſollemnibus ſub disjunctione verba hæc ita, Varrone *lib.* 6. *de ling. lat. cap.* 5. teſte, efferebantur, *quam rem ſive litem dicere oportet.* Conjunctim vero protulit Imperator, in *l.* 9. C. *de ſuis & legitim.* ut & in ſolemni formula rerum a feciali repetundarum, quæ a Livio *lib.* 1. *cap.* 32. ponitur,

nitur, *Quarum rerum litium, causſarum, condixit pater patratus*. Inde rem amittere litem amittere eſt, *l.* 8. D. *de reſtitut. in integr. l.* 22. §. *penult. D. rem rat. haber. l.* 5. *de ſtipulat. prætor. Rem* differri, id eſt, litem, *l.* 3. §. 4. *D. de liber. exhib. Res* perire dicuntur a Livio, *lib.* 29. id eſt, lites. Sic & *res* perire tractu temporis dicitur, in *l.* 22. D. *de procurator.* Add. *l.* 1. & 3. D. *de feriis.*

Rem ſervare, pro debitum ſuum ab aliquo conſequi, & ut alias dicitur, ad ſuum pervenire, *l.* 2. & 4. D. *de dol. mal.* & alibi paſſim. Inde rei ſervandæ cauſſa in poſſeſſionem mitti dicuntur creditores, *l.* 2. D. *de feriis. l.* 1. & 7. *D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* & aliis multis locis. Etiam *rei ſervandæ* cauſſa in poſſeſſionem bonorum tutoris, qui ne alimenta decernantur, latitat, pupillus mittitur, *l.* 7. §. 2. D. *de ſuſpect. tutor.* Sed & rei ſervandæ gratia, fideicommiſſi ſervandi gratia ſignificat, in *l.* 9. D. *de annuis legat.* quamquam alias hæ duæ miſſionum in poſſeſſionem cauſſæ ut diverſæ ſeparentur, *l.* 1. D. *ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat.* Rei autem ſervandæ cauſſa non poſſidet, qui ſuo jure ut pignus tenet, *l.* 13. *D. quæ in fraud. creditor.*

RESCINDERE proprie dicuntur, quæ alias jure legitimo valent, non quæ ipſo jure nulla ſunt. Ita *reſciſſa* acceptilatio: *l.* 9. §. 4. D. *quod met. cauſſ.* adoptio, *l.* 1. §. 7. D. *ſi tabul. teſtam. null. exſtab.* Reſcindere acta: Cicer. *Philip.* 13. *cap.* 3. Ovid. *lib.* 14. *metamorph. v.* 784. Niſi quod reſcindere numquam Dîs licet acta Deûm, & alias. Sueton. in *Claud. cap.* 10. Caii quoque etſi omnia acta reſcidit. Florus *lib.* 3. *cap.* 23. *n.* 2. Acta Sullæ reſcindere. *Reſcindere* capitis deminutionem: *l.* 6. §. 1. D. *de bonor poſſeſſ.* decreta: *l.* 4. D. *de decret. ab ordin. faciend.* donationem: *l.* 3. C. *de donation. mort. cauſſ.* fraudem: *l.* 2. D. *ſi quid in fraud. patron.* judicium, *l.* 47. §. 3. D. *de pecul.* judicium patris, *l.* 1. D. *de legat. præſtand.* nimirum per bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Reſcindere libertatem *l.* 23. *C. de liberal. cauſſ.* locationem, *l.* 23. D. *locati.* matrimonium, *l.* 3. *C. de matrim.* obligationem, *l.* 5. *D. ad leg. jul de vi publ.* placita, *l.* 17. *C. de uſur.* quæ pronunciaverant, *l.* 27. *pr. D. de pœn.* rem judicatam, *l.* 10. C. *de procurat.* Reſcindere teſtamentum, *l.* 36. *D. de ſtatulib. l.* 24. *princ. C. de inoff. teſtam.* ubi idem eſt ac rumpere: Cum alias *reſciſſum* dicatur teſtamentum facto judicis poſt quærelam inofficioſi. *Reſcindere* tranſactionem vel diviſionem, *l.* 1. *C. ſi adverſ. tranſactiou.* venditionem, *l.* 1. §. 12. *D. ſi quid in fraud. patron.* In Indice Baſilicorum: Reſcindi venditio dicitur ἀναλυεσθαι καὶ ἀνάλυσις, & ἀνατρέπεσθαι.

Verbum *reſcindere* aliquando generalius uſurpatur etiam de iis actibus, qui ipſo jure nulli ſunt. Bachov. in πρωτ. *p.* 607. Sic ipſo jure reſcindi, quod fraudandæ legis gratia eſſet adſcriptum: *l.* 64. §. 1. *D. de condit. & demonſtr.*

Reſcindere pavimenta, *l.* 1. §. 12. D. *de cloac.* id eſt, deſtruere, disjicere.

RESCISIO, pro reſciſſione. Sic *reſciſio*, in *l.* 3. §. 5. *D. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* reſciſſionem emancipationis ſignificat. Nam prætor ut emancipatos, qui jure civili definiuntur, propterea quod per capitis deminutionem jus legitimum amiſerint, ad ſucceſſionem eum ceteris liberis, qui in poteſtate manſerunt, admittat, eorum emancipationem reſcindit, *l.*

l. 6. §. 1. D. *de bonor. possess.* Quod quum Accursius non videret, valde se torquet in interpretatione istius §. 5. Sic etiam accipienda sunt illa *l.* 9. C. *Theod. de bonis proscriptor.* verba : qui ab intestato successuri defuncto vel ex XII. tabulis, vel per *rescissionem capitis*, prætorio vocantur edicto. Hæc Brissonius : Alii, inter quos Hottomannus *rescisionem* in *dicto* §. 5. intelligunt rescissionem matrimonii, quum scilicet Prætor matrimonium in danda possessione pro nihilo ducens, tacite illud rescindit, & quantum ad jus impetrandæ possessionis pertinet, exstinguit. Verba Ulpiani in *d. l.* 3. §. 5. hæc sunt : Si emancipatus filius uxore non ex voluntate patris ducta filium fuerit sortitus, dein nepos patre jam mortuo ad bonorum possessionem avi velit venire, admittendus est ad eam, non enim per rescissionem is qui filius justus est, efficietur non filius : quum rescissio, quo magis admittatur, non quo minus, adhibeatur. Juxta Hotomannum sensus est. Non si filius a patre exheredari potuit, idcirco nepos adversus avi tabulas petere bonorum possessionem non potest. Nam prætor caussam propter quam exheredari filius potuit, nimirum turpe illud matrimonium, rescindit, & quantum in se est, exstinguit, nec enim minus in hoc nepote merita nepotis, quam patris ejus delicta perpendit. Hanc vero Hottomanni explicationem Brissonii sententiæ postponendam censeo. Non enim heic agitur de exheredatione filii, hic quippe emancipatus erat, nec exheres scribendus, sed jure a patre præteritus. Nec dubitatio erat de effectu rescissionis matrimonii, sed rescissionis emancipationis, ob quam videri posset matrimonium, quod non ex voluntate patris contractum erat rescissum, adeoque ex eo natum nepotem non justum filium esse, nec proinde admittendum a prætore ad bonorum possessionem contra tabulas : quam dubitationem tollit Ulpianus his verbis : non enim per rescissionem (emancipationis) is qui filius justus est, efficietur non filius : quum rescissio, quo magis admittatur, non quo minus, adhibeatur. Sensus est, rescissionem emancipationis, cum adhibeatur unice ut admittatur nepos, non eum effectum habere posse ut hic excludatur, quasi per rescissionem emancipationis & ipsum matrimonium, quod post emancipationem celebratum erat, rescinderetur, atque ita ex eo natus pro non filio esset habendus.

Rescissio decreti : *l.* 5. *D. de decret. ab ordin. fac.* emtionis : *l.* 11. §. 13. *D. quod vi aut clam.*

RESCISSORIA, in *l.* 21. D. *de donation.* & rescissoria actio in *l.* 28. §. 5. & §. *ult.* D. *quib. ex causs. major. l.* 18. *C. de postlimin. revers.* ea est, quæ rescissa usucapione redditur, *l.* 35. *D. de obligat. & action.* §. 5. *Inst. de action. l.* 24. *C. de rei vindicat.* Rescissoria actio in *l.* 16. *C. ad SC. Velleian.* dicitur, quæ rescissa mulieris obligatione in priorem & antiquum debitorem restituitur. Est & rescissorium judicium, ubi prætor rei traditionem in fraudem creditorum factam pro irrita habet, in §. 6. *Inst. de action.*

RESCRIBERE princeps dicitur ad epistolas, ut subscribere libellis. Et *rescribere* dicitur proprie magistratibus, ut prætori, *l. penult. D. de in integr. restit.* ad litteras præsidis : *l.* 6. §. 9. *D. de injust. rupt.* Sed & privatis personis, ut Pacuviæ Licinianæ : *l.* 3. §. *ult. D. ut in possess. legator.* ad Æmilium equestrem : *l.* 1. §. 3. *D. eod. tit.* Rescribere ad libellos :

bellos: *l.* 23. D. *de usufruct. legat.* ad desideria Asianorum: *l.* 1. §. 5. *D. de offic. proconf.*

Quin etiam ipsimet Jurisconsulti *rescripsisse* dicuntur, quod consulentibus se responderunt: *l.* 29. *D. de statulib.* Vid. Brisson. *lib.* 3. *de formul. pop. Rom. cap.* 85. Menag. *Amoen. jur. civil. cap.* 20.

Rescribere etiam est reddere vel restituere. Porphyrion ad Horatii *lib.* 1. *epist.* 3. *v.* 30. illa verba: scribe decem Nerio: Juris, inquit, verbo, scribere est mutuum sumere: *rescribere* restituere. Et ad illa ibid: Quod numquam rescribere possis. *Rescribere* reddere. Suidas *Tom.* 1. *p.* 552. in *διαγράψαντος*. Τινὲς *μὲν ἀντὶ τοῦ καταβαλόντος καὶ καταθέντος. ἔνιοι δὲ, ἀντὶ τοῦ διὰ τραπέζης ἀριθμήσαντος, ὡς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ.* Id est. Alii vocem hanc accipiunt, de eo, qui pecuniam aliquam solvit & numerat. Alii vero de eo, qui, ut ut vulgo dicere solemus, ex mensa solvit. Adde Serv. *ad Æneid. VII. v.* 422. & Donat. *ad Terent. Phorm.* v. 7. 29. & Richard. Bentlei. *ad Horat. p.* 628.

RESCRIPTA principum dicuntur, quibus illi vel ad libellos præsentium, vel ad magistratuum absentium consultationes, quid sibi ea de re fieri placeret responderent, ut *l.* 19. §. 9. D. *locat. l.* 17. D. *de jur. patron.* & Pont. Max. *tot. tit. de rescript. in antiq.* & *lib.* 6. Dicuntur & rescriptiones, ut in *l.* 8. & 9. *D. de offic. præsid. l. un. C. si contr. matr. volunt. tut. dat.* Vetus Glossar. Græcum *βασιλέως ἀντιγράμμα*, & alias *ἔγγραφος κέλευσις βασιλέως*, scriptum principis mandatum vertit. Idem alibi: *Ἀντιγραφὴ λέγεται ἡ βασιλικὴ πρόταξις, διὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ προηγουμένων ἀναφορῶν γίνεσθαι τὰς βασιλικὰς προςαγάς.* Sic etiam *ἀντιγραφὴ βασιλικὴ*, & *θεία ἀντιγραφή*, principale & divinum rescriptum apud Harmenopul. *lib.* 1. *tit.* 10. §. 10. & *I.* 11. 10. *I.* 4. 68. Sic & rescripta principum sacri adflatus vocantur. Rescriptum sacrarum constitutionum: *l.* 43. D. *de action. emt.* Rescripti forma longe pulcherrima & paucis admodum verbis multa complectens Pii Imp. est apud Ulpian. in *l.* 2. *D. de his sui vel alien. jur.*

Rescriptorum Pontificiorum M. quædam sunt contentiosa & ad lites: de his accipiendus est textus *c. statutum de rescript. lib.* 6. Quædam sunt, quæ sacerdotiorum, sive, ut vocant beneficiorum nomine Pont. Max. dat: & hæc memorantur in *c. postulasti, de rescript. in antiq.* & horum genera quatuor sunt: Quædam enim sunt justitiæ: quia diœcesanum obstringit justitia, ut cleris sacerdotium primum vacaturum conferat, *c. non liceat, de præbend. in antiq.* Ratio ne cleri mendicare cogantur, neve divagentur. Quædam sunt in forma pauperum. de quibus in *d. c. postulasti*, ubi vide interp. & text. in *c. si pauper. de præbend. lib.* 6. Quædam sunt in forma & conceptione, *c. cum secundum de præbend.* Nam qui altari servit, de altari vivere debet, *d. c. cum secundum:* quod ante Paulus Apost. constituerat 1. *Corinth.* 9. Quædam sunt in forma communi concepta, quod jus commune gravet diœcesanos clericis providere, *d. c. non liceat.* Porro rescriptorum omnium & civilium & Pontificiorum prima communisque lex est: Si preces veritate nitantur: quæ conditio, etsi non adjiciatur, subaudiendam tamen jubet *c.* 2. *de rescript. in antiq.* Sed & eam adjiciendam, alioquin rescriptum respuendum Zeno Imp. constituit, in *l. fin. C. de diverſ. rescript.* Nisi autem

preces

preces veritate nitantur, illis parendum non est.

RESERARE signum, pro res signatas & signo clausas aperire. Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 25. §. 1.

RESERVARE dominium: *l.* 14. *C. de donat. int. vir. & uxor.* electionem: *l.* 27. D. *ad leg. jul. de adulter.* jurisdictionem: *l.* 1. & 4. §. 1. *D. de damn. infect.* optionem: *l.* 2. §. 3. D. *de eo, quod cert. loc.*

RESIDERE apud fideicommissum: *l.* 3. D. *ad SC. Trebell.* in hereditate dominium: *l.* 15. C. *de donat. int. vir. & uxor. Residere* apud maritum dos dicitur: *l.* 48. D. *solut. matrim. Residere* peculium: *l.* 22. D. *de castrens pecul.* Residet pecunia publica apud eum, qui rationibus putatis pecuniæ publicæ, quam administravit, reliqua debet, *l.* 4. §. 3. *D. ad leg. jul. peculat.*

Residere in Ecclesia, est in ea deservire, ejusque curam habere, *c. conquerente, de cler. non resid.* & ad residentiam tenetur quilibet clericus habens beneficium cum cura *cap. licet. canon.* 14. *de elect. in 6.* Similiter qui habet beneficium quibus hoc competit ex statuto, consuetudine, vel privilegio, ut notatur per *Inn. cap. clericos* 17. *de cleric. non resid.* & addit omne beneficium residentiam requirere, nisi constet contrarium. Et idem Hostiens. dicens quod quilibet clericus residere tenetur. Et si sit magnum beneficium, ut episcopatus ut *c. pervenit* 20. *causs.* 7. *qu.* 1. debet ibi chrisma conficere, & ordines celebrare, & quolibet die dominico divinis officiis interesse, nisi justa caussa impediat. Idem etiam quoad residentiam, & si modicum sit, beneficium, ut *c. conquerente 6. de cleric. non resid.* & debet beneficiatus interesse matutinis & vesperis, & si in hoc incorrigibilis sit, deponitur. *c.* 8. 9. 16. & 17. *eod. tit.* Nec sufficit deservire per alium, ut aperte probat *c. pen. eod. tit.* quod verum nisi licita caussa excuset, ut *c. pervenit* 28. *de adpellat. in antiq.* & nota quod residentiam requirunt de jure communi omnia beneficia quæ dantur in titulum: sive sint vicariæ etiam modicæ æstimationis ut 20. solidorum. Si tamen talia beneficia non dantur in titulum, sed in stipendium, ut si alicui pauperi datur possessio ecclesiæ ad vitam, vel precario: *c. possessiones* 61. *causs.* 16. *qu.* 1. non tenentur ad residentiam *c. conquerente 6. de cler. non resid.* & *c. ex parte 6. de offic. vicar. c. pervenit* 28. *de adpell.* Panormit. in *c. fin. de cler. non resid.* coll. Joan. Bapt. Castel.

Residere an dicuntur familiares Papæ, Cardinales, seu Episcopi, vel capituli. Doctores in *c. cum dilectus de cler. non resid.* Joan. Bapt. Castel.

An non *residens* possit excusari: & ex quibus caussis. Potest utique si absens propter inimicitias vel similia: *c. cum dilectus* 14. *eod. tit. c. præsum.* 3. *causs.* 7. *qu.* 1. Item si de licentia superioris ex caussa rationabili sit absens, *c. relatum* 4. *eod. tit. c. licet. canon.* 14. *de elect. in 6.* alias sine licentia prælati peregrinari non potest, *c. non oportet.* 36. *dist. V. de consecrat.* c. magnæ 7. §. *verum de voto.* Sed si habet ecclesiam parochialem, potest de licentia episcopi esse in studio per septem annos, *c. ex eo* 32. *de elect. in 6.* Item si habet super hoc privilegium speciale. Nam tunc absens habetur pro residente. Item si sit in servitio Papæ, *c. cum dilectus* 14. *de cler. non res.* item si unus vel duo ex canonicis sint, in servitio episcopi proprii *c. ad audientiam eod. tit.* Episcopus tamen si

si moretur cum proprio Archiepiscopo, non dicitur residere, *c. pastoralis* 11. *de offic. ordin.* Qui autem est in servitio Papæ vel Episcopi sui, recipit fructus beneficii sui, præter quotidianas distributiones, quæ non solent absentibus dari; *c. de cetero* 7. *de cler. non resid.* & *c. licet episcopus* & *c. un. de cler. non resid. in* 6.

Ad *residentiam* personalem non arctatur clericus in beneficio simplici: sed potest vicarium in divinis & aliis constituere, ut notant doctores in *c. super inordinata de præbend.* Si tamen ecclesia est *curata*, requiritur personalis residentia in ordine seu in divinis, quæ pertinent ad ordinem sacerdotalem: in aliis tamen quæ sunt jurisdictionis vel regiminis, quæ non proprie spectant ad ordinem, potest clericus curam parochialem habens per vicarium temporalem deservire, *c. quia nonnulli* 3. *de cler. non resid.*

Residere in synodo, vel concilio sacerdotes dicuntur, in *l.* 14. *C. de episcop.*

Residere etiam dicuntur judices, qui de re quapiam cognoscunt, *l.* 13. *C. Th. de jur. fisc.*

Residere, id est, inutile, desertum manere, *l.* 13. *C. Theod. de senatorib.*

RESIDUUM. Reliquum, quod restat, superest. In specie vero *residua* sunt pecuniæ publicæ, quæ apud aliquem ex locatione, conductione, emtione, alimentaria ratione, ex summa, quam accepit, aliave qua caussa resederunt: *l.* 4. §. 3. *l.* 9. D. *ad leg. jul. pecul.* Ea vero pecunia, quam quis, quum provincia abiret, apud se ad ærarium professus retinuit, ante annum residua non est, quia eam privatus fisco debeat: *l.* 9. §. *ult.* D. *eod. tit.* Crimen hoc lege Julia vindicatur, quæ inde *de residuis* vocatur. Sic apud Livium *lib.* 3. belli Macedon. accipi debet quod ait: Omnibus residuis pecuniis exactis tributo privatis remisso. Sic apud Ciceron. *orat.* 2. *de lege agrar. cap.* 22. Quid relatum, quod residuum sit. Idem *pro Cluent. cap.* 34. Avito nuper apud G. Orchinium collegam meum, locus a judicibus Fausto Syllæ de pecuniis residuis non est constitutus. *Residui* actio, in *l.* 7. D. *de fidejussor.* & *nominator.* & *hered. tutor.*

RESIGNARE est, signatum aperire. Sic *resignare* testamentum: *l.* 6. D. *testam. quemadm. aper.* & Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 25. §. 1. qui & ibidem signum reserare eodem sensu dixit. Quinctil. *lib.* 4. Apertum testamentum, deinde resignatum.

RESILIRE a contractu: *l.* 9. D. *de in diem addict.* id est, recedere.

RESISTERE aliquando est restare. Sic: Species resistentes non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahantur: *l.* 12. *C. de erogat. milit. annon.*

RESOLVERE, dissolvere & rescindere est. Sic: *Resolvere* id, quod actum: *l.* 58. D. *de pact.* Resolvi conditio: *l.* 5. C. *de rescind. vendit.* conventio: *l.* 1. §. 3. D. *pro emt.* donatio: *l.* 2. C. *de condict. ob. causs. dat.* emtio: *l.* 19. D. *de usucapion.* obligatio: *l.* 14. C. *de magistrat. conven.* promissio: *l.* 44. *D. de jur. dot.* stipulatio: *l.* 57. D. *de evictiou.* transactio: *l.* 23. D. *de condict. indeb.* Resolvere venditionem: *l.* 1. *C. quand. licet. ab emtion. reced.* verba verbis: *l.* 24. D. *de acceptil.* id est, quod verbis contractum est, verbis dissolvere.

Resolvere pro solvere. Sic *resolvere* usuras, *l.* 10. *D. de pollicit.* Ita enim Cato *de re rustic. cap.* 144. 145. & 149. resolvere pecuniam pro eo, quod est refundere, dixit.

RESOLUTIO venditionis: *l.* 13. §. 1. D. *de adquir. possess.* id est, rescissio, dissolutio.

RESPERSI adpellatione, id est, affecti: *l.* 74. C. *Theod. de decurion.*

RESPICERE, pro pertinere ad aliquem. Sic ad aliquem dicitur respicere damnum: *l.* 2. §. 9. D. *de hered. vel action. vend.* emolumentum: *l.* 3. §. 4. D. *de legat. præst.* periculum: *l.* 2. D. *qui petant. tut.* commodum: *l.* 33. *D. de jur. dot.* exceptio: *l.* 27. *D. de evictio n.*

Respicere aliquando pro considerare accipitur, ut in *l.* 7. D. *de Public. in rem action.*

Respicere, in *l.* 23. D. *de præscript. verb.* est inspicere, contemplari. Anulum ostendit ut respiceret.

Respicere ad Dei cultum, est converti ad religionem Christianam, in *l.* 1. *C. Th. de Judæis.*

Respirare vires, id est, facultates dicuntur, in *l.* 8. *C. Theod. de Censitor.*

RESPONDERE jurisconsulti dicuntur, in *l.* 1. *C. quib. ad libert.* Sic *respondere* ad consultationes: *l.* 6. §. 2. *D. de offic. proconf.* contra fiscum: *l.* 10. D. *de jur. fisc.* pro dotibus: *l.* 70. D. *de jur. dot.* Hor. *lib.* 1. *Epist.* 3. *v.* 24. seu civica jura-Respondere paras. Gellius *lib.* 13. *cap.* 13. Jus publice dicentium aut respondentium. Cicero *lib.* 1. *de orator. cap.* 45. In respondendo jure. Gellius *lib.* 20. *cap.* 9. Grammaticam doceo, non jus respondeo. Plin. *lib.* 6. *epist.* 15. de Javoleno: Atque etiam jus civile publice respondet. Huc pertinet jocus Ciceronis ad Trebatium *lib.* 7. *epist.* 16. Qui istuc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent, te percontantibus respondere. Sic & *respondere* de jure: *l.* 2. §. 43. D. *de orig. jur.* De Caligula Sueton. *in ejus vita cap.* 34. De juris quoque consultis, quasi scientiæ eorum omnem usum aboliturus, sæpe jactavit, se me hercle effecturum, ne quid respondere possent præter eum. De cujus loci constitutione vide, quæ præter interpretes notavit Jo. Rutgers. *lib.* 3. *variar. lection. cap.* 6.

Respondere, etiam est sponsione pro alio intervenire. Sic *respondere* dicuntur fidejussores.

Respondere, pro caussam dicere in judicio, & de litigantibus in foro dicitur. *Respondere* nomine absentis (id est, comparere, & defendere) *l.* 14. §. 1. D. *de adpellation.* per procuratorem: *l.* 35. §. 1. D. *de procurator.* per maritum: *l.* 2. C. *eod. tit.* Sic *respondere* citatus dicitur, *l.* 23. §. *ult.* D. *de adpellat.* Eodem sensu *respondere* dicuntur debitores ad diem Cic. *lib.* 8. *ad Attic. epist.* 11. Item *respondere* postulatus dicitur, *l.* 7. *D. ratam rem haber.* Pariter & *respondere* dicebatur reus. Horat. *lib.* 2. *sermon. sat.* 9. ideo, quia citabatur: sed non etiam actor respondebat, quum æque citaretur. Hoc modo & creditoribus *respondere*, id est, parere, & satisfacere tenentur illi, adversus quos actio moveri potest, *l.* 1. *C. de hered. vel action. vendit. l. penult.* D. *de jur. deliber.* Sic *respondere* legatariis & creditoribus tenetur heres: *l.* 50. §. 1. D. *de legat.* 1. Ita possessor *respondere* actionibus cogitur, *l.* 2. *C. de usucapion.* Contra maritus, cui omnia bona mulieris in dotem data sunt, creditoribus respondere, non cogitur, id est, ut jurisconsultus ibidem dicit, a creditoribus ejus conveniri non potest, *l.* 71. *pr.* D. *de jur. dot.*

Respondere, pro obtemperare, & parere, non dissimili priori significatione. Sic quod respondere mul-

mutuæ petitioni Imperatores dixerunt, *l.* 1. *C. de action. rer. amotar. l.* 14. *C. de fideicommiss. l.* 15. §. 2. *l.* 42. §. *ult. D. de jur. fisc. l.* 4. §. *ult. D. de adpellat.* Sic: *Respondere* muneribus: *l.* 17. §. 9. D. *ad municipal.* ad delectum: *l.* 4. §. 10. *D. de re militat.* Quinctilian. *Declam.* Eo usque tamen populi Romani vindicta, ut ardentibus bello finibus ad delectum nemo responderet, nisi de pœna corruptoris & abrogatoris legis satisfactum esset. Valer. Maxim. *lib.* 6. *cap.* 3. M. Curius Consul quum delectum subito edicere coactus esset, & juniorum nemo respondisset.

Respondere, pro convenire congruere. Sic: Non respondere messes sumtibus in sementem factis dicuntur, quum illis pares non sint, *l.* 8. §. *ult. D. solut. matrim.* Et Virgil. *lib.* 1. *Georg. v.* 47. Illa seges demum votis respondet avari Agricolæ. *Respondet* successio: *l.* 2. *C. ad leg. jul. de vi publ.*

Respondere vicus reipublicæ dicitur, in cujus territorio vicus ille situs est, *l.* 30. D. *ad municipal.*

RESPONSA prudentum, §. 8. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l.* 2. §. 38. *D. de origin.* ubi Pomponius: Post hos fuit Tiberius Coruncanius, ut dixi, qui primus profiteri cœpit, cujus tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura & memorabilia ejus fuerunt. Nempe ante Augusti tempora verbo potius quam scripto jurisconsulti responsa sua edebant, sicut post Maranum observavit Menagius *Amœnit. jur. civ. cap.* 20. De his vide Savar. in Sidon. *lib.* 3. *ep.* 10. & Commentar. Gothofr. *ad tit. C. Th. de respons. prud.*

Responsa reddere vel dare vates etiam dicuntur, *l.* 1. §. *ult.* D. *de Ædilit. Edict.* quo refer, quod ait Paullus *lib.* 5. *Sent. tit.* 21. §. *ult.* Responsa dant consulti vaticinatores. Sic Virgil. *lib.* 3. *Georgic. v.* 491. Nec responsa potest consultus reddere vates. Horat. *Epod. I.* 44. Responsum date.

RESPONSITARE. Ulpian. *l.* 1. §. 3. D. *de postuland.* Qua ætate aut paullo majore fertur Nerva filius & publice de jure responsitasse. Gothofredus & Mornacius non de responsis de jure consulentibus datis, sed de responsionibus scholasticis & Academicis accipiunt, quod repudiat Menagius *Amœn. jur. civil. cap.* 2. Sic enim Gellius *lib.* 13. *Noct. Attic. cap.* 10. Labeonem Antistium principem Jurisconsultorum de jure responsitasse refert, quomodo & Cicero *lib.* 1. *de Legib. cap.* 4. summos viros jus civile interpretari populo; & responsitare solitos esse memorat. Quid ergo si dicamus, phrasin istam hoc loco ὑποκοριστικῶς accipiendam, ut ipse Justinianus accepisse videtur, in §. *ult. Instit. quib. & ex quib. causs. manum. non lic.* Mornacius hic responsitare minus esse, quam respondere existimat. Sed id refellit Menagius. Interim non absurda est illa Mornacii explicatio. Nam & *quæritare* minus esse, quam quærere, observavit Donatus ad Terentii *Andr. Act.* 1. *scen.* 1. Plura adolescentum exempla, qui vix posita prætexta de jure responsitarunt, collegit Bynkersh. *Observ. lib.*4. *c.*11.

RESPONSUS, *us*, pro responso, in *l.* 1. §. 7. *D. de obligat. & action.*

RESPUBLICA, pro eo quod ad civitatem pertinet. Sic *respublica* civitatis: *l.* 2. *C. Theod. de jud. l.* 6. *C. Theod. de decurion. l.* 18. *C. Th. de oper. publ. l.* 2. *C. Just. de advoc. div. jud.*

Respublica pro civitate. Sic *respublica* Antiochensium: *l.* 37. D. de

de reb. auct. jud. possid. Arelatensium: *l.* 34. D. *de usu & usufr.* Heliopolitanorum: *l.* 4. C. *qui pot. in pignor.* municipii: *l.* 13. §. 1. D. *de publican. l.* 31. D. *de furt.* Sardianorum: *l.* 24. *D. de annuis legat.* Sebastenorum: *l.*21. §. 3. D. *eod. tit.* Thessalonicensium: *l.* 23. *C. de evictio*n. Tusculanorum: *l.* 38. §. 5. D. *de legat.* 3.

Uti vero publici adpellatio ad populum Romanum proprie pertinet, ita *res* quoque *publica* de municipio vix nisi per κατάχρησιν usurpatur, quemadmodum supra dictum est in *abesse rei publicæ caussa.*

Respublica, pro urbe, per metonymiam adjuncti pro subjecto, *l.* 2. §. 33. D. *de orig. jur.* ibi: quoties magistratus in republica sunt. Eberlin. *cap.* 31. *n.* 2. plura exempla collegit.

Respublica pro magistratu, in *l.* 46. §. 1. D. *de administr. & peric. tutor.*

RESPUERE quæsitam hereditatem, vel successionem: *l.* 13. *C. de repud. vel abstin. hered. l.* 25. C. *famil. ercisc.*

RESTAURARE accusationem: *l.* 4. §. 1. D. *ad leg. jul. de adult.* actionem: *l.* 37. D. *de noxal. act.* litem: *l.* 29. §. 1 D. *de minor.* veterem obligationem: *l.* 9. *D. de præscript. verb.* quæstionem: *l. ult.* D. *ad SC. Turpillian.*

RESTAURATIO eremodicii: *l.* 7. §. *ult.* D. *de minorib.* servitutis: *l.* 7. D. *de fund. dotal.*

RESTIPULARI, est stipulari restitutionem apud Apuleium *Apologet. II. p.* 338. & apud Varron. *lib.* 5. *de ling. lat.* 26. Et qui pecuniam allegat stipulari & restipulari. Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 8. Dotem filiis suis restipulari: *l.* 43. §. *ult.* D. *de damn. infect.*

RESTITUERE, reddere, præstare, solvere, refundere est, idque verbum quam plenissime interpretandum est. Sic restituere is intelligitur, qui simul rem & caussam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti tempore res ei reddita fuisset, id est, usucapionis caussam & fructuum, & quodcumque aliud, quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset, *l.* 35. & 75. D. *de verbor. signif. l.* 20. D. *de rei vindic.* Restituit ergo non qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita caussa præstat, & tota restitutio juris interpretatio est, *l. ult.* §. *ult.* D. *de verb. signif.* Quo fit ut longe plus sit in restitutione, quam in exhibitione, quum ad exhibitionem præsentiam corporis præbere sufficiat: ad restitutionem vero possessorem facere, & fructus reddere, & caussam omnem præstare oporteat, *l.* 22. D. *de verb. signif.* Proinde hæc verba stipulationis: *Eam rem recte restitui*, fructus continere minime ambiguum est: *l.* 73. D. *de verb. signif.* Et qui rem restitui jubet, etiam de fructibus condemnationem facere debet: *l.* 35. §. 1. *D. de rei vindicat.* Sed & cum verbum *restituas* in lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum sit, tamen etiam sunt restituendi; *l.* 173. §. 1. D. *de verb. signif.* Ex quo efficit Paullus in Paullianam actionem fructus venire, propterea quod verbum *restituat*, quo prætor in eam rem usus est, plenam habet significationem, ut etiam fructus restituantur: *l.* 38. §. 4. *D. de usur. l.* 1. *D. quæ in fraud. creditor.* Inde adeo quum prætor jubet, uti opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet, quum verbo resti-

tu-

tutionis omnis utilitas actoris contineatur: *l.* 81. D. *de verb. signif.* Simili modo quum dejectum ab usufructu in eamdem caussam prætor restitui jubet, sic interpretamur, in qua futurus esset, si dejectus non esset, ut si tempore interim finitus ususfructus fuerit, nihilominus cogatur restituere, id est, usumfructum iterum constituere: *l.* 9. §. *ult.* D. *de vi & vi armat.* Aut si posteaquam dejectus est, capite minutus vel mortuus fructuarius fuerit, præterita caussa, præteritumque damnum sarciatur: *l.* 3. §. 17. D. *eod. tit.*

Restituere, in integrum, vel in pristinum statum reducere & reponere. Sic in interdicto, ne quid in loco publico, quo prætor jubet, quod in loco publico factum erit, *restitui*, restituere in pristinum statum reducere est, quod fit, sive quis tollat, quod factum est, sive reponat id, quod sublatum est, *l.* 2. §. 35. & 43. *D. ne quid in loc. publ.* Nec non *restituere* in integrum, est in priorem statum reponere lapsos, captos fraudatosque vel per imbecillitatem ætatis, vel per absentiam, vel per metum aut calliditatem adversarii, vel per status mutationem, *l.* 1. D. *de in integr. restit.* Sic *restitui* actio dicitur peremta, *l.* 27. D. *de fidejuss.* *Restitui* in bona paterna: *l.* 15. §. *ult.* D. *locati.* In integrum etiam restitui dicuntur caussæ, de quibus ex integro cognoscitur, *l.* 3. §. 9. *l.* 7. D. *de jur. fisc.* *l.* 33. & 35. D. *de re judicat.* *Restitui* in pristinam caussam: *l.* 8. §. 4. D. *de precar.* *Restitui* caussæ & actiones, *l.* 23. §. *ult.* D. *de jur. fisci.* pro resumtione instantiæ amissæ, vel, ut vulgo loquuntur, restitutione instantiæ, quæ legitimis transactis temporibus periit. *Restitui* in integrum dicuntur etiam damnati, *l.* 75. D. *ad SC. Trebellian.* qui in bona, dignitates & civitatem restituuntur, *rubr.* D. & *C. de sent. pass.* & *restit.* In integrum restitui publico judicio damnatus: *l.* 24. *ad leg. jul. de adulter.* In integrum restitui ab imperatore dicitur, qui deportatus fuerat: *l.* 75. D. *ad SC. Trebell.* *l.* 11. *C. de sent. pass.*

Restitui in dominium: *l.* 24. §. 5. *D. de fideicommiss. libert.* *Restitui* obligatio in pristinum statum: *l.* 9. §. 7. D. *de fideicommiss. libert.*

Restituere ædes: *l.* 10. §. 1. *D. quib. mod. usus vel ususfr. amitt.* insulam: *l. ult.* D. *de pignor.* opus; *l.* 11. & 12. D. *de aqua & aqu. pluv.*

Restituere in integrum dicuntur tutores, qui petunt pupillum suum in integrum restitui: *l.* 35. §. 1. D. *de aur. argent. legat.*

Restituere tutelam curationemque, pro tutelæ & curationis gestæ administrationis rationes reddere, *l.* 32. D. *de minor.* *l.* 7. §. *ult.* D. *de administr. & peric. tut.* *l.* 8. *C. de suspect. tut.* *l.* 2. §. *ult.* D. *de alim. & cibar. legat.* Hoc sensu etiam Papinianus *restitui* tutelam & restitutionem tutelæ accipit, in *l.* 1. §. *ult.* D. *de usur.*

Restituere, præstare, *l. un.* *C. de suffrag.* *l.* 8. *in fin.* *C. de action. emt.* *l.* 6. *C. unde vi.* *l.* 82. §. 2. D. *de verb. oblig.* Sic *restituere* dominium: *l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod.* hereditatem; Ulpian. *tit.* 22. *regul.* §. 5. libertatem: *l.* 67. D. *de judic.*

Restituere, tradere, *l.* 12. *C. de action. emt.* *l.* 13. & 18. D. *eod. tit.* *l.* 14. §. *ult.* *D. de serv. corrupt.* Est tamen aliquando *restituere* minus quam *tradere*: nam procurator, qui restituit, etiam tradere debet, *l.* 8. §. *ult. vers. sed etsi restituas D. mandati.* & vicissim

cissim *restituere* plus est, quam exhibere; *l.* 12. D. *de verb. signif.* Cujac. in Paull. *ad l.* 8. *de alienat. judic. mut. causs.*

RESTITUTIO ædificii, *l.* 7. D. *ex quib. causs. pign.* dignitatis: *l.* 3. D. *de sent. pass.* domus: *l.* 1. D. *in quib. causs. pign.* tutelæ: *l.* 1. §. *ult.* D. *de usur.* Vid. *restituere* tutelam.

Restitutio integri, ut Paul. 1. *Sent.* 7. definit, est redintegrandæ rei vel caussæ actio: id est, ut exponit Isidorus *lib.* 5. *etymol.* cum res redintegratur, quæ vi ablata atque extorta est: caussa vero, quæ expleta non est, quod est, restitutione in integrum non tantum rem perfectam, ut pote datam redintegrari, sed etiam imperfectam, id est, caussam, ut si promissa res sit, non data, *l.* 9. §. 3. D. *quod met. causs.* Vel sic: Restitutio integri est actio restitutoria, sive rescissoria, qua res nobis certa, vel jus vel quælibet alia caussa redintegratur. Integri autem restitutio (ut idem Paullus ait,) plus quam semel decernenda non est, ideoque caussa cognita, & præsente adversario decernitur. Hæc item in rem competit, aut in personam. In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur: in personam, ut quadrupli pœna intra annum, vel simpli post annum peti potest. *Restitutionis* effectus, ratione rei, caussæ, modi, accessionum, & similium, major est quam exhibitionis: & plenior est restitutio in integrum quam exhibendum actio, *l. fin.* D. *de verb. signif.* Nam exhibere est præsentiam corporis præbere, hoc est, inspiciendi tangendique copiam facere: Restituere vero est etiam possessorem facere, non solum videndi tangendique, verum etiam abducendi, habendi & possidendi facultatem præstare, *l.* 35. & 75. D. *de verb. signif.* fructusque, id est, omne emolumentum & commodum, quod ex re restituenda superest, *l.* 12. & 14. §. 7. D. *quod met. causs. l.* 24. §. 4. D. *de minorib. l.* 23. §. 2. *l.* 28. §. *fin.* D. *ex quib. causs. major. l.* 3. §. 4. & *seq.* D. *de alien. judic. mut. causs. l.* 17. §. 1. *l.* 20. & 33. D. *de rei vind.* Pleraque alia quoque restitutionis verbo continentur, puta, ut caveatur rem deteriorem factam non esse: *l.* 9. §. 7. D. *quod met. causs.* dolum malum abesse, *l.* 18. 19. & 45. D. *de rei vindicat.* ut lucrum ex re vel occasione rei acceptum una restituatur: *l.* 52. D. *eod. tit.* ut usucapiendi caussa reddatur, *d. l.* 18. 37. & 75. D. *de verb. signif. l.* 4. *in fin. D. de alien. jud. mut. causs.* ut deterioratio resarciatur, *l.* 13. D. *de rei vindic. l.* 3. §. 1. D. *commod.* omnisque caussa reddatur. Ita interpretanda *l.* 22. D. *de verb. signif.* Nam quod Brech. *ibid.* exponit, quasi dixisset Jurisconsultus restituere, significare etiam reddere, & reddere esse veluti similem efficere, & restituere domum pro reficere & reparare: & natalibus & pristinæ integritati restituere: Hæc Bræchei interpretatio displicet, cum a scopo ICti sit plane aliena. Non enim quod in universum pro diversa re possit significare verbum restituere statuebat JCtus in *d. l.* 22. sed quomodo differret ab exhibitione: ut constaret, quam multa alia reddi ab eo oporteret, qui restitui condemnatus esset, quam qui tantum exhiberi: Gœdd. *ad d. l.* 22. *n.* 2.

Restitutio natalium. Vid. supra voc. *natales.*

Restitutio principis, quæ ab exilio dicitur, duplex est; generalis & specialis. Hæc cum in infinitum concepta est, veluti in integrum te restituo, plenissima &

& latiſſima eſt, id eſt, jura omnia complectitur, *l.* 1. *l. fin.* §. *fin.* C. *de ſentent. paſſ. l.* 1. D. *eod. tit.* & ideo patriam poteſtatem, jus adgnationis, aliaque generis ejuſdem reſtituit. Cum autem finita eſt, id eſt, jura quædam nominatim continet, ultra non valet, ut in ſpecie, *l.* 2. *C. eod. tit. l.* 2. D. *eod.* Generalis vero reſtitutio dicitur, quæ veniam dumtaxat & reditum in patriam indulget: itaque neque bona in fiſcum redacta reſtituit, *l.* 4. *C. de bon. damnat.* neque ullas actiones, ſive pro illo, ſive contra illum conceptæ ſunt, *l.* 4. *&* 5. *C. de ſent. paſſ.* Reſtitutio autem principis velut poſtliminium eſt, *l.* 2. *C. Theod. de repud.* Eſt autem aliqua differentia: nam patre captivo, filius teſtamentum facere non poteſt, propter ſuſpenſi juris conſtitutionem: patre deportato de rebus poſtea quæſitis teſtamentum filius facere poteſt: nec reſtituto patre, licet filius in ejus poteſtatem revertatur irritum teſtamentum fit, *l. fin.* C. *de ſent. paſſ.* nam ſine capitis minutionis ipſo jure in poteſtatem revertitur: ſpes poſtliminii omnia ſuſpendit: ſpes reſtitutionis nihil ſuſpendit: Juris gentium ſive poſtliminii ſpes certior eſt quam juris civilis: Et ideirco receptum etiam eſt, ut captivus partem faciat; deportatus non item, *l.* 1. §. *ſi ex trib. &* §. *ult. D. de bon. poſſeſſ. contra tab. l.* 4. §. 2. *D. de bon. libertor.*

Reſtitutionem facere, id eſt reſtituere: *l.* 1. §. 13. *l.* 6. §. 3. *l.* 65. §. 4. D. *ad SC. Trebell.* in aliquem: *l.* 63. *D. eod. tit.*

RESTITUTORIA actio, quæ in veterem debitorem reſtituitur, muliere, quæ pro eo obligationem ſuſceperat, nexu obligationis liberata, *l.* 8. §. 9. *&* 12. *D. ad SC. Velleian. l.* 8. *C. eod. tit. l.* 3. §. 1. D. *de eo per quem fact. erit.*

Reſtitutoria interdicta adpellantur, quibus prætor reſtitui aliquid jubet, *l.* 1. §. 1. *D. de interdict.* §. 1. *Inſt. eod. tit. l.* 1. *D. de aqua quotid. & æſtiv. l.* 21. §. 1. D. *de oper. nov. nunciat.* Qualia ſunt, quorum bonorum, quod legatorum, unde vi, *l.* 1. §. 1. D. *quor. bonor. l.* 1. D. *quod legator.* Et illud quod de via publica proponitur, *l.* 2. §. 35. *&* 36. D. *ne quid in loc. publ.* & de precario: *l.* 2. §. 1. *D. de precar.* & poſterius interdictum de cloacis, *l.* 1. §. 1. *&* §. *ult.* D. *de cloac. l.* 1. D. *quod vi aut clam.* Item illud, quod proponitur in *l.* 1. §. 19. *&* 20. *D. de fluminib.*

Reſtitutorium judicium accipere: *l.* 46. §. 3. D. *de procurat.* Unde *reſtitutorium* pro judicio reſtitutorio & cognitione prætoria de reſtitutione facienda, *l.* 7. D. *quod falſ. tut. auct. l.* 39. *D. de eviction.* & *reſtitutorio* agere, *l.* 7. §. 3. *D. quod falſ. tut. auctor.*

RESTRUERE, reædificare, de novo ædificare, *l.* 1. *pr. D. de jur. fiſc.* domum reſtructam habet Haloander. Vid. Bynkersh. *obſerv. lib.* 8. *cap.* 25. Hein.

RESULTARE eſt denegare ſe, & ſubtrahere ſe conditioni alicui, *l.* 89. *&* 181. *C. Th. de decurion.*

RESUMERE conditionem: *l.* 101. §. *ult. D. de condit. & demonſtrat.* uſumfructum amiſſum: *l.* 3. §. 2. D. *quib. mod. uſusfr.*

RESUPINA exiſtimatio: *l.* 4. *D. quod vi aut clam.*

RESUSCITARI dicitur legatum, quod alicui periit, *l.* 27. D. *de adimend. legat.* itemque obligationes, *l.* 29. §. *ult.* D. *de jur. fiſc.* & ſecundæ tabulæ: *l.* 38. §. 1. *D. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.*

RETENTARE ſimpliciter,

item penes vel apud se quid *retentare*, pro simplici retinere, *l.* 12. *C. Th. de annon. l.* 19. *C. Theod. de hon. proscript. l. un.* C. *Theod. de aur. pub. prosequut. l.* 7. *C. Theod. de cohortal. l.* 22. 30. *C. Theod. de curs. publ. l.* 8. *C. Th. de murileg.*

Retentare, eligere. Idoneos faciat tutores retentari, *l.* 3. *C. Th. de tutorib.*

Retentare, tenere, adstringere. Occultatores ad pœnam volumus retentari, *l.* 14. *in fin. C. Theod. de desertor.*

Retentare, prohibere, interdicere. Ceteris ab hac licentia retentatis: *l.* 21. *C. Theod. de petition.*

RETENTATOR, qui res alterius aut vi, aut clam, aut dolo retinet, *l. ult. C. Theod. de tempor. curs. l.* 3. *C. Theod. unde vi. l.* 8. *C. Theod. de censitor. l.* 1. *C. Theod. qui bon. ex l. jul.* Consule Sirmondum *ad Ennod. pag.* 5.

RETIA apraria: *l.* 22. D. *de instr. vel instrum. legat.* piscatorum: *l.* 29. §. 3. *D. ad Leg. Aquill.*

RETICULUM, pro fascia. Ita enim hoc verbum explicat, eosque qui *resticulum*, vel etiam in margine Pacianæ editionis notatum est, rescribunt, ad resticulum abire jubet elegantissimus Bynkersh. *lib.* 5. *observ. cap.* 17. *Hein.* Amphora ex reticulo suspensa: *l.* 5. §. 12. D. *de his, qui effud. vel dejec.* Plin. *lib.* 31. *Hist. nat. cap.* 6. Demissæ, inquit, reticulis in mari concavæ e cera pilæ. *Reticula*, in *l.* 10. *D. de aur. arg. legat.* vel reticuli, ut Paull. *lib.* 3. *Sentent. tit.* 4. §. 84. quæ vulgo *scofia* dicuntur, quæ in formam retis facta, ad capillos continendos, capiti aptantur. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Et quod capillum retineret, ait, a rete reticulum. Lexicon. B. Germani reticulum vertit γύργαθον, κροκύφαντον. Et plane *crocufantia* reticulis junguntur in *d. l.* 10. Γύργαθον vero πλέγμα esse, Julius Pollux *lib.* 7. *Onomast. cap.* 33. *segm.* 176. & *lib.* 10. *cap.* 35. *segm.* 158. docet. Isidor. *lib.* 20. *etymol. cap.* 30. Reticulum, ait, est, quod colligit comas: dictum ab eo, quod retinet crines, ne effundantur. Lamprid. *in Alexand. c.* 41. Matronas autem regias contentas esse uno reticulo atque inauribus. Utitur & hoc verbo in hanc sententiam Jul. Capitolin. in *Maximino juniore cap.* 1. Add. Bynkersh. loco supra laudato, & quem ibi advocat Cl. Salmas. *observ. ad jus Attic. & Rom. cap.* 5. *p.* 61. Idem Bynkersh. *lib.* 4. *observ. cap.* 23. pro pediculis in *l.* 32. *pr. D. de aur. argent. legat.* legit *reticulis*, idemque mulierum ornamentum intelligit.

RETICULUS, est sepimentum cancellatum. *Reticuli* circa columnas: *l.* 16. §. 4. D. *de action. emt.* Reticulatum opus apud Vitruvium *lib.* 2. *cap.* 8. & Plin. *lib.* 36. *cap.* 22.

RETENTIONEM facere vel habere propter impensas, *l.* 14. D. *de donation. l.* 15. *de furt. l.* 30. D. *de action. emt. l.* 53. §. *ult. D. de furt.* Retentionem habere, non petitionem: *l.* 29. §. 2. D. *de hered. petit.*

RETINERE per exceptionem: *l.* 14. §. 1. D. *communi divid. & l.* 16. D. *ad Leg. Falcid.*

Retinere hereditatem dicuntur cui, qui se non abstinent, *l.* 6. D. *de reb. auctor. judic. possid.*

Retinere impensas, id est, per retentionem servare: *l.* 50. D. *de hered. petit.*

Retinere in potestatem, *l.* 3. *D. de conjungend. cum emancipat. liberis ejus.* vel frequentius, retinere

gere in potestate, *l.* 25. *l. ult.* D. *de legat. præst.*

, *Retinere* voluntatem; *l.* 16. §. *ult.* D. *de his, quæ ut indign.*

Retinere pro memoria tenere. *Retineo* me dixisse: *l.* 92. D. *de condit. & demonstrat.*

Retinere, abstinere, prohibere. Sic retinendus, ut *l.* 4. §. 8. *D. de re militari*, nisi forte *alioquin* pro *quin* ibi positum sit.

Retinendi verbum aliquando etiam repetendi & recuperandi facultatem continet, ut in *l. ult. C. de reb. credit.* §. 11. *Instit. de hered. quæ ab intestat.* Vid. Em. Merill. *decis.* 45. *in fin.*

RETORQUERE crimina: *l.* 14. §. *6. D. de bon. libertor.*

RETRACTARE interdum est, Festo quoque teste, iterum tractare, *l.* 31. *in fin.* D. *de jurejur. l.* 10. §. 1. D. *ad SC. Turpill. l.* 32. §. 14. D. *de recept. arbitr. l.* 29. D. *de jur. fisc. l.* 4. *C. de episcopal. audient. l.* 3. *C. de canon. largit. l.* 13. §. *ult. D. de divers. tempor.* Cicero *lib.* 2. *de natur. Deor. cap.* 28. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinent, retractarent, & tamquam relegerent, hic dicti sunt religiosi. Idem ad Attic. *lib.* 8. *epist.* 9. Augemus crimen dolorem retractando. Sic quoque Tertullian. *in Apologet. cap.* 38. Caussas, quæ hoc exegerint, retractemus; & alibi sæpe. Sic *retractari* dicitur quod actum est: *l.* 39. §. *ult.* D. *de procurat.* caussa: *l.* 31. D. *de jurejur. junct. l.* 45. §. 8. D. *de jur. fisc.* collusio: *l.* 2. D. *de collus. deteg.* contractus: *l.* 4. C. *de usucap. pro emtor.* dispositio: *l.* 11. C. *de proxim. sacr. scrin.* donatio: *l.* 1. *C. de revoc. donat.* facta: *l.* 2. *C. de his, quæ ut indign.* memoria: *l.* 2. *pr.* D. *ne de stat. defunct.* res judicata: *l.* 2. *C. quand. provoc. non est. necess.* sententia: *l.* 1. *C. de sent. rescind.* de sententia: *l.* 23. §. *ult. D. de liberal. causs.* status: *l.* 1. *C. ne de stat. defunctor. l.* 1. *D. eod. tit.* venditio: *l.* 6. *C. de restitution.*

RETRACTATIO erroris: *l.* 8. *D. de administr. rer. ad civit. pertin.* Retractationis quæstio: *l.* 1. §. 1. D. *ne de stat. defunct. l.* 35. *C. de adpellation.*

RETRAHERE ablata: *l.* 1. *C. vi bonor. raptor.* agros: *l. ult.* §. 1. D. *de administr. rer. ad civ. pert.* possessionem: *l.* 2. *C. si quis pign.* Retrahi in vetera jura: *l.* 2. *C. de fund. & saltib. rei domin.* in servitutem: *l.* 24. D. *qui & a quib.*

RETRO, pro contra, ex diverso, rursus, *l.* 60. D. *de condit. & demonstr. l.* 4. *D. de oper. servor. l.* 67. *D. de solution. l.* 41. §. 2. *D. de adquir. possess. l.* 9. §. *ult.* D. *de except. rei judic. l.* 34. §. *ult. D. mandat. l.* 22. §. 2. D. *de fidejussor. l.* 3. *D. de interd.* Retro adcrevisse: *l.* 17. §. *ult. l.* 35. *D. ad leg. Aquill.* adquiri. *l. ult.* D. *commun. prædior.* agere: Quinctil. *lib.* 11. *cap.* 3. Plin. *lib.* 36. *hist. nat. cap.* 5. Si quis quum familiam ad annum usque retro agat. Senec. *lib.* 1. *de ira cap.* 16. iram sæpe misericordia retro egit, id est, ut Lipsius interpretatus est, mutare fecit propositum. *Retro* agere venditionem: *l.* 1. C. *quand. lic. ab. emt.* donationem: *l.* 11. §. 1. D. *de donat. int. vir. & ux. Retro* competit libertas: *l.* 3. *D. de manumiss. vind.* computari: *l.* 1. §. 40. D. *de vi & vi armat.* creditur: *l.* 44. *D. de legat.* 1. creditur fuisse: *l.* 26. D. *de pæn.* dare, id est, reddere: *l.* 67. D. *de solutionib.* duci: *l.* 20. §. 5. D. *de servit. prædior. urb.* fuisse: *l.* 25. §. 1. & 9. D. *de usufruct.* nostrum est: *l.* 1. §. 6. D. *si quid in fraud. patron.* redire: *l.* 38. D.

D. *de adquir. rer. domin.* recurrere: *l.* 16. §. 1. D. *de pignor.* restituere: *l.* 6. D. *de fideicommiss. libert.* solvi: *l.* 80. D. *de solution.* videt: *l.* 35. D. *ad leg. Aquil.*

Retro, pro ante vel quondam. Sic: *Retro* fructuarius: *l.* 25. §. 1. *D. de usufruct. & quemadm. quis utat.* eadem ratione dicitur, qui quondam dominus, *l.* 1. §. 10. D. *si quadrup. paup. fec.* Retro liber: *l.* 7. D. *de manumiss. testam.* Retro principes: *l.* 2. C. *quib. ad libert. proclam.* Retro principum statuta: *l.* 11. *C. de jur. & fact. ignor. & l.* 168. C. *Th. de decurion.*

RETRORSUM computare: *l.* 1. §. 3. D. *de itin. actuq. priv.* egredi: *l.* 2. §. 3. *D. de privat. delict.* se referre: *l.* 18. §. 1. D. *de constit. pecun.*

RETRORSUS reducere: *l.* 32. §. 1. D. *de pecul.*

REVEHERE est, quod ante vectum fuit, iterum vehere, *l.* 5. *C. de vectigal. & commiss.*

REVELARE, quod ante tectum fuit, retegere, aperire, palam fieri: *l. un. C. de his, qui se defer.*

REVENIRE fundum, *l.* 5. D. *de lege commissor.* id est, revendere, ut in *l.* 22. § 1. D. *de oper. libert.*

Revenire, redire, *Collat. leg. Mos. & Rom. tit.* 12. §. 7. *in fin.*

REVERENTIA, honor, qui tam verbis, quam factis alicui personæ vel rei habetur. Sic reverentiæ debitæ munus: *l.* 5. *C. de obseq. patron.* Reverentia honoris: *l.* 28. §. *ult.* D. *de pæn.* quæ maritis exhibenda: *l.* 14. D. *solut. matrim.* paterna: *l.* 50. D. *ad SC. Trebell.* patroni: *l.* 45. §. *ult. D. de rit. nuptiar.* pontificalis: *rubr. C. de episcop. audient.* Cum reverentia sui imaginem principis deponere: *l.* 16. *C. de oper. publ.* quæ est *l.* 44. *C. Th. eod. tit.*

Reverentia vera divinaque, pro religione: *l.* 56. *C. Theod. de hæret.* Reverentia religionis: *l.* 32. C. *Theod. de episcop.* Sic & cultus divinæ reverentiæ, pro clericatu: *l.* 29. C. *Th. de decur.*

REVERTI emtor ad venditorem dicitur, id est, regressum habere, in *l.* 6. §. 3. *& l.* 7. D. *de action. emt. l.* 8. *C. de evict. l.* 3. *D. eod. tit.* Sic etiam *reverti* ad auctorem suum dicitur, in *l.* 15. D. *de minor. l.* 2. §. *ult. D. de eviction.*

REVINCERE, pro convincere. Si in mendacio revincatur: *l.* 3. §. 15. D. *de suspect. tut. & curat.* Certius se esse revincendum: *l.* 11. *pr. C. Theod. de adpellat.*

REVOCARE domum, id significat, quod vulgo dicimus petere se remitti domum, *l.* 1. §. 3. 5. *&* 6. D. *de judiciis. l.* 28. §. 4. D. *ex quib. causs. major.* Simili significatu dicitur, quis *revocare* forum: *l.* 7. D. *de judic.* in provinciam: *l.* 7. §. *penult.* D. *de accusation.*

Revocare, resuscitare. *Revocari* actio, *l.* 65. §. 1. D. *de legat.* 2. Revocatur crimen: *l.* 1. *C. de admonition.*

Revocare, repetere, retractare. Revocare alienationem: *l.* 1. §. 1. D. *si quid in fraud. creditor.* dominium: *l.* 3. *C. de reb. alien. non alien.* quod frustra gestum est: *l.* 2. *C. si propt. publ. pensit.* liberalitates: *l.* 2. §. *ult.* D. *de operib. publ.* libertatem præstitam: *l.* 3. *C. de jur. dot.* ad suum judicem litem: *l.* 49. D. *de judic.* negotia: *l. ult. de error. advocat.* partem Falcidiæ: *l.* 1. §. 12. D. *si cui plus, quam per leg. Falcid.* pœnam: *l.* 15. *C. de pæn.* precarium: *l.* 2. §. 2. *& l.* 8. §. 2. D. *de precar.* quæstionem: *l.* 7. §. 4. D. *de except. rei judicat.* in judicium eandem quæstionem: *l.* 19.

19. D. *eod. tit.* ſententiam: *l.* 1. §. *ult.* D. *de adminiſtr. & peric. tut.* venditionem, id eſt reſcindere, *l.* 1. C. *ſi propt. publ. penſit. l. ult. C. ſi adverſ. vendition.* in matrimonium: *l.* 17. *C. ad leg. jul. de adulter.*

Revocari ad portionem: *l.* 14. *D. quæ in fraud. credit.* ad rationem uſurarum; *l.* 3. *D. de fidejuſſor.* ad ſervitutem: *l.* 30. *D. de jur. fiſc.* Revocatus ſervus, qui in metallum damnatus erat, *l.* 46. *D. de manumiſſ. teſtam.*

REVOCATORIA, diploma principis ſignificat, quo abſentem ad ſe revocat, *l. ult.* C. *de dignitat. l.* 3. *C. de ſilentiar.* Juſtinian. *Novell. VIII. cap.* 13. *extrem.* Ὀυδὲ γὰρ δίδομεν ἀυτοῖς ἄδειαν, πρὶν τὸν νενομισμένον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν πληρώσωσι χρόνον, τῶν ἐπαρχιῶν ὧν ἦρξαν ἀναχωρεῖν, ἢ κατὰ πρόφασιν *revocatoriæ*, ἤτοι ἀνακλήσεως. i. e. Non enim facultatem illis concedimus, antequam legitimum quinquaginta dierum tempus impletum ſit, ex provinciis, quibus præfuerunt, vel prætextu revocatoriæ diſcedere.

Revocatoria actio, Pauliana, Faviana, Calviſiana. Vide ſuis locis.

REVOLVERE, retrotrahere, *l. un. C. Theod. de præpoſ. ſacr. cubic.*

Revolvi, id eſt, in ſe volvi. Dies ſolis, qui repetito in ſe calculo revolvuntur: *l.* 2. *C. Th. de feriis. l.* 7. C. *Juſt. eod. tit.*

Revolvi, degradari, rejici. In inferiorem locum, vel ad ordinem inferiorem revolvi: *l.* 2. *C. Th. de comment. l.* 10. *in fin. C. Th. de re milit.*

Revolvi damnum ad venditorem: *l.* 18. §. 9. D. *de damn. infect.*

REUS dicitur is, cum quo agitur, *l.* 3. *princ. D. de jurejur.* Sed *reos* olim adpellatos non eos modo, qui arguebantur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur, Cicero *lib.* 2. *de oratore cap.* 43. & 69. tradit. Ælius etiam Gallus, apud Feſtum *lib.* 16. *lib. de ſignificatione verborum, ad jus pertinentium*, reum definit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſive is agat, ſive cum eo agatur. Quibus conſequens eſt, utrumque ex litigatoribus reum dici. Feſtus *lib.* 3. Conteſtari, ait, eſt quum uterque *reus* dicit, teſtes eſtote. Hæc ille. Vulgo tamen, qui petit & agit, *actor*: qui convenitur *reus* adpellatur. Veteres eum *unde petitur* vocabant. Cicero *lib.* 1. *de orator. cap.* 37. Nonne nobis in tribunali Q. Pompeii ſedentibus poſtulabam, ut illi unde peteretur, vetus atque uſitata exceptio daretur, cujus pecuniæ dies fuiſſet? Idem *lib.* 7. *epiſt.* 2. Ego omnibus unde petitur hoc conſilii dederim, ut a ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent. Et *in orat. pro Murena.* Sed & in *Lege Manilia p.* 340. edit. Gœſ. Et ſi is, ait, unde pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve bonis ejus primo quoque die exigito.

Rei quoque adpellantur, qui inter ſe aliquod negotium contrahunt: *l.* 5. *pr.* D. *de verb. oblig.* Unde *rei* nomine tam ſtipulator, quam promiſſor; tam creditor, quam debitor continetur. Inde *reus* dicitur conſtitutus, qui ſe obligavit, *l.* 14. §. 6. *D. quod met. cauſſ.* Et reus factus, qui ſe obligavit, *l.* 1. §. 8. D. *quar. rer. actio. Rei* plane verbo plerumque debitor ſignificatur, *l.* 2. §. 3. *D. de fidejuſſor. l.* 45. §. 11. D. *de jur. fiſci.* Vetus Gloſſarium Græcum vertit ὁ ἐναγόμενος. Sic & *reus* pro debitore, in *l.* 38. §. 2. *l.* 41. *D. de verb. obligat.* Sed differentiæ cauſſa, qui ſtipulatur, *reus ſtipulandi*: qui ſpondet,

det, *reus promittendi* dicitur, *l.* 1. *& tot. Tit.* D. *de duob. reis. l.* 135. §. *penult. D. de regul. jur. l.* 50. §. *ult. l.* 51. §. 2. & *passim. D. de fidejussorib.* Sicuti qui credit, *reus credendi*, qui accipit, *reus debendi : l. 6.* D. *de adim. legat.* qui satisdat, *reus satisdandi : l.* 34. §. 8. *D. de solution.* qui satis accipit, *reus satis accipiendi* adpellatur, *l.* 34. §. 8. D. *eod. tit.* Solent itaque his nominibus distingui reus stipulandi & promittendi. De *reo* stipulandi agit, *l.* 54. D. *ad leg. Aquill. l.* 77. §. *6. l.* 81. *D. de legat.* 2. *l.* 5. *D. de fidejussor.* Unde in veteri Glossario Græco: ἐπερωτώντων δύο ἢ πλειόνων τινὶ δώσειν ἢ ἠδίως ϗ ἰδίως ἕκαςος τῶ αὐτῶ ποσόν. & ἐπερωτώντων δύο ἢ πλειόνων, τινὶ δὲ δώσειν αὐτοῖς ἅμα ἢ ἐχ ἅμα τὸ χρέος. Decem ejusdem rei stipulandi, memorantur in *l.* 11. §. 21. D. *de legat.* 3. Duo rei stipulandi *tit.* D. *de duob. reis. l.* 128. D. *de verb. oblig. Reus promittendi : l.* 115. *&* 121. §. 2. & *l.* 124. D. *de verb. oblig.* Vetus Glossar. Græcum : ἐπαγγελλομένων δύο ἢ ϗ πλειόνων τινὶ δώσειν ἢ ἰδίως ϗ ἰδίως ἕκαςος τὸ αὐτὸ ποτόν, ἢ ἅμα τὸ αὐτὸ ποσόν. Duo *rei promittendi*, *l.* 3. §. 3. *D. de liberat. legat.* Et uti *duo rei* fiant, explicant *l.* 4. *&* 5. *D. de duob. reis stipul.*

Nec tantum in stipulatione, sed & aliis contractibus duo rei fieri possunt, veluti si apud duos eadem res deponatur, duobusve res locetur, commodetur. Itaque duo *rei* constitui possunt testamento, ut & stipulando, *l.* 16. D. *de legat.* 2. Duo *rei debendi* id est, duo ejusdem rei debitores, *l. 6.* D. *de adim. legat.* Reus dotis : *l.* 22. §. 2. *solut. matrim.*

Rei locationis : *l.* 13. §. 2. *D. mandati. Reum* locupletem offerre: *l. ult.* §. *ult.* D. *de reb. credit.* dare : *l.* 67. §. *ult. D. de verb. obligat.* Liv. *lib.* 9. Rei satis locupletes in id, quod præstari possit. *Reus* pactionis pro libertate datus : *l.* 7. §. 8. D. *de dol. mal.* Ejusdem pecuniæ *rei*, qui eamdem promiserunt, *l.* 21. §. 4. D. *de fidejussor.* Reus satisdandi, *rei* satis accipiendi : *l.* 34. §. 8. D. *de solution. & liberation.*

Reus pro fidejussore, *l.* 104. D. *de verb. oblig.* & *reum* dare : *l.* 112. *D. eod. tit. Reis* cavere, id est, per fidejussores, *l.* 1. §. 9. *D. de collat. bonor.* & sæpe alias.

Reus interdum expromissorem significat, id est, eum, qui alienam in se obligationem vel novatione, vel delegatione suscipit, *l.* 1. *D. ad SC. Velleian. l.* 1. §. 8. D. *quar. rer. actio non dat.* & passim.

In sacris *reus* vocabatur qui se numinibus suscepto voto obligarat. *Damnatus* vero, qui promisso voto, non solvebat, ut Macrob. *lib.* 3. *Saturnal. cap.* 2. ostendit. Virgil. *Æneid.* 5. *v.* 236. Vobis lætus ego candentem in littore taurum Constituam ante aras voti reus.

Sed & qui crimine se obligarunt, *rei* vocantur. *Reus* criminis : *l.* 2. C. *de fid. instrument.* culpæ : *l.* 30. §. 3. D. *ad leg. Aquill.* facinoris : *l.* 18. D. *de quæstionib.* falsi : *l.* 27. D. *ad SC. Turpill.* homicidii : *l. ult.* §. 4. D. *de custod. reor.* lege Cornelia : *l.* 32. D. *ad leg. Jul. de adulter.* legis Juliæ : *l. ult.* D. *ad leg. jul. majest.* Hinc

Reus agi dicebatur, qui accusabatur. Valer. Maxim. *lib. 6. cap.* 8. Marcus Antonius avorum nostrorum temporibus clarissimus orator, incesti reus agebatur. Eximi ex *reis* dicitur, absolutione & abolitione sequuta : *l.* 11. §. *ult.* D. *de accusation.* Reum facere, pro accusare, *l.* 2. §. 4. *l.* 6. §. 2.

§. 2. *D. ad leg. jul. de adulter.* *Reum* autem fieri Afconius *II. in Verrem act.* nihil aliud effe, ait, quam apud prætorem legibus interrogari. Quum enim in jus ventum effet, dicebat accufator apud prætorem: ait te Siculos fpoliasfe. Si tacuiffet, lis æftimabatur ut victo. Si negaffet, petebatur a magiftratu dies inquirendorum criminum, & ex eo tempore inter reos relatus & receptus dicebatur. *Reos* habere: *l. 6. §. ult. D. ad leg. jul. de adulter.* peragere: Vid. peragere. *Reum* petere: *l. 7. D. de incend. ruin. naufrag.* Recipi vero & referri inter reos dicitur is, poftquam delatum eft nomen ejus, *l.* 11. §. 2. *l.* 15. §. 7. *l.* 39. §. 2. D. *ad leg. jul. de adulter.* *Reum* repetere. Sueton. *in Domitiano cap. 9.* Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiffent, univerfo difcrimine liberavit, nec repeti, nifi intra annum permifit.

A *reus* eft *reatus*, de quo fupra in *reatus.*

RHAPISMA, alapa, quam manumiffos poftremam infligebat fervo manumittendo. Simon Magifter *de moribus ex Bafilii M. operibus.* Ἐι δȣ̃λος ἀνθρώπων ἦσθα, προεγράφη δὲ δȣ́λοις ἐλευθερία; Ὀυκ ἂν ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντησας, συνηγόρȣς μισθȣ́μενος, ϗ δικαςὰς παρακαλῶν, ὥςε πάση μηχανῆ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι, ἢ λȣ ϗ ῥάπισμα τὴν τελευταῖαν τῶν δȣ́λων πληγὴν ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς κατεδέχȣ. Quid fi fervus hominum exiftas, decreta autem fit fervis libertas? Annon ut propriam adfequaris, occurras, advocatos conducas? judices advocans, ut omnibus machinis in libertatem adferaris, atque alapam, ultimam fervorum plagam pro commutatione reliquorum pofthac fuppliciorum & verberum recipias? Rhapifmatis autem fit mentio in *l. ult. C. de emancip. liber.* Hein.

RHAPSODIA Homeri. Hoc vocabulum in *l.* 52. §. 2. D. *de legat.3*, dum legit Briffon. fequi videtur Antonium Auguftinum *lib.* 4. *Emendation. cap.* 2. qui ex *rhapfodiæ* præpofterum illud *pars hodie*, quemadmodum & in Pifanis legitur, atque ex iis in ceteros libros manavit, natum effe putat; idque verbum adeo fibi poftliminio reftituiffe videtur. Ceterum non tam utrumque corpus Homeri conjunctum, ut defenfor Latinitatis jurifconfultorum voluit, quam vel fingulos & Iliadis & Odyffeæ libros, vel feparatim utrumque corpus, *rhapfodiam* Iliadis, & *rhapfodiam* Odyffeæ dici, oftendit Ducker. *de Latin. veter. Ictorum. pag.* 107. Hein.

RHEDA pro vehiculo, §. 48. *Inft. de rer. divif. l.* 3. *D. de incend. ruin. naufrag. l.* 60. §. 8. D. *locat.* Rhedæ mille librarum onus imponi debet, carro fexcentarum, nec amplius: *l.* 47. *princ.* C. *Th. de curf. publ.*

RHEMNIA lex: *l.* 1. §. 2. *D. ad SC. Turpillian.* Vid. fupra *Remmia.*

RHENI Paullus meminit in *l.* 11. D *de eviction.* his verbis: L. Titius prædia in Germania trans Rhenum emit.

Rhetia. Rhetiarum, vel Rheticus limes: *l.* 15. *&* 18. *C. Th. de extraord.*

RHETORES & Grammatici junguntur, in *l.* 11. C. *Theod. de medic. & profeffor.* Nicoftrati rhetoris meminit, *l.* 27. D. *de donation.*

RHODIA lex, ὁ τῶν Ῥοδίων νόμος, in *l.* 9. *D. ad leg. Rhod. de jactu.* Rhodiæ autem leges nauticæ funt a Rhodiis defcriptæ, quibus ut æquiffimis mare regi Imperatoribus non difplicuit. Quod & Ifidorus *lib.* 5. *cap.* 17. fcribit,

Inde

Inde titulus D. *de lege Rhodia* & apud Paullum *lib. 2. sentent. tit.* 7. Tertullian. *lib. 3. adverſ. Marcion. cap. 6.* Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, ſed Pontica caverat. *Rhodiæ* leges, inquit Gratianus in Decret. Pontif. navalium commerciorum a civitate Rhodo cognominatæ ſunt. Erat enim Civitas Rhodienſis olim & inſulæ opportunitate (ut Gellius *lib. 7. c. 3. Noct. Attic.*) & operum nobilitate & navigandi ſollertia, navalibuſque victoriis celebrata: atque omnibus ornamentis tantopere ceteras civitates ſuperabat, ut nulla legum præſtantia æqualis putaretur, & navalis rei peritia adeo valuit, ut annis multis maris imperio poti retur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit, quod latiſſime Strabo demonſtrat, *lib. 2. cap. 4.* Cum itaque mercatorum mari ſe exercentium in ea inſula numerus eſſet frequentiſſimus, & de re navali in dies lites & jurgia exoriebantur: Rhodiæ leges latæ ſunt, quibus altercationibus de rebus nauticis exortis, & præcipue ſi exonerandæ naves eſſent, provideretur; *c. fin. diſtinct.* 1.

RIDERE, & deridere aliquem vel ſententiam alicujus, pro explodere dicunt Juriſconſulti. Ulpianus *l. 10. §. 1. D. de negot. geſt.* Iſtam ſententiam Celſus eleganter deridet. Sic & deriſus Nerva, *l. 9. D. in quib. cauſſ. pign. vel hypothec.* ad quam Cujacius, *lib. 17. obſerv. cap. 39.* Deriſus eſt, ait, non inſultando, (nec enim ſolent prudentiſſimi juris auctores alii aliis inſultare,) ſed argumentando, dum oppoſita ratione certa, cautioni ejus ceteri adſenſi non ſunt. Add. *ejuſd. recit. ad Codic. de neceſſar. ſerv.*

RIDICÆ, in *l. 11. §. 3. D. quod vi aut clam.* ſunt pedamenta vinearum fiſſilia. Varro *de re ruſt. lib. 1. cap. 8.* Pedamentum item fere quatuor generum: unum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam e quercu ac junipere, & vocatur *ridica.*

RIGARE, pro irrigare. *Rigare* agros: *l. 1. §. 11. D. de aqu. quotid. & æſtiv.*

RIGOR curſus aquæ, rectum profluentis tenorem ſignificat, *l. 1. §. 3. D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 5. D. de flum. ne quid in flum.* Sic *rigor* ſtillicidii rectus ejus fluxus eſt, *l. ult. §. ult D. de ſervit. præd. urban.* At Plinius *lib. 7. epiſt.* 50. rigorem pro frigiditate poſuit.

Sunt & *rigores* in agris, cujus verbi, quia a lexicis abeſt, non alienum erit, interpretationem ſubjicere. Id autem Boethius *lib. 1. Geometr.* ita explicat. *Rigor* eſt, quidquid inter duo ſigna veluti in modum lineæ directum proſpicitur. Fluxuoſum vero eſt, quidquid ſecundum naturam locorum curvatur. Nam quod in agro a menſore operis cauſſa ad finem directum fuerit, *rigor* adpellatur: quidquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea adpellatur. Bini vero rigores ſunt, quando ſingulis ſpatiis intervenientibus tendunt, ut itinere plerumque peragunt. Vid. & Frontin. *de agror. qualitate pag.* 31. Aggen. Urbicus *p.* 52. *Rigor*, ait, ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Sicul. Flaccus *de conditione agror. p.* 13. In aliquibus regionibus, ait, ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, ut rigores durent per longum tractum, incedenteſque in viis aut rivis aut ſubſtructionibus, aut regionibus aliiſque finitionum generibus deficient ſupra dicti rigores.

Rigor per translationem dicitur, atque tenorem ſignificat. *Rigor* juris: *l. 19. D. de appellation.* & alias paſſim.

RI-

Ripam fluminis, Ulpianus definit esse id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens, *l.* 1. D. *de flumin.* Paullus vero in *l. penult. D. eod. tit.* ripam ait, eam dici, quæ plenissimum flumen continet. *Riparum* autem usum publicum esse ait *l.* 5. D. *de rer. divis.* Ripam munire, est aggeribus factis & oppositis aquam coercere, ne excrescens flumen agrum occupet, *l.* 1. §. 6. D. *ne quid in flum. publ. l. un. C. de rip. muniend.* Interdictum de ripa munienda datur ei, qui in flumine publico ripave ejus opus facere vult, ripæ agrive, qui circa ripam est, tuendi caussa. Hoc autem interdictum merito propositum fuit; nam ripas fluminum publicorum reficere & munire, utilissimum est, ne ob id omissum navigatio deterior fiat, ut *l. un.* §. 1. & 2. D. *de rip. muniend.* De interdicto expressum est, ut damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caveatur, vel satisdetur. Dabitur autem statis vicinis. Et in fine dicit textus: Illud notandum est, quod ripæ lacus, fossæ, stagni muniendi caussa prætor cavit, sed idem erit observandum, quod in ripa fluminis munienda.

Ripariensia castra in *l.* 14. *C. de re militari*, in quibus riparienses legiones, quarum Notitia Imperii meminit. Provinciarum quædam partes a ripis fluminum *ripenses* dicebantur, veluti Dacia Ripensis, Noricum Ripense, Pannonia Ripensis. Quæ ergo his tractibus custodiendis invigilabant, legiones Riparienses dictæ. Vid. Cujac. *lib.* 1. *observat. cap.* 25. Hein. *Ripariensium* legionum fit mentio apud Vopiscum *in Aureliano cap.* 38. Inde etiam *Ripuarii* adpellati sunt Germani riparum Rheni accolæ, quibus conscriptæ leges hodieque exstant. *Riparienses* milites memorantur, in *l. ult. C. Theod. de re milit.*

Ripenses, *l.* 7. C. *Th. de tiron. l.* 4. *C. Th. de veteran. Ripensis* militia. *l.* 8. *C. Th. de fil. mil. apparit.*

Riscus, arcula vestiaria, sic interpretatur Brisson. hoc verbum in *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. legat.* Tradit autem Jul. Pollux *lib.* 7. *Onomast. cap.* 19. *segm.* 79. & *lib.* 10. *cap.* 32. *segm.* 137. κιβώτια, ἐν οἷς ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες, ῥίσκον παρὰ τοῖς νεωτέροις λέγεσθαι arculam, in qua vestimenta reponantur, a recentioribus *riscum* adpellari. Donatus vero in *Eunuch. Terent. Act.* 4. *scen.* 6. *v.* 16. nomen id esse Phrygium scribit, eoque significari cistam pelle contectam. At in Lexico B. Germani, *riscus* κιβωτὸς μεγάλη cista magna definitur. Ita enim Cujac. *lib.* 8. *observ. cap.* 1. & Pancirol. *Variar. lect. lib.* 2. *cap.* 99. Hotoman. riscum exponit capsulam, in qua linteola munda mulieres responunt, quibus lotam corporis partem abstergunt: quod *riscus* cum lavatione jungatur in *d. l.* 25. §. 10.

Rite fit, quod ordine & legitime fit. *Rite* contractum matrimonium: *l.* 3. *C. de interd. matrim.* Tertullian. *lib.* 2. *ad uxor. cap.* 3. Et matrimonium, ait, rite contractum allegabimus, quod vetuit ipse? *Rite* contractæ nuptiæ: *l.* 6. *C. eod. tit.* Tertullian. *ibid. cap.* 8. Nam nec in terris filii sine consensu parentum rite & jure nubunt. *Rite* facta obligatio: *l.* 2. *C. de novation.* perfectum obligatione: *l. ult. C. de crimin. stellion.* promissa: *l.* 3. C. *de dot. promiss.* Alias *rite* & *recte* sic differunt. *Rite* sollemnia & ritus respicit: *recte* æquitatem seu caussam. Itaque miles jure militari *recte* testatur, non autem *rite.*

rite. Cujac. *ad l.* 8. §. 2. D. *de bonor. possess. contr. tab.*

PHTON. Quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, id est, dictum a sententia, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit, *l.* 30. *D. de legib.*

RITUS sollemnia significat, *rubr.* D. *de rit. nuptiar.*

Ritus, id est, mores, alias observationes, *cap. contra Christianos* 13. *de hæretic. in* 6. Ritus Græcorum, *c. ult. de baptism. in antiq.*

RIVALES dicuntur, qui per eumdem rivum aquam ducunt, *l.* 1. §. 26. *l.* 3. §. *penult. D. de aqua quotid. & æstiv.* Gell. *lib.* 14. *Noct. Attic. cap.* 1. Quod ei forte de aquæductu cum *rivalibus* contentio esset. Acron. *ad Horat. Art. poet. v.* 444. *rivales*, ait, dicebantur, qui in agris rivum habebant communem, & propter eum sæpe disceptabant.

RIVUS. Eum Festus *lib.* 16. dici ait, non tantum naturali suo impetu fluentem tenuem aquæ fluxum, quomodo Caius rivum fluminis dixit in *l.* 7. §. 4. D. *de adquir. rer. dom.* sed & manu factum, sive super terram in fossa, sive super specu: a Græco ῥέειν. Hoc posteriore significatu *rivus* definitur ab Ulpiano esse locus per longitudinem depressus quo aqua decurrat, *l.* 1. §. 1. *D. de rivis.* Atque ita accipitur in *l.* 2. D. *de extraord. cognit. l.* 12. & 16. D. *quemadmod. servit. amitt. l.* 3. §. *penult. & ult. l.* 5. *in fin.* D. *de aqua quotidian. l.* 13. & 21. §. 1. D. *de servit. præd. rustic. l.*52. §. 12. *D. pro socio.* Vitruv. *lib.* 8. *cap.* 7. Ductus autem aquæ fiunt tribus generibus. *Rivis* per canales structiles, & fistulis plumbeis, aut tubis fictilibus. Nam in rivo collocabantur fistulæ, vel canales, quibus aqua ducebatur, *l.* 3. §. 2. *D. de rivis.* Inde deprimere vel allevare rivum: *l.*12. *D. commun. prædior.* & ducere rivum: *l.* 9. *D. de servitut.* Sic & rivum inducere parietibus: *l.* 61. *D. de usufruct.* Sic Manilius *lib.* 4. *Astronom. v.* 265. Et peregrinantes domibus suspendere rivos. Idem *eod. libro v.* 261. Undas inducere tectis - Ipsaque conversis adspergere fluctibus astra. *Rivi* autem, pro ut convenerat, terreni signini, cæmentitii, lapideive fiebant, ut adparet ex *l.* 1. §. *ult. & l.* 3. §. 1. D. *de rivis.* Item *rivi* quidam erant aperti, quidam tecti & operti, *l.* 1. §. 3. *l. ult.* D. *de rivis. l.* 1. §. 4. *D. ne quid. in flum. publ.* Hos subterraneos Frontinus sæpius adpellat *in lib. de æquaductib.* Rivus privatus: *l.* 6. D. *finium regund.* Rivus a magnitudine discernendus est, aut existimatione circumcolentium, *l.* 1. §. 1. *D. de flumin.*

Interdictum *de rivis* proposuerat Prætor, ut rivos, specus, septa reficere aquæ ducendæ caussa liceat, dumne aliter aqua ducatur, quam uti priore æstate nec vi, nec clam, nec precario ducta est, *l.* 1. *pr. D. de riv.*

RIXA. Cornel. Fronto *de different. voc p.* 2202. *edit.* Putschii. Rixa sine armis est, & habet defensionem. Rixam etiam duorum esse, turbam vero multitudinis hominum & turbationem & cœtum, ait Ulpianus *l.* 4. §. 3. D. *de vi bonor. raptor.*

ROGARE aliquando est interrogare. *Rogare* namque dicitur, qui stipulatur, *l.* 7. §. 12. D. *de pact.* Sic: *rogatur*, id est, interrogatur, *l.* 2. D. *de adoption.* Sic *rogare*, pro utendum petere, *l.* 5. §. 7. & 13. *D. commodati* & apud Plaut. *Aulular. Act.* 2. *scen.* 2. *Rogare* commodatum: *l.* 5. §. 7. & 13. *l.* 22. *D. commodati. Rogare* conductum servum: *l.* 16.

l. 16. D. *de peric.* & *commod rei vend.* emtum : *l.* 41. *D. de contrab. emt.* & apud Plautum : *Captiv. Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 76. fidejussores : *l.* 21. D. *de usur.* mutuam pecuniam : *l.* 9. §. *ult. D. de reb. credit.* precario : *l.* 10. 15. & 21. §. *ult. l.* 36. D. *de adquir. possess.* Rogare testes, id est, interrogare, *l.* 11. D. *de testib. l.* 21. §. 2. *D.*

Rogari quoque lex dicebatur, quoniam magistratu interrogante ferebatur, *l.* 1. *D. ad leg. falcid.* Ulpian. *Regul. tit.* 1. §. 3. Rogatur lex, id est, fertur. Lege rogatum est : *l.* 2. §. 16. *D. de orig. jur.*

Rogari etiam dicebantur sententias senatores, a quibus quid de ea re, quæ ad populum ferebatur, sentirent, exposcebatur. Salluft. *in Catilin. cap.* 1. *n.* 4. Rogari sententiam : *l.* 6. §. *ult.* D. *de decurion.* Adde Brisson. *de formulis II.* 64.

ROGATIO precarii : *l.* 36. D. *de adquir. possess. l.* 33. §. *ult.* D. *de usucap. l.* 11. §. 12. D. *quod vi aut clam.*

Rogatio de legibus dicitur, illiusque verbi significationem plenius explicat Gellius *lib.* 10. *Noct. Att. cap.* 20. Sic rogatio Voconia : Paull. *lib.* 4. *sentent. tit.* 8. §. 22. & in *Collat. Leg. Mosaicar.* & *Rom. tit.* 16. §. 3. *extr.* ita quidem legisse videtur Brisson. quemadmodum & in Paulli *sententiis* legi, in variis lectionibus notavit Schultingius. Eidem tamen magis placuit *Voconia* vel *Voconiana ratio*, quomodo & edidit. Vid. Schulting. *ad jurisprud. vet. antejust. p.* 412. Hein.

ROGATIONES, stativæ supplicationes ecclesiæ per triduum ante Ascensionis festivitatem agendæ pro frugibus terræ. De iis *c. rogationes* 3. *dist.* 3. *de consecr.* ibi : Rogationes, id est, Litanias ascensionem Domini placuit celebrari, ita & præmissum triduanum jejunium in Dominicæ ascensionis solemnitate solvatur. Per quod triduum servi & ancillæ ab opera relaxentur, quo magis plebs universa conveniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur. Est & *c. pronunciandum* 1. *dist.* 3. *de consecr.*

ROGATU, liberti, servi, *l.* 1. §. 8. D. *quar. rer. act. non det. l.* 12. §. 9. *D. mand.* i. e, precibus, petitione.

ROMA. Ejus adpellatione continentibus ædificiis finitur : *l.* 2. D. *de verb. signif.* Itaque ædificia Romæ fieri ea videntur, quæ in continentibus ædificiis fiunt : *l.* 119. D. *eod. tit.* & qui in continentibus ædificiis nati sunt, Romæ nati intelliguntur : *l.* 45. §. 3. *D. de excusat.* Et penu, quæ Romæ sit legata, non ea tantum, quæ intra murum, sed & quæ inintra continentia sit, debetur, *l.* 4. §. 4. D. *de pen. legat.* Et sic quoque Romæ dati tutores intelliguntur : *l.* 45. §. 3. *D. de excusat.*

Roma communis patria est : *l.* 33. *D. ad municipal.* Eadem omnium patria dicitur : *l.* 19. *D. de interdict.* & *relegat.* Seneca *in consolat.* ad Helvium *cap.* 6. Denique ab hac discede civitate, quæ veluti communis patria potest dici, omnes urbes circumi. Livius *lib.* 3. *cap.* 66. Dissolvi licentia militandi morem, nec pro communi jam patria Romam esse. Symmach. *lib.* 2. *epist.* 81. Venturum te ad communem patriam fama promiserat. Athenæus *lib.* 1. *cap.* 17. Romam scite τῆς οἰκουμένης ἐπιτομὴν, orbis compendium vocat. Vocatur & caput orbis a Justiniano in *Constit. Deo auctore* §. 10. *de concept. Digestor.* & terrarum caput a Plinio *lib.* 3. *histor. natural. cap.* 5. *init.* Orbis Romanus. Vide art. Romanus. Vid. infra art. *urbs.*

Roma autem duplex ſtatuitur in conſtitutionibus: una vetus: altera nova, videlicet Conſtantinopolis, quam veteris & antiquæ Romanæ prærogativa lætari Imperatores voluerunt, *l. 6. C. de ſacros. eccleſ. l.* 40. C. *de epiſc. & cler. l.* 4. *C. de operib. publ. l. ult. C. in quib. cauſſ. pign. l. ult.* C. *de tempor. in integr. reſtit.* Zonaras etiam non ſemel hanc νέαν Ῥώμην vocat. Quin etiam Chalcedonenſe Concilium *cap.* 22. hæc habet: τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν εκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινȣμενοι οἱ ἕκατον πεντήκοντα θεοφιλέςατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἶσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥόμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, ευλόγως κρίναντες, τὴν βασιλεία καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύȣσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ.

Concilio etiam Conſtantinopolitano, quod ſub Theodoſio juniore coactum eſt, τὸν μέν τοι τῆς Κωνςαντίνȣ πόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ρώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ ἔιναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. Has adpellant Theodoſ. & Valentin. regiales civitates, in *l.* 3. C. *de natural. liber.* ut adparet ex *Novell.* 89. in qua Juſtinianus Theodoſii verba repetit. Roma vetus & nova: *Conſtit. Deo auctore* §. 10. *de concept. Digeſtor.*

ΡΩΜΑΙΚΑ aliquoties citat Harmenopulus, deque eo libro tradit Cujacius *lib. 6. obſervat. cap.* 10. fuiſſe illud volumen, in quo edicta Patriciorum vel Magiſtrorum collecta fuerint. Sicuti enim collectio edictorum a Præfectis prætorio propoſitorum liber ἐπαρχικῶν, ita farraginem edictorum Patricialium ῥωμαικῶν vocabulum tuliſſe. Enimvero Patriciatus erat dignitas palatina, quam nihil juriſdictionis habere diſerte ſcribit Caſſiodorus *lib. 6. Variar. cap.* 2. Ergo nec edicendi Patriciis fuit occaſio. Deinde Harmenopulus, qui ſolus librum ῥωμαικῶν citat, ſemper illum tribuit Magiſtro cuidam, & ita quidem, ut vix dubium ſit, eum intelligere privatum quemdam, qui κατ᾽ ἐξοχὴν Magiſter dictus ſit. Fueritne ille Coſmas Magiſter officiorum ſub Romano ſeniore, iſque hunc librum a ſe adornatum in principio ſui honorem Ρωμαικὰ inſcripſerit, quæ elegans eſt Dionyſii Gothofredi conjectura *in notis ad Harmenopuli præfat.* ſcire me fateor cum ignariſſimis. Hein.

ROMANIA memoratur in *c. ex parte* 31. *de verb. ſignif.* ibi: in partibus Romaniæ.

ROMANUS. Civem Romanum fieri hoſtium ſervum, indignum eſſe, ait *l.* 24. §. 2. D. *de fideicommiſſ. libert.* Romana civitas: *l.* 3. §. 1. D. *de ſuis & legit.* Romanus orbis: *l.* 17. D. *de ſtatu homin. l.* 5. *C. Theod. de metallar.* Caſſiodorus: *lib.* 3. *variar. epiſt. penult.* Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romani agris diviſus cenſuque deſcriptus eſt, Salvianus Maſſiliens. *lib.* 7. *de gubernat. Dei p.* 131. In omni enim formæ orbe Romano pax & ſecuritas non ſunt. Et *ibid.* Totus Romanus orbis & miſer eſt, & luxurioſus. Paull. in *l.* 19. §. 7. Romanis parentibus diſciplina caſtrorum antiquior fuit, quam caritas liberorum: *l.* 19. §. 7. *D. de captiv. & poſtlim.*

ROSTRA ſuggeſtum fuit in foro ex roſtris navium Antiatium exſtructum, auctore Livio *lib.* 8. *cap.* 14. & Plin. *lib.* 34. *Hiſtor. nat. cap.* 5. Dio Caſſius *lib.* 56. δημηγορικὸν βῆμα vocat, ut ex ejus verbis cum Sueton. in *Auguſt. cap. c.* collatis patet. Eorum autem fit mentio in *l.* 2. §. 4. D. *de orig. jur.* RO-

ROTA aquaria, apud Paull. *lib. 3. sentent. tit. 6. §. 65.* est per quam tollitur aqua. Earum rotarum fit mentio in *l. 2. D. commun. præd.* & *l. 40. D. de contrah. emtion.* & apud Catonem *de re rustica cap. 11.* Lamprid. *in Elagabalo cap. 24.* Parasitos ad rotam aquariam & cum vertigine sub aquas mittebat, rursusque in summum revolvebat. Tertullian. in *lib. de anima cap. 31.* rotas aquilegas vocat. A Vitruvio etiam inter ea organa, quibus aqua hauritur, rota ponitur, *lib. 10. cap. 9.* & alias sæpe Isidorus *lib. ult. cap. 15.* Dicta, ait, est rota, quasi ruat. Est enim machina, qua ex flumine aqua extrahitur. Lucret. *lib. 5. v. 317.* In fluvio versare rotas atque haustra videmus. Ubi austra sunt rotarum cadi ab hauriendo, quæ Græce *antlia* vocatur, ut a Nonio notatur. Rivus vero ille, quo per rotam educta aqua in hortum effunditur, ἀμάρα Græcis vocatur, ut & in *etymologico* traditur. Hirtius *de bello Alexandr. cap. 6.* Aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit. De hac rota, & quemadmodum confici debeat, vide apud Heronem Alexandrinum *lib. πνευματικ. cap. 1.* Adde etiam, quæ hac de re observavit Cujacius *lib. 3. observ. cap. 28.*

RUBIGO, segetum pestis, ut vocat Plinius, *Hist. natur. lib. 18. cap. 17.* ubi & illam describit. Rubigo scabra apud Ovid. *lib. 1. Fastor. v. 687.* & Virgil. *Georg. I. 95.* Varro *lib. 5. de ling. latin. p. 47.* Rubigalia dicta a rubigo. Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes.

RUBRIANUM senatusconsultum: *l. 26. §. 9. & 28. princ. l. 33. §. 1. l. 36. princ. D. de fideicommissar. libert.* quod Rubrio Gallo & Cœlio Hispone (Gruter. *Inscript. p. 464. 1.*) Coss. temporibus Trajani factum est. Cujus sententia exponitur, in *l. 26. §. 7. l. 28. & 33. §. 1. D. eod. tit. l. 3. §. 3. D. de legit. tutorib.*

RUBRICA, terram rubri coloris, Latinis significat. Eoque sensu verbum hoc apud Ulpianum *lib. 7. cap. 7.* & Catonem *de re rustic. cap. 34.* & Tertullianum, *lib. 1. de cultu feminar. cap. 7.* & Nonium in verbo *examussim*, usurpatum invenies. Hujusmodi vero terra & minio quum tituli ac capita librorum notari solerent, eo factum est, ut rubricæ pro titulis caperentur, *l. 2. §. 3. D. de interdict.* Rubrica de juris & facti ignorantia, *l. 1. §. ult. D. de his qui not. infam.* Sidon. Apollinar. *lib. 8. epist. 6.* Cujus peremtoriis abolita rubricis, &c. Ovid. *lib. 1. Trist. Eleg. 1. v. 7.* Nec titulus minio nec cedro charta notetur. Juvenal. *Sat. 14. v. 191.* Perlege rubras Majorum leges. Pers. *Sat. 5. v. 90.* Excepto si quid Masuri rubrica vetavit. Quinctil. *lib. 12. cap. 3.* Quorum alii se ad album ac rubricam transtulerunt, & formularii, vel ut Cicero ait, leguleii quidam esse maluerunt. Sic loquutus etiam Prudentius *contra Symmach. I I. 460.* Dicant, cur condita sit lex Bis sex in tabulis: aut cur rubrica minetur. Vid. & Turneb. *Adversar. I V. 5.* Terentianus, instar tituli fulgidula notabo minio. Servius ad Virgil. *Eclog. X. v. 27.* Faciem quoque Jovis de rubrica illinunt, instar coloris ætherei. Minium enim rubrica est.

RUDERA veteri Glossario sunt illa, quæ decidunt discussis mœnibus fragmenta lapidum & demolimenta cæmentorum. Rudera egerere: *l. 7. §. 2. D. de damn. infect.* tollere: *l. 6. D. eod. tit.*

RUDES lapilli vel gemmæ, sunt

funt nondum ornamentis aptati aptatæve *l.* 25. §. 11. *D. de aur. arg. legat.*

Rudes parietes, nullo dum tectorio opere inducti, *l.* 44. D. *de usufruct.*

Rudia mancipia, id est, novitia, quibus opponuntur trita & veterana, *l.* 37. *D. de Ædil. Edict.*

Rudis massa, ex qua nulla species effecta, *l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom.*

Rudis materia, non facta, neque in opera conjecta, *l.* 19. §. 11. *D. de aur. arg. leg.*

Rudis animus Justiniano, in §. *His igitur Inst. de justit. & jur.* dicitur nondum firmus & nulla doctrina imbutus: sicut & *l.* 2. §. *sed cum perspeximus C. de vet. jur. enucleand.*

RUERE, quod ad stipulationem damni infecti attinet, in qua hæc verba: *Si quid ibi ruerit*, poni solebant: *l.* 18. *D. rat. rem haber.* non videtur, quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinsecus admota cadat, sed quod ipsum per se concidit, *l.* 43. D. *de damn. infect.* Ruere autem dicuntur ædificium: *l.* 1. D. *de impens. in res dotal. fact.* insula: *l.* 7. §. *ult. D. de verb. oblig.* prædia: *l.* 11. §. 5. *D. de minorib.*

RUFINUS. Vide supra *Licinius.*

RUFUS. Vid. *Rutilius.*

RUINA: *l.* 30. D. *ad leg. Falcid. Tit.* D. *de incend. ruin. naufr.*

RUINOSÆ ædes: *l.* 6. *D. de damn. infect.* Ulpian. *Regul. Tit.* 6. §. 15.

RUMOR a *fama* separatur. Fama enim est communis quædam vox & opinio hominum multo tempore perdurans, alias in bonum alias in malum a fando scilicet adpellata, *c. si duo vel tres* 4. *causs.* 34. *qu.* 6. Rumor vero est particularis sermo in populo recens natus, unde solet sæpe contra veritatem spargi, *l. fin.* D. *de hered. instit.*

RUMPERE, frangere. Rumpere denunciationem: *l.* 23. §. *ult.* D. *de adpellation.* fidem: *l.* 1. *C. si servus export.* pacem, apud Silic. Italic. *lib.* 1. *Punicor. v.* 11.

Rumpere, cædere. Rumpere flagris servum, *l.* 9. §. *penult.* D. *de injur.* loris: *l.* 15. §. 39. *D. eod. tit.* Vid. Casp. Barth. *ad Guillielm. Briton. lib.* 10. *Philippid.*

Rumpere corrumpere. Sic rumpere mulas onere, *l.* 30. §. 2. *D. locat.* Sic: Ruperit, in lege Aquillia corruperit significat, *l.* 27. §. 13. *D. ad leg. aquill.* Rigalt. *ad Phædr. II.* 8. 22. Eadem significatio est, in *l.* 7. §. 2. D. *arbor. furt. cæsar. l.* 34. *in fin. D. de oblig. & action. l.* 70. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* Et ideo qui vestimenta sciderit, & qui inquinaverit, & qui navem perforaverit, & qui vulneraverit, & qui virgis, loris, pugnis ceciderit, vel telo, aut quo alio sciderit corpus, *rupisse* intelligitur *l.* 27. §. 17. 18. & 24. *D. ad leg. Aquil.* In XII. Tabulis etiam Festo teste, *rupicias*, damnum dederis significat.

RUMPI proprie dicitur testamentum, quod cum jure factum esset, eodem in statu manente testatore, tribus maxime modis redditur inutile. Primum si vel totum, vel ex parte deletum, inductum, corruptum a sciente testatore est, *l. ult.* D. *de injust. rupt. irrit.* Deinde si postumus vel naturalis vel civilis, isque heres suus, & præteritus adgnascatur, & denique per posterius testamentum rite factum & perfectum, *l.* 1. & 2. *D. eod. tit. l.* 28. §. 2. *D. de administr. & peric. tut. l.* 31. *D. qui testam. fac. l.* 1. D. *de except.*

except. rei judic. l. 1. C. de postum. l. 30. §. ult. D. de adquir. hered. l. 47. D. de condict. indeb. l. 6. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. C. *de ordin. judicior. l. 1. §. 3. D. de tab. exhib. princ. Inst. quib. mod. testam. infirm.* Isidor. *lib. 5. Etymolog. cap.* 24. Ruptum testamentum, ait, inde dictum, quod nascente postumo, neque exheredato nominatim neque herede instituto rumpatur. Vetus Glossarium : Ruptum testamentum dicitur, quod nascente postumo neque exherede nominato, neque herede constituto rumpitur. Huc pertinent sequentia : Ruptum testamentum nato postumo : *l.* 31. D. *de testament. milit.* Rumpitur testamentum agnatione postumi vel postumæ, cujus pater nullam testamento mentionem fecit, *l. 1. C. de postum. hered. & l. 1. C. de codicill.* Rumpi etiam aliquando testamentum dicitur, quod ab initio inutile est, *l. 3.* D. *de liber. & postum.*

Rumpi etiam custodia dicitur : Tacit. *lib. 2. histor. cap. 63.* & ruptum linum, Paull. *lib. 4. sentent. tit. 6. §. 1.* Ruptis vinculis : *l. 13.* D. *de custod. & exhib. reor.*

RUPICIAS, verbum decemvirale. Festus interpretatur *damnum dederis.* Vid. supra *rumpere.*

RURESTRE opus, *l. 99. D. de legat. 3. l. 31. C. de locat. & conduct.*

RURSUS, pro contra interdum usurpatur, Servius *ad Virgil. lib. 3. Georg. v.* 138. Rursus cura patrum cadere & succedere matrum incipit. Sic accipitur in *l. 11. §. 6. & l.* 88. D. *ad leg. falcid. l. 56. in fin D. de jur. dot.* §. 5. *Inst. de action.* ubi *rursus* ex diverso bis κατὰ ἀυτȣ̃ Justinianus dixit. Sic & apud Quinctilian. *lib. 4. cap. ult.* & alias sæpe hæc vox accipienda est. Rursum retradatur : *l. 58. D. solut. matrim.*

RUSTICANA plebs, *l. 1. C. ne rusticani ad ull. obsequ.*

RUSTICARIUS homo : *l. 17. & l. ult.* D. *de dol. mal. except.*

RUSTICITAS. Per rusticitatem aliquid admissum : *l. 1. §. 1. D. de inspic. ventr.* Rusticitati ignoscendum : *l. 2. §. 1. D. si quis in jus vocat. non ierit.* Persona, quæ ignorare propter rusticitatem jus suum possit : *l. 2. in fin.* D. *de jur. fisc.*

RUSTICUS, *a, um.* Rustica familia : *l. 65.* D. *de legat. 2.* mancipia : *l. 15. §. 1.* D. *de alim. vel cibar. legat.*

Rusticæ servitutes, id est, rusticorum prædiorum : *l. 1.* D. *de itin. actuq. privat.* viæ : *l. 2. §. 24.* D. *ne quid in loc. public.*

Rustici senes, a Proculo laudati, *l. 79. §. 1.* D. *de legat. 3.*

RUTA *cæsa* sine copula a veteribus pronunciabantur, sicuti & alia multa, *l. 5. §. 2. D. ad exhib. l. 66. §. 2. D. de contrah. emption. l. 38. §. ult.* D. *de action. emt.* Cicero in *Partition. cap.* 31. Quum ex testamentis quæritur, quid sit penus, aut quum ex lege prædii quæritur, quæ sint *ruta cæsa.* Sic autem Festo interprete adpellantur, quæ venditor possessionis usus sui caussa conciderat, ruendaque contraxerat, quasi eruta, ut Non. Marcell. illo Virgilii *lib. 1. Georg.* versu confirmat. Cumulosque ruit male pinguis arenæ. Sic autem Varro *lib. 8. D. lingu. latin.* Ideoque in venditionis lege simili *ruta cæsa* ita dicimus, ut producamus. Plane *ruta cæsa* Q. Mucius Scævola definiebat, quæ neque ædium neque fundi sunt, in *rutisque cæsis* ea demum statuebat, quæ terra non tenerentur, quæque opere structili tectoriove non contine-

ren-

rentur, *l. 66. in fin. D. de contrah. emtion. l.* 241. *de verb.* quæ ferro aut clavis non funt revincta. Cujac. ad *l.* 205. *D. de verb. fignif.* Ulpianus *ruta* effe ait, quæ eruta funt, ut creta, arena, & fimilia: *cæfa*, carbones, & his fimilia: *l.* 17. §. 6. *D. de action. emt.* Granaria item, quæ ex tabulis fieri folent, quorum ftipites fuper terram funt: item tegulæ nondum ædificiis impofitæ *rutis & cæfis* cedunt, *l.* 18. §. 1. *D. eod. tit.* Solebant vero in venditionibus hæc excipi: quod præter fuperiora loca, etiam ea, quæ fubjeci, comprobant Cicer. *Topic. cap. 26.* Fecique, ait, quod fæpe liberales venditores facere folent, ut quum ædes fundumve vendiderint, *rutis cæfis* receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi cauffa apte & loco pofitum videatur. Idem *lib. 2. de orator. cap.* 55. Sed diceres, te quum ædes paternas venderes, me in *rutis* quidem *cæfis* folium paternum recepiffe. Rutis cæfis opponuntur *fixa* fecundum vulgarem fcripturam, quam Florentina præfert, in *l.* 38. §. *fin. D. de act. emt.*

RUTILIUS. In Pandectis duo laudantur Rutilii Jurifconfulti. Alter P. Rutilius Rufus, in *l.* 10. §. 3. *D. de ufu & habitat. l.* 1. D. *de arbor. cæd. l.* 3. §. 9. D. *de penu legat.* qui P. Mucium Scævolam audivit: Cicero *de offic. lib. 2. cap.* 13. & functus confulatu cum M. Manilio Afiam rexit, five proconful, *l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur.* five legatus proconfulis, ac denique injuftiffimo oppreffus repetundarum judicio, in exfilium ivit, & Smyrnæ, honoratus ab omnibus Afiæ civitatibus confenuit: Ovid. *ex Ponto I. 3. v. 6.* Cic. *de orat. I.* 53. Valer. Maxim. VI. 4. Vellei. Patercul. II. 13. Edicti ab eo in prætura propofiti mentio fit, in *l.* 1. §. 1. *D. de bonis libert.* Alias fcripfit libros hiftoriarum, de vita fua, Hannibalica, & orationes quafdam, ex quibus omnibus quæ fuperfunt, fragmenta Voffius collegit.

Alter *Rutilius Maximus* incertæ ætatis, illo tamen ætate multo pofterior fuit, quippe qui librum fingularem fcripfit ad Legem Falcidiam, ex quo unum fragmentum fervatum videmus *l.* 125. *D. de legat.* 1. Hein.

S

S. F. S. *Sine fraude fua*, ut in *l.* 5. *D. ad leg. jul. de adulter.* Valerius Probus inter notas refert.

SABBATTIANI, *l.* 59. & 65. *C. Theod. de hæret.* ita dicti a Sabbatio quodam, propago Novatianorum. De iifdem fufe agunt Socrat. *lib. 5. cap.* 20. & *lib. 7. cap.* 5. 12. 17. & 25. & Sozomenus *lib. 7. c.* 18. Ipfi & Protopafchitæ dicti fuerunt ex errore, *quibus* (ut ait *l. 6. C. Th. ne fanct. baptifm. iter.*) *ex crimine nomen eft.* Nempe error eorum circa pafcha erat: nam morem judæorum circa azyma fervabant, & pafcha eodem die cum judæis celebrabant: ducto jam inde initio hujus erroris a Valentis temporibus, ex Concilio quod habitum a paucis Novatianis in Pazo vico Phrygiæ ad Sangarium fluvium, tefte Socrate & Sozomeno, qui renovatus a Sabbatio fub Theodofio M. Et procul dubio primum *Protopafchitæ* audierant (ut docet *d. l. 6. C. Th. ne fanct. bapt. iter.*) mox poft mortem Sabbatii, quem præcipuo honore habuerunt *Sabbatiani*, de cujus morte & honoribus eis delatis eft hiftoria *anno* 423. qui & ipfo data eft, *d. l.* 59. *C. Th de hæret.* Vid. Socratem *lib. 7. cap.* 15.

15. Cur autem *Protopaschitæ* adpellari desiderabant? Nempe quia antevertebant Christianorum aliorum Pascha, & quidem ut illi volebant ex primo omnium instituto, adversus quos vid. Socrat. & Sozomen. Vid. Jac. Gothofred. *Comment. in* C. *Th. ad l. 6. ne sanct. baptism. iter.*

SABBATUM Judæis significabat totum tempus septem dierum: quod & hebdomadas dicitur. Unde Hebræi septimanam numerabant, veluti primum diem sabbati, secundum, tertium diem sabbati: sicut Gentes ab elementis idolisque, diem Lunæ, diem Martis, Mercurii, & ceteros dicebant. Hos dies sanctificationibus destinatos, ferias in jure dicunt: quo & cautum est, ne Sabbato Judæi conveniantur, *l.* 12. C. *de judæis*, nec ipsi Christianos; cum ob æqualitatem in judiciis servandam, tum quod ipsi item non servarent ferias suas, convenire possunt.

SABELLIANI a Noeto pullulasse dicuntur: cujus discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cujus nomine maxime innotuerunt, unde & Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti astruunt: *c.* 39. §. 41. *causs.* 24. *Quæst.* 3.

SABINIANI & Proculeiani sectæ & familiæ erant jurisconsultorum interse pugnantium, quum prius tam varium tamque controversum jus esset, ut quod uni placeret, alteri non placeret jurisconsulto, quod Cicero multis locis suo tempore fieri conqueritur. Horum fit mentio in §. 25. *Instit. de rer. divis.* & in *l.* 11. §. 3. D. *de donat. int. vir. & uxor.* Vide supra *Cælius Sabinus.*

SABINIANI libri, *l. ult. C. de usufruct. l. ult.* C. *de servit. & aqu. l. ult. C. de adquir. possess. l. ult. C. de indict. viduit.* Sunt hi juris civilis libri tres, quos Massurius Sabinus scripsit, quive adeo veteribus placuerunt, ut ad eos certatim jurisconsulti, veluti Aristo, Pomponius, Ulpianus, Paullus, notarent. Hubert. Giphan. *Oecon. juris p.* 120. Ordinem horum librorum investigavit Jac. Gothofred. *in quatuor fontib. jur. civil. Tom.* 3. *Thesaur. jur. p.* 250. Hein.

SABINIANUM SC, quo jubetur, ut si pater naturalis e tribus maribus filium unum in adoptionem dedisset: ei filio pater adoptivus quartam bonorum partem relinqueret præmii loco parentibus, quod tres reipublicæ mares dedissent: quod & de impubere adrogato constitutum invenimus: Gravina de Legib. & SCis, §. 78. *circa fin.* Vid. supra *Quarta ex tribus maribus.*

SACCARIUS dicitur, qui saccum fert, *l.* 40. §. 3. *D. de contrab. emtion.*

SACCOFORI hæretici, *l.* 7. 9. & 11. *C. Theod. de hæret.* a sacci gestamine ita dicti. Quales in Mesopotamia monachos, comam muliebrem in modum promittentes, & σάκκῳ προφανεῖ ἐπερειδομένους, cilicium propalam affectantes, describit & proscribit Epiphanius *hæresi Massalianorum* 80. *num.* 6. quos Massalianos a Mane profectos conjicit. Jacob. Gothofr. *Comm. in C. Theod. l.* 7. *de hæret.*

SACCULARII sunt, qui vetitas artes exercentes partem in sacculos subducebant, & partem subtrahebant, *l. penult. D. de extraord. crimin. l.* 1. *D. de effractor.* Ascon. Pædian. *in Cic. Verrin.* Equester ordo, ait, pro Cinnanis partibus contra Sullam steterat multasque pecunias abstulerat, ex quo *Sacculari* erant adpellati. Suidas. *Tom. III. p.* 275.

Σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ ᾧ καὶ σακελλάριος. Sacellum, crumena, marſupium, unde & *ſaccularius*. Interpres Horatii *p.* 312. Saccularius autem eadem forma dicitur, qua manicularius apud Tertullianum in *Apologet. cap.* 43. De *ſacculariis* vide Cujac. *lib.* 10. *obſervat. cap.* 27. & Menag. *Amœnit jur. civ. cap.* 39.

SACELLUM eſt parvus locus Deo ſacratus, cum ara. *Sacellum* ex duobus verbis compoſitum ſacri & cellæ, quaſi ſacra cella. Ita Trebatius apud Gellium *lib.* 6. *Noct. Attic. cap.* 12. ſed inepte. Vid. Menag. *cap.* 39. *p.* 345. & Duker. *de Latinit. vet. juriſconſ. p.* 27. Hein.

SACER, *cra*, *crum*, a ſancto & religioſo ſeparatur, *l.* 1. D. *de rer. diviſ. l.* 24. §. 1. D. *de rei vendic. l.* 14. *in fin. D. de ſervitut. l.* 83. D. *de verb. oblig. l.* 17. D. *de verb. ſignif.* Nam ut Feſtus *lib.* 16. Scribit: Sacrum eſt, quod Deo conſecratum eſt, ſanctum, ut murus, qui circa oppidum eſt, religioſum, ut ſepulcrum, ubi corpus humanum eſt. Hæc ille. Noſtri *ſacras* res aiunt, quæ publice ſunt conſecratæ, id eſt, a principe, vel eo, cui princeps dedicandi dedit poteſtatem. Quod vero ſibi ſacrum quis conſtituerit, id *ſacrum* non eſt, ſed *profanum*: *l.* 6. §. 3. D. *de rer. diviſ. l. ult.* D. *ut in poſſeſſ. legator.* Vet. Gloſſar. Græcum: Sacrum ἱερὸν, τὸ δημόσιον, ἀφιερωθὲν ἐν πόλει ἢ ἐν ἀγρῷ. Sacrum publicum dedicatum in urbe aut agro. Vid. Hug. Grot. *Flor. ſpars. ad* §. 8. *Inſt. de rer. diviſ.* Sacrum tamen quandoque plenius accipitur, ut ſanctum etiam contineat, *l.* 2. D. *ne quid in loc. ſacr.*

Interdictum *ne quid in loco ſacro fiat*, de loco ſolum *ſacro*, non ſacrario competit, *l.* 1. §. 1. *eod. tit.* Ne quid in loco *ſacro* fiat: non ad hoc pertinet, quod ornamenti cauſſa fit, ſed deformitatis cauſſa vel incommodi eſt, ut *l.* 1. §. 2. *eod. tit.* In muris itemque portis, & aliis ſacris locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur, *d. l.* 2. *eod. tit.*

Sacra certamina ſunt, quæ diis dedicata ſunt, *l.* 4. D. *de his, qui not. infam.* qualia erant Jovis Capitolini, Apollinares ludi, Romani ludi, & Magnæ Deum matris. Quinctil. *lib.* 3. *cap.* 7. An laudes Capitolini Jovis perpetua ſacri certaminis materia, vel dubiæ ſunt, vel in oratorio genere tractantur. Inde Firmic. Maternus *lib.* 3. *Matheſ. cap.* 12. Sacris quoque faciat certaminibus præpoſitos. Idem *lib.* 6. *cap.* 31. Athletum faciet ipſa genitura, & qui in ſacris certaminibus victor glorioſa & digna reportet præmia coronatorum. Quo referenda *l.* 6. §. 13. D. *de excuſat. tutor.* Eumen. Rhetor. *in orat. pro ſchol. inſtaurand. cap.* 13. An ſi fortiſſimi viri in ſacris certaminibus ſummo labore atque etiam vitæ periculo vocem præconis coronæ teſtimonium petunt. Ad ſacra hæc certamina referu etiam Plinii *lib.* 7. *cap.* 26. locum: Sic etiam ſacras coronas in *l.* 40. D. *de re judic.* accipe, quæ in ſacris certaminibus partæ ſunt.

Sacras etiam Imperatores res ad ſe pertinentes vocant. Sic *ſacri* adfatus reſcripta dicuntur, *l.* 6. C. *de advoc. fiſci.* Symmach. *lib.* 10. *epiſt.* 61. Sacri apices: *l.* 1. C. *ut nemin. lic. in emt. ſpec.* Sacra auditio: *l.* 32. C. *de adpellat.* Sacræ cognitionis auditor: *l.* 7. C. *Theod.* Sacrum auditorium: *l.* 31. C. *de adpellat* Eumenius *orat. pro ſchol. inſtaur. cap.* 17. Necis, quos ad ſpem omnium tribunalium aut interdum ad ſtipendia cognitionum ſacrarum, aut fortaſſe ad ipſa palatii

latii magisteria provehi oporteret. *Sacer* cognitor, in *l.* 3. C. *ubi Senat.* & *l.* 5. *C. quor. adpell. non recip.* cui audientiam caussæ vice sua princeps mandavit. Qui & sacri auditorii cognitor, in *l.* 4. C. *Theod. de repar. adpell.* vocatur. Et judex sacrarum cognitionum apud Gruter. *inscript.* p. CCII. 9. p. CCLXXI. 4. & sæpe alibi. Ex quibus alia Romana inscriptio ex thermis Constantini descripta p. CCLXXII. 3. emendanda est, in qua *judex sacrarum constitutionum*, pro *cognitionum* legitur. *Sacer* comitatus: *l.* 1. *C. de his, quæ mot. causs.* Sacræ constitutiones, id est, principales, *l.* 5. §. 5. *D. de administr. & peric. tut.* & alias passim. Sacrum, hoc est, proconsularis cognitionis examen: *l.* 62. C. *Theod. de repar. adpell.* Africæ enim proconsul, de quo in illa lege, vice sacra judicabat. Sacra forma Vid. in art.. *forma.* Sacrum judicium: *l.* 12. & 26. C. *de adpellat.* Sacra moneta, *l.* 38. *D. de pœn.* Sacrum oraculum, id est, principis rescriptum, *l. penult.* C. *si contra jus.* Sacri oris imitator, pro eo, qui falsam monetam cudit, *l.* 6. *pr.* C. *Th. de indulgent. crimin.* Vice sacra judicare: *l.* 16. *C. Theod. de adpellat.* quæ verba omisit Tribonianus, in *l.* 13. C. *eod. tit.* Sacra vice audientiam præbere, *l.* 61. *C. Theod. eod. tit.* Sacri vultus, *l.* 4. C. *Theod. de excusat. artif.*

Aliquando etiam *Sacræ* absolute pro rebus sacris, seu Imperatorum. Sic: sacrarum privatarum vel largitionum palatina officia, *l.* 17. C. *Theod. de canon. largit.* quæ est, *l.* 2. *C. eod. tit.* ubi tamen particulam *vel* loco suo movit, & post *sacrarum* posuit Tribonianus, reprehensus ideo a Jac. Gothofredo, in *Not. ad d. l.* 17. Comes sacrarum ac privatarum: *l.* 120. *C. Theod. de decurion.* Palatini sacrarum: *l.* 13. C. *Th. de indulgent. debit.* officium sacrarum privatarum: *l.* 18. C. *Th. de palatin. sacrar. largit.* ubi rursus quædam inseruit Tribonianus: *l.* 9. C. *eod. tit.*

Sacra etiam dicuntur nomina patrum, in *l.* 1. *pr. C. Theod. de matern. bon.* Merito liberto enim, & filio semper honesta & sancta persona patris ac patroni videri debet, ut ait Ulpianus *l.* 9. D. *de obseq.* parent. & patron.

Sacra sunt vel publica vel privata: *l.* 9. D. *ad leg. jul. peculat.* Habebant enim veteres propria sua familiaria sacra, ut ex Cicero *de legib. lib.* 2. *cap.* 18. *sequent*, perspicue ostendit. Hinc loquutiones. In sacris paternis constituti, manereve ab Imperatoribus dicuntur, qui a patris potestate sunt, *l. ult. C. de inof. testam. l. ult. C. de curat. furios. l. ult. C. ad SC. Tertullian. l.* 2. *C. de suis & legit. l.* 3. & 6. C. *de bon. matern.* Et a sacris paternis absolvi remitive, pro potestate patris liberari, *l.* 1. §. *ult. C. de annal. except. l.* 31. *C. de fideicommiss. l.* 12. *C. de collat.* Est hujus loquutionis scitum & elegans exemplum apud B. Ambros. *de fide ad Gratian. lib.* 4. *cap.* 4. Nisi forte, ait, tamquam constitutum in familia Christum putent dolere, quod emancipatus a patre non sit, aut administrandi patrimonii non habet facultatem. Sed non est Christus *in sacris*, qui sacra universa destruxit. Ita ille. Hæc autem loquutio inde fluxit, quod filius familias eorumdem cum parentibus, quorum potestate continebantur, *sacrorum* participes erant. Inde & qui per adoptionem in jus alienum transierant, in familiam & sacra transire dicebantur. Valer. Maxim. *lib.* 7. *cap.* 7. Et aliquantulum adju-

juvabat heredes, quod M. Anneius in Suffenatis familiam ac ſacra tranſierat.

Ad *ſacra* vero publica pertinet *l. 6.* §. 1. D. *de rer. diviſ.* ibi: *Sacra* evocare. Solebant autem Romani ante omnia in oppugnationibus, deum, cujus in tutela oppidum eſſet, evocare certis carminibus, quæ a Livio *lib. 5. cap.* 21. & Macrobio *lib. 3. Saturnal. cap.* 9. referuntur. Quod & Plinius *lib. 28. Hiſt. nat. cap.* 2. & Servius *ad Virgil.* 2. *Æneid. v.* 115. notat. *Exceſſere omnes aditis, ariſque relictis.* Sacra facere: *l.* 2. D. *de in jus vocand.* Sacris vacare: *l.* 32. §. 4. D. *de recept. arbitr.* Sacra urbis: *l.* 2. *C. de naut. fœn.*

SACERDOS, qui ſacris vacat, ceu ait Paullus in *l.* 32. §. 4. *de recept. arbitr.* Eſtque homo Deo dicatus, & conſecratus ad facienda ſacra. Aliqnando ſumitur pro presbytero, diacono, & ſubdiacono: *cap. ſi quiſquam* 2. *de cohabit. cler.* Alias ſacerdos in ſpecie intelligitur diverſus a diacono. Ejuſque principale officium eſt miſſam celebrare, euchariſtiam conſecrare. *cap.* 2. *de cleric. non ordin. miniſtr. c.* 1. *verſ. una de ſumm. trinit. in antiq.* ibi: & hoc ſacramentum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus. Et poteſt baptiſare, prædicare, pœnitentiam injungere, & populo dare ſimplicem benedictionem: *c. ecce* 16. *diſt.* 95. ſed tamen cum celebrat præſente epiſcopo, innuere debet ut hic benedicat ſi velit: & ſi hic nolit, tunc ipſe ſacerdos benedicat ſine alia ſollemnitate, *d. c. ecce.* Item poteſt ſacerdos conferre infirmis extremam unctionem. *c. illud.* 3. *diſt.* 95. Item poteſt in neceſſitate & abſente epiſcopo reconciliare ſollemniter pœnitentes, *c.* 1. *qu.* 6. *cauſſ.* 26.

SACERDOTIUM, munus ſacerdotum: *l.* 32. §. 4. D. *de recept. arbitr.* Sacerdotium in provinciis & municipiis, *l.* 1. D. *ad leg. jul. de ambit. l.* 1. & 17. D. *de muner. & honor.* Quod patrimonii munus eſſe ait, *l.* 8. D. *de vocat. & excuſat. mun.* & *l.* 8. *C. de muner. patrim.* Jul. Firmic. Matern. *lib.* 4. *Matheſ. cap.* 15. Faciet quoque nobili poteſtate pro climatis genituræ menſura gymnaſiarchus, provinciarum ſacerdotes. Verſabatur autem ſacerdotiorum munus in adparatu, editione & exhibitione ludorum, ut oſtendit *l. ult. C. Theod. de expenſ. ludor.* Inde ſacerdotiorum editiones, in *l.* 1. *C. Theod. de ſpectacul.* B. Auguſtin. *Epiſt.* 5. *ad Marcellin.* de Apuleio: *Sacerdos provinciæ pro magno fuit, ut munera ederet, venatoreſque veſtiret.* Sæpe evenit, ut propter *ſacerdotium* ſatis commode retineri matrimonium non poſſit. *l.* 60. *D. de donat. int. vir. & uxor.* Inde Hermogenem, ejus legis auctorem Chriſtianum fuiſſe, collegit Joannes Bertrandus: ſed perperam. Nam inter Deorum cultores fuere plurimi, qui id facerent. Tertullian. *de exhort. caſtit. cap.* 15. Novimus Virgines Veſtæ & Junonis apud Achaiæ oppidum & Apollinis apud Epheſios & Minervæ quibuſdam locis. Novimus & continentes viros, & quidem tauri illius Ægyptii antiſtites. Feminas vero Cereri Africanæ, cui etiam ſponte, abdicato matrimonio adſeneſcunt, averſantes exinde contactum maſculorum, uſque ad oſcula filiorum. Idem *de monogamia cap.* 17. Pontifex Maximus & Flaminica nubunt ſemel. Ceteris ſacerdotes, viventibus etiam viris & conſentientibus amica ſeparatione viduantur. Vid. Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 11. Quibus addi poteſt jusjurandum miniſtrantium Bacchi ſacris apud Demoſthen. in *Neæram p.* 873. Ἁγιεύω καὶ

καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἀγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας. Id eſt: Pia & pura & munda ſum, tam a ceteris immundis, quam a congreſſu viri.

SACRAMENTUM, quid olim eſſet, Varro *lib.* 4. *de ling. lat. cap.* 36. his verbis explicat. Ea pecunia, quæ in judicium venit in ritibus, *ſacramentum* a ſacro dicitur. Qui petebat, & qui inficiebatur de aliis rebus utrique quingentos forte aſſes æris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio numero aſſium: qui judicio vicerat, ſuum *ſacramentum* a ſacro auferebat; victi ad ærarium redibat. Quo in loco non *ad pontem*, ſed ad pontificem legendum eſſe monet Hein. Neceſſe enim erat, partes initio judicii certam pecuniæ ſummam deponere apud Pontifices, ea lege ut victor, peracto judicio, ſuam repeteret, victi vero pœnæ nomine ad ærarium ſacrum rediret. Unde & hæc pecunia depoſita & inita ſuper ea ſtipulatio *ſacramentum* adpellaretur. Jac. Guther. *de jur. Pontific.* IV. 21. Aliquando diſceptatur an juſtum judicandum ſit ſacramentum? Id eſt, an illi locus ſit, eatenus ut concedi debeat ulterior de cauſſa diſceptatio? Cicero *pro Cæcin. cap.* 33. *& de oratore lib.* 1. *cap.* 10. Arnob. *adverſ. gent. lib.* 4. *p.* 138. Conf. Herm. Noordkerk *de leg. Petron. cap.* 2. *p.* 49. *ſeq.* Hein.

Verbi hujus apud Feſtum explicatio tranſpoſitione paginarum valde depravata & mutila eſt. Nam quæ in verbo *ſacramentum* plenæ definitioni deſunt, ea ex verbo: *ſeſtertius*, repetenda, & hunc in modum continuanda ſunt: Sacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſive in rem agitur, ſive contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, in aliis rebus quingentorum inter eos, qui judicio inter ſe contenderent: quod Lege Papin. Tribuni plebis ſancitum eſt his verbis. &c. Quæ vero in verbo *ſacramentum* leguntur, ea pertinent ad dictionem *ſeptimontio.* Inde vero explicari poterit, quod ait Tullius *pro Roſcio Comœdo cap.* 6. *Legitimæ partis ſponſionem factam.* Nam ſacramenti quantitas lege definita erat. Ad locos autem vulgares Ciceronis & Valerii Maximi, qui de ſacramento citari ſolent, addendus eſt Ciceronis *lib.* 7. *epiſt.* 32. elegans jocus. Pugna, inquit, ſi me amas, niſi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, niſi cetera, quæ ſunt ſunt a me in ſecundo de oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis ἔντεχνα & arguta adparebunt, ut *ſacramento* contendas, mea non eſſe. Add. & illas ex Valerii Probi libello notas S. N. S. Q. quæ hæc ſignificant: Si negat ſacramentum quærito. Item has: Q. N. T. S. Q. P. id eſt, quando negas, te ſacramento quinquagenario provoco. Quæ fuiſſe ſolemnia ſponſionis *ſacramenti* verba veriſimile eſt.

Sacramentum etiam ὅρκον στρατιωτικὸν ſignificat, *l.* 8. C. *Th. de legat. vel immun. conceſſ.* Quo qui liberabantur, ſacramento ſolvi dicebantur, *l.* 2. §. 3. D. *de his, qui notant. infam.* De ſacramento militari, *l.* 8. D. *de accuſation. l.* 11. *princ.* D. *ad leg. jul. de adult. l.* 13. §. 3. D. *de re militar. l.* 14. D. *de his, quæ ut indign. l.* 8. §. 1. *C. ad leg. jul. majeſt.* ſacramenti jura, *l.* 3. C. *de caſtrenſ. pecul.* ſacramentorum cupiditas: *l.* 3. *C. Theod. de agent. in reb.*

Sacramenta Eccleſiæ. Sacramenta fidei catholicæ: *l.* 44. *de hæret.* C. *Theod.* Ea communiter dicunt gratiæ inviſibilis ſigna viſibilia: ſeu efficacia ſigna gratiæ divinæ in verbo

verbo Dei instituta. Circa ea generatim obſervandum ſeptem, nec plura nec pauciora ex mente *Concil. Trident. ſeſſ. 7. can.* 1. conſtitui : baptiſmum, confirmationem, euchariſtiam, pœnitentiam, extremam unctionem, ordinem, & matrimonium. In tribus baptiſmo, confirmatione & ordine imprimi characterem, ſeu ſignum quoddam ſpirituale indelebile, & inde ea iterari non poſſe, cetera non item, & ita ea iterari poſſe *cit. l. ſeſſ. 7. c. 9.* Præterea ea adminiſtranda eſſe in forma Eccleſiæ, id eſt, receptos & approbatos catholicæ eccleſiæ ritus in ſollemni ſacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, ſine peccato a miniſtris omitti, aut in novos alios per quemcumque eccleſiæ paſtorem mutari non poſſe: *Concil. Trident. cit. l. c.* 3. Legitimos ſacramentorum miniſtros eſſe in ordine & confirmatione epiſcopum diœceſanum duntaxat; in ceteris etiam presbyteros parochos regulariter, quod ſacramentorum exhibitio ad jura parochialis relata, *c.* 12. *de pœnit. & remiſſ.* Laicus in neceſſitate poteſt conferre baptiſmum & pœnitentiam, ut notat Panorm. 2. *col.* Sed & religionis judaicæ *ſacramenta* dicuntur : *l.* 13. *C. Theod. de judæis.* & judæis ſacramentis chriſtianum ſervum adtaminare, *l.* 5. *C. Th. de contrah. emtion.*

SACRARIUM, locus eſt, in quo ſacra reponuntur, *l.* 9. §. 2. *D. de diviſion. rer.* ut & Iſidor. *lib.* 15. *cap.* 5. ſcribit, quod vel in privato ædificio eſſe poteſt. Unde de ſacrario interdictum, ne quid in loco ſacro, non competit: *l.* 1. §. 1. D. *ne quid in loc. ſacr. l.* 9. §. 2. D. *de diviſ. rer.*

Sacrarium, pro aula vel cubiculo principis. Legati, qui ad ſacrarium principis mittuntur : *l.* 18. §. 12. *D. de minorib. & honorib. l.* 8. *C. Theod. de legat. & decret. legat.*

Sacrarium pro ærario ſacro : *l.* 49. C. *Theod. de hæret.* ibi : Sacrarii noſtri incrementis accedant : Neque opus pro *ſacrarii* reponere *ſacri ærarii.*

SACRARIUS, *l.* 40. §. 3. *D. de contrah. emtion.* Immo *ſaccarius*, in quo verbo Briſſonius eamdem hanc legem excitaverat.

SACRATISSIMÆ ædes : *l.* 19. *C. de uſur.* leges : *l.* 9. *C. de legib. proem. Inſt.* Sacratiſſimus princeps : *l.* 9. D. *ad SC. Tertullian.*

SACRIFICIUM, *rubr. & paſſ.* C. *de pagan. & ſacrif.* Mala ſacrificia facere : *l.* 13. D. ad *Leg. Cornel. de ſicar.*

SACRILEGIUM Imperatores adpellant ſuarum conſtitutionum violatarum crimen : *l.* 1. *C. de crimin. ſacrileg. l.* 6. *C. Th. de adpellat.* Sacrilegii crimen irrogant his, qui præcepta ſua neglexerint, vel ſcita violarint, *l.* 1. *C. ut dignit. ord. ſervat. l.* 13. *C. de erogat. milit. annon.* ut apud Caſſiodor. *in variis* aliquoties. Veget. *de re milit. lib.* 2. *prolog.* Rurſus tanti Imperatoris non obedire præceptis, plenum ſacrilegii videbatur atque periculi. Sic & ſacrilegii inſtar eſſe dicitur, dubitare an is dignus ſit, quem elegerit Imperator : *l.* 3. *C. de crim. ſacril.*

SACRILEGUS proprie eſt, qui publica ſacra compilavit, *l.* 6. & 9. *D. ad leg. Jul. peculat.* Servius *in Virgil. Eclog.* 9. *v.* 21. Sublegere, ait, furari eſt; unde & ſacrilegus dicitur, qui ſacra legit, id eſt, furatur. Ex mente juris canonici *ſacrilegium* eſt omnis invaſio, violatio, vexatio atque detentio rerum, perſonarum juriumque ſacrorum eccleſiaticorum, & ſpiritualium contra legem eccleſiaſticam ſeu cleri maoris.

Quem

Quem conceptum ut plurimum criminalis & canonici juris interpretes sequuntur, ut Farinacius in *pract. crim. qu.* 172. *p.* 1. *n.* 2. Decianus *in tr. crim. lib.* 6. *c.* 14. *rubr. de sacrileg. n.* 1. *seqq.* Passerinus *de pollut. eccles. diss.* 1. *c.* 13. *n.* 2. Giballinus *de irregularit. c.* 5. *dub.* 4. *qu.* 3. *p.* 369. Jo. Bernhard. Diaz. *in pr. crimin. canon. c.* 87. *n.* 1. Committitur sacrilegium vel ratione loci: ut cum quis violat immunitatem ecclesiæ, cum opprimitur locus pius, seu locus hospitalis, & similia, quia talia sunt sub protectione & jurisdictione ecclesiæ: *c. ad hæc. de religios. dom.* Quandoque ratione personæ: ut cum quis verberat clericum, vel capit: *c.* 1. *de pœn. in Clementin.* Quandoque ratione rei: ut cum res sacro usui deputata usurpatur. Et hoc subdividitur, quia committitur sacrilegium auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro: *c. quisquis. causs.* 14. *quæst.* 4. Plane & sacrilegium committere dicitur, qui res ecclesiæ indebite vendit; *c. si quis presbyter.* 22. *dist.* 50. Item qui habens sufficiens patrimonium res ecclesiæ ad superfluitatem recipit: *c. nullus* 6. *causs.* 3. *qu.* 4. & *c. si quis.* & qui constitutiones sanctorum patrum infringit; *ibid.* §. *quod autem.* & qui arti magicæ intendit: *c. illud quod* 6. §. 4. *causs.* 26. *qu.* 2. & qui alios temere rebaptisat: *c. si vos* 35. *caus.* 23. *qu.* 5. & qui vendit aut comparat spiritualia: *c.* 1. *causs.* 1. *qu.* 3. & Christianus qui judæorum cibis utitur: *c. omnes feminæ* 36. *causs.* 27. *qu.* 1. & qui judæis officia publica committit, *c. constituit* 31. *causs.* 17. *qu.* 4. & sacerdos qui pro matrimonio adulterium benedicit. Et qui castitatem vovit, si matrimonium postea contrahit, vel coit, sacrilegium committit: *c. Impudicas* 11. *Causs* 37. *qu.* 1.

SACRILEGUM pro improbum & quidquid a religione & fide alienum est. Sic: Sacrilegi Judæorum cœtus: *l.* 1. *C. de apostat.* Sacrilegi nuptiarum vocantur adulteri, *l.* 30. §. 1. *C. ad leg. jul. de adulter.* & *l.* 4. *C. Th. quor. adpellat.* In cujus adpellationis rationem inquirit, & erudite explicat Nic. Henet. in *otio Vratislaw. cap.* 43.

SACRISTA. Hujus officium semper annumerabatur inter valde honorifica. Illi committebatur utensilium pretiosorum, quæ immediate ad divinum officium spectant, mera custodia, ministerio quoad usum actualem aliis inferioribus relicto. Gregorius IX. ex quodam Concilio Toletano sæculi septimi ejus officium his paucis verbis comprehendit: Sciat sacrista, se subjectum Archidiacono, & ad ejus curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici, nec non quæ ad luminaria pertinent sive in cera sive in oleo: *c. ut sciat. de offic. sacrist.* Vid. supra art. *Decanica.*

SÆVITIA domini: *l.* 23. *D. de Ædil. edict.* emtoris: *l.* 22. *pr. D. eod. tit.* fructuarii in servum: *l.* 15. D. *de usufruct.* furoris: *l.* 22. §. 7. *D. solut. matrim.* præceptoris: *l.* 6. *D. ad. leg. Aquil.*

SAGARIA negotiatio: *l.* 52. §. 4. D. *pro soc. l.* 5. §. 15. D. *de tributor. act.*

SAGARIUS, qui vestimenta vendebat, non qui vestes detritas venales habebat, dicebatur. Talis est *sagarius* apud Reines. *Inscript. class. XI.* 103. Quin & collegii sagariorum mentio fit apud eumdem *Class. X.* 9.

SAGITTARII. *Tit. decretal. de sagittariis.* ubi artem mortife-

tiferam & odibilem balliſtariorum & ſagittariorum adverſus Chriſtianos & Catholicos exerceri ſub anathemate prohibet Innocent.III.

SAGMINA, auctore Feſto *lib.* 17. vocantur verbenæ, id eſt, herbæ puræ, quia ex loco ſancto ſecabantur, (alias *arcebantur*) a conſule, Prætoreve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumve induendum: vel a ſanciendo, id eſt, confirmando. Græce ἱερὰ βοτάνη. Sagmina ſunt quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolent, ne quis eos violaret: ſicut legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur Cerycia: *l.* 8. §. 1. D. *de diviſ. rer.* Vid. Alber. Gentil. *de Legation. lib.* 1. *cap.* 13.

SAGUM, veſtimenti genus, inter familiaria relatum ab Ulpiano, *l.* 23. §. *ult.* D. *de aur. arg. legat.* Vid. Ruben. *lib.* 2. *Elector. cap.* 12.

Saga proprie indumenta militaria. Iiſdem tamen etiam utebantur in luctu & ſquallore, eaque tunc totum hominem tamquam ſacci involvebant. Atrebatica olim maxime in pretio fuiſſe, diſcimus ex Trebell. Pollione in *Gallieno cap.* 6. & Hieronymo *adverſ. Jovinian.* adeo, ut illa Joviniano pro luxu imputet. Suid. *Tom.* 1. in ἀτρεβατικὰς, perperam ea ab atro colore dicta putat. Plura de iis Salmaſ. *ad Hiſtor. Auguſt. p.* 280. *&* 338. & Reineſ. *Inſcript. p.* 604. Hein.

SALAMANDRA, in *l.* 3. §. 3. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Animal id eſſe lacerti figura ſtellatum ac varium Dioſcorides *lib.* 2. & Plin. *lib.* 10. *cap.* 67. ſcribunt, cui tantus rigor eſt, ut ignem tactu exſtinguat: unde & nata eſt vulgi opinio, exiſtimantis, igne eam veſci, nec umquam eo abſumi, quum præ frigiditate quidem aliquo tempore in igne illæſa ſubſiſtere poſſit, eo tamen tandem conſumatur, ut Galenus *lib.* 3. *de temperament. cap.* 4. *p.* 84. *Tom.* 3. *oper.* Caſſiodor. *lib.* 3. *varior. epiſt.* 47. Salamandræ ſequuturus exemplum, quæ plerumque degit in ignibus: tanto enim naturali frigore conſtringitur, ut flammis ardentibus temperetur: ſubtile ac parvum animal, lumbricis adſocium, flavo colore veſtitum. Ceterum inter venena numeratur. Nam hauſtum ejus ſequitur inflammatio linguæ, & cum tempore, reſolutioneque aliqua tremor & ſermonis impedimentum, & livor totius corporis, ut Dioſcorides *lib.* 6. & Plinius *lib.* 29. *cap.* 2. tradunt.

SALARIARIUS, qui ſalario fruitur, *l.* 10. §. 9. D. *mandati.*

SALARIUM, annuam erogationem ſignificat, quæ alicui ſui tuendi exhibendique cauſſa præſtatur, *l. ult.* D. *de in rem verſ. l.* 8. §. 23. D. *de tranſact. l. ult.* §. *ult.* D. *de obligat. & action. l.* 19. §. *ult.* D. *de annuis legat.* Salarium vero Cornutus *ad Perſii prolog. v.* 9. victum unius diei interpretatur. Plinius *lib.* 31. *hiſt. natural. cap.* 7. de ſale tractans: honoribus etiam ait, militiæque interponitur, *ſalariis* inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, ſicut adparet ex nomine ſalariæ viæ, quoniam illa ſal ad Sabinos portari conſueverat. *Salarium* etiam annuas mercedes ſtipendiave, quæ ob liberalem artem vel medicinam præſtantur, ſignificat, *l.* 16. §. 1. *D. de alim. & cibar. legat. l.* 4. D. *de decret. ab ord. faciend. l.* 51. §. 8. D. *pro ſoc. l.* 7. *&* 56. §. 3. D. *mandat. l.* 1. *&* 17. C. *eod. tit. l.* 4. *D. de offic. adſeſſor. l.* 20. §. *ult.* D. *locat.* Salarium pro lapidibus cædendis: *l.* 14. *in fin.* D. *commun. præd.*

Salarium quoque prædii juriſcon-

consulti dicunt „ in *l.* 39. §. 5. D. *de legat.* 1. *l.* 8. *D. de usufruct.* Sed rectius ibi legitur *solarium*, a solo. Vid. *l.* 15. *D. qui potior. in pign. l.* 5. §. 1. D. *de oper. publ. l.* 1. C. *de diverf. præd.* Unde Græcis etiam jurisconsultis σωλάριον dicitur, in *Eclog. Bafil. p.* 488. Vid. Jac. Gothofred. *de falario cap.* 1. §. 3.

SALGAMUM. Ejus adpellatione in *tit. utriusq. Codic. de salgam. hofpit. non præb.* veniunt lignum, oleum, culcitæve, ut explicat, *l.* 3. *C. Th. eod. tit.* & in universum ad adparatum victus & corporis refocillationem res necessariæ quæcumque. Jac. Gothofr. *in Comm. ad l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

SALICTUM, est locus, ubi salices nascuntur, *l.* 7. §. 5. *D. quod vi aut clam. l.* 3. D. *arbor. furt. cæsar.*

SALIENTES, sunt personæ, ex quibus aquæ saliunt, quemadmodum in *l.* 15. D. *de action. emti* interprete Cujacio *lib.* 11. *observat. cap.* 2. Adde Plinium *lib.* 6. *hist. nat. cap.* 5. & Petr. Wesseling. *ad Antonini Itinerar. p.* 428. Hein.

SALIGNEUS, ex salice factus. Saligneæ virgæ: *l.* 3. D. *arbor. furt. cæsar.*

SALINÆ quædam publicæ, quædam privatæ erant, *l.* 17. §. 1. D. *de verb. signif. l.* 13. D. *de publican. l.* 4. §. 7. D. *de censib. l.* 5. §. 1. *D. de reb. eor. qui sub tut. l.* 8. §. 8. *D. de pœn. l.* 1. *D. quod cujusq. univers. nom. l.* 32. §. 2. D. *de usu & usufruct. legat.* Salinarum conductores, in *l.* 11. *C. de vectigal.* vectigal: *l.* 59. §. 1. *D. de hered. instit. l.* 17. §. 1. D. *quod. cujusq. univ. nom.* In salinas olim etiam ob maleficium pœnæ loco damnari maxime feminas consuevisse, ostendit *l.* 8. §. 8. D. *de pœn.* & *l.* 6. D. *de captiv. & postlim.*

SALONITANORUM portus, in *l.* 3. *C. de nautic. fœn.* non in Africa, ut Accursius existimat, sed in Dalmatia est. Strabo *lib.* 7. *Geograph. p.* 484. Καὶ ἡ τῶν Δαλματέων παραλία καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτῶν Σάλων. Et Dalmatarum ora maritima, & navale eorum Salona. Fit ejus loci crebra mentio in Antonini *Itinerario p.* 269. 272. 497.

SALTUARIUS, custos fundi est. Desiderant enim tam villæ quam agri custodiam, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent, *l.* 15. §. *ult.* D. *de instruct. vel instrum. legat.* Saltuarium Glossarium Græc. ἀγροφύλακα vocat, qui saltuum custodes dicuntur, & fructuum servandorum gratia parati, vel finium custodiendarum caussa, *l.* 8. *in fin. l.* 2. §. 4. D. *eod. tit. l.* 16. §. 1. *D. de usu & habit.* Saltuarii servi: *l.* 63. *in fin. D. de legat.* 3. *l.* 2. §. 4. D. *de instruct. vel instrum. legat.*

SALTUENSES vocantur, qui saltibus adscripti sunt, in *l.* 1. *C. de fugit. colon. l.* 13. C. *qui milit. non poss.* Saltuenses fundi: *l.* 13. *C. de fund. patrim.*

SALTUS adpellabant veteres pascua loca, & pastionibus adcommodata, *l. penult.* §. 1. D. *si servit. vindic. l.* 8. D. *de instruct. vel instrum. legat. l.* 52. D. *de action. emt. l.* 25. *D. de pignor. action.* Varro *lib.* 4. *de lingu. lat.* Quos agros non colebant propter silvas, aut id genus, ubi pecus pasci possit, & possidebant, ab usu suo *saltus* nominarunt. Hæc etiam Græci ἄλσεα καὶ νομὰς, nostri *nemora* adpellant. Vid. etiam Varronem *lib.* 1. *de re rust. cap.* 10. Ælius vero Gallus apud Festum *lib.* 17. saltum definit, ubi silva & pastiones sunt, quarum caussa cæsæ quoque ibi sunt. Hæc ille: Cui adjice, si qua particula in saltu aut custodum caussa aratur,

tur, eam rem non perimere nomen saltus, non magis, quam fundi, qui est in agro culto, & ejus caussa habetur ædificium, si qua particula in eo habet sylvam. Sic *saltus* in quo fundus est, *l.* 52. *pr.* D. *de action. emt.* ubi vid. Cujac. Virgilius *lib.* 3. *Georg. v.* 143. Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum - Flumina.

Saltus autem alii æstivi, alii hiberni erant, *l.* 67. D. *de legat.* 3. *l.* 3. §. 11. *l.* 44. §. *ult. D. de adquir. possess.* Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 3. Æstivos definit Ulpianus, quibus interdum etiam hieme, plerumque autem æstate utimur, *l.* 1. §. 3. D. *de aqu. quotid.* Saltus communis est, in quo municipes jus compascendi habent, *l.* 20. §. *ult.* D. *si servit. vindic.*

Hic *saltus*, pro pascuis apud Ovidium *lib.* 2. *metamorph. v.*498. In saltibus etiam venari dixit Triphonius, in *l.* 62. D. *de usufruct.* Virgil. *lib.* 1. *Georg. v.* 140. Et magnos canibus circumdare saltus. Ovid. *Heroid. V.* 17. Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos.

SALUBRE consilium, *l.* 5. §. 8. D. *de administr. & peric. tut.* Salubris ratio: *l.* 2. *C. de long. temp. præscr.*

SALUBRITAS legis: *l.* 6. C. *de adpellat.*

SALUBRITER statutum: *l.* 9. C. *quomod. & quand.* introductum: *l.* 25. D. *de legib.*

SALVIANUM interdictum, quod competit domino fundi adversus colonum in sua domo habitantem, & ejus heredes, de rebus coloni tacite oppignoratis pro mercibus quas colonus in fundum intulit: §. 3. *Inst. de interdict. l.* 1. & 2. *D. de Salvian. interdict. l.* 1. C. *eod. tit. l.* 2. §. 3. D. *de interdict.* Est adipiscendæ possessionis hoc interdictum, quod differt ab actione Serviana eo, quod intentans actionem Servianam, ad rem sibi obligatam restituendam, debet probare hujusmodi rem in bonis coloni fuisse eo tempore, quo res fuit illata. Sed hoc non est necessarium in interdicto Salviano; immo sufficit probare talem rem fuisse illatam, ita dicit gloss. in §. *item Serviana Inst. de act.* quod in Serviana oportet, quod creditor probet de rebus domini fuisse tempore obligationis: sed in Salviano sufficit, quod probet eum possedisse. Nam omnia posita ab ipso colono, tacite sunt domino fundi obligata. Hujus interdicti judicium possessorium est, Servianæ vero petitorium; quod notandum propter adpellationes. Quia in judicio Serviano, posset adpellari, secus in interdicto: Bart. *l.* 1. *D. de salv. interd.* Actio Serviana est in rem, hoc vero remedium in personam, ut omnia interdicta. Differt autem hoc interdictum quoque ab interdicto de migrando, quod hoc (de migrando) debitori detur ad retinendam possessionem, Salvianum vero creditori, ad adipiscendam: Illud exhibitorium & prohibitorium, hoc restitutorium: Illud de rebus inquilini pignoris nomine illatis in habitationem: hoc de rebus coloni natis in agro conducto, vel nominatim pignori obligatis, imo utiliter, & de rebus cujuscumque debitoris pignori obligatis, *l.* 1. D. *de salvian. interd. l.* 1. *C. de precar.*

An autem hoc interdictum Salvianum a Salvio Juliano nomen acceperit, nondum expeditum est. Adfirmant Anton. Augustinus, Cujacius, Columbettus, Wesenbecius; negant Bachovius, Obert. Giphanius, & Corn. Van Bynkersh. *lib.* 1. *observ. c.* 24. cujus tamen rationes diluere annisus est Christ. Vaechtlerus in *Act. Erudit. Lips.* 1746. *mense junio.* At si vel ma-

maxime probari poſſet, circa Juliani tempora natum eſſe hoc interdictum: plures tamen tum vixere Salvii, a quibus nomen accipere potuit, *l.* 14. D. *ad SC. Turpil.* *l.* 6. D. *de legat. præſt.* Hein.

Quaſi *Salvianum* interdictum datur omni creditori adverſus poſſeſſorem rei ſibi obligatæ ad ejus conſequendam poſſeſſionem: *l.* 1. §. 1. D. *de ſalv. interd.*

SALVIUS *Ariſto* Neratio antiquior, a quo & Celſo patri præponitur, in *l.* 39. *mandat.* *l.* 6. D. *de legat. præſtand.* Immo, (ait Hein.) Neratio & Celſo filio σύγχρονος fuit Titus Ariſto, (de Salvii enim nomine nihil certi habemus,) cum quibus & litterarum commercium habuit, *l.* 19. §. 2. D. *locati* *l.* 3. *princ.* D. *quæ res pign.* & *hyp.* *l.* 29. §. 1. *D. de ſtatulib.* Omni eum prudentiæ, juris, antiquitatis & univerſim litterarum ſcientiæ laude cumulavit Plinius *lib.* 1. *epiſt.* 22. Scripſit præterea ad Caſſium, *l.*7. §. 3. *l.* 17. D. *de uſufruct.* ad Sabinum: *l.* 6. D. *de uſu & habit.* *l.* 3. §. 1. D. *de pen. legat.* ad libros poſteriorum Labeonis, *l.* 17. §. *ult.* D. *de hered. inſtit.* Librum de furtis laudat Gellius *lib.* 11. *c.* 18. Collegit & decreta Frontiniana, *l. ult.* D. *de adquir. poſſeſſ.* An & digeſta & reſponſa, quod ex *l.* 8. §. 5. *D. ſi ſervit. vindic.* & *l.* 44. *D. ſolut. matrim.* minime colligas, ſub judice lis eſt.

Salvius Julianus, Prætor & Conſul, in *l.* 5. D. *de manumiſſ. vindict.* ubi & Javolenum præceptorem ſuum vocat, *l.* 43. *D. ad leg. jul. de adulter.* Fuit is Adrumetinus Afer, non Mediolanenſis, uti vulgo colligunt ex Spartiani *Juliano cap.* 1. Floruit ſub Hadriano, cujus auſpiciis edictum condidit circa annum V. C. 884. æræ Dionyſ. 131. Ser. Octavio Lænate & M. Antonio Rufino Coſſ. Anton. Pagi, *Critic. Baron.* *Tom.* 1. *p.* 127. Tillemont. *Hiſtor. Imperat. Tom.* 2. *part.* 2. *p.* 418. Tum in Hadriani, tum in Antonini Pii, tum in Divorum Fratrum conſilio fuit. Spartian. *Hadrian. cap.* 18. Jul. Capitolin. *in Antonin. Pii. cap.* 12. a quibus etiam amicus vocatur, *l.* 17. D. *de jur. patron.* Poſteros ejus poſt Iſaac. Caſaub. & Thom. Reineſium multo accuratius deſcripſit Hein. in *programmate p.*790. *Syllog. opuſc. varior.* Scripſit Digeſtorum libros 90. notis illuſtratos ab Ulpio Marcello, Scævola, Paullo & Mauriciano, non autem ab Africano, ut voluit Guil. Grot. *de vit. Juriſconſ. II.* 6. quod opus cum edicto perpetuo turpiter confudit Matth. Blaſtar. *in hiſt. jur.* apud Fabric. *Biblioth. Græc. vol.* 12. *p.* 361. Scripſit præterea ad Minicium libros 6. ad Urſeium Ferocem libros 4. de ambiguitatibus, id eſt, περὶ τῶν ἀπόρων ἢ ἀμφιβολιῶν, (de quibus & Stoici multa commentari conſueverunt. Diogen. Laert. VII. 178. & 139. librum ſingularem: non autem *ad edictum*, & de *dotali prædio*, quos illi libros ſine ulla auctoritate tribuit Bertrandus. *Hein.*

Idem ſummæ auctoritatis homo & prætorii edicti perpetui ordinator vocantur, in *l.* 10. C. *de condict. indeb.*

SALUS principis: *l.* 233. *D. de verb. ſignif.* per quam jurare conſueverant. Vid. ſupra *genius.* Qui per ſalutem ſuam jurat, *l.* 33. D. *de jurejur.*

SALUSTIANI vel *Salluſtiani* horti. Vid. ſupra art. *horti.*

SALVA actio: *l.* 17. §. 3. D. *de dol. mal. & met. except.* cauſſa: *l.* 10. C. *quib. mod. pign.* civitas: *l.* 4. *D. ſi quis cantion. jud. ſiſt.* *Salva* fore decem: *l.* 67. D.

D. *de verb. oblig.* *Salva* exceptio: *l.* 12. D. *de diverf. temp. præfcr.* Falcidia: *l.* 78. D. *de hered. inft.* ratio legis Falcidiæ: *l.* 2. §. *ult.* D. *de jur. codicil.* indemnitas: *l.* 3. C. *de privil. fifc.* legata: *l.* 12. D. *de his, quæ ut indign.* perfequutio: *l.* 88. §. 4. *D. de legat.* 2. portio: *l.* 2. *C. de his, quæ ut indign.* reverentia: *l.* 1. C. *de condict. ob turp. cauff.* fubftantia: Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 26.

SAMARITANI. De his eft *lib.* 16. *tit.* 8. *C. Theod.* & *l.* 6. *ejufd.* C. *de navicul.*

SANCIRE. Sanxerunt principes: *l.* 1. & 2. *C. de donat. quæ fub mod.* Sancire etiam teftator dicitur: *l.* 24. C. *famil. ercifc.* Ceterum non *fancire legem*, fed *lege*, veteres dixiffe probat Gronov. *ad Livium lib.* 3. *c.* 55.

SANCTIMONIALIS. Ita Imperatores adpellant virginem Deo devotam, dicatam & confecratam, *l. un.* C. *de rapt. virgin.* B. Auguftin. *Serm.* 23. Non mihi videtur parabola ad eas folas pertinere propria & excellentiori fanctitate virgines, quæ in ecclefia nominantur, quas etiam ufitatiore vocabulo fanctimoniales adpellare confuevimus. Quo verbo utitur etiam *lib.* 1. *de civit. Dei cap.* 16.

SANCTIO. Sacrandæ erant fanctiones, inquit Cicero *pro Corn. Balbo cap.* 14. aut genere ipfo, aut obteftatione & confecratione legis, aut pœnæ, quam caput ejus, qui contra fecerit, confecratur. Hæc ille. Atque hæ extremæ legum partes, quibus in eos, qui adverfus leges committerent, pœna irrogabatur, & fanciebatur, fanctiones vocabantur, §. 10. *Inft. de rer. divifion. l.* 41. D. *de pœnis. l.* 9. §. 3. *D. de rer. divif. l.* 4. *C. de jur. fifc.* Quarum exempla funt apud Ciceron. *lib.* 3. *ad Attic. epift.* 23. & apud Feftum *lib.* 17. in verbo, *fatyra.* Cic. *lib.* 3. *Rhetoricor. ad Herenn. cap.* 10. Plus valet fanctio permiffione. Macrob. *lib.* 3. *Saturnal. cap.* 3. Unde & fanctæ leges, quæ non debent pœnæ fanctione corrumpi.

SANCTUARIUM principis, libros atque commentarios, in quos agrorum formæ referebantur, aut, quod magis eft, locum ipfum & tabularium, in quo hujufmodi libri reponebantur, fignificat. Sicul. Flaccus *de condition. agror. p.* 16. Quod fi quis contradicat; fanctuarium Cæfaris refpici folet: omnium enim agrorum & diviforum & adfignatorum formas, fed & divifionem, & commentarius & principatus in fanctuario habet. Qualefcumque enim formæ fuerint, fi ambigatur, de earum fide ad fanctuarium principis revertendum erit. Hygin. *de limitib. conftit. p.* 193. Omnes fignificationes & formæ æris tabulis infcribemus. Et paullo poft: Libros æris & typum totius perticæ linteis defcriptum fecundum fuas terminationes adfcriptis adfinibus, tabulario Cæfaris inferemus: & fi qua beneficio conceffa aut adfignata coloniæ fuerint, five in proximo, five inter alias civitates, in libro beneficiorum adfcribimus. Et quidquid aliud ad inftrumentum menforum pertinebit, non folum colonia, fed & tabularium Cæfaris, manu conditoris fubfcriptum, habere debet. Hæc ille. Ita & fanctuarium Mithridatis, pro fecreto ejus tabulario dixit Plinius *lib.* 23. *cap.* 28.

SANCTUS, *a*, *um*, dicitur proprie, quod neque facrum, neque religiofum, neque profanum eft, fed fanctione quadam confirmatum. Quod enim fanctione quadam fubnixum eft, id fanctum eft, etfi non fit Deo confecratum, *l.* 9. §. 3. *D. de divif. rer.* A fan-

ſanciendo enim ſanctum dictum, quaſi incorruptum & inviolatum, ut Aggenus Urbic. *in Comment. ad Frontin. p.* 62. ſcribit. Gloſſæ Nomicæ: Sancta, νομικὴ ὑπόθεσις, μέσον δύο λογίων ἀνδρῶν, (ἢ ἀνθρώπων.) Alias dictum eſt ſanctum a ſagminibus, *l.* 8. D. *de diviſ. rer.* id eſt, a verbenis, ſeu herbis puris, quæ ex loco ſancto ſecabantur a conſule vel prætore, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumve indicendum, quemadmodum Feſtus *lib.* 17. tradit, & Plinius *lib.* 22. *hiſt. nat. cap.* 2. ſignificat. Ex quo ipſi legati ſancti eſſe jure gentium dicuntur, quod eos violari nefas ſit, quodque ab omni injuria eos jus gentium vindicet & tutos præſtet, *l. ult. D. de legation.* Quatenus autem ſanctum id eſſe dicitur, quod ab hominum injuria munitum atque defenſum eſt, eo ſenſu ſancti dicuntur non ſolum muri, ſed etiam portæ, *l.* 1. *&* 8. *in fin.* D. *de rer. diviſ.* Vet. Gloſſar. Græc. Sancta, τείχη, ἐκκλησίαι, εὐκτήρια, μαρτύρια, καὶ ὅσα διὰ τῶν ἱερέων θεῷ καθιέρωται, καὶ τὰ τίμια κειμήλια. Voſſ. *lib.* 5. *Inſtit. orat. cap.* 6. Zonaras *Tom.* 2. *Annal. p.* 5. σάγκτα γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ τείχη. Sancti enim a Romanis muri habentur. Ælius Gallus apud Feſtum *lib.* 16. *in religioſus.* Sanctum murum, ait, qui ſit circa oppidum. Sed enim quod ad portas attinet, a juriſconſultis diſſentire Plutarchus *in Quæſtion. Rom. cap.* 87. videtur, qui muros ἱεροὺς eſſe, portas non item, ſcribit: quod per portas cadavera efferantur, aliæ item res impuræ & immundæ per eas tranſmittantur, invehantur, evehantur. Verum diverſa potius, quam contraria aut pugnantia dicit. Merito enim negat, portas religionis quidquam habere, aliter atque muros, qui aratro circumduci & ambiri certis adhibitis ſacris in deſignanda urbe ſolebant; quum eo loci, in quo portæ ſtruendæ erant, ſiſti aratrum & ſuſtolli conſueviſſet. Verum eſt tamen, nec portis nec muris quidquam conjungi, vel adponi licuiſſe, nec aliquid omnino in eas ſine nefario ſcelere committi potuiſſe, quo violari viderentur. Ac eapropter in ſanctis jureconſulti eorum utrumque recte numerant, *l.* 2. *l. ult.* D. *ne quid in loc. ſacr.* Caius *lib.* 2. *Inſtit. tit.* 1. §. 1. Rationem ergo non ſatis idoneam habuit Grotius, cur Juſtinianum & jureconſultos, illo Plutarchi loco innixus, reprehenderet *in Flor. ſparſ. ad* §. 10. *Inſt. de rer. diviſ.*

Sanctæ etiam leges propter ſanctiones, quibus leges ſeipſas olim muniebant, *l.* 9. §. 3. D. *de rer. diviſion.* Macrob. *Saturnal. III.* 3. Unde & ſanctæ leges, quæ non debeant pœnæ ſanctione corrumpi. Feſtus *lib.* 17. Sacratæ leges ſunt, quibus ſanctum eſt, qui quid adverſus eas fecerit, ſacer alicui deorum cum familia pecuniaque eſſet. Vid. ſupra in *ſanctio* & Briſſon. *Formul. Pop. Rom. lib.* 2. *cap.* 20. Sancta quoque perſona patris ac patroni: *l.* 9. *D. de obſequ. parent.*

Sanctiſſima domina: *l.* 19. §. 1. D. *de ann. legat.* ubi mater aut avia, magis intelligenda quam uxor; quamquam veteres etiam uxores caſtas & ſanctas dixerint, ut apud Phedr. *lib.* 3. *fab. n. v.* 29. & Virgil. *lib.* 2. *Æneid. v.* 158. Tuque o ſanctiſſima conjux.

Sanctiſſima eccleſia: *l.* 42. *cum ſeq. C. de epiſc. & cler.* Res ſanctiſſima civilis ſapientia: *l.* 1. §. 5. D. *de extraord. cognit.*

Sanctiſſimus Imperator: *l.* 3. *D. de natal. reſtit. l.* 81. §. 1. D. *de legat.* 2. per metalepſin. Voſſ. *lib.* 5. *Inſtit. orat. cap.* 6.

SANCTUS *Cassius* Prætor: *l. ult. D. de adquir. hered.*

SANGUINEAS virgas in *l. penult.* D. *ad Leg. Pomp. de parricid.* cum Magio *Miscell. lib.* 4. *cap.* 8. *Tom.* 2. *Thesaur. Gruter. p.* 1416. interpretatur Briff. e sanguineis fruticibus decerptas, de quibus vide Plin. *lib.* 16. *cap.* 32. & 37. & *lib.* 14. *cap.* 10.

SANGUINOLENTOS adpellant recentes editos infantes *rubr. C. de infantib. exposit.* & in *l. ult. C. de patrib. qui fil. distrax.* Donatus *ad Terent. Andr. Act.* 3. *scen.* 2. *v.* 6. Satis obstetrici est, adhuc incertum ævi, & ut ita dicam, a matre sanguinolentum, non pulcrum dicere, sed scitum pronunciare. Juvenal. *Satyr.* 7. *v.* 196. a matrem rubentem vocat.

SANGUIS, naturalem conjunctionem significat. *Sanguinis* auctor: Virgil. *Æneid.* 7. *v.* 49. Sanguinis caritas: *l.* 5. §. 1. *D. de agnosc. & alend. liber.* Sanguine conjunctus: *l.* 9. §. *ult. D.* contingere: *l.* 12. D. *de manum. vindict.* Sanguinis contumelia: *l.* 38. §. 1. D. *ad leg. jul. de adulter.* gradus: Ovid. *Heroid. epist.* 3. *v.* 28. honor: *l.* 1. §. 12. D. *de successor. edict.* jura: *l.* 8. D. *de regul. jur.* linea: *l.* 4. C. *de bon. vacant.* nomina: Ovid. *lib.* 9. *Metamorph. v.* 465. proximitas: *l.* 7. *C. de in integr. restit.* ratio: *l.* 2. D. *und. agnati.* turbatio: *l.* 11. D. *de his, qui not. infam.*

Sanguis, pro genere & origine. Sanguinis hispani equi, *l.* 1. C. *Th. de equis curul.*

Sanguis pro vita. Sic: Sanguinis pœna, pro capitali, *l.* 8. C. *de transact.* Cujac. *ad Paul. lib.* 15. *ad Edict. l.* 2. *de public. judic.* Sanguinem suum redimere: *l.* 1. D. *de bon. cor. qui ante sentent.*

SANIES, purulentia. Artus atro sanguine permixta sanie defluentes, *l.* 1. C. *Th. de emendat. servor.* Virgil. *Æn.* 8. *v.* 487. Et sanie tabeque fluentes. Idem *Æneid.* 2. *v.* 221. perfusus sanie vittas atroque veneno. Ammian. Marcellin. *in fine lib.* 16. Et intestinis ulceribus Reipublicæ sanie perfusus horrenda.

SANUS. Cic. *lib.* 3. *Tuscul. quæst. cap.* 5. Sanos, ait, intelligimus eos, quorum mens, quasi morbo perturbata nullo sit. Et ita sana mens: *l.* 2. §. 16. D. *pro emtor.* Parum sanæ mentis esse videtur, qui non ex officio pietatis testantur, *l.* 19. *D. de inoffic. testam.* Ita & sanus mente, *l.* 27. *C. de transaction.* Sanos mores recipere prodigus dicitur, in *l.* 1. D. *de curat. furios.*

SAPIENS a populo primus P. Attilius adpellatus est, *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.*

Sapientes sæpe jurisconsulti vocantur.

SAPIENTIA, pro philosophia, *l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* Cicero *lib.* 1. *Tuscul. quæst. cap.* 1. Ratio & disciplina, studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur, continentur. Tacit. *lib.* 14. *Annal. cap.* 16. Et sapientiæ doctoribus tempus impertiebat post epulas. Idem *lib.* 4. *hist. cap.* 5. Doctores sapientiæ sequutus est, qui sola bona, quæ honesta, mala tantum, quæ turpia. Sueton. *in Domitian. cap.* 14. Sapientiæ professor. Sex. Cæcilius jurisconsultus apud Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Favorinum philosophum ita adloquitur: Die enim, quæso, vir sapientiæ studiosissime.

Sapientiam civilem Ulpianus pro juris civilis scientia dixit, in *l.* 1. §. 5. D. *de extraord. cognit.* Hinc sapientiæ studiosi apud Quinctil. *lib.* 1. & *lib.* 7.

SARACENI. Amicitia cum iis est delictum ecclesiasticum. His enim aliisque infidelibus facta armo-

morum suppeditatio prohibita est in bulla Cœnæ Domini sub gravissima excommunicatione. Jul. II. *tom.* I. *bull. p.* 517. aliorumque Pontificum *ibid. p.* 715. *tom.* 2. *p.* 462. III. *p.* 149. IV. *p.* 114. V. *p.* 219. Vid. *c. multa* I. *de judæis, Saracen. extra, c. significavit* II. *eod. tit. decretal.* & *c. unic. eod. tit. in Clementin.*

SARCINA vectorum : *l.* 2. *D. ad leg. Rhod. de jact.* Alias Sarcina pro quovis onere & incommodo. Sic : Sarcina capitationis : *l.* II. *C. de episcop.* census : *l.* 6. *pr. C. Th. de tironib.* collationis : *l.* 3. *utroque C. sine censu vel reliq.* functionum : *l.* 17. *C. Th. de extraord. mun.* glebæ : *l.* 12. *C. Theod. de censitor.* necessitatis : *l.* 12. *C. Th. de susceptor.* nominationis alienæ : *l.* 12. *C. de decurion.* injuncti officii : *l.* 13. *C. Th. de cursu publ.* destitutæ possessionis : *l.* 14. *C. Th. de censitor.*

Sarcina pro debito : *l.* I. *C. de censib.*

Sarcina pro periculo : *l.* 23. *C. de decurion.*

SARCINATOR, sarcinatrix, qui quæve sarcienda vestimenta accipit, *l.* 25. §. *ult. D. locat. l.* I. §. I. *D. de tributor. action. l.* 5. *D. naut. caup. stab. l.* 27. *D. de pecul.* Non. Marcellus sarcinatorem sutorem interpretatur, addito Lucilii versu : Sarcinatorum esse summum, suere centonem optime.

SARCINULA : *l.* 15. §. *ult. D. ex quib. causs. maj.*

SARCIRE in XII. Tabulis satisfacere significat, auctore Festo. Inde sarcire cædes, apud Plaut. *Mostell. act.* I. *scen.* 2. Sarcire damnum, *l.* 32. *in fin. D. de damn. infect.* detrimentum : *l.* I. & 2. §. I. *D. ad Leg. Rhod. de jact.* damnum vel lucrum : *l.* II. *D. ad SC. Trebell,* quod deest : *l.* 23. *D. ad leg. Rhod.* fideicommissum : *l.* II. §. 18. *D. de legat.* 3. noxam : *l.* I. §. II. *D. si quadrup. pauper. fec.* noxiam : *l.* 9. *D. de injur.*

Sarcire etiam est integrum facere : ut Festus *lib.* 17. in *sarte* ait. Sarcire ædificia : *l.* 7. §. *ult. D. de jur. deliber.* vestimenta : *l.* 22. *D. de præscr. verb.*

SARCOCOLA, vid. *Sargogalla.*

SARCOFAGUS sepulcrum & capulum significat, quod ex sarcofago lapide fissili, corpora celerrime consumente, qui in Troade plurimus nascebatur, fieret, ut Isidor. *lib.* 16. *c.* 4. scribit. Invenitur verbum hoc in *l.* 37. *D. de religios. & sumt. fun. l.* 18. §. *ult. de alim. & cibar. legat. l.* 6. *D. de sepulcr. viol.* apud Paull. *lib.* I. *Sent. tit.* 21. §. 9. & in Fausti, sive quisquis is sit, libello *de limitibus apud Goes. p.* 267. *Sarcofaga in fine invenies.* Et in Epigram. antiquo : Lethoque jacet condita sarcofago. Et apud Gruter. *Inscript. p.* DCVII. I. *Corpora eorum fictili sarcofago commendaverim.* Addit Hein. Fiebant arcæ illæ, quæ sarcofagorum vocabulo, ex *Asio* vel *Assio lapide*, ceu observavit jam Cujac. *Observ.* 21. *c.* 13. Assus oppidum Æolidis maritimum, ubi lapis iste effodiebatur, qui vim habebat carnivoram, multoque magis pulvis ejus, tam volatilis, ut pollinis instar parietibus adhæreret. Nec alibi hic lapis reperiebatur, quam tribus locis sibi admodum vicinis, Asso, Alexandria, & Cyalo. Vid. Isaac. Voss. ad Pompon. Melam *de situ orb. lib.* I. *c.* 18. *p.* 398. *edit. Gronov.*

SARCULUS, vel sarculum, instrumentum, quo malæ herbæ eradicantur. Ulp. *l.* 8. *pr. D. de instr. vel instrum. legat.* Ligones, inquit, sarculi, falces putatoriæ, bidentes.

SARDIANORUM respublica, in *l.* 24. D. *de ann. legat.* Sardiani, Græcis, Latinis sunt Sardi. Caput Lydiæ quondam fuere Sardes, ante Hidæ dictæ, ad Caystrum amnem, haud ita procul Tmolo monte: Quas, quia Croesi regia erat, cinctas obsidione, & expugnatas fuisse a Cyro, *lib.* 1. scripsit Herodotus. Romani & conventum Sardibus tribuerunt, qui Sardianus dictus est Plinio, & Sardiana jurisdictio apud eumdem *lib.* 5. *c.* 29. Strabo 10. refert, Sardim terræ motu ætate Tiberii, qua ipse Floruit, concussam, deinde restitutam, florentem ac claram exstitisse. Hic sunt Sardes, quarum ecclesiam inter septem illas Asiæ præcipuas Joan. *Apoc.* 2. censuit.

SARDINIA capta memoratur in *l.* 2. §. *capta* D. *de orig. jur.*

SARDONIX, in *l. ult.* §. 7. D. *de publican. & vectigal.* Gemma ex duorum nominum societate sic vocata. Est enim ex onychis candore & sardi rubore mixta, auctore Isidoro *lib.* 16. *etymolog. cap.* 8.

SARGOGALLA, in *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vectigal.* Putat Brisson. eum esse, quæ in aliis *Sarcocolla* vocatur, qui a Plinio *lib.* 37. *cap.* 9. & Isidoro *lib.* 16. *cap.* 9. Saphyrus adpellatur. Est autem sarcocolla lacrima arboris in Perside nascentis, turi similis, ut Dioscorid. *lib.* 3. & Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. & *lib.* 24. *cap.* 14. Scribunt. Nomen ab eo habet, quod dissolutam & hiantem vulnere carnem adstringat & adglutinet.

SARTUM *tectum*, id est, quod vulgo dicimus clausum & opertum. Loquutio hæc orta a locatione operum publicorum, quæ locantur ut integra præstentur, sarta tecta vocantur. Festus *lib.* 17. *in Sarte.* Methaphorice vero integrum, tutum & illæsum significat, *l.* 17. *D. de usu & habit. l.* 7. §. 1. D. *ad leg. jul. repetund. l.* 7. D. *de usufruct.* Sic & Plautus *Trinum Act.* 2. *scen.* 2. Sarta tecta tua præcepta habui. Flav. Vopisc. in *Aurelian. cap.* 35. De proprio possessiones, quas in Mauritania habuit, sartis tectis Capitolio deputavit.

SATIS aliquando *valde* significat, ut in *l.* 4. *D. de integr. restitut. l.* 7. §. 3. D. *quod vi aut clam. l.* 45. §. *penult.* D. *de fideicom. libert. l.* 2. §. 46. D. *de orig. jur.* Sic satis immodicum: *l.* 15. D. *de don. int. vir. & ux.* impium: *l.* 71. D. *de adquir. vel omitt. hered.* incivile: *l.* 15. *D. de procurat.* inhumanum: *l.* 6. *pr.* D. *de pignor. act. l.* 20. D. *de adquir. hered.* necessarium: *l.* 7. §. 3. D. *quod vi aut clam.* Cælius apud Sosipatr. Charis *lib.* 2. *p.* 193. *edit.* Putsch. Commodum esse satis videtur. Cicero *lib.* 14. *ad diverf. epist.* 23. Litteræ satis liberales. Idem *pro Cluentio cap.* 67. satis firmus accusator. Id *ibid. cap. ult.* satis multos. Sunt autem hæc diligentius notanda, quod Anton. Faber ex adjecta hac particula *satis*, meros Tribonianismos cudit.

Satis quandoque superlativo jungitur, & tunc παρέλκει. Satis minima: *l.* 4. *D. de restit. in integr.* Satis pulcherrima: *l.* 2. §. 46. D. *de orig. jur.*

Satis accipere, dicitur creditor, legatarius, & alius quilibet, cui cautio præstatur. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere. Nam quia id quo quis contentus erat, ei præstabatur, satisfieri dictum est: & similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur ut verbis obligarentur, satis accipi dictum est, *l.* 5. §. 3. D. *de verb. oblig.* Satis a tutore accipit: *l.* 55. D. *de administr.*

&

& peric. tut. Satis de lite accipere: *l.* 23. D. *de fidejussor.* Satis de evictione accipere : *l.* 40. *&* 41. §. *ult. l.* 48. D. *de eviction.* Cato *de re rustica cap.* 11. Quæ satis accipienda sunt, satis accipiantur. Plaut. *Sticho Act.* 4. *sc.* 1. *v.* 4. Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse.

Singularis est loquutio : Legati fideicommissive *satis accipere: l.* 5. §. *ult. D. ut in possess. legat. l.* 38. *in fin.* D. *de condict. indeb.* Subauditur autem per hellenismum in ea loquutione verbum *nomine*, ut integra oratione effertur, in *l.* 5. §. 29. *D. ut in possess. legator.* Ex quo genere sunt & hæ loquutiones : *satisdari* certæ pecuniæ, *l.* 6. *in fin.* D. *quib. mod. pign.* & apud Valer. Maxim. *lib.* 4. *c.* 1. judicatæ pecuniæ *satisdaret.* Fideicommissi *satis* petere : *l.* 71. §. 1. D. *de condit. & demonstr.* Pignori accipere legati : *l.* 28. D. *de pignor.* Interpellari trajectæ pecuniæ : *l.* 2. *D. de nautic. fœn.* Totius dotis satisfieri : *l.* 32. *D. de usufruct. leg.*

Satis acceptio autem definitur, esse stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut adpromissores quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittant : *l.* 5. §. 2. D. *de verb. oblig.*

Satis agere, dixit Ulpianus, in *l.* 10. D. *de condit. & demonstr.* ubi *satis egerit* quem morem sequuti sunt veteres auctore Charisio *lib.* 1. *Instit. grammat.* a quo Catonis ex libro dierum dictarum de consulatu suo, verba hæc citantur : jam nostri apud vallum *satis agebant.* Citantur & ex Pacuvii Atalanta, & Plauti Bacchidibus idem comprobantes versus. Quibus addit Brissonius Apuleium *lib.* 8. *de asin. aur.* ita loquentem : coloni multitudinem nostram latrones rati, satis agentes rerum suarum eximieque trepidi.

Satis cavere a possessore : *l.* 60. §. *ult.* D. *eod. tit.* Satis esse cautum : *l.* 5. §. 1. *D. de legit. tut.*

Satisdare dicimur adversario, quum pro eo, quod a nobis petit, ita cavemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fidejussoribus : *l.* 1. D. *qui satisd. cog.* Satisdatio enim, in *eod. tit.* & in omnibus prætoriis stipulationibus, quibus satisdari jubetur, fidejussorum dationem significat. Nam ne pignoribus quidem in vicem satisdationis quis defungi potest, *l.* 7. D. *de prætor. stipul. l.* 1. *&* 3. §. 1. D. *si cui plus quam per Leg. Falcid.* Nec vero qui satisdare promisit, fidem implesse aliter intelligitur, quam si eum dederit accessionis loco, qui utiliter obligetur. Nam si minorem 25. annis, vel mulierem, vel servum det, non videtur satisfecisse obligationi aliter, atque si non idoneum dederit, *l.* 3. D. *de fidejuss. l.* 8. *D. qui satisd. cog.* Non enim videtur satisdatum, si viciose satisdatum est, *l.* 6. D. *eod. tit.* Inde & verbum satisdatum dicitur idoneam cautionem desiderare, *l.* 1. §. *pen.* D. *quod legat.* Ceterum Græci ἱκανοδοσίαν satisdationem adpellant, cui respondet ἱκανὸν λαβεῖν. D. Lucas *Act. Apost. cap.* 17. *v.* 9. Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς. id est : & satis accipientes a Jasone & reliquis, dimiserunt eos. Nam more Romano loquitur, & hoc modo sensit Jasonem, quum in jus duceretur, satisdatione præstita, seu fidejussoribus datis, dimissum. Nam qui innocentia sua purgata, vel excusatione accepta, eum dimissum, errore labuntur. Adde Grotium *ad hunc locum*, & Raphelium in *notis Polybian. p.* 354. Ex integro quoque satisdandum est quandoque, ubi insignis calamitas medio tempore fidejus-

foribus fupervenerit, *l.* 11. D. *qui fatifd. cog.*

Satifdare aliquando generaliter fumitur, idemque fignificat, ac quoque modo fatisfacere, ut in *l.* 22. D. *de conftit. pecun.* Atque ita.

Satisdatio, pro fatisfactione qualicumque, ut in *l.* 49. *in fin. D. de folution.*

Alias *fatifdatio* ftrictius, eft cautio fidejufforia, vel etiam juratoria, fi fidejufforiam quis dare nequeat. Nudæ autem cautioni repromiffionique femper opponitur, *l.* 1. §. 5. D. *de prætor. ftipulat.* & in *tit. de damn. infect.* fæpe, *l.* 3. D. *de petit. hered. l.* 45. D. *de procurat. l.* 56. *in princ.* D. *de evictìon.* fatifdatio fidejufforia adpellatur in *l.* 28. §. *ult. D. ex quib. cauff. major.* Satifdationem præftare: *l.* 7. §. 1. D. *qui fatifd. cog.* dare: *l.* 32. §. 16. D. *de recept. arbitr.*

Satisdationis tamen adpellatione interdum quoque repromiffio continetur, qua contentus fuerit is, cui fatisdatio debeatur, *l.* 61. D. *de verb. fignif.*

Satifdato, adverbialiter, ut teftato dicitur. Inde fatifdato cavere, promittere, id eft, fidejufforibus datis, *l.* 4. §. *ult.* D. *fi quis caution. l.* 4. §. 1 D. *de fideicomm. libert.* & alias paffim. fatifdato defendere: *l.* 18. §. *ult. D. de caftrens. pecul.*

Satis defiderare, *l.* 1. §. 1. *D. ut in poffeff. legator.* Satis legatorum (nomine) defiderat: *l.* 3. §. 2. D. *ut in poffeff. legator.* Eadem notione.

Satis exigere: *l.* 5. §. 1. D. *de legit. tut.* id eft fatifdationem exigere, ut in *l.* 1. §. 5. D. *de magiftr. conven.*

Satisfacere eft defiderium creditoris vel alius cujusvis implere: *l.* 1. *D. qui fatifd. cog.* Satisfacit ergo, qui idoneum expromifforem volenti dat, *l.* 4. §. 3. *D. de vi judicat.* In eo itaque, quod dicitur, pignus, foluta pecunia, vel fi eo nomine fatisfactum fit, liberari, fatisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non fit folutum. Sive enim aliis pignoribus fibi caveri voluit, ut ab hoc recedat, five fidejufforibus, five reo dato, five pretio aliquo, five nuda conventione, five alias quocumque modo recefferit, vel fi convenerit, ut pro hypotheca fidejuffor detur, datumque licet non idoneum creditor admiferit, vel fi deferente creditore juraverit debitor, rem non effe pignori obligatam, fatisfactum intelligitur, *l.* 9. §. 3. *D. de pignor. action. l.* 5. §. *ult. l.* 13. & 14. *D. quib. mod. pign. l.* 3. D. *de fidejuffor.* Sed & fi accepto latum fit id, propter quod hypotheca erat obligata, fatisfactionis nomen proficiet, *l.* 49. *D. de folution.* Et alias quoque fatisfactum videtur ex promiffore vel pignore dato, *l.* 53. D. *de contrah. emt.* §. 41. *Inft. de rer. divif. l.* 5. §. 18. D. *de tributor. action.* Hinc *fatisfacere* aliquando pro fatisdare ufurpatur, ut in *l.* 30. *princ.* D. *de ufu & ufufr. legat.* licet alias fatisfacere & fatisdare fibi opponuntur, ut in *l.* 1. *D. qui fatisdar. cogunt.*

Huc pertinent loquutiones: fatisfacere æri alieno: *l.* 13. §. *ult.* D. *de reb. eor. qui fub tutel.* conditioni: *l.* 84. §. 7. D. *de legat.* 1. conventioni: *l.* 14. *C. de refcind. vendit.* creditoribus: *l. ult.* §. 2. *D. de condit. indeb.* debito: *l.* 11. *C. de fidejufforib.* doti: *l.* 8. D. *de action. rer. amotar.* edicto: *l.* 8. §. 11. D. *de collat. bonor.* emtori: *l.* 15. D. *de dol. mal. & met. except.* Falcidiæ: *l.* 80. *D. de legat.* 1. fideicommiffo: *l.* 123. *D. de legat.* 1. judicatis: *l.* 40. §. 1. *D. de pactis.* ex cauffa judi-

dicati: *l. 2. C. de contrar. judic.* juri: *l. 1. C. de liber. præterit.* sollemnitati juris: *l. 4. C. de jur. deliber.* pensionibus: *l. 2. C. de rei vindicat.* in pretium: *l. 32. D. de fideicommiss. libertat.* promisso: *l. 9. C. de transaction.* pupillo: *l. 2. D. de magistrat. conven.* sententiæ: *l. 50. D. de condit. & demonstr.* sollemnibus ob tutelam publicam: *l. 1. C. de infam.* solutioni: *l. 1. C. ubi conven.* stipulationi: *l. 2. D. de verb. obl.* vectigali: *l. 1.* D. *ne tut. vel curat.* voluntati: *l. 2. C. de instit. & substit.*

Satisfacere & solvere separantur: *l. 41. §. 1. D. de manum. testam. l. 30. §. 1.* D. *de usufr. l. 19.* D. *de contrab. emt. l. 45.* D. *de administr. & peric. tut. l. 39. §. 1.* D. *de statulib. l. 38. §. 2.* D. *de liberal. causs.* ubi solvere est præstare id ipsum, quod debitum est: satisfacere vero æquipollens aliquod facere ex voluntate creditoris.

Satisfacere etiam dicitur, qui se excusat, defendit, deprecatur, de quo in art. sequenti.

Satisfactio tam late patet, quam patere satisfacere diximus. Ita quoque accipiendum hoc verbum est, in *l. 52.* D. *de solution. & l. 19.* D. *de contrab. emtion.* At in rescripto Antonini, quod in *l. 5. §. 16.* D. *ut in possess. legator.* exponitur, ad exsolvendum legatum refertur, *l. 5. §. 7.* D. *eod. tit.*

Satisfactio pro defensione, excusatione, caussæ dictione. Sic quod est apud D. Paullum II. ad *Timoth. cap. ult. §. 16.* ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, in *Catalogo script. Ecclesiast.* sic redditur: In prima mea *satisfactione* nemo mihi adfuit. Satisfactio autem est pars pœnitentiæ. Ejus enim partes tres, contritio, confessio, & satisfactio. Et in tribus consistit satisfactio, in oratione, jejunio & eleemosyna. Cicero III. *in Verr.* Satisfacere, ait, esse tantum facere, quantum satis sit irato ad vindictam. Sic apud Sueton. *in Jul. cap. 73.* Valerium Catullum, a quo impetitus fuerat, sibi versiculis satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ.

Satisfactio pro reparatione injuriæ, in *l. 17. §. 6. D. de injur.* uti & *satisfieri* illi, cui injuriam fecit servus, verberibus dicitur, in *l. 6. §. 4. & §. 6.* D. *de injust. l. penult.* D. si ex *noxal. causs. agat.* Auctor ad Herennium, *lib. 4.* Deinde quid injuriarum satisfecisti.

Satisfactus, in *l. 4. §. 4.* D. *de manumiss.* pro eo cui satisfactum est, per Græcismum. Anton. Augustin. *lib. 2. emendation. cap. 1.*

Satis offerre, & *offerre satis* dicitur debitor, *l. 6. C. de testam. manum.* & alibi sæpe.

Satis petere dicitur is, qui caveri sibi postulat, *l. 14.* D. *de administr. & peric. tut.* Inde illud in *l. 52. in fin.* D. *ut in possess. legator.* Si petatur fideicommisso satis, & satis legatorum desideret, in *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1.* D. *ut in possess. legator.* Legatis satis petere, *l. 7.* D. *ut legator servandor. causs.* Is apud quem satis petitur: *l. 3. princ.* & *§. 1.* D. *ut in possess. legator.* Sic &

Satis postulare, *l. 21.* D. *rem rat. haberi.*

Satis præstare, pro satisdare: *l. 8.* D. *de usufr. ear. rer.* Martial. *lib. 1. epigr. 53.* Si de servitio gravi quærantur. Adsertor venias, satisque præstes.

Satis interdum a verbis suis disjungitur. Ita dari satis, & satis pro aliquo dare, & satis pro lite accipere, legimus in *l. 1. §. 4.* D. *de rip. muniend. l. 33. D. de fidejussor. l. 2. §. 6.* D. *de judic. l. 26. §. ult. D. de minor.*

L.

l. 11. §. 10. D. *de action. emt.* *l.* 3. *C. de postlim. reverf.*

Satis tempus, pro satis temporis, in *l.* 19. *D. de oper. libert.*

SATRIANI fundi mentio est in *l.* 33. § 2. *D. de legat.* 3.

SATURA vel *Satyra*, ut Festus *lib.* 17. scribit, erat cibi genus ex variis rebus conditum vel secundum aliorum interpretationem; genus carminis, in quo multis de rebus conjunctim & confuse disputabatur. Ex quo *Satura* lex, multis aliis conferta legibus olim dicebatur. Unde in sanctione legum adjiciebatur: Neve per saturam abrogato. Caius Lælius in oratione, quam pro se dixit: Postera die quasi per saturam exquisitis sententiis in deditionem accipitur. Isidor *lib.* 4. *cap.* 16. Satyra lex est, quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta a copia rerum, quasi a saturitate, (satietate.) Justinian. *Constit. Omnem reip.* §. 1. *de concept. Digest.* Et primo quidem anno hoc opus tradebatur legentibus, non secundum Edicti perpetui ordinationem, sed passim & quasi per satyram collectum. Vid. *l.* 1. *C. de adsert. toll.* Eumen. *Panegyr. VIII. cap.* 11. Separate igitur utraque dicam; neque enim quasi per saturam confundenda sunt beneficia tua. Sosipat. Charis. *lib.* 2. *Instit. Grammatic. p.* 175. Maxime quum adverbium Stoici, ut alias diximus, πανδέκτην vocent. Nam omnia in se capit, quæ collata per saturam concessa sibi rerum varia potestas. Lactant. *lib.* 1. *Instit. divin. cap.* 21. citat. Pisçennium Festum in libris historiarum per saturam.

SATURNINUS Claudius, Jurisconsultus, citatur a Modestino, *l. ult.* D. *de custod. & exhib. reor.* Saturnini etiam fit mentio, in *l.* 1. §. 4. D. *de abigeis. l.* 1. *D. de effractor.* Citatur etiam ab Ulpiano in *l.* 1. D. *de Senator.*

Saturninus Quintus, jurisconsultus: *l.* 13. §. 5. *D. de jurejur.*

Saturninus Venuleius jurisconsultus, ad quem rescripta Caracallæ & Alexandri memorantur, *l.* 1. *C. quib. non objic. long. temp. præscript. l.* 1. C. *de excusat. veteran.* Scripsit actionum libros decem, disputationum *lib.* 7. interdictorum libros sex, de officio proconsulis libros 4. de pœnis paganorum librum singularem, publicorum libros 2. & stipulationum libros 19. De variis Saturninis singularis libellus editus est ab Hein.

SAXOSUS fundus: *l.* 13. D. *de reb. eor. qui sub. tut. vel cur.*

SAXUM Tarpeium miræ altitudinis erat, a quo Lex duodecim Tabularum vult dejici eum, qui falsum dixerit testimonium. Sed hodie non potest quis sic damnari, ut de saxo præcipitetur, auctore Modestino in *l.* 25. §. 1. *D. de pœn.* Est autem aliis pœnis utendum pro qualitate admissi, *l.* 1. *in princ. l.* 9. D. *ad Leg. Cornel. de fals. l.* 23. *C. eod. tit.*

SCÆNA. Vid. *Scena.*

SCÆVA, in *l.* 12. §. 3. D. *de Ædil. edict.* qui manu sinistra ad ea opera, quæ dextra peragenda essent, utitur.

SCÆVITAS, a scævus, pro perversitate. Scævitas morum: *l.* 17. C. *Theod. de pœn.* Gellius, *lib. 6. Noct. Attic. cap.* 3. Ingenia aspera, inquit, inscita, & rudia, sua scævitate & voluntario impetu in adsidua delicta & in errores ruunt. Scævitas legitur etiam apud Ambros. *lib.* 5. *de fide ad Gratian. cap.* 1.

SCÆVOLA *Quintus Cervidius*, jurisconsultus, *l.* 38. §. *ult.* D. *de vulg. & pupill. substit. l.* 50. D. *de fideicomm. libert.* Ejus auctoritatem laudant Ulpianus,

nus, in *l.* 3. §. 4. D. *de liber. & postum.* & Paullus, in *l.* 19. D. *eod. tit.* & *l.* 38. §. *ult.* D. *de vulg. & pupill. substit.* ubi *nostrum* vocat, Scævolam Marci Imperatoris temporibus vixisse argumento est, *l.* 39. D. *de legat.* 3. & *l.* 22. *D. ad SC. Trebell.* Adjicit Hein. quod Q. Cervidius Scævola, auctor jurisconsultorum prudentissimus, *l.* 3. C. *Theod. de Testam.* Marco Antonino a consiliis, Jul. Capitol. *in Marco cap.* 2. & vel eo nomine celeberrimus, quod Severum Imperatorem & Papinianum Jurisconsultum instituit. Id *in Caracall. cap.* 8. Proculeianum fuisse contendit Jo. Bertrandus, Sabinianum contra a Boekeln *de famil. jurisc. cap.* 5. ex ercifcundis denique Mascou. *de Sect. Procul. & Sabin. cap.* 8. §. 5. obscuritatis, variationis, quin & προσοπολη[illegible]ίας caussa a multis vapulat. Cujac. *observ. lib.* 4. *cap.* 1. Merill. *observ. I.* 9. Bud. *Adnot. ad Pand. p.* 67. Duaren. *Animadvers. Disputat. I.* 50. Ger. Noodt. *Probabil. II.* 2. *Observ. II.* 18. *de transaction. cap.* 22. *p.* 546. Ev. Otton. *Papinian. XI.* 2. *p.* 212. De stilo Scævolæ judicat ita esse, quæ de reliquis accusationis capitibus pro Scævola dici possent. Præter libros 20. Quæstionum, in quibus multa repetiit, quæ jam in *responsis* dixerat, (Cujac. *obs. lib.* 12. *cap.* 10.) scripsit libros XL. Digestorum, & quidem post excessum Marci, uti ex *l.* 39. D. *de legat* 3. collegerunt Cujac. observ. *lib.* 10. *cap.* 21. Merill. *Obs. I.* 29. Noodt. *de fœnor. & usur.* III. 6. Extiterunt ejusdem *Regularum* libri IV. *Responsorum* libri VI. & libri singulares, de Quæstione familiæ, Quæstionum publice tractatarum, nec non Notæ ad Julianum & Marcellum.

Scævola, Quintus Mucius. Quære in *Mucius* & *Quintus.*

SCÆVUS, *a*, *um.* improbum. Scævum crimen: *l.* 44. *C. Th. de Episcop.* dogma: *l.* 19. C. *Th. de heretic.* Scæva impietas, apud Ambros. *lib.* 4. *de fide cap.* 4. interpretatio: *Novell. un. Theodos. & Valentin. de libert.* libido: Tertullian. *in Apologetic. cap.* 11. refusio, Ambros. *lib.* 5. *de fide cap.* 6. religio: *l.* 43. C. *Theod. de hæret.* res apud Fest. *lib.* 16. Scæva tempora, pro tyrannicis, *l.* 9. *C. Theod. de infirm. his, quæ sub tyran.* quæ ibidem *infausta* vocantur.

SCALÆ, *l.* 7. *C. de aquæduct.* trajectus erant maritimi Constantinopoli in mare protensi, trajiciendi caussa usque ad navigia. Ad reparationem aquæductus hujus almæ urbis, inquiunt Impp. omnia vectigalia; quæ colligi possunt in universis scalis hujus inclytæ urbis, &c. ad refectionem ejusdem aquæductus procedere. Ibi nulla ratione nonnulli pro *scalis* legunt *calculis*, alii *cellulis* contra veterem scripturam & Græcorum metaphrasim, quæ sic habet: εἰς ἀνανέωσιν τοῦ ἀγωγοῦ τὰ παρεχόμενα εἰς τὰς σκάλας ἀναλίσκεσθω. Talis in regione sexta *scala* Syræna, quæ πέρασμα Justinianarum dicitur in *Novella* 69. Porro in regione quinta, *scala Chalcedonensis*, in quarta *scala Timasi.* Atque his singulis scalis nautæ attributi erant. Græce autem σκάλαι dicebantur. Vid. Cujac. *ad l.* 17. C. *de aquæduct.*

Scalam denique a scalis distingunt quidam, ut scala sit, quæ huc atque illud transferri potest. Caius: vel scalam sciens accommodaverit ad ascendendum: scalæ vero latiores habent gradus, & immobiles permaneant, sed hanc confundi differentiam ostendit: Pompon. in *l. fin. de divis. rer.* & Ulpianus in *l.* 12. §. 22. *D. de instruct. vel instrum. legat.*

SCAN-

SCANDULARII, pro scandularum fabris & tectoribus, *l. ult.* D. *de jur. immunit.* Scandulæ autem sunt quasi scindulæ tabellæ, non serra, sed bipenni productæ trunco dejecto. Unde tectum scandulare Apuleio: nisi potius a scandendo, ut putat Marius Grabedus *lib. 2. de partib. ædium.* Cum tamen Isidorus *lib. 9. Etymol. c.* 19. scandulas a scindendo dictas credat: & verius uter senserit videto. Sunt igitur scandulæ tabellæ vicem tegularum præstantes, quernis & ligneis assulis, seu sectilibus asserculis confecta, &c. Scandulis contectam fuisse Romam annis quadringentis & septuaginta testatur Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Vid. Duker. *de Latin. vet. ICtor. p.* 430.

SCANSORES, non *scasores*, *l.* 2. *C. Theod. de excus. artif.* Videntur enim fuisse scansores, qui circa gradus, scalas, scalaria, occupati erant, per quas scanditur & ascenditur.

SCAPHA ipsa per se navicula est, nec instrumentum est, vel membrum navis, *l.* 44. D. *de evictión* & passim. Græci ἐφολκίδα vocant, ut interpres Euripidis in Andromachen scribit: πλοῖον μικρὸν ἐφελκόμενον τῷ πλοίῳ· navicula parva, quæ a majore trahitur.

SCAPHIUM ventris exonerandi caussa, *l.* 29. §. *penul. D. de aur. arg. legat.* Verbum Græcum est, vas significans, in quod ventris onus excipitur. Itaque a Jul. Polluce *lib.* 10. *onomastic. cap.* 9. *segm.* 45. inter ea, quæ εἰς ἀπόπατα mulieri usui sunt, σκαφίον ponitur. Martialis *lib.* 11. *epigr.* 12.

Scaphium pro matula usurpavit. Plaut. *Bacchid. act.* 1. *scen.* 1. *v.* 37. Pro galea Scaphium, pro insigni sit corolla plectilis. [Addit. Hein. De diversis notionibus vocabuli *scaphium*, quod & pro parte capitis, corporisque femoribus vicina, & pro tonsura muliercularum inpudicarum, & pro instrumento rustico, & pro vase, vel potorio, vel quod horas indicabat, vel quo ignis eliciebatur, vel denique pro instrumento medico accipitur. Vide Ferrand Adduens. *Explicat. lib.* 1. *p.* 544. *Tom.* 2. *Thesaur. jur. civ.* Hein. De Scaphio vide ulterius quod adnotavit Turneb. *adversar. lib.* 2. *cap.* 30. & *lib.* 4. *cap.* 1.

SCELERATUM, in quo scelus est constitutum, vel commissum: ut scelerata sacrificia in *l. un. C. de Thesaur.* & sceleratissimum consilium, in *l.* 8. *pr. C. ad Leg. jul. majest.*

SCELERITAS, ut malitas dicitur, in *l.* 3. *D. de bon. eor. qui ant. sent.* Gloss. sceleritas, ἀνομία. Vid. Bynkersh. *observ. lib.* 4. *cap.* 4. Hein.

SCELEROSUS, in *l.* 18. *C. de pœn. l.* 1. C. *Theod. de rapt. vel matrim. sanctimonial.*

SCELESTA factio in *l.* 3. *m. pr. C. ad leg. jul. majest.*

SCELESTUM contubernium, *l.* 10. C. *de incest. & inutil. nupt.*

SCELESTUS contractus, *l. qui contractib. C. de jur. fisc.*

SCELUS maleficiorum, *l.* 4. C. *Th. de indulg. crimin.* Scelere quæsitum: *l.* 2. D. *ad leg. Corn. de fals.* sceleris particeps: *l.* 1. §. 5. D. *ad SC. Silan.*

SCENA, vel ut in Pandectis Florentinis scribitur, *Scæna*, est ut Labeo definiebat, quæ ludorum faciendorum caussa quolibet loco, ubi quis consistat, moveaturque, spectaculum sui præbiturus, posita in loco publico privatoque vel in vico, quo tamen loco passim homines spectaculi caussa admittuntur. Quam definitionem ad edictum de his, qui notantur infamia, Ulpianus accomodat,

dat, in *l.* 1. §. *ult.* & *l.* 2. §. 5. D. *de his, qui not. infam.* Frontem autem theatri ſcenam adpellatam ab umbra luci denſiſſima, ubi a paſtoribus ineunte vere diverſis ſonis carmina primis & rudibus temporibus cantabantur, Caſſiodor. *lib.* 4. *variar. cap. ult.* ſcribit. Inde in ſcenam prodire, *l.* 24. D. *ad leg. jul. de adulter.*

SCENICA veſtimenta, *l.* 127. *D. de verb. ſignif.* quibus in ſcena utuntur, *l.* 5. §. 10. D. *com.*

SCHEDA, in *l.* 17. D. *de fide inſtrument.* ſignificat primam ſcripturam contractus negligentius & minus pure ſcriptam, quæ poſtea in mundum redigitur.

SCHEDIA navis genus, in *l.* 1. §. 6. D. *de exercitor. act.*

SCHEMA in Novellis & Authentius denotat habitum & veſtitum, e. g. monachi, ut in *Novell.* 123. *cap. ult.*

SCHISMA eſt ſolutio vinculi eccleſiaſtici. Eſtque vel univerſale vel particulare. Hoc inter quoſdam epiſcopos bellum inteſtinum eſt, & unionis diſruptio, ſalva unitate fidei, ſalva adeoque unione cum ſede populi, & tale ſchiſma hæreſim adhuc non implicat, hæc quippe diſſidium eſt a fide catholica. B. Auguſtin. *lib. un. qu.* 17. *in Matth. qu.* XI. §. 2. *Tom.* 3. *p.* 2. *p.* 279. *edit. Paris.* Schiſmaticos non fides, diverſa facit, ſed communionis dirupta ſocietas. Univerſale vero ſchiſma eſt, quod denegationem ſubjectionis, & obedientiæ in ſummo Pontifice agnitæ, arguit, & ſic quoque vinculum eccleſiaſticum cum epiſcopis ei adhærentibus ſolvit. Ac quia hi cum ſuo capite univerſalem dicuntur conſtituere eccleſiam; ſchiſma tale dicitur diſceſſus ab univerſali eccleſia. Id vero ex jure canonico non poteſt hæreſi carere, quia Papam ſupremum caput eſſe eccleſiæ, articulus fidei eſt, quem illi negant, qui ſchiſma univerſale committunt. Hieronym. in *c.* 26. *cauſſ.* 24. *qu.* 3. Ceterum, ait, nullum ſchiſma non aliquam ſibi confingit hæreſin, ut recte ab eccleſia (dominante) receſſiſſe videatur. Non ergo mirandum, ſchiſmaticos eiſdem pœnis, quibus hæretici, obnoxios eſſe, *c.* 32. *cauſſ.* 24. *qu.* 1. Add. *c.* 34. *ibid.* De *ſchiſmaticis* & eorum pœnis: vid. *l.* 1. 62. 63. & 64. C. *Theod. de hæret.*

SCHOLÆ generaliter ſunt ædificia, ubi convenire ſolent homines plurimi, aut ſtudendi aut præſtolandi, aut conferendi, aut alterius rei gratia. Ita Valeſius ad Ammian. Marcellin. *lib.* 14. *cap.* 7. *p.* 27. edit. Gronov. *Hein.* Memorantur autem in jure noſtro

Schola agentium in rebus, *l. penult.* C. *de offic. milit. jud.* domeſticorum: *l.* 3. C. *ubi ſenator.* & apud Ammian. Marcellin. *lib.* 26. *cap.* 5. *p.* 353. Scholas *militum*, undecim fuiſſe Juſtinianus in *l. ult. C. de locat. & conduct.* ſignificat. Eſt autem hoc verbum corruptum, in *l.* 7. C. *de aquæduct.* in qua vulgo *calculis*, pro ſcholis legitur. Ita Briſſon. Sed in Florentina ibi legimus *ſcalis* de quo vocabulo vide ſupra art. *Scalæ.* Schola equitum & peditum, *l.* 6. C. *de advocat. diverſ. judic.* Ceterum ſcholis tribuni & comites præficiebantur, in his vocabulis vide.

Schola gentilium apud Marcellin. *lib.* 14. *cap.* 7. Gentiles autem inter ſcholares militabant, & ita adpellati ſunt, quod ex gentilibus ſeu barbaris conſcripti eſſent. Vales. ad Ammian. Marcellin. *p.* 28. Duplex autem ſchola erat *gentilium*, ſeniorum una, altera juniorum. Vid. Pancirol. ad *Notit. Imp. Orient. p.* 103. Hein.

Schola

Schola palatina, *l.* 13. §. 8. *&* 9. C. *de judic.* id est, palatinorum, qui sacris largitionibus ministrabant, diversa a schola palatinorum, seu eorum, qui in palatio militabant. Vales. *ad Marcellin. p.* 27.

Scholæ ergo etiam vocabantur ministeria palatina, quibus fungentes *scholastici* & *scholares* dicebantur, *l.* 2. C. *Theod. de concuss. advocat.* Coripp. *lib.* 3. *de laudib. Justin.* Ornata est, Augusta domus, jussuque regentis. Acciti proceres omnes, schola cuncta palati est. Jussa suis adstare locis. Hein.

Schola societatis sacrarum largitionum, *l.* 13. *C. de palatin. sacrar. largit.*

Schola scutariorum & clibanariorum, in *l.* 9. C. *Theod. de annon. civic.* Tres Scutariorum scholas memorat *Notit. Imp. Occid. p.* 56. Primæ scholæ meminit Ammian. Marcellin. *lib.* 26. *cap.* 1. secundæ, *lib.* 25. *cap.* 10.

Schola silentiariorum, *l.* 4. *C. de silentiar.*

Scholæ diversa Jurisconsultorum, sive sectæ, *l.* 138. D. *de verb. oblig.* Scholæ juris auctores: §. 2. *Inst. de emt. vendit.* §. 8. *Inst. de mandat.* Unius auctor est Sabinus, alterius Proculus, *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Quos sæpe dissentisse, ostendit, *l.* 93. §. 3. *D. de solution.* Contradictionis autem Cassii, Proculi, & Pegasi exemplum habemus, in *l.* 27. D. *de adquir. rer. dom.* Item Labeonis, & Sabini, & Proculi contrarias opiniones, in *l.* 28. D. *eod. tit.* Sabini & Cassii sententia, *l.* 43. §. 5. D. *de furt.*

SCHOLARIS militia, eorum est, qui in scholis militabant, *l.* 38. C. *Theod. de decur.* ubi existimat Brisson. legendum: Scholari etiam quidam nomen dederunt militiæ. Unde scholares scholis adscripti, *l. un. C. Theod. qui a præbit. tiron. l.* 3. *C. de offic. magistr. offic. l. ult.* C. *de decan. l.* 2. C. *de privileg. scholar. l.* 5. C. *qui milit. poss. l.* 14. *de erogat. milit. annon.* A Suida σχολάριοι vocantur.

SCHOLASTICI, iidem qui *scholares* supra, ita adpellati in *l.* 2. *C. de lucr. advocator.*

Scholasticus, in *tit. decretal. de primicer. seu scholast.* vid. supra in *primiceriis.*

SCIENTIA, in genere notat notitiam, interdum & voluntatem, veluti in lege Aquilia, qua dominus teneri dicitur, quo sciente servus damnum dedit, scientiam pro patientia accipimus, ut qui prohibere potuit, teneatur, si non prohibuerit, *l.* 45. *&* 46. D. *ad leg. Aquill.* Similiterque in omnibus noxalibus actionibus, ubi de scientia domini arguitur, scientia accipienda sic est, si cum prohibere posset, non prohibuit. Nam quod *sciente* quidem, invito tamen domino committitur, eum non obligat, in solidum, *l.* 3. *&* 4. *l.* 5. §. 1. D. *de noxal. action.* quum hujusmodi scientia culpa vacet: *l.* 37. D. *de regul. jur.* In edicto quoque, si familia furtum fecisse dicetur, *sciente* Domino a familia furtum factum accipimus, si scivit & prohibere potuit, *l.* 1. §. 1. *D. si famil. furt. fec. dic.* In edicto de tributoria actione, scientiam accipimus, quæ habet & patientiam, non etiam voluntatem. Non enim velle debet Dominus, sed non velle. Si igitur scivit, & non protestatus sit, nec contradixerit, tributoria tenebitur, tamquam eo sciente negotio gesto, *l.* 1. §. 3. *D. de tribut. action.* In edicto, *quæ in fraudem creditorum*, hæc verba *sciente te*, sic accipimus, conscio & fraudem participante. Non enim *scire* solum, sed & fraudis par-

participem esse oportet, *l.* 10. *princ.* & §. 2. *D. quæ in fraud. credit.* In eo, quod dicitur, dies bonorum possessionis petendæ *scientibus* cedere, scientiam accipimus, non quæ jurisprudentibus insit, sed eam, quam quis aut per se habet, aut consulendo peritiores adsequi possit, *l.* 2. §. *ult. D. quod vi aut clam.*

Scientiam nostram, id est principis consulat, *l.* 1. *C. de relation.* Sic & ad nostram referre scientiam, *l.* 1. *C. Theod. de adpellat. l.* 2. *C. Theod. de operib. publ.*

Scientia aliquando pro notitia ea est, qua quis rationem reddere potest ejus quod noscit, Sic Jurisprudentia esse definitur justi atque injusti scientia, *l.* 10. §. 2. D. *de justit. & jur. princ. Inst. eod. tit.*

Scientia interdum est notitia artis, & ab exercitatione, & professione separatur, ut in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2.

SCINDERE pro dividere. Sic: *Scindi* dicuntur actio: *l.* 1. 2. *C. si unus ex plurib.* defensio: *l.* 5. §. 7. *de judicat. solvi.* judicium in partes: *l.* 48. *D. famil. ercisc.* hereditas: *l.* 2. *C. ad SC. Trebell.* pretium: *l.* 18. D. *de contrah. emt.* sententia in personas: *l.* 10. §. 3. *de adpellation.*

SCIRE verbum generaliter sumitur *c. hoc videtur* 22. *q.* 5. Scire explicite & implicite quid sit, docet Panorm. in *gl. rubr. de summ. Trinit.*

Scire & consentire sive permittere differunt, *l.* 8. §. 15. D. *quib. mod. pign. vel hypoth.* vid. etiam supra *scientia.*

Scire interdum pro observare ponitur. Sic: *scire* debemus: *l.* 29. D. *de verb oblig.* sciendum est: *l.* 4. §. 6. D. *rem pupill. salv. for.*

Scire leges, non est verba earum tenere, sed vim & potestatem: Celsus in *l. scire* D. *de legib. Scire* pro sciscere, in *l.* 98. *in fin.* D. *de solution.*

SCISCERE autem & jubere quid differant, ex *oratione* Ciceronis *pro* L. Flacco colligi potest. Sciscere & jubere, sunt suffragio aliquid probare & improbare. Sed sciscit plebs (unde adpellata sunt plebiscita) populus vero jubet: quamvis etiam plebs jubere dicatur, apud Cic. *pro Cornel. Balbo.* Si tum sit fundus cum scita & justa nostra sententia comprobat.

Σκοπελισμὸς, criminis genus in Arabia, cujus rei fiebant ii, qui in inimici agrum σκοπέλυς, id est, lapides posuissent, indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho periturus esset insidiis eorum, qui eos posuissent: quo fiebat ut nemo ad eum agrum accedere auderet, crudelitatem timens eorum, qui *scopelismum* fecerant: hujus meminit Ulp. *in l.* 9. D. *de extraord. crim.* Et σκοπελίζειν, est ejusmodi lapides seu scopulos illos ponere, in *d. l.*

SCOPIARIUS, qui pavimenta scopis munda reddit, *l.* 8. §. 1. *D. de instruct. vel instrum. legat.*

SCOPULUS, scopulos ponere, in *l.* 9. D. *de extraord. crim.* ad scopelismum pertinet, de quo supra.

SCRIBA, *l. ult. C. de magistrat. conven. l.* 1. *C. de tabular.* De scribis plura dixit Carol. Sigonius *de jur. civ. Rom. lib.* 2. *cap.* 9. Eorum tot genera erant, quot magistratuum & honorum, tum in urbe, tum in municipiis. Hinc passim occurrunt scribæ Ædilit. apud Reines. *Inscript. Class.* XI. 17. Gruter. *p.* CCCXVI. 4. Scribæ Quæstorii, Reines. XI. 14. 15. 18. 120. quos Cato Uticensis ob fraudes ærario ejecerat, Plutarch. in *Caton. Min. p.* 766.

Lex

Lex Clodia vero negotiari prohibuerat. Sueton. *Domitian. cap.* 9. & *Claud. cap.* 19. Scribæ Pontific. Reines. XI. 73. Scribæ XV. virales: Id III. 1. Decemvirales: Gruter. *p.* CCCXXVI. 4. aliique similes. Hein.

SCRIBATUS, in *l.* 4. C. *de adpellat.* Et ita pro *scribitos* repone, in *l.* 1. *D. de mun.* & ubi inter munera personalia *scribatus* recensetur. Vid. Cujac. *ad tit.* C. *de tabular.*

SCRIBERE aliquando est scripto promittere. Scævola in *l. ult. D. de doli exception.* Homo rusticanus genere scripsit quasi usuras præteritas. Plaut. *Asinar. Act.* 2. *sc.* 4. *v.* 34. Nunc satagit, adducit domum etiam ultro & scribit numos. Servius *in* 7. *Æneid. v.* 422. Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis. Transcribi, ait, tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia: nam scribi, id est, dari. Horat. Scribe decem Nerio. Non est satis, adde Cicutæ. Rescribi, reddi. Horat. dictantis, quod tu numquam rescribere possis. Terentius: Argentum illud denuo rescribi jube, Phormio. Ex quo emendandus est Ausonii versus in *Epist.* 6. *v.* 23. in quo vulgo est, Ergo aut prædictus jam, nunc rescribit arios. Et redime ut mora sit libera desidiæ. Quum tamen legendum sit: Ergo aut prædictos jam; nunc rescribe Darios. Atque hoc sensu interpretari possumus quod ab Ulpiano scriptum est, tutorem sibi pecuniam creditam scribere posse, in *l.* 9. §. 7. D. *de administr. & peric. tut.* item: subscribente tutore, *l. penult.* §. 1. *D. de in rem vers.* L. Titius scripsi, me accepisse a P. Mævio quindecim mutua numerata mihi de domo, *l.* 40. D. *de reb. credit.* Porphyrion *ad Horat. lib.* 2. *sermon. sat.* 3. *v.* 76. Juris verbo, inquit, scribere, est mutuum sumere; rescribere, restituere.

Scribere etiam jurisconsultorum muneris proprium verbum fuit, quemadmodum & cavere, Pompon. in *l.* 2. §. *ult.* D. *de orig. jur.* Massurius Sabinus publice primus scripsit. Et mox de jurisconsultis: neque responsa utique signata dabant, sed plerumque judicibus ipsi scribebant. Cicero *pro Murena cap.* 9. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi plenam sollicitudinis ac stomachi sequutus est, jus civile didicit κ. τ. λ. In quo verbo scite lusit Cicero Trebatium jurisconsultum, negligentiæ arguens, sumto ambiguo ex *scribendi* varia significatione: Valde, ait ille, *lib.* 7. *epist.* 14. jam cautus es, minus multi jam te advocato caussa cadent: ubi *scribere* a vulgari sua significatione ad hanc, quæ hic traditur, translatum, jocum fecit.

Scribere etiam formulam dicebatur, qui in judicio alterum provocabat. Quinctil. *lib.* 6. *cap.* 4. Colaphum tibi ducam, & formulam scribam; quod caput durum habeas.

Sed & quod Græci dicunt δίκην γράφειν, hoc Latini verbum verbo reddentes, *dicam scribere* dicunt. Quam loquutionem a comicis primum Latinitate donatam, quum Græcas comœdias Latinas facerent, verisimile est. Utitur autem ea Plaut. *Aulular. act.* 4. *sc.* 6. & Terentius *Phorm.* I. 2. *v.* 77. II. 2. *v.* 15. II. 3. *v.* 92. IV. 3. *v.* 63. & Cicero *in Verr. cap.* 15.

Prætor quoque *scribere* dicitur actionem, qui in edicto & albo proponit, *l.* 1. *princ.* D. *de eo, qui pro tut.* Unde *in rem scriptæ actiones exceptionesque* dicuntur, quæ generaliter in rem proponuntur & adversus possessorem dantur

tur quamquam ex certæ personæ facto oriantur, *l. 9. §. ult. D. quod met. causs. l. 1. §. ult. D. de interdict. l. 4. §. 33. D. de dol. mal. & met. except.* Edictum singulariter scriptum: *l. 1. §. 4. D. quod fals. tut. auct.*

Propria significatione dicimus, *scribere* codicillos: *l. 9. C. ad leg. Cornel. de fals.* testamentum: *l. 25. D. de liber. & postum.* Eo etiam pertinet *scribere* repudium. Vid. *remittere.*

Scribere heredem, pro facere, instituere, relinquere: *l. 22. D. de donat. int. vir. & uxor.* Liber & heres scriptus testamento: *l. 41. D. de reb. credit.* Unde & Scripti heredes, qui testamento instituti sunt, & opponuntur legitimis: *l. 14. D. de transact.* Scriptus porro heres non intelligitur, cujus nomen consulto testator induxit, *l. 2. §. 7. & l. 8. §. pen. D. de bonor. possess. sec. tab.* Ita exheredem scribere (id est, facere) testamento, *l. 8. §. 1. & §. 6. D. de bon. possess. contr. tab.* Item scribere tutorem, *l. 20. D. qui testam. fac. poss.* Cic. *pro Cluent. cap.* 14. Nemo illum ex tam multis cognatis & adfinibus tutorem umquam liberis suis scripsit. *Ibid. cap.* 12. Nam quum ejus filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adscripsit.

Scribere sibi legatum videtur, non solum, qui sua manu id facit, sed & qui per servum suum vel filium, quem in potestate habet, dictante testatore, legato honoratur, *l. 15. §. 1. D. ad Leg. Cornel. de fals.* Sic *scribere* sibi, est testamento sibi legatum aliquod aliudve quid emolumento futurum adscribere, *l. 3. C. de his, qui sibi adscrib.* Scribere libertatem alicui, & testamento ei dare, *l. 70. D. de adquir. hered.* Sic & scribere conditionem, *l. 23. §. 2. D. de pecul. legat.*

Scribere est ad principem scripto referre, in *l. 3. & 4. C. de adpellat.*

Scribere etiam notam inurere significat, *l. 17. C. de pœnis.* Ulpian. *tit. 1. Regul.* §. 11. Dedititiorum numero sunt, qui pœnæ caussa vincti sunt a domino, quibus vestigia scripta fuerunt. Quinctil. *lib. 7. cap.* 4. Si quis fugitivo stigma scripserit. Veget. *lib. 2. cap.* 5. Nam picturis in cute punctis milites scripti & matriculis inserti jurare solent. Inde inscriptos vultus, id est, stigmate notatos dixit Plinius *lib.* 18. *hist. nat. cap.* 3.

Adde & aliam verbi *scribere* significationem, quæ quamvis in historiis frequens & pervulgata sit, a Lexicographis tamen omissa est. Scribere enim milites, scribere supplementum exercitui, pro conscribere, comparare, & colligere crebro legimus. Sallust. in *Jugurth. cap.* 43. *n.* 3. Igitur diffidens, inquit, veteri exercitui, milites scribere, præsidiæ undique arcessere. Idem *ibid. cap.* 39. *n.* 2. Et tamen exercitui supplementum scribere, ab sociis & nomine Latino auxilia arcessere. Id *lib. 9. cap.* 8. Interea consules exercitum scribere, armare, educere placet. Id *lib. 9. cap.* 43. Cohortes, quæ in supplementum scriptæ fuerant, *lib. 37. cap.* 50. Alteri consuli exercitus, qui erat in Ætolia, est decretus; & ut supplementum scriberet permissum. Sic & *rescribere*, pro de novo & integro conscribere dixit idem Liv. *lib. 9. cap.* 10.

Scribere etiam Jurisconsulti dicuntur, qui monumenta sua posteritati tradunt. Sic Africanus non tantum scripserat libros 9. quæstionum, in *Indic. Pandect. Florentin.* sed & in *l. 39. pr. D. de legat.* 1. ita scriptum est, Africanus

nus *lib.* 20. epistolarum apud Julianum quærit.

SCRIBITUS Vid. supra *scributus*.

SCRINIA palatii seu principum plura fuerunt, *l.* 20. *C. de fid. instrum.* Quatuor memorantur interdum, Memoriæ, Libellorum, Epistolarum, Dispositionum, *l. ult. C. de decurion. l.* 3. *C. de offic. quæst. l.* 3. 4. & 11. *C. de proxim. sacr. palat. l. ult. C. de proxim. sacr. scrin.* Interdum vero tria duntaxat, memoriæ videlicet, epistolarum, ac libellorum seu cognitionum, ut in *l.* 5. 6. & 10. *C. de prox. sacr. scrin. l.* 1. *C. de privil. eor. qui in sacr. palat.* Etiam Exceptorum & Tabulariorum & Canonum & Numerorum & Mittendorum scrinia memorantur, *l. ult. C. de vestib. olob. l.* 7. *C. de palatin. sacr. largit. l.* 10. *C. de murileg.* item Fabricarum & Barbaricariorum, *l.* 1. *C. de propos. agent. in reb.* Idem scrinium Auri ad Responsum, *l.* 7. *C. de palatin. sacrar. largitiora.* Cujus & in *Notit. Imp. Orient. p.* 117. Ex hoc accipienda sunt hæc Justiniani verba in *Novell.* 24. *cap.* 4. ἕξει τε ἐπὶ τοῖς ϛρατιώταις καὶ ad responsum. Habebis etiam inter milites ad responsum. Et in *Novell.* 25. *cap.* 1. ἐχέτω γε μὴν καὶ ad responsum, ἤτοι ἀποκρισιαρίους, πρὸς τὴν ϛρατιωτικὴν εὐκοσμίαν. Habeat quoque ad responsum, sive apocrisiarios ad militare ornamentum. In *Novell.* 26. *cap.* 2. §. 1. καὶ παρέσαι μὲν αὐτῷ καὶ ad responsum, διὰ τὰς ἐκεῖσε δυνάμεις. Aderit quoque illi ad responsum, propter militum copias, quæ ibi sunt. In *Novell.* 28. *cap.* 3. ὑπακουέτω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ϛρατιωτικὸν δὲ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἱδρυμένον ἐχέτω δέ καὶ ad responsum. Obediant vero ei milites quoque, qui in provincia sunt collocati: habeat quoque ad responsum. Ex quibus locis adparet militaribus usibus hoc scrinium deserviisse. Eoque ad milites perlata exercitus rectorum mandata in vetustis quibusdam ad Julianum Patricium notis legitur. Meminit etiam officii *ad responsum* in re militari, *l.* 19. §. 1. *C. de re militar.* Porro in *Notitia dignitatum*, quum officium comitum sacrarum largitionum recensetur, ad superiora scriniorum genera hæc quoque adduntur: vestiarii sacri, aureæ massæ, argenti, annularenses, a pecuniis, a miliarensibus. In nostris etiam libris *scrinii* ad limitem, & ab argentariis, & operum, & Orientalis *scrinii*, & Asiani, & Thracii, & Macedoniæ, & Daciæ fit mentio, *l.* 7. *C. de palatin. sacrar. largition. l.* 18. *l. ult. C. de numerar.* Ad scrinia transmittere, *l.* 6. §. 3. *C. de adpell.*

SCRINIARII, scriniis præpositi, *l. ult. C. de castrens. pecul. l.* 18. & 10. *C. de numerar. l. ult. C. de adparit. præf. prætor.* Suidas *Tom.* 3. *p.* 338. Σκρινιάριος· ὁ χαρτουλάριος τοῦ ἐπάρχου· ὁ αἴρων τὸ σκρινίον, ἤτοι τὸ κιβώτιον· *Scriniarius*, Chartularius, Præfecti; sive qui scrinium servat. Scriniis autem magistri præponebantur. Et ita Alexander Imperator Ulpianum magistrum scrinii fecisse Lampridius in *Alexandro cap.* 26. auctor est. Nec principibus tantum, sed & magisteriis & potestatibus sui scriniarii erant. Vet. Glossar. *Scriniarii*, σκηπτοφόροι, ἢ χαρτουλάριοι. Aliud Glossar. *Scriniarii* sunt magistri scriniorum vel memoriales scriniorum. Glossar. Nomic. Σκρινιάριοι, λαμπροφόροι, τουτέςι χαρτουλάριοι. Add. Glossas Potheci ad Juliani versionem Novellar.

SCRIPTIO, de notis, quæ faciei, manibus fronti furis inscriptæ,

ſcriptæ, *l.* 2. *C. Theod. de pœn.* Vid. in *Scribere.*

Scriptio, epiſtola, commonitorium, brevis, *l.* 1. *&* 3. *C. Theod. de erogat. milit. annon.*

Scriptio pro adſcriptione collationis, ſeu deſcriptione, *l.* 12. *C. Th. de proximis.*

SCRIPTURA, pro eo, quod eſt in ſcripturam redactum, ſive totum, ſive pars ejus. Ut adeo pro adjectione etiam uſurpetur. Sed & pro clauſula accipitur, ut in *l.* 7. *D. de ann. legat.* Ita accipe verba, ex hac ſcriptura, in *l.* 5. §. *ult. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l.* 74. D. *ad SC. Trebell. l.* 27. D. *de ſervit. præd. ruſticor.*

Scriptura, pro opinione & ſententia alicujus in ſcriptum redacta. Sic ſcriptura epiſtolæ: *l. ult.* D. *de conſtit. pecun.* Scriptura Juliani: *l.* 18. §. 5. D. *de damn. infect.* Sabini: *l.* 1. §. *ult.* D. *de verb. oblig.* hujuſmodi: *l.* 26. §. *ult. D. depoſiti.*

Scriptura etiam pro nominibus accipitur, quæ ut argentariis fiebant & in codices referebantur, *l.* 9. §. *ult.* D. *de edend. pr. Inſt. de litter. obligat.* quæ & ſcriptura numulariorum: *l.* 9. §. 2. D. *de edend.* menſæ: *l.* 27. §. 1. D. *de furtis.*

Scriptura, vectigalis genus, quod pro pecoris paſtu præſtabatur. Plaut. Truculent. *Act.* 1. *ſcen.* 2. *v.* 42. Adde Ciceron. *Verrin.* II. 70. III. 52. *& ad diverſ. lib.* 4. *epiſt.* 63. & P. Burmann. *de vectigal. Pop. Rom. cap.* 4. Hein.

Scriptura etiam ſpecies acceſſionis induſtrialis eſt. Sic ſcriptura cedere chartæ dicitur, *l.* 9. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* §. 30. *Inſtit. de rer. diviſ.* Ejus eſt ſcriptura, cujus eſt charta aut pergamena: Caius *Inſtit. lib.* 2. *tit.* 1. §. 4. Hein.

SCRIPTUM jus. Vid. ſupra *jus ſcriptum.*

Scriptum facere, pro ſcribæ munus exercere. Liv. *lib.* 9. *cap.* 46. de C. Flavio, qui ſcriba fuit. Inveni, ait, in quibuſdam annalibus, quum adpareret ædilibus, fierique ſe pro tribu ædilem videret, neque accipi nomen, quod ſcriptum faceret; tabulam poſuiſſe, & juraſſe, ſe ſcriptum non facturum. Quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer. Licinius. Sic & Gellius de eodem agens *lib.* 6. *cap.* 9. loquutus eſt.

Pro non *ſcripto* eſſe, facere, habere, dicunt Juriſconſulti de iis, quæ exitum non habent. Pro non ſcriptis autem & caduca fieri legata, longe differunt, *l. un.* §. 2. *C. de caduc. tollend.* Ubi traditur, ea, quæ his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis non eſſent, quum teſtamentum fieret, pro non ſcriptis habita. Quod etiam confirmat, *l.* 2. *& l.* 6. *in fin.* D. *de jur. codicill. l. pen.* D. *de his, quæ pro non ſcript. l.* 26. §. 6. *D. de fideicommiſſ. libert.* Pro non ſcriptis etiam habebantur, quæ ſervis pœnæ relinquebantur, *l.* 3. D. *de his, quæ pro non ſcript. l.* 25. §. 3. D. *de adquir. hered.* Item turpia legata, quæ legatarii magis notandi, quam demerendi cauſſa ſcribuntur, *l.* 57. D. *de legat.* 1. Item quæ deportatis & peregrinis relinquuntur, *l.* 1. C. *de hered. inſtit.* In eadem cauſſa ſunt & captatoriæ inſtitutiones, captatoriaque legata, eaque, quæ ſibi quis manu ſua in teſtamento adſcripſit, *l.* 1. *l. ult.* D. *de his, quæ pro non ſcript. l.* 15. §. 1. D. *ad Leg. Cornel. de fals. l.* 4. *&* 5. C. *de his, qui ſibi adſcrib.* Et generaliter, quæcumque illicite & contra leges in teſtamento ſcribuntur, pro non ſcriptis ha-

habentur, & apud heredes remanent, *l.* 14. §. 1. *&* §. *ult. D. ad leg. Cornel. de fals. l. ult. D. de his, quib. ut indign. l.* 20. *in fin. D. de hered. instit.* Conditiones etiam contra leges, edicta, bonos mores scriptæ, pro non scriptis habentur, *l.* 14. *&* 21. D. *de condit. instit.* Plinius *lib.* 2. *epist.* 16. Admonet me, codicillos Aciliani, qui me ex parte instituit heredem, pro non scriptis habendos. Pro non scripto habitus servus: *l.* 26. §. 6. *D. de fideicommiss. libert. l.* 8. §. 6. D. *de honor. possess. contr. tab.*

SCRIPULUM Latinis idem valet, quod Græcis γράμμα: est que vicesima quarta pars unciæ, auctore Volusio Mæciano. Scripuli mentio fit, in *l.* 1. & *l.* 5. *C. de metallar. l.* 1. C. *Theod. de ponderator. l.* 12. *C. Theod. de metallar. l.* 12. *C. de annon. civic.*

SCRUPULOSITATE juris nimiaque subtilitate, in *l.* 12. *pr.* D. *de injust. rup. irrit.*

SCRUPULOSA inquisitio, *l.* 6. D. *de jur. & fact. ignor.* sollemnitas: *l.* 17. *C. de jur. deliber.*

SCRUTINIUM. Per scrutinium fit electio, quando electores vel ex gremio vel aliunde eligunt tres viros ecclesiasticos peritos, qui excipiant singulorum vota, oretenus vel in scriptis, offerenda, examinanda, numeranda, cum obligatione, publicandi eum in electum, in quem convenerit plusquam dimidia pars capituli. De scrutinii forma est, *cap.* 42. *Decretal. de elect.* Sed autem de singulis actibus scrutinii separatim quædam dicamus. Peracta missa de Spiritu S. requiritur (1) ut assumantur tres de collegio fide digni, & quidem per electionem, quæ non adstricta est ad certam quamdam sollemnitatem, & sic etiam fieri potest per suffragia publica: Passerinus *de elect. c.* 16. *qu.* 4. *n.* 11. In electione Pontificis novem personæ, dirigentes scrutinium, assumuntur, tres scrutatores, tres revisores, & tres infirmarii. Posteriores in gratiam infirmorum cardinalium assumuntur, ad quos cum capsula se conferunt, ut in illa vota eorum colligant, ut in Gregorii IV. Bulla plenius eorum officium describitur. Verum hæ novem personæ non eliguntur, sed juxta constitutionem prædictam, omnium cardinalium præsentiam nominibus in sacculo vel vase propositis, primo extrahuntur per cardinalem decanum ultimum tres scrutatores, deinde reliqui. Ceterum ubi consuetudine invaluit, ut certæ personæ scrutatorum officium sustineant, sine electione, ei standum est, neque enim hæc scrutatorum electio ad substantiam negotii pertinet. Hi præmittere solent sedulam adhortationem de eligendo habili ad prælaturam vacantem, quem in finem electores juramento constringuntur. Non esse vero hoc juramentum de essentia electionis, canonistæ docent, vid. Passerin, *cit. tr. cap.* 18. *qu.* 11. *n.* 62. *seq.* In pluribus tamen capitulis mediatis adhuc juramentum hoc necessarium est, quod etiam singuli Cardinales præstant in electione Papæ. Officium (2.) scrutatorum est secundum *c.* 42. *de elect.* exquirant secrete, sigillatim, diligenter vota cunctorum. Secrete, ne palam fiat cui hic vel ille suum votum dederit. Unde etiam plerumque in schedulis ab electoribus votum ita inscribitur, ut nequidem ipsi scrutatores intelligere possint a quo votum hoc profectum fuerit. In electione Pontificis schedulæ quidem quilibet Cardinalis nomen proprium inscribit, v. g. Ego Theodosius Car-

Cardinalis N. N. eligo in ſummum Pontificem N. N. ita tamen eum complicat, ſigilliſque peculiariter ad hunc actum præparatis claudit, ut quidem nomen electi, ſed non eligentis inde apparere poſſit. Forma harum ſchedularum deſcripta eſt in conſtitutione Gregorii XV. Ceterum haud interdictum eſt, vota ſcrutatoribus viva voce edere, quo caſu ſcrutatoribus incumbit, vota data ſcripto excipere. Barboſa *lib.* 1. *de jur. eccleſ. cap.* 19. *n.* 201. Paſſerinus *cit. l. qu.* 6. *n.* 15. Porro ſigillatim vota exquirenda, quia a pluribus conjunctim excipi nequeunt. Præterea diligenter, hoc eſt, ut præcaveant, ne ſinguli in urnam plures quam unam ſchedulam deponant, ut vota ipſa examinent, utrum ſint debito modo data. Certa enim eſſe debent & categorica, hoc eſt, non alternativa, aut conditionata, non incerta, ſed in certam collata perſonam, ut ſtatuit Pontifex, in *c.* 2. *de elect. in* 6. addendo talia vota nulliter data pro non adjectis habenda eſſe, ita ut eo modo eligentes pro ea vice ſua voce priventur, habeanturque ac ſi inter electores non eſſent, Paſſerinus *cit. l. qu.* 7. *n.* 24. Denique cunctorum vota ſunt exquirenda, & ita quoque ſcrutatores a ſemetipſis vota exquirere debent. Et quidem ſi per ſchedulas vota edunt parum intereſt, utrum ſcrutatores primo, an vero ultimo loco eos in capſulam ponant, ſi vero viva voce, aliud dicendum. Ne enim in eorum poteſtas ſit, votis ſuis electionem turbandi, vel vim ejus univerſam ad ſe trahendi, cum mutua conſpiratione facile majora efficere poſſent, primus ante omnia a reliquis ſcrutatoribus vota excipit, & hi rurſus a primo, & deinceps reliqua vota ſunt exquirenda. Exquiſita vota in ſcriptis redigenda juxta, *c. cit.* 42. connumeratis ſchedulis, utrum numero electorum conveniant; alioquin ſchedulæ comburuntur, & novum inſtituitur ſcrutinium: Paſſerinus *cit. l. qu.* 12. *n.* 65. In ſcriptis redacta mox publicanda, quo facto facultas variandi non amplius integra, quæ antea cuilibet libera erat: *c.* 58. *de elect.* Ipſa publicatio fit a ſcrutatoribus vel uno eorumdem, hoc modo, ut tantum exprimantur perſonæ, quæ ſuffragia meruerint, non vero quot ex electoribus in hanc vel illam perſonam inclinaverint: Tamburin. *de jure Abbat. diſſ.* 5. *qu.* 6. *n.* 12. Singulorum enim eligentium nomina numquam publicanda ſunt. Laurenius *de for. benefic. ſect.* 2. *c.* 2. *q.* 347. Inde fit collatio votorum, ut conſtet, in quem omnes vel major & ſanior pars capituli conſenſerit, *c.* 42. *cit.* Non itaque ſufficiunt vota majora ſimpliciter, ſed reſpectu capituli, adeo ut ſi duodecim electores adſint, is demum majora habere cenſeatur, qui ultra ſex vota habet; non vero ſi primus quinque, ſecundus quatuor & tertius tria haberet vota: *c.* 48. *Decretal. de elect.* & *c.* 23. *eod. tit. in* 6.

SCUCLATA, in *l.* 11. *C. Theod. de ſcenic.* forte pro *ſcutulatis* cum vitio legitur, ut ſignificantur veſtes *ſcutulis* diviſæ, quarum meminit Plin. *lib.* 8. *hiſt. natur. cap.* 48. B. Hieronym., in Ezechiel. *cap.* 27. Iſtiusmodi homines negotiatores Tyri ſunt, qui polymita, purpuram & ſcutulata mercantur.

SCULPERE ſignum: *l.* 30. D. *ad leg. Cornel. de falſ.*

SCUTARII. Zoſimus *lib.* 3. *cap.* 29. Συναποκλινάντων αὐτῷ καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγμάτων, οὓς σκουταρίους προσαγορεύουσιν. Recedentibus una cum ipſo

ipso & iis ordinibus duobus, qui stipare Imperatorem consueverunt, & *scutarii* dicuntur. De his scutariis eorumque diversis scholis de quibus supra in art. *schola*, conferendus est Valesius *ad Ammian. Marcellin. lib.* 14. *cap.* 7. *p.* 28. edit. Gronov. & Columb. *ad Lactant. de mortib. persequutor. cap.* 19. *p.* 154. Hein.

Scutellæ continentur, si cui vasa legata sunt, *l.* 19. §. 10. *D. de aur. arg. leg.*

Scyphus est vas potorium. Scyphi ex ære: *l.* 24. D. *de adquir. rer. dom.* argentei: *l. ult.* D. *de præscr. verb.*

Scutulatæ vestes. Vid. supra *scuclata.*

Sebastenorum civitas, in *l.* 21. §. 3. D. *de ann. legat.* quænam sit? Vid. Cujac. *Recit, ibid.*

Secretarium locus est, in quo judices caussas examinant. Est enim secretarium judicum, ut consistorium principis, *l. ult. C. ubi senator. l.* 3. *C. de offic. diversor. judic. l.* 20. *C. Theod. de exaction. l.* 2. C. *de proxim. sacror. scrinior. l.* 1. *&* 2. C. *Th. de offic. rector. prov.* Hoc verbo auctor *passionis S. Cypriani* statim initio utitur. Unde vero dictum sit, vid. Cassiodor. *Variar. lib.* 11. *epist.* 1. Add. Jac. Gothofred. *Comm. ad l.* 1. *C. Theod. de offic. rector. prov.* & Hesych. in σήκρετον & Vales. ad Ammian. Marcellin. *lib.* 15. *cap.* 7. *p.* 69. *edit.* Gronov. Nec aliud est intrare judicis secretum, in *l.* 14. *C. de testib.* ex quo vulgo colligunt, testes remotis partibus esse a judice examinandos. Ex Lactantio *de mortib. persequut. cap.* 15. patet, ibidem fuisse aras positas, ad quas temporibus persequutionum tus adolere jubebantur, qui *secretarium* ingrediebantur. Hein.

Secretarium etiam in ecclesiis locus, ubi Episcopus cum presbyteris audiendis caussis vacabant. Sulpic. Sever. *Dial.* II. 1. & *Epist.* I. & III. add. Vales. *ad Ammian. Marcellin. ibid.* Hein.

Secretum in *l.* 14. *C. de testib.* idem quod secretarium. Secretum vero vetus glossar. explicat δικαςήριον. *Novell.* 123. *cap.* 17. Harmenopul. προ VI. 40.

Secretum etiam est, quod a notitia vulgi secretum est. Solitudines ac secreta captant quidam ignaviæ sectatores: *l.* 7. *pr.* C. *Theod. de privil. eorum qui in sacr. palat.* Imperio magna ab universis secreta debentur: *l.* 17. *C. de oper. publ.* Dira secreta, idest, magica: *l.* 6. *C. Theod. de indulg. crim.* Dolor in exsequiis secretum amat: *l.* 5. *C. Theod. de sepulcr. viol.* Secreta domus nostræ: *l.* 5. *C. Theod. de metallar,* judiciorum: *l.* 41. *pr.* D. *ad Leg. Aquil.* mentis: *l. un.* C. *Theod. de imag. Imper.* Manichæorum nefanda: *l.* 3. *C. Theod. de apostat.* patrimonii: *l. ult. C. de aliment. pupill.* Secreta præbere doctrinæ piaculari: *l.* 2. C. *Theod. ne sanct. baptism. iter.* Loca seu prædia, quæ feralibus sacrilegiis constiterit præbuisse secretum, hoc est, in quibus feralia sacrilegia celebrata sunt, *l.* 4. *C. Theod. eod. tit.* Secreti suscepti ratio: *l.* 3. *C. de probation.* Secretum voluntatis: *l.* 70. D. *de hered. instit.*

Secreta mandata principis: *l.* 1. *C. de mandat.* judicia: *l.* 1. §. 38. *D. depositi.* Secretæ quietis umbracula: *l.* 6. C. *Theod. de honor. codicillor.* Secreto loco: *l.* 6. C. *de sentent. & interloquut.*

Secta dicitur, quæ Græce αἵρεσις, & alias schola adpellatur. Secta catholica: *l.* 42. *&* 44. *C. Theod. de hæret.* Sectæ diversæ Jurisconsultorum: *l.* 2. §. *ult.* D. *de orig. jur.* Secta orthodoxa: *l.* 57. *& ult. C. Theod. de hæret.*

Stu-

Studiorum : *l.* 8. §. 4. D. *de vacat. & excus. muner.* Sectam suam & temporum suorum metonymice pro ipsa doctrina Ecclesiæ & politiæ dicunt Imperatores, in *l.* 2. *C. ad leg. jul. majest. l.* 5. *&* 6. *C. ad leg. Cornel. de falsf. l.* 2. *C. de delator. l. ult. in fin. C. de pact.* §. *ult. Instit. de legat.*

SECULUM, vid. *Sæculum.*

SECUNDOCERIUS, in *l.* 7. *C. de palatin. sacrar. largit.* & *rubr. C. de primicer. & secund. docer. l. ult. C. de domestic. & protector.* ubi secundocerii locum, non, ut vulgo legitur, *secundi primicerii* vetus codex habet. Est & hoc verbum frequens in *Notit. Imp. dignit.* Eadem autem figura, qua primicerius ita & secundocerius, qui secundum in ordine suo locum gradumque obtinet, adpellatur.

SECUNDUM, pro juxta vel prope. Ita secundum agrum ripa: *l.* 30. §. 1. *D. de adquir. rer. Domin.* secundum parietem : *l.* 25. §. 10. D. *ad Leg. Aquil.* ripam : *l.* 29. D. *de adquir. rer. dom.* Tiberim : *l.* 22. D. *de præscript. verb.* viam publicam : *l.* 38. D. *de adquir. rer. domin.*

Secundum aliquid est, quod sequimur, ut *contra* huic verbo adversetur. Sic : *secundum* bonos mores : *l.* 33. D. *de injur.* consuetudinem : *l.* 7. *C. de excus. muner.* instituta : *l.* 2. *C. si in causa judicat.* opinionem : *l. ult.* §. 5. D. *de verbor. obligat.* sententiam SCi : *l.* 17. D. *de hæred. petit.* tabulas : *rubr.* D. *& C. de bonor. possess. secund. tab.* secundum ea quæ proponerentur, *l.* 39. §. 1. D. *famil. ercisc.*

Secundum etiam *pro* significat. Sic secundum aliquem pronunciari judicarive dicitur, quod pro eo, ejusque commodo pronunciatur, ut in *l.* 30. §. *ult. D. de except. rei judic. l.* 31. D. *de jurejur.* Hujus generis loquendi plurima ex bonis linguæ latinæ auctoribus supra in verbo *dare* prolata sunt.

Secundum, id est, post secundum postumum & natum & mortuum heres institutus, *Cic. de orator. lib.* 1, *cap.* 39. id est substitutus postumo. Heres secundum filiam institutus. Idem *Verr. I.* 4.

SECUNDUS, A, UM. Secundæ actiones, *Arnob. advers. gent. lib.* 3. *p.* 173. secundus auctor, Lexicon B. Germani βεβαιωτὴν vertit, & Julianus antecessor confirmatorem venditionis. secundus creditor, *l.* 13. §. 2. D. *de pignorib.*

Secundus heres, est instituto heredi substitutus, Cai, *lib.* 2. *Instit. tit.* 4. *l.* 4. *D. ad SC. Silan. l.* 32. D. *de legat.* 1. ad differentiam heredum institutorum, qui priore gradu & loco instituuntur; quos ideo primos adpellari supra vidimus. Explicatur hoc verbum a Boethio in *Topic. Ciceron. lib.* 2. frequensque est in Cicerone, ut *in orat. pro Cluentio cap.* 11. *lib.* 2. *de invention. cap.* 21. *lib.* 15. *ad Attic. epist.* 18. & *lib.* 13. *ad divers. epist.* 61. Utitur & Plinius hoc verbo *lib.* 7. *hist. nat. cap.* 6. Sallust. *in Jugurth. cap.* 65. *n.* 1. Quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat. Sueton. in *Jul. cap.* 83. Plures percussorum in tutoribus, si quis sibi filius nasceretur, nominavit. D. Brutum etiam in secundo heredibus. Florus *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. Appian. *lib.* 2. *bellor. civil. p.* 518. *edit.* Henr. Stephani : Τῶν ἀνδροφόνων Δέκιμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. ἔθος γὰρ Ῥωμαίοις παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. Decimus Brutus inter secundos heredes scriptus erat filius. Solent enim Romani alteros heredes adscribere, si

si forte contingat priores hereditatem non adire, Sic & secundo loco scribere heredem, *l.* 4. D. *ad S C. Silan.*

Secundæ tabulæ eæ dicuntur, quibus substitutio fiebat, quod post paternas in secunda parte tabularum & in ima cera fiebat, ut *lib.* 3. *select. Antiquit. cap.* 12. plenius exposuit Brisson. Unde secundarum tabularum substitutio in *l.* 55. §. 2. D. *ad S C. Trebell.* & secundas tabulas facere impuberi filio, *l.* 2. §. 5. D. *ad S C. Tertullian.*

Secundi fructus, pro uberes. Sic Paullus, dum nonnulla pretii varietate, loca temporaque adferre dicit: nec, inquit, continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus oleum æstimabitur, *l.* 63. §. 2. D. *ad L. F.*

SECURIS. Ea olim libera republica ordinarie animadvertebatur in reos capitis damnatos. Hinc frequens apud Livium formula: virgis cæsum securi percussit. At postea non securi, vel fuste animadvertebatur, sed gladio, *l.* 8. §. 1. *D. de pœn.* Vide supra art. *Animadvertere.*

SECURITAS. Securitati cavere: *l.* 14. D. *de donat. int. vir. & ux.* consulere; *l. ult. C. de usur. pupill.* prospicere; *l.* 1. *C. de tut. vel cur. qui satis non ded.* Securitatem indemnitatis consequi; *l.* 3. *C. de conven. fisc. debitor.* præstare; *l.* 2. C. *de rebus alien. non alien.* reportare: *l.* 1. *C. de sumptib. recuper.*

Securitas pro apocha. Unde dicatur? Vid. Cassiodor. *lib.* 3. *epist.* 33. Securitas, quæ & ἀσφάλεια dicitur, *l.* 3. *C. de verb. & rer. signif.* Persæpe autem nostri securitatis verbo utuntur ita, ut apocham significent, *l.* 26. & 27. *C. Theod. de suscept. præpos. l.* 18. §. *ult. C. de testib. l. ult. C. si cert. petat.* securitas ejus, quod debetur: *l.* 1. §. 6. *D. de contrar. tutel. & util. action.*

SECURUS esse, id est, liberari: *l.* 7. D. *de minor. l.* 2. & 17. D. *de testam. tut. l.* 43. D. *ad S C. Trebell.*

SECUTIO pro *Sectio* in *l.* 85. D. *de verb. obligat.*

SED pro tamen, *l.* 10. *pr. D. de pact. l.* 2. §. 5. D. *de aqu. & aqu. pluv. l.* 44. D. *de adquir. rer. dom.* Hoc in *l.* 162. *in fin.* D. *de verb. signif.* ut & *verum*, pro tamen, notavimus.

Sed pro *sed etiam*, quemadmodum τὸ ἀλλὰ, ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ καὶ Græcis: vid. Marc. a Lyclama *lib.* 4. *Benedict. cap.* 14. Et hoc sensu usurpatur a Pomponio in *l.* 48. §. 6. *D. de Ædilit. edict.* vid. Ducker. *ad flor.* III. 4. *p.* 514. Hein.

Sed, exceptionis nota, idemque significare videtur, ac *nisi quod*, in *l.* 2. C. *rer. amotar. l.* 1. D. *de bon. eor. qui sub tut.* Cic. *de haruspic. respons. cap.* 28. Sed tamen facile tacentibus ceteris reticuissem, *Sed* hæc oratio, (nisi quod hæc oratio) omnis fuit non auctoritas meæ, sed publicæ religionis. Terent. *Andr. act.* 3. *scen.* 1, *v.* 2. & 4. Facilem haud ferme mulieri invenias virum. Sed hic Pamphilus firmavit fidem.

Sed nec pro sed non, *l.* 26. §. 2. D. *ex quib. causs. major.*

Sed etsi ponitur ampliative, in *l.* 61. §. 1. D. *de furt.*

SEDERE dicitur Prætor, quum pro tribunali juris dicendi caussa sedet, *l.* 2. §. 43. D. *ad SC. Tertullian.* Unde & dies, quibus Prætor jus dicit pro tribunali sedens, *sessionum* adpellantur, in *l.* 2. §. 1. *D. quis ordo in bon. possess. l.* 51. §. 16. D. *ut in possess. legat.*

Sedere etiam judices dicuntur. Cic. *pro Rabir. Postum. cap.* 17. Modo

Modo vos iidem, in A. Gabinium judices sedistis. Plin. *lib. 6. epist.* 33. *v.* 2. Sederant judices centum & octoginta. Tot enim quatuor consiliis conscribuntur. Ingens utrimque advocatio. Apulei *Apolog.* 1. Quod si modo judices de caussa ista sederent C. Fabricius, Cn. Scipio, M. Curius. Sil. Italic. *lib.* 7. *de bello Punico v.* 470. Nec judex sedisse valet. Senec. *controvers. lib.* 7. *controv.* 2. Ubicumque estis judices, qui in istum reum sederatis. Cic. *lib.* 2. *de orator. cap.* 60. Sed sedebat judex L. Aurifex. B. Cyprian. *lib.* 2. *Epist.* 2. Qui sedet crimina vindicaturus, admittit, & ut reus non pereat, fit nocens judex. Lucan. *lib.* 9. *de bello Pharsal. v.* 971. Quo judex sederit antro. Ovid. *lib.* 3. *Ex Ponto eleg.* 5. Utque tui solitus sedissem forsitan unus, De centum judex in tua verba viris.

Sederit judici, id est, visum fuerit, *l.* 7. §. *ult.* D. *qui satisd. cog.* Sic & in *l.* 3. *C. de consul.* Quando hoc nostræ sederit majestati. De quo genere loquendi vid. Freinshem. *Indic. in Flor.* & Duker. *ad Flor. II.* 15. 4. Hein. Add. *l.* 57. *C. Theod. de Episcop.*

Sedere equos, pro equis insidere, *l.* 3. *C. Theod. quib. equor. usus.*

SEDES pro domicilio. *Sedes* civitatis relinquere; *l.* 1. D. *de decurion.* Apud sedes suas esse; *l.* 28. §. *ult.* D. *de fideicomm. libert.* sedes sibi constituere: *l.* 2. *C. de jur. deliber.* sedes & tabulas habere, *l.* 203. D. *de verb. signif.*

Sedes etiam stationes militum dicuntur, *l. ult. C. de restit. milit. l. ult.* C. *quib. non obst. long. temp. præscript.* & §. 1. *Inst. de milit. testam.* ex Cujacii emendatione, Vid. Veget. *lib.* 3. *cap.* 4.

Sedes carceris, *l.* 1. *C. Theod. de custod. reor.*

Sedes simulacrorum, loca, in quibus simulacra fixa erant, quod probat Gothofred. *in Comm. ad l.* 19. *C. Theod. de pagan.* ibi: simulacra suis sedibus evellantur.

Sedes Apostolorum vel Martyrum Constantinopoli, *l.* 6. *C. Theod. de sepulcr. viol.* id est, sepulcrum conditorum martyrum. Dicitur miseranda sedes in *Novella Valentin.* 5. *de sepulcris.*

Sedes judicum. Unusquisque judex in his locis sedem constituat in quibus oportet omnibus præsto esse rectorem: *l.* 4. *C. Theod. de offic. rector. prov.*

Sedes de Ecclesia, *l.* 8. *C. Th. de hæret.*

Sedes magistratuum tribuitur illustribus, veluti Præfecto Prætorio, Urbi Præfecto. Vid. *Notit. dignit. Imp.* & *l.* 12. *C. Theod. de legatis.*

SEDITIONUM concitatores, *l.* 1. D. *de adpellat.*

SEDUCERE, *l.* 3. §. 5. D. *de hom. liber. exhib.*

SEDULARIA sunt sedilia, quæ subjiciuntur in rheda sedentibus, in *l.* 4. D. *de supell. legat.* ut notavit Anton. Augustinus *Emendat. I.* 4. *p.* 1444. *Tom. IV. Thesaur. jur.* & Turneb. *lib.* 18. *adversar. cap.* 20.

SEDULUM officium: *l.* 8. C. *qui petant. tut.*

SEGETEM desecare; *l.* 27. §. 25. D. *ad leg. Aquil.* secare: *l.* 21. *pr.* D. *de furt.*

SEGNIOR, vel segnitior, qui non sufficit ad rei alicujus administrationem: *l.* 17. §. 17. D. *de injur. l.* 3. §. 18. D. *de suspect. tutor.*

SEGNITER geri, *l.* 5. *C. de suspect tut.* functi officio, *l. ult.* §. 1. D. *de administr. rer. ad civit. pertin.*

SEGNITIA fraudi opponitur, *l.* 52. §. 1. D. *de fidejussor.*

SE-

Sejanus, fundus, *l.* 40. §. 1. D. *de condit. & demonstr.* *l.* 23. D. *de legat.* 2.

Sella *curulis*, ait Isidorus, *lib.* 20. *Etymol. cap.* 1. erat, in qua magistratus sedentes jura reddebant. Dictæ autem curules quia apud veteres prætores & consules propter itineris longinquitatem, curru in forum provehebantur, quibus sedentes jura dicebant. A curru *curules* sunt adpellatæ. Sellæ prætoriæ fit mentio in *l.* 1. §. 5. D. *de postulando.* Qua de re vid. quæ *lib.* 3: *select. Antiquit. cap.* 15. dixit Brisson.

Sella etiam *gestatoria* memoratur a Sueton. *in Nerone cap.* 26. & in *l.* 7. D. *de servit. præd. rustic.* & *l.* 49. D. *de legat.* 3. de qua Brisson. *lib.* 1. *Antiqu. c.* 4. Dixit etiam de ea re, aliisque sellarum generibus, de earum forma & a lecticis differentiis Lipsius *lib.* 1. *Elector. cap.* 19.

Semel pro simul positum videtur, in *l.* 16. §. 2. D. *de jur. patronat.* Si quis plane non semel alienaverit, sed quasdam res ante, quasdam postea. Hic Hottomannus putat venditionem, quæ aversione fieri a nostris dicitur, ab Ascanio *semel* factam dici.

Semestria Divi Marci in libris nostris juris civilis sæpe citantur. Sic in semestribus relata constitutio D. Marci, *l.* 46. D. *de fact.* *l. ult.* D. *de serv. export,* *l.* 12. D. *de adquiir. hered.* §. 1. *Instit. de excusation.* ubi Theophilus ἑξαμηναίας διατάξεις vocat. Sic autem forte adpellata sunt, quæ in semestribus consiliis constituta ab eo & rescripta erant. Nam Augustum sibi semestria consilia constituisse Sueton. *in ejus vita cap.* 35. scribit, & Dio Cass. *lib.* 53. *p.* 511. his verbis: Τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, τούς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι, κἀκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας, συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν. ὥστε δι' αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινοῦσθαι τρόπον τινὰ τὰ νομοθετούμενα νομίζεσθαι. Præsertim vero a consulibus, aut si ipse consulatum gereret, a collega suo hoc contendit. Ex reliquis etiam magistratibus singulos, ex senatoribus sorte quindecim delegit, qui per sex menses consiliarii sui essent: ita ut videretur per hos etiam reliquis omnibus ea, quæ statueret, communicare. Quæ verba totidem verbis transcripsit Zonaras *Tom.* 2. *Annal. in Octavio p.* 163. Vet. Glossar. Utriusque testamenti *semestria*, liber, in quo actiones sex mensium continentur. Cujac *in Papinian. ad l.* 27. D. *de condit. & demonstr.* M. Antoninus Philosophus Imperator vacabat quotannis juri dicundo mensibus sex, exemplo Augusti & Tiberii & aliorum Imperatorum. Et inde semestria dicta sunt libri, in quibus scripta sunt hæc, quæ de jure constituta. Semestria sunt velut Codex Marcianus. In semestribus scripta constitutio: *l.* 3. *C. si mancip. ita veniet.*

Semimitra inter ornamenta muliebria ponitur, in *l.* 25. §. 10. D. *de aur. argent. legat.*

Seminarium adpellant fructus sementis caussa repositos. Sic; seminarium conferendi agri caussa paratum: *l.* 9. §. 6. D. *de usufruct.* Et *seminaria* numero multitudinis, *l.* 3. D. *de impens. in res dot. fact.* Ex seminario transferre arborem: *l.* 3. §. 1. D. *arbor. furt. cæsar.*

Semipedes, *l.* 52. §. 13. *D. pro soc.*

Semis sex uncias continet. Ex semisse heres scriptus dicitur, qui ex media parte institutus est, qui semissarius adpellatur in *l.* 116. §. 1. D. *de legat.* 1. Semis hereditas

ditas uno verbo Græcis dicitur ἡμικλήριον. Isæus περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου Orat. 6. p. 482. edit. Miniati. ἀλλὰ τὸν μὲν Μνήσωνος κλῆρον, οὗ καὶ Ἀπολλοδώρῳ προσῆκε τὸ ἡμικλήριον. Sed Mnesonis hereditatem, cujus pars dimidia vel semis ad Apollodorum spectabat. Et paullo post: εἰσέπραξε τὸ ἡμικλήριον. exegit semissem. Sic & *semis* patrimonii: *l.* 78. §. 7. D. *ad SC. Trebell.*

Duas *semis* domos suas immunes habeat: *l.* 10. *C. de metat.*

SEMISDECIMA, epimetrum fuit porcinæ, *l.* 4. *C. Th. de suar.*

SEMISSES usuræ dicuntur, quorum menstrua quantitas ducentesima pars sortis est. In usurarum enim ratione centesima assis locum obtinet, ad eamque omnes usurarum species rediguntur. Itaque semisses usuræ sunt, si pro centum aureis singulis annis sex præstentur.

Eædem *semissales* usuræ dicuntur, in *l.* 101. §. *ult.* D. *de solution. l.* 10. *D. de pollicitat. l.* 1. *C. de his, quib. ut indign.*

SEMOTI, pro exheredatis, *l.* 4. *C. Theod. de legit. hered.*

SEMPER, id est, sine præfinitione temporis, *l.* 13. *D. ad SC. Silan. l. ult.* D. *ad leg. Pomp. de parricid.* §. 2. *Inst. de libertin.*

SEMPRONIANUS fundus, *l.* 34. D. *de adquir. possess. l.* 16. D. *de exception. l.* 56. §. 7. D. *de verb. oblig.*

SEMPRONIUS Jurisconsultus, quem populus Romanus σοφὸν, *sapientem* adpellavit, *l.* 2. §. 37. D. *de orig. jur.* Non fuit post Appium Sempronius, sed iisdem pœne temporibus floruit, quippe Consul creatus anno ab V. C. 449. cum P. Sulpitio, Liv. *lib.* 9. *cap.* 45. quocum etiam de Æquis eo anno triumphavit: *Fast. Capitol. ad hunc* annum. Anno porro ab V. C. 453. Pontifex & Censor; & paullo post Marco Valerio Corvo, Dictatore, Magister equitum factus est, Liv. *lib.* 10. *c.* 9. Et tamen vir Consularis, censorius ac triumphalis præturam anno ab V. C. 456. suscipere non est dedignatur. Liv. *lib.* 10. *c.* 21. Argutantur novi scriptores nomen σόφος posteris ejus hæsisse: non defuisse alias gentes, quibus insignis sapientiæ gloria nobile ac perpetuum cognomen pepererit. Habere enim historiam Atilium & Lælium *sapientes*, Scipionem Corculum, Sex. & P. Ælios Catos, denique M. Porcium Catonem dictos, quæ cognomina ab illo σοφοῦ elogio non nisi sono differant: adeoque fallere Pomponium dum nec quemquam ante hunc Sempronium, aut post hunc, hoc nomine cognominatum esse, contendat. Sed ad prius respondetur, posteris id nomen hæsisse tamquam hereditarium, at neminem eorum sibi id nomen virtute peperisse. Ad posterius, Pomponium id observasse de Græco σοφοῦ cognomine, quod in Græcia septem tantum viris, Romæ soli post hominum memoriam. P. Sempronio datum sit. Unde & sapientiæ simulacrum gentis Semproniane numis reperiri observat Rupertus *ad Enchirid. Pompon. p.* 318. Quæ quum ita sint, adsentiri non possumus Reinesio, qui *ad Inscript. p.* 36. ipsum Sempronianorum nomen a sapientia derivat, eosque Sempronios dictos putat quasi σώφρονας, atque inde & originem cognominis σοφοῦ argute arcessit, quum tamen noster prius dictus sit Sempronius, quam σοφοῦ cognomen ob ingenii præstantiam accepit, & jam pater P. Sempronius Longus; avus C. Sempronius Longus dicti sint: Rupert. *ibid.*

Vul-

Vulgo eum uxori misisse repudium, perhibent, ob eam solam caussam, quod ludos inconsulto se spectarit. Sed Valerius Maximus, qui *lib.* 1. *cap.* 3. id memoriæ prodidit, diserte ait, id divortium fuisse tertium ab eo, quod fecerit Sp. Carvilius. Quum vero hic anno demum 521. primus uxorem res suas sibi habere jusserit, noster autem eam ætatem non attigisse videatur: consequens profecto est, ut alius fuerit ille Sempronius σοφὸς, qui tam severa animadversione uxoris curiositatem ultus est. Jo. Guil. Hoffm. *de leg. jul. de adult. cap.* 1. *p.* 22. *seq.* Certius est, filium habuisse nostrum ejusdem nominis, qui anno ab V. C. 484. consul de Picentibus triumphavit, *Fasti capitol. ad hunc ann.* & anno ab U. C. 500. censor lustrum condidit. *Epist. Liv. lib.* 18. Hein. *Hist. jur. Rom. lib. c.* 3. §. 116. *& seq.*

SEMUNCIA, unciæ pars dimidia, ut apud Scævolam *l.* 21. §. 2. *D. de annuis legat.*

SENATOR dictus est, a senectute, quod initio non nisi provectæ ætatis viri graves eligebantur: ut apud Ennium, Moribus antiquis res stat Romana virisque. Etiam Cicero ait apud Lacedæmonios *senes* adpellari eos qui summum quemdam magistratum gerunt. Ceterum, ut inter ceteros Pomponius Lætus, in *libello de magistrat. Rom.* auctor est, Romulus olim elegerat centum senatores, qui multitudinis patroni, id est, defensores essent. Et hos adpellabant peregrini principes in civitate. Post cujusmodi senatores centum Tullus Hostilius, populo Albano Romam traducto, lex ejus patriciis ordinem senatorium supplevit. Postea Tarquinius Priscus senatus majestatem centum viris ampliavit. Ast Tarquinius ille Superbus clariorem partem senatus morte & exsilio perdidit. Mox, exactis regibus, senatus a Bruto primo consule restauratus est. Primoribus enim equestris gradus, ejectis ad trecentorum summam, patrum numerum explevit. Hi igitur a Bruto additi, & ita senatui adscripti patres conscripti adpellati sunt. Unde in senatum vocabantur, *qui patres, quique conscripti* erant, ut apud Livium, & alios authores legimus. Cæsar longe post senatum supplevit, & multos tum cives, tum externos præter electum, sed magis per gratiam senatoria dignitate donavit, ut scribit Rivallius in *lib.* 2. *hist. jur. civil.* Unde peregrinis & Gallis, & aliis in senatum allectis libellus propositus est, suadens ne quis senatori novo curiam monstrare vellet. Post necem quoque Cæsaris tot in senatum per gratiam & præmium allecti sunt, ut super mille senatores essent. Sed ad modum pristinum & splendorem eos Augustus tandem redegit. Senatores autem triplicis ordinis fuisse Fenestella auctor est, in *libello de magistrat. Rom.* Alii enim patricii, alii pedarii, nonnulli vero conscripti adpellabantur. Patricii sunt ii maxime, qui centum illis patribus a Romulo lectis geniti sunt. Conscripti vero Senatores hi, qui regum, consulum, censorumve decreto in senatum lecti sunt. Pedarios autem *senatores*, variis etiam rationibus adpellatos esse invenio. Alii enim, quod hi non haberent sententiæ dictionem in senatu, sed in aliorum sententias pedibus irent, dictos pedarios putant: alii quod essent plerique, qui magistratus curules adepti sella curuli in senatum veherentur, qui una pedibus iter facerent, pedarii nominabantur. Ut autem Ascon. Pædian. ait, sena-

toris

toris prima administratio erat quæstorem fieri provinciæ, curam gerere pecuniæ publicæ, in diversos usus erogandæ. Ceterum de senatoribus & senatu multa copiose & late admodum Guil. Budæus explicat in *l. final. tit. de senatorib.*

Senatores Alexandriæ civitatis, pro curialibus seu decurionibus, in *l. 59. C. Theod. de petit. & ultro dat.*

Senatorum liberos, inquit Ulp. in *tit. de senator.* accipere debemus non tantum senatorum filios, verum etiam omnes, qui progeniti ex ipsis, vel ex liberis eorum dicuntur, sive naturales, sive adoptivi sint liberi senatorum, ex quibus nati dicuntur. Sed etsi ex filia senatoris natus sit, spectare debemus ejus conditionem, teste Cassio Longino. Qui propter turpitudinem amotus est senatu: nec restitutus judicare non potest: non tamen teste Modestino, capite minuitur sed morari potest Romæ, teste Ulpiano. Senatoris filius non solum censetur naturalis, sed adoptivus: nec refert quomodo, vel a quo adoptaverit, an in senatoria dignitate constitutus, an ante senatoriam dignitatem. Sed quamdiu in adoptione manet & familia, senatoris est filius teste Paullo: quo iterum teste, datus a senatore patre filius in adoptionem viro inferioris dignitatis, tamen est filius senatoris, sicut Consulis filius est consularis: nam dignitas senatoria, vel consularis non amittit adoptione suum jus. Teste Ulpiano, emancipatus a Senatore patre filius, quasi filium senatoris haberi placet: cum, teste Labeone, natus post mortem patris senatorii, quasi filius senatoris habendus sit. Secus est de eo, qui natus est post patrem de senatu motnm. Si autem conceptus sit ex senatore patre, & natus post motum a senatu patrem, filium senatoris censeri placuit, spectantibus tempus conceptionis. Si quis habuit avum & patrem senatorem, senatoris nepos & filius intelligitur. Sed si pater ante conceptionem filii amisit dignitatem, censetur ille nepos senatoris propter avum: non autem filius. Eodem teste, feminæ clarissimæ dicuntur nuptæ clarissimis viris: at filiæ senatorum nuptæ viris clarissimis, clarissimæ non censentur: viri enim uxoribus tribuunt dignitatem.

SENATUS duplex, teste Ausonio. Non enim amplissimus modo ordinis cœtus, sed & municipalis quæque curia senatus dicebatur, *l. 27. D. de decurion.* Vid. Ev. Otton. *de Ædil. colon. & municip. cap. 2.* §. 4.

Senatus jus facere poterat, *l. 9. D. de legib.* Proinde quæ senatus censuerat decideratve, pro jure certo laudantur multis in locis: Acta senatus: Sueton. in *Jul. cap. 17. & in August. cap. 35.* Senatus censuit, *l. 1. C. de compensat.* & passim.

SENATUSCONSULTUM est, quod senatus jubet atque constituit, §. 5. *Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. 2. §. 12. D. de orig. jur.* δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς, *l. 2. §. 1. D. ad SC. Velleian.* Sic senatusconsulta quoque patrum decreta quandoque adpellantur. Senatusconsulti adpellatio, *l. 9. D. de reb. credit.* De SCis eorumque ferendorum sollemnitate vid. Gell. *lib. 4. Noct. Attic. cap. 7.* Senatusconsulta autem, qua proprium nomen habent, suis quæque locis sunt relata & disposita. Anonyma vero quædam, proprio nomine non donata, hoc in capite referuntur. Unum Pansa & Aviola Coss. factum de ædium demolitione, quo dirui quid ex ædificiis negotiandi caussa,

caussa, distrahive aut legari prohibetur, *l.* 52. *D. de contrah. emt. l.* 40. D. *de legat.* 1. *l. ult.* D. *de damn. infect.* quo accipienda sunt, *l.* 45. D. *de donat. int. vir. & ux. l.* 11. §. 14. *l.* 21. §. *ult. D. de legat.* 3. Aliud, quo calumniæ caussa publico judicio damnati postulare apud judices pedaneos prohibentur, *l.* 1. §. 6. D. *de postul.* Senatusconsultum de censuum veterum & monumentorum veterum fide, *l.* 6. C. *de probation.* Senatusconsultum de comitibus libertisque eorum, qui provincias regunt, in *l.* 16. D. *de offic. præsid.* Senatusconsultum quo pluribus legibus ad idem crimen rei fieri prohibentur, *l.* 1. §. 6. D. *de postul.* Senatusconsultum de famosis epigrammatibus & libellis, *l.* 5. §. *ult.* D. *de injur. l.* 8. §. *ult. D. qui testam. fac.* Senatusconsultum de re funeraria, *l.* 12. D. *de religios.* Senatusconsultum de illicitis collegiis: *l.* 1. D. *de colleg. & corp.* Senatusconsultum de intercessionibus mulierum, *l.* 2. 9. & 19. *C. ad SC. Velleian.* Senatusconsultum, quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel privatis rebus obstringi, *l.* 12. D. *de legation.* quo referenda est, *l.* 8. *in fin.* D. *eod. tit.* Senatusconsultum de his, qui voluntate Dominorum in libertate morati sunt, *l.* 4. C. *de fideicom. libert.* Senatusconsultum de proclamantibus ad libertatem, *l.* 3. *D. quib. ad libert. proclam.* Senatusconsultum de luctu, *l.* 15. C. *ex quib. causs. infam. irrog.* Senatusconsultum quod in pecuniam ludere vetuit, *l.* 2. D. *aleator.* Senatusconsultum de his, qui post manumissionem originem repetunt, *l.* 1. *C. de ingen. manum.* de quo accipienda est, *l.* 3. *D. si libert. ingen. esse dic.* quæ ejus SCi verba quædam exponit, *l.* 32. D. *de liberal. causs.* Senatusconsultum de his, qui matrimonii caussa manumittuntur, *l.* 8. *D. qui & a quib.* Aliud de mortis caussa donationibus, *l.* 35. D. *de mort. causs. donat.* Senatusconsultum, quo cautum erat, ut mulier posset in sua re quem de falso accusare, *l.* 5. *C. qui accus. non poss.* Meminit ejus, *l.* 2. D. *de accusat. l.* 2. C. *de calumniat.* Aliud auctore Hadriano factum de natis ex cive Romana, cujus Ulpianus *tit.* 3. *Regul.* §. 3. meminit. Alterius, quod Neratio Vero & Annio Prisco Coss. factum est, meminit, *l.* 6. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Aliud Juventio Celso iterum, & Neratio & Marcello Coss. Hadriani temporibus factum, in *l. ult. C. de serv. reip. manum.* Aliud de tutorum & pupillarum nuptiis, *l.* 4. C. *de excusat. tutor.* Senatusconsultum quo pecuniæ ususfructus constitutus est, per cautionem, *l.* 1. C. *de usufruct. l.* 1. D. *de servit. legat.* Huc pertinent verba: Senatusconsulto effectum inductum, *l.* 1. & 2. D. *de usufr. ear. rer.* Senatusconsultum Modesto Cos. de servis fugitivis factum, *l.* 1. §. 1. D. *de fugitiv.* quod intelligi Brisson. putat in *l.* 2. *in fin.* D. *ad leg. Fabian. l.* 35. §. 3. D. *de contrah. emt.* Senatusconsultum de tabulis signandis, apud Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 25. §. 6. Senatusconsulta de tutelis, *l. pen.* D. *de tutel. l.* 11. D. *de testam. tutel.* Sic & Ulpianus, *tit.* 11. *regul.* §. 22. 23. ex Senatusconsulto ait tutores dari. Aliud Cotta & Messala Coss. factum de uxoribus Proconsulum & Præsidum, *l.* 4. §. 2. *D. de offic. proconf.* De quo Tacitus *lib.* 3. *Annal. cap.* 33. Alterius etiam iisdem consulibus facti meminit, *l.* 12. §. 3. D. *de accusat.* Senatusconsultum *in l.* 15. §. 3. D. *de mi-*

milit. testam. l. 14. *princ. l.* 15. §. 3. *D. ad leg. Cornel. de falsf. l.* 3. *l. ult. C. de his, qui sibi adscrib.* Libonianum accipiendum est, Pegasianum quoque, Claudianum Persicianum, Vitrasianum, Rubrianum senatusconsulta in libris nostris memorantur. De senatusconsulto Persiciano & Calvisiano Vid. Ulpian. *tit.* 16. *regul.* §. 3.

Senatusconsultis indita sunt nomina a consule, quem penes eo mense fasces erant, quive ad senatum retulerat, non ab eo, qui prior designatus consul fuerat. Ita SC. Velleianum, quod M. vel L. Silano & C. Vellæo Tutore Coss. conditum est, a posteriore Consule nomen tulit. Jumianum SC memoratur in *l.* 28. §. 4. D. *de fideicommiss. libert.* quod Æmilio Junco & Julio severo Coss. factum erat, ut patet ex *l.* 51. §. 8. D. *eod. tit.*

Tribuuntur interdum legi, quæ senatusconsulto ad legem adjecto introducta sunt, §. 4. *Inst. quib. ex causs. manum. non lic.* collata *l. un. D. de offic. consul.* Sic legi Corneliæ de sicariis subjicitur is, qui mala sacrificia fecit, quoniam SCo cautum est, ut ejus legis pœna teneatur, *l.* 13. D. *ad Leg. Corncl. de sicar.* & legi Corneliæ de falsis is, qui testamento alieno aliquid sibi adscripsit, quoniam edicto Claudii & Senatusconsulto, quod sequutum est, hoc comprehenditur, *l.* 15. D. *ad leg. Cornel. de fals.* Cujac. *in recitat.* C. *de accusation.*

SENECTUS venerabilis in civitate nostra semper fuit, *l.* 5. *princ.* D. *de jur. immunit.*

SENSUS, pro ratione, in *l.* 1. §. 3. D. *si quadrup. paup. fec.* ubi animal dicitur sensu carere, id est, ratione, ut Justin. *pr. Inst. eod. tit.* loquitur. Alioquin falsum esset, quod Ulpianus ait. Nam, ut Cic. *lib.* 1. *offic. cap.* 4. scribit, bellua quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se adcommodat. Sic nullum sensum infantis esse dixit Paullus in *l.* 32. §. 2. D. *de adquir. possess.* id est, nullum judicium. Sic furore detentum sensum non habere, ait Ulpianus in *l.* 22. §. 7. D. *soluto matrimon.* Et alias *sentire* non posse, *l.* 8. §. 2. D. *de option. & elect. legat.* Grotius *in flor. sparf. ad l.* 1. D. *si quadrup. paup. fec.* mentem interpretantur. Theophilus & cum eo Cujacius, judicium. Male autem Schneidevinus (Oinotomus) & Wesembecius *ad Inst.* προαίρεσιν seu animum delinquendi & destinationem sensus vocabulo intelligunt, quum omnino etiam citra eam damnum injuria fieri possit, *l.* 44. *princ.* D. *ad Leg. Aquill.*

Sensu percipere, *l.* 21. *D. qui test. fac.*

Sensus pro voluntate testatoris, in *l.* 15. *D. de vino, tritico, oleo legat.*

Sensus, pro eo, quod vulgo dicimus contentum. Sic: sensus litterarum talis est, *l.* 1. §. 1. *D. de libell. dimiss.*

SENTENTIA dicitur pronuntiatio Judicis finem controversiæ imponens absolutione vel condemnatione. Ita Brissonius. Cum vero ea definitio totam sententiæ notionem non exhauriat; generaliorem sequimur Wurffelsi definitionem, quod sit sententia determinatio ejus quod justum est, in casu aliquo præsenti, a judice cognita causa facta. Addidit (1) caussæ cognitionem præcedentem, in quo a mandato SC. maxime differt; in hac enim judex pariter determinat, quid justum sit in casu præsenti, idque remotis exceptionibus. (2) Omisit notionem injusti; determinato namque justo, patet oppositum huic esse in

injustum. Licet vero plerumque etiam in sententiis determinari videatur, non quid justum, sed quid injustum sit, dum sæpius audiamus pronunciari *injuria esse factum*; tamen sequitur, quid justum sit, & quid fieri debeat, quod plerumque adjici solet. Dein, justum est, ne alter in usu juris sui turbetur. Idem Wurffell. adducit definitionem Heineccii *Elem. jur. sec. ordin. pandect. p. VI.* §. 236. quod sit *sententia* controversiæ decisio a judice facta. Et observat dari etiam sententias sine sollemnitate. Sententia porro vel est definitiva, vel interloquutoria. Illa totum casum concernit jusque eidem applicat. Definit namque quid justum sit in casu proposito generatim spectato, non in singulis cum eo concurrentibus circumstantiis. Inde & Paullus definitivam sententiam intelligit, in *l.* 19. §. 1. *D. de recept. arbitr.* scribens: Dicere autem sententiam eum existimamus, qui ea mente quid pronunciat, ut secundum id discedere eos a tota controversia velit, & in *l.* 3. *C. de sentent.* eadem dicitur, quo absolvit vel condemnat. *Interloquutoria* vero dicitur quæ articulum incidentem concernit. Interloqui nempe dicitur, qui, caussa principali adhuc controversa, incidentem articulum decidit, quod facit, qui v. g. probationem alterutri parti injungit; contra contumacem in non comparendo proclamationem decernit &c. Si autem articulus ille incidens sit ita comparatus, ut ex ejus decisione decisio casus principalis dependeat, tunc *mixta* est utraque specie sententia, sin minus *mere incidens* est. Mixta v. g. est, qua injungitur ei, qui semiplene probavit, juramentum suppletorium: hoc enim ab actore præstito reus condemnatur. Exemplum *mere incidentis* est qua legitimatio injungitur.

Sententiam dicere arbitri; quos ad dicendam sententiam coactum iri se prætor pollicetur, existimabuntur qui ea mente pronunciant, ut secundum id discedere litigatores a tota controversia velint, *l.* 23. *D. de recept. arbitr.*

Sententia pro eo, quod quisque sentit. Vetus Glossar. Sententia αὐτοτελὴς καὶ ἀναμφίβολος ἀπόκρισις; quemadmodum & Theophilus *ad Instit.* §. 8. *de jur. nat. gent. & civil.* qui sententiæ opinionem opponit. Sic: sententiam accipere: *l.* 14. D. *de bon. libert.* dicere: *l.* 1. *D. de alb. scrib.* rogare, ferre, *l.* 6. §. *ult. D. de decurion.* Sententiam autem dicere & ferre dicuntur etiam senatores in consiliis publicis, ut *l. ult.* D. *de senator.* Auctor *Rhetor. ad Herenn. lib.* 4. *c.* 36. Nam quid fuit, judices, quare in sententiis ferendis dubitaveritis, aut istum hominem nefarium ampliaveritis. Add. Cic. *Verr. II.* 31. & *ad divers. XI.* 21. Sic & Græci ψῆφον φέρειν καὶ δοῦναι Illud Æschin. hoc κατὰ Τιμάρχου p. 272.

Sententia pro mente & sensu. Sic: sententia constitutionis: *l.* 20. §. 1. D. *de manumiss.* contrahentium: *l.* 15. D. *de verb. oblig.* defuncti: *l.* 7. D. *de jurisdict.* edicti: *l.* 8. *D. si tabul. testam. null. extrab.* interdicti: *l.* 1. *C. quor. legator.* legantis: *l.* 85. D. *de legat.* 3. legis: *l.* 37. *D. de oper. libertor.* orationis: *l.* 5. & 8. §. 1. D. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur.* prætoris: *l.* 8. D. *de publican.* senatusconsulti: *l.* 5. D. *ad SC. Trebell.* stipulationis: *l.* 64. *D. de verbor. obligat.* testatoris: *l.* 44. §. 9. D. *de condit. & demonstrat.* voluntatis nostræ: *l.* 1. D. *qui testam. fac.*

Inde *Sententia* verbis & scripturæ opponitur. Sic in *l.* 15. §. 3. D. *ad leg. Cornel. de fals.* sententiam magis senatusconsulti sequendam, quam scripturam, & in

in *l.* 22. §. 8. D. *eod. tit.* Non verbis sed sententia. Sic etiam non ex verbis, sed ex sententia senatusconsulti accusator quandoque tenetur: *l.* 1. §. 13. *D. ad SC. Turpillian.* Adde *l.* 29. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.*

Ut Græcis jurisconsultis ψῆφος, ita in Latinis constitutionibus *sententia* sæpe significat conventionem exsequutoris, libellis admonitionem, ὑπόμνησιν, δήλωσιν, πρόσκλησιν, atque etiam in Pandectis duobus locis. Cujac. *ad l. penult. C. de dignit.* in qua & *l. ult. in fin. C. eod. tit.* nec non in *l.* 6. *C. unde vi* hoc sensu vox sententiæ accipitur.

Sententia pro decreto: *l.* 1. *C. ut lit. pendente vel post provoc.*

SENTIRE, cogitare, intelligere. Sic: Animo sentire: *l.*27. *D. de condit. & demonstr.* Sentire etiam lex dicitur, in *l.* 6. §. 1. & 2. *D. de jur. patron.*

Sentire, percipere, affici. Sic: sentire augmentum: *l.* 33. D. *ad leg. Falcid.* commodum: *l.* 49. *D. de donat. int. vir. & ux.* damnum: *l.* 31. *D. ad leg. Falcid.* incommodum: *l.* 4. D. *de donation.* Sentire incrementum stipulatio dicitur, *l.* 1. §. 13. D. *ut legator. servandor.* Sentire injuriam: *l.* 15. §. 35. D. *de injuriis.* læsionem: *l.* 45. D. *de oper. libertor.* liberationem: *l.* 72. D. *ad Leg. Falcid.* lucrum: *l.* 2. §. 7. D. *de hered. vel act. vend.* periculum: *l.* 71. D. *de verb. signif.*

Sentire cum aliquo, & contra sentire, pro consentire & dissentire. Sentio cum Servio: *l.* 19. D. *de jur. dot.* Contra sentit: *l. ult. D. de manumiss. vindict.*

Sentire aperte, in *l.* 51. D. *de legat.* 1. pro aperte dicere.

SEPARATIO bonorum, vel creditorum gratia fit, qui separari ab heredis bonis testatoris bona desiderant, quæ alioquin heredis bonis juncta, propter heredis creditores suffectura non essent: *tit.* D. *de separat. bonor. judic. possid.* Vel servorum gratia fit, qui a domino, qui non solvendo erat, cum libertate heredes necessarii scripti, separari a bonis ejus peculium suum postulant, *l.* 1. §. *ult.* D. *de separat. l.* 7. §. 5. *in fin.* D. *de minorib.* Separationem bonorum etiam prætor ei concedit, qui patri ac postea fratri ex secundis tabulis heres exstitit, si hereditatem patris, rejecta fraterna, retinere velit, *l.* 1. D. *de vulg. & pupill. substit.* Hoc modo etiam separatio patrimoniorum dicitur, *l.* 3. D. *de excusat. tutor.* & separatio postulata, *l.* 6. *C. de hered. vendit.*

Separatio quoad thorum & mensam, differt ab ea quæ est quoad vinculum. Vid. supra art. divortium.

SEPARATUS a censibus & muneribus, id est, immunis, *l.* 14. *in fin. C. Th.* de *Episcop.*

SEPOSITO eo, pro remoto eo, vel etiam si id non esset, interdum significat excepto eo, ut in *l.* 15. §. 33. *in fin. D.* de *damn. infect.* Seposito beneficio testatoris: *l.* 84. D. *de hered. instit.* id est, remoto. Seposito quadrante: *l.* 27. §. 16. D. *ad SC. Trebell.*

SEPTIMILIARIUM erat locus, in quo novum juri dicundo palatium exstruxerat Justinianus, *l.* 22. *in fin.* C. *de sacros. eccles. l. penult. C. deposit. l. ult. C. de legit. tut. l.* 30. *C. de fideicommiss. l.* 30. *C. de jur. dot. l. ult.* C. *de bon. libertor. l. ult. C. de jur. patron. l.* 19. C. *de jur. delib. l.* 6. C. *de bon. quæ liberis. l. penult. C. de reb. credit. l.* 20. *de agricol.* Add. Cujac. *lib.* 20. *observ. c.* 3. Jo. Strauch. *diss. de statut. a summo principe* §. 43. & Jac. Guther. *lib.* 1. *de offic. dom. August. cap.* 36.

SEPTUNX, ut ait Volusius Mæ-

Mæcianus, ſeptem duodecimas aſſis, ſeu uncias, ſignificat.

Sepulcri adpellatione omnem ſepulturæ locum contineri exiſtimandum eſt, *l.* 3. §. 2. D. *de ſepulcr. viol.* Sepulcrum eſt, ubi corpus oſſave hominis condita ſunt, *l.* 2. §. 2. D. *de religioſ.* Sepulcrum eſt, non is ſolum locus, qui recipiat humationem, ſed omne etiam ſupra id cœlum, *l. ult.* §. 4. D. *quod vi aut clam.* Sepulcra autem vel familiaria, vel hereditaria: *l. 6. & 7. D. de religioſ. & ſumt. fun.* quibus tamen Heinecc. *Antiq. Rom. ad Inſtit. lib.* 2. *tit.* 1. §. 7. tertium addit genus eorum, quæ neutrius juris erant. Familiaria univerſæ familiæ patebant, non autem heredibus extraneis. Unde formulæ in vetuſtis marmoribus: Hoc monimentum exterum non ſequetur, niſi de nomine utrorumque, poſt obitum noſtrum corpus extraneum inferre ne liceat, ne de familia exeat, aliæque ſimiles, apud Grut. *Inſcript. p.* DXCIV. 2. *p.* DXXIII. 5. *p.* DCCCLXXXI. 9. Familiaria interdum majorum ſepulcra vocantur, ut in *l.* 36. D. *de bonis libertor.* Aliquando & libertis & libertabus ſimul jus inferendi indulgebatur, maxime ſi ad exſtruendum tuendumque ſepulcrum aliquid contuliſſent, cujus rei exempla ſunt apud Grut. *Inſcr. p.* DCCCCXLV. 10. *p.* DCCCCLIV. 2. vel ſi in nomine patronorum permanſiſſent, ceu cavetur apud eumdem *Inſcr. p.* DCXXXVIII. 4. Si qui tamen ex libertis libertabuſque male de patronis meruerant: iis locum denegare ſolebant in ſepulcro familiæ. Sic apud Grut. *Inſcr. p.* DCCXLIV. 4. aliquis monimentum poſuit ſibi & ſuis libertis, libertabuſque poſteriſque eorum, excepto Hermete lib. quem vero propter delicta ſua aditum, ambitum, ullumque acceſſum habere in hoc monimento, vetat. Alibi *p.* DCCCLXII. 5. excipitur. Secundina liberta, impia adverſus Cæcilianum Felicem, patronum ſuum. Alia & a familiaribus diverſa erant ſepulcra hereditaria, quæ omnes heredes, etiam extraneos ſequebantur. Id quod indicare ſolebant formulis: H. M. H. S. id eſt, hoc monimentum heredes ſequitur, vel: hujus monimenti vel ſepulcri jus ad heredes ejus pertinet pro portionibus, qua quis teſtamento ejus ſcriptus eſt: Grut. *p.* DCCCLXVI. 7. *p.* DCCCLXXI. 8. Denique quædam ſepulcra neutrius juris, & nec familiaria, nec hereditaria erant. Modo enim ſibi tantum conditorium parabant, modo ſibi & conjugi, modo ſibi & ſuis, ne quos inferri liceret, niſi quorum nomina ſcripta ſint & quibus conditor ejus ſepulcri diſerte caverit: Grut. *p.* DCCCCXC. 2. Jus ſepulcri: *l.* 3. §. 9. *D. de ſepulcr. viol. l.* 4. §. 21. D. *de mort. infer.* Sepulcra in prædiis memorantur, in *l.* 36. *D. de bon. libert.* Nimirum unuſquiſque ſepulcrum ſibi in ſuo aliquo fundo deligere ſolebat. Et in ipſis ſepulcris ſpecus ſubterranea dicebatur *hypogæum*, ubi locus erat certo ollarum vel urnarum numero deſtinatus, qui ollarium vocabatur: Gruter. *Inſcript. p.* DCCCCXXXV. 9. Reineſ. *Inſcr. Claſſ. XI.* 100. vel *ſchola* ollarum, Reineſ. *Claſſ. XVI.* 53. Exoleſcente vero ritu cremandi corpora cineres in urnis aſſervandi, arcæ loco ollarum conſtitutæ ſunt in hypogæo. In hoc porro, ubi oſſa, cineres, cadavera requieſcebant, erant *lampadaria*, vel lychnuchi, quorum mentio fit apud Dion. Caſſ. *in Domitian.* & apud Reineſ. *Inſcr. Claſſ. I.* 240. & *Claſſ. XI.* 100. eorumque cura, niſi ita comparata

rata essent, ut perpetuo lucerent, demandari solebat libertis vel servis. Supra hypogæum erant coenacula Grut. p. 383. 4. areæ, Grut. p. 706. 13. p. 708. 4. p. 721. 8. p. 807. 12. immo & signa & simulacra deorum & genii familiæ, qualia describuntur in marmore apud Reinef. *Infcr. I.* 240. Unde facile patet, cur ibi & æditui fuerint, Reinef. *Infcr. Claff. V.* 53. itemque cur itum, ambitum, aditum sepulcris suis stipulati sint veteres, ad coronandum, sacrificandum, vescendum, quales formulæ sunt apud Grut. p. 560. 5. p. 864. 2. p. 662. 5. p. 1081. 1. cur item & eam legem sepulcris additam reperiamus, ut si quis ibi furtum fecisset, perinde obligatus sit, ac si sacrilegium commisisset, Grut. p. 1076. 10. Denique extra quædam erant, quæ ad illa referebantur, veluti horti, ædificia, tabernæ, maceriæ, scalariæ, & imprimis ustrina, quamvis ea monimentis suis adplicari, quidam vetuerint. Grut. *Infcr. p.* 656. 3. p. 755. 4. p. 1044. 7. 8. De habitatione in sepulcro mentio est in *l.* 3. §. 6. & 11. *D. de sepulcr. viol.*

Interdictum de *sepulcro* ædificando locum habet, ut quis non prohibeatur ædificare sepulcrum, quo licet mortuum inferre, *tit.* D. *de sepulcr. ædific. & mort. infer.* Differt autem hoc interdictum ab illo, de mortuo inferendo, quod saltem exigit, ut eo mortuum inferre; hoc vero, ut eo loci monumentum ædificare liceat, quia religionis interest (ut JC. inquit) monumenta exstrui & exornari, *l.* 1. D. *de mort. infer.*

Sepulcrum justum, quod religione tenetur: *l.* 43. D. *de religiof.* Lucan. *lib.* 9. *v.* 1091. justo date tura sepulcro.

Sepultura. Non perpetuæ sepulturæ tradita corpora posse transferri: *l.* 3. §. 4. *D. de sepulcr. viol.* Sepultura una plura sepulcra efficere non potest, *l.* 44. *pr.* D. *de religiof. & sumt. fun.* Non totus, qui sepulturæ destinatus est locus, religiosus fit, *l.* 2. §. 5. D. *eod. tit.* Initio sæculi noni adhuc cuilibet licuit, eligere sepulturam, ubicunque voluit, etsi extra Ecclesiam more majorum in fundis propriis sita esset, dummodo tertiam partem suorum funeralium Ecclesiæ suæ parochiali persolveret, & ne aliter fieret, sub excommunicatione prohibitum erat: *c. nos instituta* 1. *decretal. de sepultur.* Et licet Innocentius III. *c. fraternitatem* 3. *eod. tit.* improbaverit relicta sepultura parochiali, vel majorum suorum, novam sepulturam eligi in novo loco minus religioso, Bonifacius tamen VIII. initio sæculi decimi tertii eam libertatem eligendi sepulturam in loco etiam minus religioso innovavit ac de novo asseruit, in *c. cum quis* 2. §. 1. *eod. tit. in* 6.

Sequela, in *l.* 14. §. 15. *D. de furt.* Lactant. *lib.* 7. *Inst. divin. cap.* 5. Ergo immortalitas non sequela naturæ, sed merces præmiumque virtutis est. Et *de opific. Dei cap.* 4. Quoniam mors sequela morborum est. Sic sequelæ locum obtinere dicitur obligatio, *l.* 93. D. *de solution.*

Sequester dicitur, apud quem plures rem, de qua controversia est, deponunt, *l.* 109. *D. de verb. signif. l.* 5. §. 1. *l.* 6. & 7. D. *depositi.* Tertullian. *de resurrect. carnis cap.* 51. Hic sequester Dei atque hominum adpellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi. Idem *de patientia cap.* 15. Adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus est, si injuriam deposuerit penes eum, ultor est. Invenitur & hoc ver-

bum apud Plaut. *Mercator. Act.* 4. *scen.* 2. & apud Quinctilian. *lib.* 12. *cap.* 8. Ab eo autem sequester dictus, quod occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur, aut quod ejus fidem, qui deponunt, sequuntur, ut Gellius *lib.* 1. *cap.* 1. scribit. Isidor. *lib.* 10. *etymol.* Sequester, ait, est qui certantibus medius intervenit, qui apud Græcos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent, a sequendo dictus, quod fidem utraque pars sequatur. Plautus *Rudent. Act. IV. scen.* 3. *v.* 79. Diu ad arbitrum reditur aut sequestre ponitur. Vetus Glossar. *Sequester* est, apud quem res litigiosa deponitur, ut ei, qui eam meruerit, reddatur. Et mox: est, qui contestantibus medius intervenit. Vet. Glossar. Græcum: *Sequester* ἔστι, παρ' ᾧ πολλοὶ ἐπίδικον παρατίθενται πρᾶγμα. Sic apud sequestres deponi: *l.* 21. §. *ult.* D. *de adpellat.* & sequestre deponere: *l. pen.* D. *depositi.* Hinc

SEQUESTRARE, *l.* 22. §. 8. D. *solut. matrim.*

SEQUESTRARIA actio, *directa*, qua victor rem depositam a sequestro tradi sibi postulat, *l.* 5. §. 1. *l.* 12. §. 2. D. *depositi.* sequestraria actio *contraria*, qua sequester indemnem se servari contendit.

SEQUESTRATIO *rubr.* C. *de probib. sequestr. pecun.*

SEQUI, adprobare, agnoscere, admittere, obtemperare. Sic: *Sequi* decretum prætoris: *l.* 7. §. 9. *D. de administr. & peric. tut.* fidem alterius: *l.* 84. §. 1. *D. de regul. jur.* fidem obligationis; *ibid.* heredem: *l.* 1. §. 16. *D. de separation.* judicium defuncti: *l.* 2. *D. de bonor. possess.* jus pignoris: *l.* 13. D. *qui pot. in pign.* jusjurandum: *l.* 4. §. *ult.* D. *de in lit. jurand.* mandatum: *l.* 53. D. *mandati.* nomen: *l.* 8. §. *ult.* D. *de eviction.* personam mulieris in contrahendo: *l.* 27. *pr.* & §. 1. D. *ad SC. Vellei.* religionem: *l.* 3. C. *de in lit. jurand.* voluntatem defuncti: *l.* 39. D. *de fideic. libert.*

Bona etiam *sequi* dicimur, *l.* 5. D. *de separation.*

Sequi noxa caput dicitur, id est, a capite non separari: *l.* 2. §. 1. *l.* 10. §. *ult.* *D. de noxal. action.*

Sequi caussam, id est, consequi, venire, *l.* 5. C. *de rer. permut.* sequi vel non sequi caussam est, impleri, vel non impleri promissum, ob quod datum quid est, *l.* 1. & *tot. tit.* D. *de condict. causs. dat. causs. non sequut.*

Sequitur & coheredem integra actio: *l.* 47. *famil. ercisc.* i. e. ad eum pertinet.

Sequi conditionem matris: *l.* 1. *D. ad municipal.* id est, ejus conditionis esse.

Sequi contubernium: Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 2.

Sequi aliquem damna dicuntur, quum illa præstare tenetur, *l. ult.* C. *si tut. vel curat.*

Sequitur damnatum infamia: *l.* 7. D. *de publ. judic.*

Sequitur dicere, id est, sequitur ut dicamus: *l.* 4. D. *de usucap.*

Sequi domicilium rei: *l.* 19. §. 2. D. *de judic.* *Sequuntur* emtorem fructus: *l.* 6. & 14. D. *de in diem addict.*

Sequi iter, i. e. accedere, dicitur, *l.* 2. §. 2. D. *si servit. vindic.*

Sequi id est, observare judex dicitur, quod utilissimum est, *l.* 21. D. *commun. divid.*

Sequi nuptias, *l.* 9. D. *de senator.* pro contrahere, *l.* 34. D. *de rit. nupt.* *l.* 15. C. *ex quib. causs. infam.*

Sequi aliquem onera dicuntur, quæ subire tenetur, *l.* 56. §. 1. D. *de jur. dot.*

Se-

Sequitur emtor, id est, eligit petitionem usurarum, *l.* 4. *C. de pact. inter emt.*

Sequi aliquando passive usurpatur per enallagen generum, ut in *l.* 12. §. 2. D. *de capt. & postlim. Sed Juliani sententia sequendum* est, hoc est, Juliani sententiam sequi cogimur, quamquam hic soloecismus subsit. Aliæ tamen editiones, quæ & Dion. Gothofredus sequutus est, pro *sequendum* habent *sequenda.* Leviori emendatione opus est, pro *sententia* rescribendo *sententiam.* Hanc enim loquendi formam ex verbis Virgilii, *pacem ab rege petendum*, defendit Laur. Vallensis *Elegant. lib.* 1. *cap.* 29.

A sequenti, id est, ab altero, *l.* 26. D. *de noxal. act.*

Sequens caussa, id est, altera, *l.* 1. §. 6. *D. de usufruct. l.* 34. *D. de statulib.*

SEQUIOR, pro segnior: *l.* 8. §. 12. D. *de transact.*

Sequior, deterior. Vid. Cujac. *lib.* 1. *observ. cap.* 3. Juret. *ad Symmac. lib.* 10. *epist.* 49. Hein.

SERENITAS nostra. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 3. De hoc *serenitatis* titulo Vid. Juret. ad Symmach. *lib.* 2. *epist.* 8.

SERIÆ sunt vasa vinaria & frumentaria, *l.* 206. *D. de verbor. signif. l.* 15. §. 6. *D. de usufr.* Terent. *Heautontim. Act.* 3. *scen.* 1. *v.* 51. Relevi dolia omnia, omnes serias.

SERICUS. Serica a bombycinis separantur, in *l.* 25. D. *de aur. arg. legat.* ut & apud Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 79. quæ tamen confundit Isidorus *lib.* 19. *cap.* 27. Ac bombycina quidem ex vermiculis fiebant. *Serica* vero ex genere quodam lanicii, quod Indiæ populi *Seres*, ex arboribus depectebant, quemadmodum erudite Andr. Tiraquellus notavit in *lib. de legibus connubialibus leg.* 3. *n.* 18. Id quod subjecti auctorum loci comprobant. Galen. περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. *cap.* 9. *Tom.* 6. *Oper. Galen. & Hippocrat. p.* 513. Τούτου τοῦ γένους ἐστὶ τὰ χρυσοῦφῆ τῶν ἱματίων ἢ ὕλης δεόμεθα πόῤῥωθεν κομιζομένης, ὥσπερ τῶν σειρικῶν ὀνομαζομένων. id est: Hujus generis vestimenta auro contexta, aut supervacuum aliquod opus habentia, aut quæ materiam ex longinquo adlatam desiderant, ut quæ vocantur *serica.* Virgil. *lib.* 2. *Georg. v.* 120. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. Seneca in *Hippolyto Act.* 2. *v.* 389. Quæ fila ramis ultimi Seres legunt. Idem *in Hercule Oetæo Act.* 2. *v.* 666. Quæ Phœbeis subditus Euris - Legit Eois Ser arboribus. Isidori tamen opinio confirmatur Zonaræ auctoritate, *in Justiniano Tom.* 3. *annal. p.* 57. Silius Italicus *lib.* 6. *v.* 3. Primique novo Phaetonte retecti - Seres lanigeris repetebant vellera lucis. Et *lib.* 17. *v.* 596. Videre Eoi (monstrum admirabile) Seres - Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos. De verme tamen Indico multi existimant veteres sensisse, de quo hæc Basilius Magnus *Homil.* 8. *Hexæm.* adserit: ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ ἰνδοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλὼν, εἶτα προϊὼν βομβυλιὸς γίνεται, καὶ ἐπὶ ταύτης ἵσταται τῆς μορφῆς, ἀλλὰ χαύνοις καὶ πλατέσι πετάλοις ὑποπτεροῦται, ὅταν οὖν κατέξηθε τὴν τούτων ἐργασίαν ἀναπηνιζόμεναι αἱ γυναῖκες, τὰ νήματα, ἃ πέμπουσιν ὑμῖν οἱ Σῆρες πρὸς τὴν τῶν μαλακῶν ἐνδυμάτων κατασκευήν. Quem totum locum non minus suum ac proprium quam Latinum fecit Ambrosius, *lib.* 5. *Hexæmer. cap.* 23. his verbis: Et quia de volatilibus dicimus, non putamus alienum, ea

ea complecti, quæ de verme Indico tradit historia, vel eorum relatio, qui videre potuerunt. Fertur hic corniger vermes converti primum in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bombylius, & nec eam tamen formam figuramque custodit, sed laxis & latioribus foliis videtur pennas adsumere. Ex his foliis mollis illa Seres depectunt vellera, quæ ad usus sibi proprios divites vindicarunt. Hæc ille. In cujus tamen loci versione hallucinatus est scripturæ Græcæ vitio, in erroremque inductus est divus ille Antistes. Scriptum enim ostendit a librario perperam κράμνης, ubi nunc disserto κάμπης, eaque de caussa *in speciem caulis* vertit, quum vertere debuisset *erucæ.* Ac plane, ni fallor, D. Hieronymus alias objicit, eum e Grecis bonis Latina fecisse mala, eumque perstringit, quum hoc ait. Nec de alio sensit, quum hoc scripsit in *prologo de spiritu sancto ad Demetrium.* Erucas certe Græce *campas* adpellatas esse, vel Columella testis est, *lib.* 11. *extrem.* Plinius quoque *lib.* 6. *hist. natur. cap.* 17. Seres, inquit, lanicio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Ammianus quoque Marcellinus *lib.* 23. *cap.* 6. apud Seras silvas esse sublucidas, refert, a quibus arborum foetus aquarum adspergini-bus crebris velut quædam vellera mollientes ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam petunt, nentesque subtemina conficiunt sericum. Idem & Solinus in *Polyhist. cap.* 51. scribit. Porro, quo tempore texendi serici artificium in occidentis partes invectum sit, unicuique liquet, ex Ottone Frisingensi *lib.* 1. *de gestis Friderici c.* 33. Rugartum Siculum, ait, Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices, qui sericos pannos texere solebant, ob Imperatoris ignominiam captivos deduxisse, quos in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi suos edoceri præcepit. Exinde ars illa prius a Græcis solis inter Christianos habita, Romanis patere coepit ingeniis. Memorantur autem in jure nostro *Sericum* nema, *l. ult.* §. 7. D. *de publican.* Sericoblattæ, *l.* 10. C. *de murileg.* sive, ut in *l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* Serica blattæ. Vopiscus in *Aurel. cap.* 45. Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur: quo loco primam editionem blattoserico, unica voce, legere, testatur Salmasius, quem vide & Isaac. Cæsaubon.

Sermo, pro clausula in legatis, *l.* 20. D. *de usur.*

Sermo, pro scriptura testamenti *l.* 85. & 98. *D. de legat.* 3.

Sermo superior, pro tractatu superiore, vel superiore parte edicti, *l.* 2. *D. de conjunjend. cum emancip.*

Serpentes circumferebant & proponebant circulatores, *l. ult.* D. *de extraord. crimin.* immo & alia animalia peregrina & rariora, ut ad ea spectanda tanto frequentiores confluerent homines. Ev. Otto *de tutel. viar. III.* 3. *p.* 452. Hein.

Serpens intra culleum cum parricida, *l. un. C. Th. de parricid.*

Sertum. Serta suspendebant diis gentiles, *l.* 12. *C. Th. de paganis.* Arnob. *lib.* 7. *p.* 226. *edit. Stevvech.* Etiam Dii sertis, coronis, efficiuntur & floribus. Marmor vetus apud Gruterum *Inscr.* CXXIV. Coronæ inlatæ & unguaque uncta.

Servaculum. Ulpianus *l.* 29. §. 2. D. *ad Leg. Aquil.* Quia parvi refert navem immitten-

tendo, an *servaculum* ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis. At quum Latium hoc vocabulum ignoret, & in Florentino codice *servaculum* & *serraculum* legatur: posterius merito præfertur a Jac. Cujac. *observ. lib. 9. cap. 10. lib. 14. c. 13.* & Corn. van Bynkersh. *observ. lib. 4. c. 16.* Glossæ: πηδάλιον, gubernaculum, clavus, *ferraculum.* Add. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p. 394.* Car. Labbæi *observat. & emendat. in synops. Basilic. p. 164.* Hein.

SERVARE, observare. *Servare* diem, *l. 1. §. 7. D. quand. adpell.* jusjurandum: *l. 1. D. si mulier ventr. nom.* legem contractus: *l. 24. D. depositi.* modum: *l. 2. C. de conven. fisci creditor.*

Servare, exigere, percipere, recuperare. Sic & servari ab aliquo dicitur, quod ex ejus bonis redigi potest, *l. ult. D. de administr. & peric. tut.* *Servare* ab aliquo: *l. 45. §. ult. D. mandati.* creditum: *l. 49. D. de furt.* detrimentum: *l. 6. C. arbitr. tut.* impensas per retentionem: *l. 59. D. de furtis.* & judicio: *l. 42. §. 1. D. solut. matrim.* indemnitatem: *l. 53. §. ult. D. locati.* Quod minus servavero, id est, consequutus, *l. 22. §. 2. D. mandati.* *Servare* quod bona fide præstiterat, id est, reciperare: *l. 9. D. commun. divid.* pœnam a socio: *l. 6. §. ult. D. eod. tit.* rem suam: *l. 2. D. de instit. act.* sumtus: *l. 2. §. 2. D. de donat. int. vir. & ux.* rem a tutore: *l. 1. D. de excusat. tut.*

Servare etiam per actionem dicunt Jurisconsulti, quod abest, vel quod damnum datum est, *l. 17. in fin. D. de servit. vindicat.* Et *servare* per exceptionem: *l. 23. D. solut. matrim.* judicio: *l. 18. C. famil. ercisc.* retentione: *l. 18. D. de negot. gest.*

Servari pro reservari. Sic quod mater filiæ suæ servari testamento jussit, eo tempore præstari voluisse intelligitur, quo sui juris ea sit, *l. 26. D. de aur. arg. legat.* *Servare* sibi: *l. 87. §. ult. D. de legat. 2.*

Servare pro custodire. Hoc sensu possessiones dari dicuntur dotis *servandæ* caussa, *l. 26. §. ult. D. ad municipal.* servandi fideicommissi caussa: *l. 2. C. l. 10. D. quib. ex causs. in possess. eat.* servandi judicii caussa: *l. 16. D. de liberat. legat.* servandi legati caussa: *l. 3. C. ut in possess. legat.* Sic & *servare* ventrem: *l. 3. D. de ventr. inspic.*

Servare pro tueri & defendere. Sic prætor *servare* voluisse locationem & venditionem dicitur, in *l. 8. §. 1. D. de bon. auctor. jud. possid.* Servare debet judex, quod coheredes consocii inter se sine dolo malo pepigerunt, *l. 3. D. commun. divid.*

SERVIANA actio in rem prætoria petitoria, *l. 42. §. 4. D. de procurat.* quæ de rebus in prædium rusticum invectis illatis, quæ tacito pignoris jure locatori pro pensione obligantur, proponitur. Daturque ea adversus colonum, & quemcumque possessorem earum rerum pro mercede pignori tacite obligatarum, ad pignus suum vindicandum, *l. 16. §. 3. D. de pignor. & hypoth.* cum alias jure civili ne pactum quidem hypothecæ ullam efficaciam habebat, ergo nec jus in re sine traditione operari poterat. Rerum autem mobilium actio hæc erat, & pignoratitia etiam dicitur, *l. 3. §. 3. D. ad exhib. l. 9. D. quib. mod. pign. solv. l. 41. D. de pignorat. act. §. 7. Inst. de action.* Quemadmodum vero hæc actio tantum ad utilitatem locatoris prædii rustici comparata est: ita *quasi serviana* vel *hypothecaria* ge-

generalis est, etiam prætoria, daturque pignore jam constituto, seu hypotheca solo pacto sine traditione constituta, cuilibet creditori, contra debitorem vel quemcumque rem oppignoratam vel hypothecam possidentem, ad rem illam una cum fructibus & accessionibus persequendam, §. 7. *Inst. de action. l.* 16. §. 3. *seq.* D. *de pign. & hypoth.* Non ergo aut res, aut debitum petendum, si adversus tertium instituatur hæc actio. Quamvis enim rei electio sit, malit ne rem tradere, an debitum solvere: *l.* 16. §. 3. D. *de pign. & hypoth. l.* 12. §. 1. D. *quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* actori tamen cum tertio possessore nullum intercessit negotium, ex quo in personam agere possit, ad solvendum quod alias ex contractu debet. Eadem etiam adpellatur pignoratitia Serviana, *l.* 3. §. 3. D. *ad exhibend.* pignoratitia in rem: *l.* 7. §. 12. *D. commun. divid.* & Serviana vel hypothecaria, *l.* 4. §. 30. D. *de dol. except.* & passim. Confunditur tamen plerumque hæc differentia, & cujuslibet pignoris persequutioni *Servianæ* nomen adcommodatur, *l.* 3. 7. 10. 18. & 21. §. 1. D. *de pignor.* & aliis locis.

SERVILIUS jurisconsultus Proculum citat, *l.* 10. *D. de jur. patron.* Servilii hujus nulla alibi mentio fit. Hinc Bynkersh. *lib.* 5. *observ. cap.* 23. substituendum putat *Cervidium*, Scævolam puta, jurisconsultum latioris famæ & receptæ auctoritatis. *Hein.*

SERVIRE nobis intelliguntur & hi, quos curamus ægros, qui cupientes nobis servire, propter adversam valetudinem impediuntur, *l.* 4. §. 5. *D. de statulib.*

Servire aliquando, & servum esse differunt, *l.* 1. §. 2. *D. de jur. & fact. ignor.* quemadmodum & servum esse, & in servitute esse, *l.* 27. §. 8. *D. ad leg. jul. de adulter.* Adeo, ut & liber homo, qui in servitute detinetur, *servire* dicatur, *l.* 4. §. 4. D. *de statulib.* Adde Pithoeum *ad Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 3. Hein.

Servire, de prædiis, quæ servitutem debent. Sic fundus *servire* dicitur, *l.* 2. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* serviens fundus: *l.* 9. D. *de servitut.* cui is, cui servitus debetur, opponitur, *l.* 23. §. 2. *D. de servit. præd. rust.*

Servire annonæ urbis: *l.* 5. §. 3. D. *de jur. immunit.* officium judicis: *l.* 2. §. *ult. D. de eo, quo cert. loc.* muneri: *l. ult.* §. 17. D. *de mun. & honor.* peculium: *l.* 4. D. *de pecul.* verbis edicti: *l.* 1. §. 20. D. *de exercit. action.*

SERVITIUM. Si ad ecclesiam catholicam servitio fideliore transierint, *l.* 40. *C. Theod. de hæret.*

SERVITUS, *constitutio juris gentium*, (hoc est juris naturalis secundarii) *qua quis dominio alieno* (tamquam res) *contra naturam* (i. e. contra id quod naturali jure originario obtinet) *subjicitur*, *l.* 4. §. 1. *D. de statu homin.* Differt autem dominium in servos ab imperio civili, (1) Quod illud esse potest inter personas extra civitatem viventes, quemadmodum cetera rerum dominia. (2) Quod domino servi sit jus perpetuum huic imperandi operas omnes licitas, & quod ipsi ex iis vel aliunde provenit universum suum faciendi; imperium autem civile jus est dirigendi actiones civium non latius patens ac postulat finis boni publici, ex quo nondum efficitur, ut omnia quæ quisque civis operatur, negotiatur vel comparat, sua faciat imperans seu rector civitatis. Porro jus

jus illud perpetuum domini in servum differt a jure quod in mercenarium competit, hic quippe non perpetuo subjicitur, & multa facere potest sua, quæ ipsi extra rationem herilem obveniunt.

Servitutis adpellatione dominium magis quam opera intelligitur, *l.* 4. §. 4. *D. de statulib.*

Servitus pœnæ, i. e. in pœnam, *l.* 1. D. *de sentent. pass.* Qualis erat eorum, qui censum vel militiam subterfugerant, quippe qui bonis in ærarium redactis virgis cæsi trans Tiberim veniebant, Dionys. Halicarn. IV. *p.* 221. Cic. *pro Cæcin. XXIV.* & damnatorum ad metalla vel bestias aliaque extrema supplicia, §. 3. *Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. l.* 1. D. *de sentent. pass.* & Libertorum ingratorum, quippe qui etiam in servitutem revocabantur, Suet. *in Claud. cap.* 25. & mulierum liberarum, amore servorum alienorum bacchantium, quam pœnam tamen earum commodo sustulit Justinianus, *l. un. C. de SC. Claud.* & eorum, qui ab alio adserti, præstitaque cautione edictis citati per annum se haud stitissent, *l.* 1. §. 2. *C.* pariter sublata a Justiniano, *l.* 1. §. 2. C. *de adsert. toll.* denique eorum qui se ipsos vendendos dabant, pretii participandi caussa, ac deinde ad libertatem proclamabant, *l.* 1. *&* 3. *D. quib. ad libert. proclam. non lic.* Servire servitutem: *l.* 34. D. *de stipulatione servor.* Porro servum esse & servire, & in servitute esse differunt. Vid. supra art. *servire. Servitus* gravior libertorum dicitur, in *l.* 13. §. *ult.* D. *de aliment. & cibar. legat.* ubi patronus libertis dicitur uti vice servitutis.

Servitus alia est, qua res serviunt, quam ita definit non incommode Wurffel *jurispr. definit.* §. 255. quod sit jus utilitatem, vel fructum ex re aliena perpetuo percipiendi. Servire utique est utilitatem præstare, id quod eleganter declarat. Cicero *Orat. pro Planco:* Servitus, ait, non est servitus, si non servit: servire autem esse utilitatem sibi, suisque rebus præstare, paullo ante dixerat idem. Et verbum *perpetuo* in adducta definitione rem a juribus servitute similibus distinguit satis, quæ distinctio in vulgari definitione non adfertur, quamquam hæc alias non male sonet, quod sit servitus jus in re aliena, qua ejus dominus ad alterius (perpetuam) utilitatem aliquid pati, vel non facere tenetur, in qua definitione & dominans pariter & serviens elucescit. Si certæ autem personæ aliena res servit, ut in usufructu, usu, habitatione, *servitus personalis* intelligitur; si vero prædium prædio servit, ut in alterius prædii, dominantis scilicet, domini cujuscumque utilitatem, sit constituta servitus in tuo prædio, quod *serviens* audit, tunc *realis* est *servitus*, seu *prædialis*. Et hoc significatu veniunt prædiorum jura, in *l.* 1. *in fin. D. de rer. divis. l.* 10. §. 1. D. *de alien. judic. mut. causs.* A quibus & servum fundum & servum prædium, quod servit, dicimus, liberoque opponimus, *l.* 8. *D. de action. emt. l.* 20. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Cicero *de leg. agrar. III.* 2. Optimo jure ea sunt profecta prædia, quæ optima conditione sunt: libera meliore jure sunt, quam serva. Capite hoc omnia, quæ serviebant, non quæ servient. *Personales* autem *servitutes* etiam hominum servitutes adpellantur, *l.* 15. *D. de servit. l.* 20. *in fin. D. de servit. præd. rustic.* quoniam hominibus debentur, & cum his pereunt. De servitute prædii rustici vel urbani, *l.* 13. §. 1. D. *de acceptil.* quæ & ser-

servitus utrorumque prædiorum vocatur, in *l.* 1. *D. de condict. triticiar.* Rerum vero servitutes idcirco dicuntur prædiorum, quod prædiis debentur, non personis, & sine prædiis constitui non possunt. Nemo enim eas servitutes adquirere vel debere potest, nisi qui prædium habet, *l.* 1. *commun. prædior. l.* 34. D. *de servit. præd. rust.* Ideoque in caussa aquæductus sententia prædio dari dicitur, *l.* 25. §. *ult.* D. *de negot. gest.* Servitutes autem hæ vel urbanorum vel rusticorum prædiorum adpellantur, prout sunt prædia, quibus debentur. Urbanis enim ædificiis, quocumque ea loco posita sint, constitutæ, *urbanorum prædiorum* dicuntur: quales sunt altius tollendi, stillicidium avertendi in tectum vel aream vicini, immittendi, projiciendi, protegendi, prospectus, luminum, oneris ferendi, cloacæ immittendæ servitutes, *l.* 1. 2. & 3. D. *de servit. urban. præd. l.* 1. D. *commun. prædior.* §. 2. *Inst. de action.* Rusticorum vero prædiorum sunt constitutæ prædiis rusticis, veluti iter, actus, via, aquæductus, haustus aquæ, pecoris ad aquam adpulsus, pecoris pascendi, cretæ eximendæ, calcis coquendæ jura, *l.* 1. & 2. *cum seq.* D. *de servit. prædior. rustic. pr. Inst. de servit.*

Quando ex servitute fundo meo constituta in alieno, jus mihi est quid faciendi, hæc *servitus* dicitur *affirmativa*; si vero ex tali servitute mihi jus est prohibendi ne alter in suo quid faciat, tunc *servitus negativa* adpellatur. Exemplum prioris est servitus tigni immittendi, posterioris vero est, ne prospectui officiatur.

Servitutem, quæ utilitatem nexu non interrupto præstat *continuam*: quæ vero eam certo tempore præbet, *discontinuam* dicunt, licet præter omnem rationem hanc distinctionem faciant. Occasionem huic hypothesi dedit male intellecta, perverseque interpretata, *l.* 14. *D. de serv.* quæ distinctionem non præcipit, sed naturam rerum usucapiendarum saltim ob oculos ponit. Usucapionis ac præscriptionis theoriam nosse satius fuisset. Wurffel *jurisprud. definit.* §. 258.

Servitus individua. Vid. supra art. *indivisum.*

Servitutium non ea natura est, ut aliquid faciat quis, veluti viridia tollat, aut amoeniorem prospectum præstet, aut in hoc, ut in suo pingat, id est, ut in parietibus suis collocet picturas, quæ vicino præstent amoeniorem prospectum, quæque tectoria vocari videntur, in *l.* 3. §. 9. D. *uti possid.* Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 29.

SERVIUS *Sulpicius* juris civilis auctor adpellatur a Gellio, *lib.* 2. *noct. Attic. cap.* 10. Idem *lib.* 4. *cap.* 1. eumdem citat in reprehensis Scævolæ capitibus. Idem *lib.* 6. *cap.* 12. Servius, ait, Sulpicius jurisconsultus ætatis suæ doctissimus libro de testamentis secundo. Idem citatur in *l.* 29. §. 1. & 2. *D. de legat.* 3. ubi Alphenus placuisse ait Servio, *l.* 1. D. *de bon. libert. l.* 2. §. 8. D. *pro emtor. l.* 26. *D. de adquir. rer. dom.* Servii sententia rejicitur, *l.* 76. §. 1. D. *de furt.* Servii definitio doli mali improbata, *l.* 1. §. 2. D. *de dolo malo.* Plura de Servii Sulpicii studio juris, honoribus, scriptis, & discipulis dixit Heineccius in *Hist. jur. civ. lib.* 1. *cap.* 3. §. 150. *seq.* & hujus Jurisconsulti diligentissime vitam illustravit Ev. Otto singulari libello *Tom.* 5. *Thesaur. jur. inserto.* Hein. De Aufidio Namusa Sulpicii auditore, vid. supra in *Namusa.*

SER-

SERVUS vel a serviendo, vel a servando dictus est, quod imperatores captivos servare, quam occidere mallent; ut in *l.* 4. §. 2. D. *de stat. homin.* & in *l.* 239. §. 1. D. *de verb. signf.* traditur, & ab Augustino *lib.* 19. *de civit. Dei cap.* 15. servus idem quod mancipium, *l.* 1. § 7. D. *de quæstion.* sed ut Donatus *in Adelph. Terent. Act.* 2. *scen.* 1. mancipia dicuntur, quod manu capta sint. *Servi* porro adpellatio etiam ad ancillam refertur, *l.* 40. §. 1. D. *de verb. signif.* Proinde servis legatis etiam ancillæ debentur, *l.* 101. *in fin.* D. *eod. tit.* quæ ex Modestini *lib.* 8. differentiarum sumta & excerpta ex *l.* 81. *D. de legat.* 3. ut inscriptio planum facit. Servi autem vel nascebantur, vel fiebant aliquo accidente. Servum autem esse & in servitute esse, & servire, ut differant, vid. *servire.*

Non unius *servi* generis erant. Memorantur enim servus civitatis, *l. ult. D. de manumiss. vindict.* servi corporum, *l.* 1. §. 7. D. *de quæstion.* servi fisci: *l.* 8. D. *de jur. fisc.* servi hereditarii, peculiares, fructuarii, in quibus usumfructum quis habet, *l.* 55. D. *de pact.* servus municipii: *l.* 3. D. *de stipulat. servor.* servi proprii, vel cum alio communes: *l.* 24. D. *ad leg. jul. de adult.* servus publicus: *l.* 1. §. 15. *D. de magistr. conven. l.* 2. *C. de adoption.* servi autem publici tabulariam olim administrabant, ut ex *l.* 18. D. *de adoption. l.* 2. *C. eod. tit. l.* 2. D. *rem pupill. salv. fore. l.* 1. §. 15. *D. de magistrat. conven. l.* 3. *C. de postlim. reverſ. l.* 4. *C. arbitr. tut. l. ult. C. de servis reip.* patet. Quod postea ab Arcadio, Honorio & Theodorio prohibitum fuit, in *l.* 3. *C. de tabular.* Servi *publici* etiam obligationes rebus publicis adquirebant, *l.* 11. D. *de usuris.* Fit & servi cujusdam publici & curatoris civitatis mentio in epistola Constantini, quæ refertur ab Augustino *epist.* 68. De servis publicis populi Romani vide apud Ulpian. *tit.* 20. *regul.* §. 16. ubi vide Schultingium & Cujac. *lib.* 12. *observ. cap.* 11. Varro *lib.* 7. *extr. de ling. lat.* Ut nominantur, inquit, a libertinis orti publici servi Romani, qui manumissi antequam sub magistratus nomina, qui æra liberaverunt, succedere cœperunt. De *servis publicis* nonnulla notavit Lipsius, *lib.* 1. *Elector. cap.* 22. Servus supervacuus vel etiam onerosus opponitur necessario, in *l.* 8. §. 4. D. *mandati.* sunt quoque aliæ servorum species, ut vernarum, qui tales nascuntur, statuliberorum, nexorum, addictorum, & glebæ adscriptorum, atque etiam redemptorum, de quibus singulis suo loco.

Servorum officia quædam notantur, in *l.* 65. D. *de legat.* 2. Eorum autem varia ministeria variaque officia seu artificia erant. In libris enim nostris & dispensatores actores, ordinarios, atrienses, hostiarios, ministratores, obsonatores, cubicularios, notarios, nomenclatores, calculatores, focarios, coquos, lecticarios, cursores, tonsores, scoparios, saltuarios, diætarios, topiarios, textores, tabellarios, villicos, arcarios, colonos, pistores legimus, *l.* 8. & 12. §. 42. *D. de instruct. vel instrum. legat. l.* 61. & 81. D. *de legat.* 3. *l.* 203. *in fin.* D. *de verb. signif.* item histriones, piscatores, mediastinos, pedissequos, negotiatores, fabros, muliones, comœdos, villicos, fossores, putatores, cupiarios, aquarios, symphoniacos, phasianarios, monitores, venatores, vestigatores, operarios, tectores,

tores, subulcos, fornicarios institores, agasones, pastores, aucupes, fullones, cellarios, medicos, pædagogos, mercenarios, *l.* 5. §. 11. D. *quod vi aut clam.*

Servi corrupti actio, *rubr. D. de serv. corrupt.* Vetus Glossar. Servi corrupti actio, ἡ κατὰ τοῦ τὸν ἄλλον οἰκέτην ὑπονοθεύσαντος. Aliud Glossarium: ἀγωγὴ ἡ χείρονα ποιοῦσα τὸν ἀλλότριον δοῦλον, καὶ ἀπαλείφουσα τοὺς ἀγαθοὺς αὐτοῦ τρόπους. Vid. sub art. *corrumpere.*

Servi pœnæ fiunt, qui metallo vel operi addicuntur, vel qua alia pœna damnantur, quæ ministerium corporisque laborem & servitutem irrogat: veluti qui in metallicorum ministerium, ad ludum, ad bestias, in opus publicum damnantur, *l.* 1. D. *de sertent. pass. l.* 6. §. 6. D. *de injust. rupt. irrit. l.* 25. §. 3. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 8. §. 8. 11. & §. *ult. l.* 12. 17. & 36. *D. de pæn. l.* 7. *D. de his, qui sui vel al. jur.* §. 3. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. l.* 1. *in fin.* D. *de bonor. possess. contr. tab. l.* 8. D. *de manumiss.* Hi enim omnes pœnæ magis quam Cæsaris & fisci servi sunt: *l.* 3. D. *de his, quæ pro non script. hab. l.* 17. D. *de pæn.* Sic servus pœnæ efficitur ad gladium vel ad bestias, vel in metallum damnatus, *l.* 25. §. 3. D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 6. §. 6. D. *de injust. rupt. irrit.* Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 8. §. 24. Sed & servam pœnæ mulierem factam legimus, *l.* 6. D. *de statulib. l.* 2. §. 3. D. *ad SC. Tertullian.* quod accidebat, quum vel in opus salinarum, vel in ministerium metallicorum damnabatur, *l.* 8. §. 8. *D. de pæn. l.* 6. D. *de capt. & postlim.* Nam hujusmodi pœnis servitutem irrogantibus, adfici mulieres consueverunt. Justinianus *Novell.* 22. *cap.* 8. Εἰ γάρ τις μέταλλόν τις, ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ δοθῆναι προσετάχθη, δουλεία μὲν ἦν κατὰ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν νομοθετηθὲν ἐκ τῆς δουλείας ἐπιφερομένη. id est; si enim vir aut femina quædam ad metallum damnata sit, servitus quidem secundum veterum leges pœnæ loco infligebatur. Quam ille servitutis pœnam, (sic enim adpellatur in *l.* 1. D. *de sent. pass.* abrogans eadem constitutione, ἡμεῖς δέ, ait, τοῦτο ἀνίεμεν, καὶ οὐδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν οἰκέτην. Nos vero hoc remittimus, neque eum, qui ab initio ingenuus fuit, servum pœnæ fieri permittimus.

Servi loco haberi, non mercenarii, sed bona fide possessi, *l.* 1. §. 18. D. *de vi & vi armata, l.* 4. *princ.* D. *de usu & habit.* item fugitivi, qui operas locarunt, ut pascantur, *l.* 6. §. 1. D. *ad leg. Fab. de plagiar.* Marqu. Freher. *Verosimil. l.* 12. Hein.

Servus, *a, um,* quod servit. Sic servum in neutro casu, *l.* 16. D. *de statulib.* Servæ ædes, serva area, *l.* 34. & 35. D. *de servit. præd. urb.* servus fundus: *l.* 20. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.* Vid. in *servitus.*

Sescuncia, *l.* 42. D. *de vulg. & pupill. substit.* id est, uncia cum dimidia.

Sessionum dies dicuntur quibus prætor sui copiam facit: quippe cum iis diebus, non de plano & æquo loco jus dicat: sed de loco edito, & in curuli sella sedens, decreta sua interponat, *l.* 2. §. 1. *D. quis ordo in possess.* & *l.* 2. §. 19. *D. ut in possess. legat.* quamvis ibi legatur in vulgaribus libris *possessionum.* Duaren. *lib.* 2. *disputat. anniversf. cap.* 16.

Sestertium, seu *sestertius* numus apud Romanos erat, qui duos asses & semissem initio continebat, poteratque æstimari decem Gallicis denariolis, quos ad-

adpellant Turonens. Postea vero sestertius æstimatus fuit quatuor assibus. Sestertia autem numero plurali & in genero neutro enunciato continebant millenos sestertios. Itaque nihil intererat inter centum sestertia, & centum millia sestertium. Utraque autem summa, si primam æstimationem sestertiorum expendas, complectabatur bis mille quingentos aureos coronatos, vel certe quatuor millia coronatorum, si eam intuearis sestertii numi æstimationem, quæ a dictatura Q. Fabii Maximi receptam verosimile est in usu fuisse temporibus legis Papiæ. Porro ut a numis sestertiis, ad sestertia transeundo, numerus millies multiplicatur: ita cum ad eam loquutionem ventum est, quæ per adverbia numeralia enunciatur, crescunt sestertia singula conduplicata, ut si centum sestertia dicam, intelligis centum millia sestertium sic ubi centies sestertium dicitur, intelligendum est centies centena sestertia, sive centies centena millia sestertium, ut adnotavit Balduin. *in comm. Inst. de success. libertor.* Vetus Glossar. Græcum: εἶδος νομίσματος τὰ συντιθέμενα μέχρι νόμισμα ἀποτελῶσι. Vid. Dion. Gothofr. *ad* §. 2. *Inst. eod. tit. l. ult. C. de donation.* & Cujac.

SETHANI nomen acceperunt a filio Adæ, qui vocatus est Seth. dicentes eum esse Christum: *c.* 39. §. 15. *causs.* 24. *qu.* 3.

SEU aliquando conjunctive usurpatur, & significat *ut* in *l.* 30. *D. de aur. arg. legat.*

SEVERIANI a Severo exorti, vinum non bibunt: Vetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt: *ibid.* §. 23.

SEVERITAS, & benignitas opponuntur: *l.* 11. *princ.* D. *de pœn.* ut & clementia: *ibid.* Severitas judicantis: *l.* 14. §. 4. D. *de bon. libert.* juris: *l.* 6. C. *de hered. inst.* legum: *l.* 11. D. *de pœn.* sententiæ: *l.* 4. C. *ex quib. causs. infam.*

SEVERUS Augustus optimus maximusque princeps adpellatur, in *l.* 78. §. 1. D. *de legat.* 2. & sanctissimus Imperator, *l.* 87. §. 4. D. *eod. tit.*

Severus plerumque Septimium Severum apud nostros designat, nonnumquam etiam Alexandrum, ut constat ex *l.* 11. *princ.* & §. 2. *D. de minor. l.* 1. *D. de noxal. act. l.* 10. & 11. D. *de compensat.* in *l.* 3. §. *ult.* D. *de decurion.* male Florentiæ legitur Divi *Severus* & *Antoninus*, quamvis eam lectionem defenderit Jo. Bertrandus. Libros enim de *officio Procos.* non mortuo, sed vivente ac imperante Antonino Caracalla, elucubrasse Ulpianum, perspicue intelligitur ex *l.* 1. §. 10. 15. & 18. *D. de quæst.* Ut adeo manifesto rescribendum sit: Divus Severus & Antonius. Vid. Shulting. *in not. ad Jo. Bertrandi vitam Ulpiani p.* 547. *seq.*

Severus Valerius jurisconsultus. Floruisse *Severum Valerium* ante Hadrianum contra Bertrandum recte defendit Guil. Grotius *de vitis jureconsultor.* II. 5. in eo tamen falsus, quod Hadrianum ad eum putat rescripsisse, *l.* 3. §. 2. *D. de testam.* quum ibi editiones præferant, *Verum*, non *Severum Valerium*. Incertum quoque, eumdem cum nostro esse Severum, cui cum Plinio intercessit litterarum commercium. Plin. *lib.* 3. *epist.* 6. & 18. *lib.* 4. *epist.* 28. & alibi passim. Plures enim ejus nominis eorumdemque temporum occurrere variorum ordinum homines, ostendit Hein. in *hist. jur. lib.* 1. *c.* 4. § 248. *edit. an.* 1740.

SEXAGENARIUS. De sexagenariorum & quinquagenariarum nuptiis Ulpianus *tit.* 16. *regul.*

gul. §. 4. De impari illo matrimonio singulare exstitit legis Papiæ Poppææ caput, quod illustravit in *Commentar.* *ad hunc leg. lib.* 2. *cap.* 3. Hein.

Sexagenarios exactores quosdam adpellatos, qui a collatoribus species annonarias suscipiebant, constat ex *l.* 1. C. *Theod. de exact. tribut.* & *l.* 2. *C. Theod. de annon.* & *tribut.*

SEXTANS, duas duodecimas assis vel uncias complectitur. Ex sextante heres, *l.* 30. *D. de except. rei judic.* id est, ex sexta parte, *l.* 76. *D. de adquir. vel omitt. heredit.*

SEXTARIUS, sexta congii pars. Sextarius frumenti, *l.* 21. §. 5. D. *de furt.* olei: *l. ult.* C. *Th. de annon. civ.*

SEXTUS Cæcilius Africanus jurisconsultus, *l.* 2. D. *de donat. int. vir.* & *ux.* *l.* 12. §. 1. *D. qui* & *a quib.* *l.* 36. §. *ult.* D. *ad leg. Falcid.* Sextus Cæcilius citatur ab Ulpiano, in *l.* 13. §. 1. D. *qui* & *a quib. manum.* qui is est, qui apud Gellium *lib.* 20. *cap.* 1. disputans inducitur. Plura vide de Sexto in *Africanus.*

Sextus Pædius Jurisconsultus, *l.* 6. D. *de reb. credit.* *l.* 5. §. 9. D. *de oper. nov. nunciat.* *l.* 1. §. 7. *D. de itin. actuq. privat.* *l.* 32. §. 20. D. *de recept. arbitr.* *l.* 1. §. 6. *quod vi aut clam.* *l.* 1. §. 4. D. *uti possid.* *l.* 1. §. 27. *D. de SC. Silaniano.* *l.* 32. *pr. D. de legat.* 1. *l.* 33. D. *ad leg. Aquil.* & alias citatur. Addit Hein. Sextus hic Pædius incertæ ætatis jurisconsultus ad edictum prætorium æque ac ædilitium notasse, librumque de stipulationibus reliquisse videtur, *l.* 2. §. 6. D. *de bonor. possess.* *l.* 6. *D. de reb. credit.* Proculi sectæ eum fuisse paullo addictiorem, ex *l.* 13. §. 1. junctæ *l.* 14. D. *de verb. signif.* non inepte conjicit Goeddeus in *Comment. ad illum titul. p.* 231.

Sextus Pomponius Jurisconsultus, *l.* 63. §. 9. D. *pro socio.* *l.* 32. D. *de legat.* 1. *l.* 44. D. *solut. matrim.* *l.* 30. §. 6. D. *de adquir. vel omitt. hered.* *l.* 41. D. *de hered. instit.* ex qua lege adparet alium esse ab eo, qui in indice Pandectarum Sextus Pomponius Digestorum ab Aristone, *lib.* 5. citatur, in *l.* 44. *D. solut. matrim.* hæc Brisson. Duos quidem fuisse Sex. Pomponios, primus suspicatus est Anton. Augustin. *de nom. propr. pandect. p.* 99. & 255. quem deinde cum alii, tum & Guil. Grot. *de vit. Ictor. lib.* 2. *cap.* 5. sequuti sunt. Immo nec se ab hac sententia admodum alienum profitetur Ev. Otto præfat. *Tom.* 1. *Thesaur. jur. civ.* At rationes omnes, quas diligenter collegit Grotius, *in præfat. ad Uhlii opuscula p.* 10. *seq.* excussit Hein. Urgent præcipue, Pomponium in *l.* 41. *de hered. inst.* ipsum videri alium Sex. Pomponium citare, & in *l.* 32. D. *de legat.* 1. legi: *Quod ita verum esse, tam Sex. quam Pomponius negant.* Sed uti in posteriore textu Sextus ille alius esse potest Jurisconsultus quam Pomponius, & ille ipse fortassis, qui *l.* 44. *pr.* D. *solut. matrim.* *l.* 30. §. 6. D. *de adquir. hered.* & *l.* 1. §. 27. D. *ad SC. Silan.* ita admodum dubium est, an *l.* 41. D. *de hered. instit.* sit Pomponii, ac non potius Juliani, & *liber. XII. var. lect.* Pomponii non in margine tantum fuerit adscriptus. Reinold. *orat. de Pompon. p.* 12. *seq.* hæc Hein. *in hist. jur. civ. lib.* 1. §. 310. *in not.*

SEXUS. Hermaphroditus ejus sexus æstimatur, qui in eo prævalet: *l.* 10. D. *de stat. homin.* *l.* 15. *D. de liberal. causs.*

SI, particula conditionalis. Hæc

verba

verba, *si* fecerit, *si* dederit, in conditionibus testamentariis plerumque hanc significationem habent: *Si* per eum non stet, quominus det, aut faciat, *l.* 23. *D. de condit. instit.* *Si* Pamphilum non dederis, sic plerumque exauditur, *si* per te steterit, quominus Pamphilum dares, *l.* 115. *D. de verb. oblig.* Similique modo hæc conditio: *Si* capitolium ascenderit, sic accipitur, *si* quum primum potuerit, Capitolium ascenderit, *l.* 29. D. *de condit. & demonstr.* Et ex diverso, *si* Capitolium non ascenderit, *l.* 17. §. 1. D. *de manum. testam.* Pari ratio talis conditio, Stichus, *si* eum heres non manumiserit, liber esto, hunc sensum habet, *si* quum primum potuerit sine magno incommodo suo manumittere, non manumiserit, *l.* 20. *in fin.* D. *de statulib.* Item hæc clausula: *si* sine liberis decesserit, non videntur filii substituti, *l.* 114. §. 13. *D. de legat.* 1. *l.* 1. *C. de pact.* Item in legatis hæc clausula, *si* heres mihi erit Seius, legatum vel fideicommissum non facit conditionale: *l.* 3. D. *de legat.* 1. At in formulis donationum caussa mortis, hæc clausula, *si moriar*, accipitur quum moriar.

Si pro quia, *l.* 48. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* *l.* 4. D. *de novation.*

Si pro etiamsi, quamvis, *l.* 31. D. *de recept. arbitr.* *l.* 1. §. 3. D. *de his, quæ in testam. debent.* *l.* 69. §. 1. *D. de legat.* 2. *l.* 9. §. 1. D. *de statulib.* *l.* 14. *vers. idque in stipulatione* D. *de verb. oblig.* *l.* 30. §. 3. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Cic. *in Pison. cap.* 14. Discessus meus, si calamitosus fuisset, tamen misericordia dignior quam contumelia, & cum gloria potius esse conjunctus, quam cum probis putaretur. Tertullian *de baptism. extr.* Ceterum omnis dies domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo, si de sollemnitate interest, de gratia nihil refert. Et ita forte etiam hæc particula accipienda est, in *l.* 8. §. *ult. D. de contrah. emt.* *l.* 12. §. *ult.* D. *mandati.* & *l.* 1. *C. ubi de heredit.*

Si pro an, in *l.* 3. §. 1. D. *de collat. bonor.* *l.* 9. §. 1. D. *de edendo.* *l.* 5. §. 2. D. *de liberat. legat.* *l.* 13. C. *de usufruct. legat.* *l.* 10. C. *de adoption.* *l. ult. D. de jur. delib. rubr.* C. *si ex plurib. tutor. vel curat.* & alias sæpe. Tertullianus in *Apologet. cap.* 29. Constet igitur prius, *si* isti, quibus sacrificatur salutem Imperatoribus vel cuilibet homini impertiri possunt. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil. cap.* 83. Illi vadum fluminis Siconis tentare, *si* transire possent. Et *lib.* 3. *cap.* 85. Semper, ut videbantur exspectans, *si* iniquis locis Cæsar se subjiceret. Liv. *lib.* 1. *cap.* 57. Tentata res est, *si* primo impetu capi Ardea posset. Idem *lib.* 35. Etiam atque etiam viderent, *si* magis e republica esset, interregnum iniri quam abs re in ea statu relinqui rempublicam. Et *lib.* 39. *cap.* 50. Quæsisse, *si* incolumis Lycortas equitesque evasissent, posteaquam dictum est, incolumes esse. Et *lib.* 40. Quæsivit iterum, *si* cum Romanis militare liceret. Et apud eumdem frequentissime *lib.* 29. *c.* 25. *lib.* 31. 33. 34. & 38. Plaut. in *Truculent. Act.* 1. *scen.* 2. Visam, *si* Domi erit, mecum abducam. Est vero Græcum *si* pro an. Plutarch. *in Catone minor. p.* 765. ἠρώτησεν, εἰ πρόθυμός, ἐςιν μετὰ τὴν ςρατέιαν γενέσθαι τῆς Ἀσίας θεατής. Quæsivit de eo, si statuisset Asiam visere. Add. V. C. Duker. ad Florum III. 3. 6. & Cortium *ad Sallust. excurs.* IV.

Si inverso modo pro is, *l.* 1. §.

§. 7. *D. si is, qui testam. lib. esse juss.*

Si aliquando omittitur. Sic: Similiter atque ipso pupillus deminuisset, pro *atque si* deminuisset, *l. ult.* D. *de administr. & peric. tut.*

SIBIMET ipsæ, pro si ibi met ipsæ; *l.* 62. §. 1. D. *de usufruct.*

SIC pro deinde, *l.* 15. D. *de præscr. verb. l.* 1. §. 10. D. *si quadrup. paup. l.* 9. §. 1. D. *de donat. int. vir. & ux. l.* 34. §. 4. *D. de jurejur. l.* 25. §. *ult. D. de ædilit. edict.* ubi ex abundanti *sic deinde* legimus.

SICA. Eam describit scholiastes Horatii *lib.* 1. *sermon. sat.* 4. *v.* 4. Fabricii tamen uterque neque Aeron neque Porphyrion quidquam habent, Appian. *lib.* 1. *de bell. civil.* ἐγχειρίδια sicas vocat. Vetus Glossar. Sica, σιδηρᾶ μάχαιρα. De forma sicæ quædam dixit Brisson. *lib.* 2. *select. Antiquit. cap.* 11.

SICARII, in §. 5. *Inst. de public. judic.* dicuntur non tantum ii, qui sica cædem committunt, quæ propria vocis significatio est, sed & illi, qui alio quocumque modo hominem occidunt. Menag. *cap.* 29. *Amœnit. jur. civil.* quod & Quinctilianus *lib.* 10. *cap.* 1. confirmat. Verbum σικαρίων reperitur etiam apud D. Lucam *Act. Apostol. cap.* 21. *v.* 38. Horum pœna ex Lege Cornelia fuit aquæ & ignis interdictio, cui postea deportatio, & bonorum ademptio subrogata est, qua etiam hodie afficiuntur, qui gradus sunt sublimioris: sequenti gradu qui erant capite puniebantur, id est, morte, humiliores vero etiam bestiis objiciebantur. Vid. Vulteium. ad §. *item lex Cornelia de sicariis* 5. *n.* 7. *Instit. de publ. judic.*

SICILICUS, duæ drachmæ, seu quarta unciæ pars, *l.* 21. §. 2. D. *de ann. legat.* Sic interpretatur Volusius Mœcianus in *lib. de asse.* Vid. & Bud. *lib.* 1. *de asse.*

SICUBI, pro si alicubi, *l. fin.* §. *sicubi* C. *de his, qui ad eccles. confug.*

SICUT, particula includit similitudinem, non exæquationem: *l.* 6. §. 4. *D. rer. amotar.* Aliquando comparationem negativam inducit, ut in *l.* 61. §. 6. *D. de furt. & l.* 12. §. 4. *D. de accusation.*

SIGILLARIA, pro sigillis Deorum, & ὑποκοριστικῶς etiam *sigilliola.* Abstinetis, ait Arnobius *lib.* 6. *advers. gent. p.* 197. a ritu, quum pro diis immortalibus, sigilliolis hominum formis supplicatis humanis, quinimo deos esse sigillaria ipsa creditis. Tertullian. *de oration. cap.* 12. Quam perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo.

Unde & *Sigillaria* vicus Romæ, in quo non sigilla tantum, sed & libri & lances, & aliæ id genus res venales exponebantur. Unde in *l. un.* §. 1. D. *de legat.* 3. Sigillaribus emtæ lances. Et apud Gellium *lib.* 2. *cap.* 3. In sigillariis emtus liber, qui etiam libros eo loci expositos aperte significat, *lib.* 5. *cap.* 4. Meminit & Suetonius in Nerone *cap.* 83. & in *Claud. cap.* 16. Unde etiam sigillariorum celebritas quædam instar nundinarum Saturnaliorum diebus abditi, qua sigilla deorum fictilia venalia proponi & pueris emi, sed & invicem pro munere missitari solebant, quemadmodum Macrobius *lib.* 1. *Saturnal. cap.* 10. *& cap.* 11. ostendit.

Unde pro ipsis munusculis, quæ his diebus missitantur. *Sigillaria* accipiuntur. Spartian. *in Caracalla cap.* 1. Quæ a parentibus gratia, *sigillariorum* acceperat, & vel clientibus vel magistris sponte donarunt. Idem in Hadriano *cap.* 17. Saturnalitia & *Sigillaritia* frequenter

ter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit. Seneca *epiſt.* 12. At ille, non cognoſcis? inquit, ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria afferre. Ad quem locum vide quæ Lipſius & Gronovius adnotarunt. Adde Alex. ab Alexandro *lib.* 3. *Genial. dier. cap.* 4. & Jac. Cujacius *lib.* 5. *obſerv. cap.* 30.

SIGILLUM proprie ſignum ſignificat. Vide in *ſignum.* Hoc ſenſu accipiuntur verba: Sigillis impreſſis, *l.* 1. §. 36. *D. depoſiti.*

Sigillum etiam accipitur pro imagine ſive ſculptili, ſive fuſili. Sic *Sigillum* candelabro incluſum, *l.* 6. *D. ad exhibend.* Sigilla etiam in ædificiis fuiſſe legimus, *l.* 13. §. 7. D. *de uſufruct. l.* 41. §. *penult. D. de legat.* Et apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 24. Pediculis argenteis adjuncta ſigilla, in *l.* 32. *D. de aur. arg. legat.* Et patellæ adjecta ſigilla, apud Ciceron. IV. *Verr.* 22. Arnob. *lib.* 6. *l.* 11. §. 3. D. *locati.*

SIGLÆ in *l.* 1. §. 13. junct. *l.* 3. §. 22. *C. de vet. jur. enucl.* & notæ differunt. Siglæ litteræ ſingulares ſunt, ut S. P. Q. R. haſque explicat Valerius Probus. *Notæ* vero certa ſigna ſunt, quibus plura ſæpe vocabula involvebantur, quæ Tiro & Seneca collegiſſe videntur, edita in Gruteri *Theſauro Inſcript.* Unde qui notis excipiebant alterius verba dicebantur *notarii*, qui *ſiglis ſingularii* vel *ſingulares*, ut in *l.* 1. §. 8. *C. de offic. præf. præt. Afric.* Utroſque jungit Manil. *Aſtronom. lib.* 14. *v.* 197. ubi de nato ſub virginis ſigno: Hic & ſcriptor erit velox, cui littera verbum eſt, Quique notis linguam ſuperet, curſimque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces. Plura habet Scaliger, in *not. ad Manil. p.* 287. & Jo. Grævius ad Cicer. *pro Muren. cap.* 11.

SIGNACULUM, ſigillum eſt. Signacula remota: *l.* 1. §. 36. *depoſiti* §. 3. *Inſt. de teſtam.*

SIGNARE, pro ſignis obſignare, vel ſubſignare, *l.* 16. §. 1. D. *ad Leg. Cornel. de falſ. l.* 15. *C. de adminiſtrat. tut.* Signare tabulas: *l. ult.* D. *de donat. int. vir. & uxor.* teſtamentum: *l.* 1. *C. de teſtam.* domum: *l.* 20. *D. de injur.* quo pertinet: *Novell.* 60. *cap.* 1. *princ.* ſi quis domum ejus occupet, καὶ σημάντρα ἐπιτιθέναι τοῖς πράγμασι κατ᾽ οἰκείαν ἐξουσίαν, & ſigna rebus propria auctoritate imponat.

Hinc *ſignatæ* res: *l.* 1. *C. de requir. reis.* tabulæ: *l* 34. §. 1. D. *de pignor.* ſignatus ſacculus: Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 12. §. 5. ſignata vaſa vel dolia: *l.* 1. *pr. &* §. 2. *D. de peric. & commod. rei vend.* ſignatum vinum ſuo & alterius ſigillo: *l.* 11. §. 3. D. *locati.*

Notum eſt ſignare æs, argentum, pecuniam dici, pro numos cudere. Sic Servium Tullium primum Romæ æs, *ſignaſſe* dixit Plin. *lib.* 18. *hiſt. nat. cap.* 2. & *lib.* 33. *cap.* 3. Aurum, argentum ſignatum, *l.* 27. §. 4. & §. 6. D. *de aur. arg. legat.* Vid. in *argentum.* Pecunia ſignata: *l.* 19. *pr. D. eod. tit.*

Signare pro ſubſcribere, in *l.* 15. *C. de adminiſtr. & peric. tut.*

SIGNATIO tabulæ, *l.* 22. §. *ult.* D. *qui teſtam. fac. poſſ.*

SIGNATOR adpellatur teſtis ad teſtamenti vel alterius negotii tabulas annulo ſuo obſignandas adhibitus, *l.* 22. *D. de teſtib. l.* 4. 6. & 7. *D. teſtam. quemadm. aper.* Sacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignare, *l. ult.* D. *de lege commiſſor.* Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 336. Veniet cum ſignatoribus auſpex. Salluſt. *in Catilin. cap.* 16. *n.* 2. Ex illis teſtes ſigna-

gnatoresque falsos commendare. Sueton. *in Augusto cap.* 32. & *in Tib. cap.* 23. Et quum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur. Valer. Maxim. *lib.* 7. *cap.* 7. *ex.* 2. In eo Tullianus Pompeii M. familiaris ipso Pompeio signatore heres scriptus. Signator tabularum a Quinctiliano *lib.* 5. nuncupatur.

SIGNATORIUS annulus, *l.* 74. *D. de verb. signif.*

SIGNIFACERE pro significare, si Florentinum Codicem sequamur, in *l.* 65. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Vid. C. Andr. Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 354. Hein.

SIGNIFERI, in *l.* 2. *C. Th. de collegiat.* qui signa, & in his Deorum, ferebant in pompis, festis, ludicris gentilitiis. Singula nempe collegia, seu collegiatorum corpora, sua singularia vexilla habuisse testatur Pollio in *Gallienis c.* 8. Capitolium petiit, hastæ auratæ altrinsecus quingenæ, vexilla centena, & præter ea quæ collegiorum erant, dracones, & signa templorum, omniumque Legionum ibant. Vopiscus item in Aureliano *c.* 34. & Eumenius in *Gratiar. act. c.* 8. Exornavimus vias quibus in palatium pervenitur, paupere quidem supellectile, sed omnium signa collegiorum; omnium Deorum nostrorum simulacra protulimus. Dionys. Gothofred. ad *l.* 1. *C. Theod. eod. tit.*

SIGNIFICARE, exprimere, declamare. Significari caussa decreto, id est, exprimi, *l.* 4. D. *de suspect. tut.* Significare edicto: *l.* 13. D. *de jur. fisc.* Eodem sensu significare testator dicitur, *l.* 7. §. *ult. D. de reb. dub.*

Significare Imperator Antoninus cum Divo patre, in *l. ult.* D. *de excusat.* non est judicare aut decernere, quod aliquando hac voce notatur, sed aperte ostendere; & voluntatem suam nutu aut alio modo declarare. Vid. Jac. Guther. *lib.* 1. *de offic. dom. Aug. cap.* 22. *in fin.* & *lib.* 3. *cap.* 5.

SIGNIFICATIO. A significatione verborum non aliter recedi oportet, quam quum manifestum est, aliud sensisse testatorem, *l.* 69. *princ.* D. *de legat.* 3.

SIGNINUM rivum *lapideum* interpretatur Ulpianus in *l.* 1. §. *ult.* D. *de rivis.* Plinius *lib.* 35. *cap.* 12. Signinum ex testis tusis fieri calce addita scribit. Vitruvius vero *lib.* 8. *cap. ult.* signina opera ita fieri tradit. Primum arenam purissimam asperrimamque parari, cæmentum de silice frangi, calcem quoque quam vehementissime mortario misceri, ita ut quinque partes arenæ ad duas calcis respondeant, mortarioque cementum addi. Frontin. *lib.* 1. *de aquæduct.* Concipiuntur ergo via Collatia ad milliarium octavum palustribus locis signino circumjecto continendarum scaturiginum caussa. Hæc ille. Ex quibus adparet, *signinum* rivum testaceum & cæmentitium potius, quam lapideum interpretandum esse. Quare veretur Brisson. ne superior interpretatio a Triboniano non ab Ulpiano potius veniat. At Heineccio hæc repugnare non videntur, *rivum signinum* & tamen lapideum esse. Si enim lapide solido fulciantur ripæ, isque jungatur signino, id est, cæmento, & signinum erit id opus, & lapideum. Signinam fabricam etiam Boethius in *Topic. Ciceron.* dixit. Et signinum alveum aquæductus Cassiodorus *lib.* 5. *var. epist.* 38. Plinius *lib.* 35. *cap.* 12. Ad femen fractis etiam testis utendo, sic ut firmius durant, tus calce addita, quæ vocant signina.

SIGNUM, sigillum & signaculum idem valent, *l.* 1. §. 5. D. de-

depositi. l. 12. *§. ult. de locati. l.* 1. *in fin. l.* 2. §. 4. D. *testam. quemadm. aper.* Signa autem anulis, χαρακτῆρα habentibus impressa accipimus in re testamentaria, *l.* 22. §. 5. *D. qui testam. fac. l.* 11. D. *de injust. rupt.* §. 1. *Inst. de testam. l.* 22. §. 5. D. *qui test. fac.*

Signa præterea vexilla militaria sunt, *l.* 2. §. 24. *D de origin. jur.* & corporum. Vid. in *signifer.*

Signis demonstrare: *l.* 9. §. 1. D. *de hered. instit.* Ovid. *lib.* 1. *trist. eleg.* 5. *v.* 7. Positis pro nomine signis.

SILANIANUM Senatusconsultum ad quæstionem familiæ pertinebat. Domino morte violenta, non clam sublato, heres primo omnium, quæstionem de servis habere debet, adeo ut fiscus tamquam indigno auferat hereditatem, si quæstione neglecta hereditatem adierit, vel tabulas aperuerit, *l.* 1. §. 17. & 21. *l.* 5. §. 1. *junct. l. ult. eod. tit.* Atque hæc fuit sententia SCi Silaniani. Factum id esse anno ab V. C. 763. P. Cornelio Dolabella & P. Junio Silano Coss. ex Petro Fabro docuit Cujac. *obs. lib.* 1. *cap.* 18.

SILENTIARII, qui audientiam faciunt, murmur voce compescunt & cohibent, quorum schola in aula Constantinopolitana erat, ut ex Nicephoro *lib.* 16. *cap.* 24. adparet. De his *silentiariis* sacri palatii, viris spectabilibus, meminit *l. ult. C. de excusat. tut. l.* 30. §. *ult. C. de inoff. testam.* Ambros. *in orat. de morte Valentin.* Vesperi profectus est *Silentiarius*, tertio die manu quærebat, jamne rem orasset. Sed & Procopius *lib.* 1. *de bell. Pers.* Imperatorum ad ea quæ sunt quietis ministros *Silentiarios* vocat.

At apud Salvian. Massiliensem *lib.* 4. *de vero Dei judic. p.* 96. quum ait, paverit quippe actores, paverit *silentiarios*, paverit procuratores: *silentiarii* accipiuntur, qui in familia ceterorum servorum murmur cohibebant, ut Seneca quadam epistola probat.

SILENTIO convenisse videtur, i. e. tacito consensu, qui ex silentio præsumitur, ubi quis contradicendo actum impedire potest, *l.* 51. D. *locati.*

SILENTIUM pro interdictione advocationis, *l.* 8. D. *de postulando.*

SILIGINARIUS, siliginis venditor & distributor, *l.* 52. §. 11. D. *de furt.* Siliginariorum collegium est in marmoribus apud Gruter. p. LXXXI. 10. & Reines. *Inscript. Class.* 1. *inscr.* 254. Duker. *de Latinit. vet. ICtor. p.* 396. Hein.

SILIGO speciem tritici præstantissimi significat, in *l.* 30. D. *de negot. gest.* Cujac. in *Julianu ad hanc legem.*

SILIQUATICUM vectigal rerum promercalium omnium in nundinis, quod id nomen accepit, quia ab emtore de singulis solidis dimidiam siliquam, venditorque tantumdem fisco inferre tenebatur. Instituerunt illud Theodosius & Valentinianus A A. quorum ea de re constitutionem debemus Cujacio *lib.* 16. *observat. cap.* 23. Cassiod. *lib.* 4. *var. ep.* 19.

Siliquatici præstationem rebus omnibus nundinandis provida definivit antiquitas. Add. Guid. Pancirol. *lib.* 3. *variar. lect. cap.* 31. Hein.

SILVA *cædua* est, quæ in hoc habetur, ut cædatur, vel quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus enascatur, *l.* 30. & 77. D. *de verb. signif. l.* 10. D. *de usufruct.*

Silva glandifera, & vulgaris compascua, apud Hygin. *lib.* 1. *de limit. Silva pascua* est, quæ pastui pecudum destinata est, *l.* 30. *in fin.* D. *de verb. signif.*

Silva publica, *l.* 7. D. *de adquir. rer. dom.*

Silva palaris, in *l.* 9. §. *ult.* D. *de usufruct.* ex qua pali & pedamenta ad vineas sumuntur.

Silvam serere, *l.* 17. §. 1. D. *de servitut.*

SIMONIA definiente D. Eusebio Amort Elem. jur. can *lib.* 5. *tit.* 3. *init.* est pactio rei temporalis pro spirituali. Quando autem pactio fit tacite & implicite v. g. aliquid faciendo ex intentione alium per hoc obligandi ad dandum spirituale, vocatur simonia *mentalis* seu *confidentialis*. Talis fit, quando resignans beneficium paciscitur sibi accessum, ingressum vel regressum in beneficium, ea intentione, ut sibi detur donarium, sed ut cedatur amico: ista est simonia *confidentialis*. Et quando pactio est utrinque completa per dationem & acceptionem, vocatur simonia *realis*. Quæ solum jure positivo ecclesiastico, non autem jure naturali divinove prohibetur, vocatur simonia juris ecclesiastici. Hactenus sic ille. Ut autem ultima quam adfert distinctio intelligatur, supponere necesse est, vel censum rerum spiritualium jure canonico adauctum esse præter earum, quæ natura sua verbove divino spirituales sunt, hucque relatas esse res, quæ cum his aliquam similitudinem aut adfinitatem habent: vel simoniam quam adpellat *juris ecclesiastici* quandam esse *quasi simoniam*, ideo prohibitam, ut ipsa simoniæ veræ suspicio anteverteretur pluresque eidem obices quasi longinquo ponerentur. Quis enim simoniam, nempe rei temporalis pro re jure naturali divinoque spirituali pactionem aliam jure naturali divinoque, aliam jure ecclesiastico positivo, non autem jure naturali divinoque prohibitam dixerit? Igitur si bene mentem viri doctissimi assequor, vel dicenda est simonia juris naturalis divinique ea, quæ committitur circa rem jure naturali divinoque spiritualem, simonia vero juris ecclesiastici erit, quæ committetur circa rem jure ecclesiastico inter res spirituales relatam, ob rationes bono ecclesiæ congruentes. Vel ita procedet sensus divisionis, ut simonia juris naturalis divinique sit vera proprieque dicta simonia, illa vero, quæ juris ecclesiastici dicitur, sit *quasi simonia*, simoniæ specie quadam proxima, & ob id ratione juris ecclesiastici suadente prohibita pro simonia. Pergit vir doctissimus his verbis: Quamvis in hac re summopere necessarium sit, ut bene inter se distinguantur *Simonia juris ecclesiastici*, & *Simonia* juris naturalis ac divini, ut pote, quæ posteriores nulla consuetudine, lege, vel dispensatione variari possunt. In jure canonico permixtim numerantur & prohibentur sequentes.

Primo prohibetur quidpiam dari pro ordinatione clericorum, vel pro usu pallii, vel pro chartis seu litteris testimonialibus, vel pro pastellis seu sigillis. *c. in ordinando 1. decretal. de simon.* Hanc legem Consilium Tridentinum innovat, & quoad litteras testimoniales limitat his verbis: Quoniam ab ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro litteris dimissoriis aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de caussa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum ministri, quovis prætextu accipiant. Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis

gulis litteris dimissoriis aut testimonialibus, decimam tantum partem unius aurei accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directe vel indirecte provenire possit. Tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit; contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus & corruptelæ simoniacæ pravitati faventes nuncupari possunt, penitus cassando & interdicendo: & qui secus fecerint, tam dantes quam accipientes ultra divinam ultionem pœnas a jure inflictas ipso facto incurrant: *sess.* 21. *c.* 1.

Similiter nec licet quidpiam exigere pro ecclesiarum consecratione præter moderatam procurationem: *c. cum sit.* 10. *de Simon.* vel pro consecratione Episcoporum, aut benedictione Abbatum: *c. ea quæ* 16. *eod. tit.*

Nec etiam ab ecclesiis extorqueri possunt nummi pro chrismate, qui aliquando cathedraticum, aliquando paschalis præstatio, aliquando episcopalis consuetudo vocantur: *c. nemo* 14. *eod. tit.*

Simoniacum etiam est, temporale emolumentum a publico peccatore accipere, ne ejus peccatum manifestetur Episcopo vel ejus ministris, si tale emolumentum accipiat is, qui tenetur illud denunciare, v. g. parochus, vel alius presbyter: *ibid.*

Itemque si confessarius minus digne pœnitentem ob gratiam, favorem aut munus absolvat; vel excommunicatum aut publice pœnitentem, si minus digne pœniteat, ad reconciliationem episcopi adducat, & testimonium pro impetranda reconciliatione ferat, vel si digne pœnitentem a tali reconciliatione Episcopi aut Papali removeat: *ibid.*

Nec vitio simoniæ caret, si unum monasterium alteri monasterio pro annuo censu vendat jus patronatus, & ecclesiam cum domo & prædio parochiali: *c. querelam.* 15. *eod. tit.*

Simoniaca quoque pactio est, si Archidiaconus eum, quem in beneficio instituit, obliget, ut singulis annis sibi aliquid præstet titulo homagii & fidelitatis: *c.* 17. *eod. tit.*

Condemnantur pari modo tamquam simoniæ rei Abbas & monachi, qui candidatum ad habitum monasticum recipere noluerunt, nisi daret triginta solidos; postulantes insuper pro pastu & parte conventus triginta, ex parte Abbatis decem, & ex parte familiæ duodecim: *c.* 8. *&* 19. *eod. tit.*

Quando ordinans vel Archidiaconus protestatur, se candidatum presbyterii non promoturum ad presbyteratum, nisi ille sibi det quamdam summam pecuniæ, v. g. sex solidos; summam dans, quamvis exactio & datio secreto acta sint, a confessario mittebatur ad Papam; qui censuit, non esse tutum, ut invitus ab officio coerceretur, cum excessus sit secretus. Suasit tamen, ut confessarius eum inducat ad assumendum statum monachi, vel ad obtinendum beneficium, in quo perpetuo a sacerdotio abstineat. Et si neutrum persuaderi possit, secreta pœnitentia ipsi injungenda est, prout visum fuerit confessario: *c.* 10. *eod. tit.*

Similiter, si ob dilationem solutionis debitorum excommunicatus, postquam debita solvit, nihilominus non possit obtinere absolutionem ab excommunicatione, nisi episcopo solvat pro absolutio-

ne ſummam pecuniæ, ut indignum & eccleſiaſticæ rationi contrarium eſt, ut abſolutionis beneficium redimatur: *c.* 20. *eod. tit.*

Similiter SS. canonum inſtitutis repugnat, ſi parochus pro exſequiis mortuorum & benedictionibus nubentium exigit & extorquet aliquid, ita, ut ſi cupiditati illius non fuerit ſatisfactum, ut mortuos ſepeliat, vel nubentes benedicat, fictitia impedimenta fraudulenter opponat: *c.* 8. 9. 29. *eod. tit.*

Hinc etiam prohibetur ne Archidiaconi pro inveſtitura eccleſiarum *marcham* argenti, & Decani vaccam albam, vel ſummam pecuniæ dari ſibi poſtulent: *c.* 36. *eod. tit.*

Tamquam ſimonia palliata prohibetur, ſi id, quod prius exigebatur pro chriſmate tamquam præſtatio paſchalis, poſtmodum ſub ſpecie & nomine alterius tituli, videlicet titulo conſuetudinis, exigatur in medio quadrageſimæ, & vocatur præſtatio quadrageſimalis: *l. cc.* Ad hanc ſimoniam palliatam etiam pertinet, ſi quis patronus eccleſiæ laicus clerico promittat ſub conditione recipiendi in ſe munus procuratoris in ſua cauſſa in curia Romana, quod velit ei conferre parochiam, *c.* 11. *eod. tit.*

Ad Simoniam palliatam vel mentalem pariter, pertinet, ſi quis, clericus alicui eccleſiæ de bonis quædam obtinuerit, petens, ut in vita ſua ſibi liceat eadem bona in ipſa eccleſia pro præbenda tenere. Si enim ea bona ſic offerat ſub conditione & pacto, ut illa pro præbenda retineat, & ut in canonicum admittatur, hujuſmodi collatio vel receptio fieri non poterit ſine vitio ſimoniæ: *c.* 34. *eod. tit.*

Huc pertinet omne id, quod præ ſe fert quamdam ſpeciem vel affectionem ſimoniacam: v. g. ſi canonici alicujus eccleſiæ recepto in canonicum & fratrem partem proventuum ac præbendam aſſignare recuſant, eo quod ipſis non exhibeat prandium, ex conſuetudine a receptis exhiberi ſolitum: *c.* 41. *eod. tit.*

Nec a labe ſimoniaca liber declaratur is, qui poſt ſuam electionem in Abbatem, quamvis a majore parte capituli facta ſit, paucis tamen contradicentibus non poterat debita pace gaudere, ſi alio ſciente & volente amicus Abbatis præcipuo magiſtro diſcordiæ certam quantitatem pecuniæ in donum exſolvit, ex quo contradictio quievit: *c.* 23. *eod. tit.*

Ad hoc genus Simoniæ eccleſiaſticæ refertur, ſi quis rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem ſeu vicedominatum per pecuniam obtinere voluerit: *c.* 38. *eod. tit.*

Ad idem genus referendum, ſi Epiſcopus, defuncto parocho vel alio rectore eccleſiæ non patiatur in illa eccleſia celebrari divina, nec alium inſtitui, niſi ſibi ex reditibus eccleſiæ certa pecuniæ quantitas ſolvatur, vel ſi monaſterium a milite ſeu clerico ſuſceptionem in ordinem poſtulante, aut ab heredibus defuncti ſepulturam in monaſterio poſtulantis munera petit: *c.* 41. *eod. tit.*

Vel ſi Epiſcopus in *inſtallatione* Abbatis Ciſtercienſis honorarium, vel aliud quid, præter præſcriptam ſubjectionis & obedientiæ erga Epiſcopum formulam, petit: *c.* 43. *eod. tit.*

Si quis procuret ſe ordinari ad titulum alicujus eccleſiæ ſub promiſſo, quod numquam velit petere portionem ex titulo illius eccleſiæ: *c.* 37. *eod. tit.*

SIMONIANI dicti a Simone, magicæ artis perito: cui Petrus in *Act. Apoſt.* maledixit, quod ab Apoſtolis Spiritus ſancti gra

gratiam pecunia enere voluisset. Hi dicunt creatrran non a Deo, sed a virtute quadan superna creatam: *c.* 39. §. 1. *causs.* 34. *quæst.* 3.

SIMPLA. Observandum est, Jurisconsultos dicere *simplam* & *duplam* in genere feminino, *l.* 5. D. *de jure fisci*, sed *triplum* & *quadruplum* dumtaxat neutro genere. Stipulatio sinplæ, in *l.* 11. *in fin. l.* 27. D. *de evictione.* vid. infra *simplum.*

SIMPLARIÆ venditiones, in *l.* 48. *in fin. D. de ædilit. edict.* ex quibus simpli actio ob evictionem competit. Sunt qui simplarias venditiones adpellari existimant, esculentorum & poculentorum, ex Fulgentio *de prisco sermone p.* 806. *edit. Dionys. Gothofredi*, ubi tradit: simplones dici convivas & simplatorem amicum sponsi, qui cum eo per convivia ambulet: sed hæc interpretatio non placet, quamvis relata dicatur a viro alioqui doctissimo Jac. Rævardo in *l.* 145. D. *de regul. jur.* Ducker. *de latin. vet. Jurisc. p.* 438. Vide infra in *simplum.*

SIMPLEX actio, quæ in simplum datur, *l.* 3. *C. vi bonor. raptor.* Simplex conventio: *l.* 6. *C. de jur. dot.* donatio, pro mera, in *l.* 20. §. 3. *D. famil. erciscs.* Simplices fugitivi, qui nondum pro liberis se gesserunt, *l.* 2. D. *de fugitiv.* Simplicia interdicta sunt, in quibus alter reus, alter actor est; *l.* 2. D. *de interdict.* §. 7. *Inst. eod. tit.* Qualia sunt interdicta exhibitoria, restitutoria, & omnia prohibitoria, de arboribus cædendis, & de itinere actuque privato, *l.* 2. *C. de interdict.* Simplex jussio quæ fit sine caussæ cognitione, *l. ult.* §. *ult.* D. *quod met. causs.* Simplex mors ea dicitur a Justino, *lib.* 44. *cap.* 4. & a Quinctiliano *declam.* 6. corporis projecti, quæ alibi sua mors & naturalis dicitur. Simplex substitutio, quæ in unum duntaxat casum concipitur, *l.* 1. D. *de vulgar. & pupill. substit.* Simplex venditio: *l.* 10. §. *ult.* *D. de jur. dot.*

Simplex, pro stupidus. Homo simplex immo magis stultus, *l. ult. pr.* C. *arbitr. tutel.* Simpliciores homines: *l.* 14. §. 5. D. *de religios.*

SIMPLICITAS, quæ malitiæ opponitur, *l.* 1. *pr. D. de dol. mal.* Simplicitas militaris, *l.* 3. *C. de testam. milit. l.* 1. *pr.* D. *eod. tit.*

Simplicitas, stupiditas. Ob simplicitatem remotus, *l.* 3. §. *ult.* D. *de suspect. tut.* simplicitate vana deceptus, *l.* 3. D. *de SC. Macedon.*

Simplicitate gaudens: *l.* 25. §. 1. D. *de probat.* Simplicitate gaudentes an sint monachi, quod putarunt Cujac. *obs.* 21. *cap.* 26. & Merill. 8. *obs.* 20. dubium est. Eadem phrasi usus est Servius Scholiastes *in præfat. ad Virgil. Bucolica*: Personæ hic rusticæ sunt, simplicitate gaudentes, a quibus nihil altum debet requiri.

SIMPLICITER, pro generaliter, & ut Græci dicunt ἁπλῶς, *l.* 66. §. 2. *D. de legat.* Item simpliciter, id est, absolute, *l.* 11. §. 6. *D. de minorib.* Simpliciter desistere, id est, sine abolitione, *l.* 16. *C. ad leg. jul. de adult.* Simpliciter dare servum, id est, inæstimatum, *l.* 12. §. 1. D. *de jur. dot.* Simpliciter, id est, sine epitheto, *l.* 18. §. *ult. D. de ædilit. edict.* Simpliciter, id est, absque conditione, *l.* 40. D. *de reb. cred.* Simpliciter, pro pœna non adjecta, *l.* 27. §. *ult. D. de recept. arbitr.* Simpliciter & simplicius, id est, non designata parte fundi, quæ serviat, in *l.* 26. *D. de servit. præd. rust. l.* 9. D. *de servitut.* Simpliciter, id est,

partibus non constitutis, *l.* 38. §. *ult.* D. *de ædilit. edict.* Simpliciter relegari, id est, sine loci aut insulæ adsignatione, *l.* 31. *D. de interdict.* Simpliciter quoque pro pure accipitur, *l.* 1. §. 3. D. *de verb. oblig.* Simpliciter concepta stipulatio, id est, impersonaliter, *l.* 18. *D. de stipulat. serv.* Simpliciter acceptus fidejussor, id est, nulla addita stipulatione vel cautione, *l.* 51. §. 3. *D. de fidejussor.* Simpliciter denunciasse & ad judicem, opponuntur, *l.* 17. D. *ad leg. jul. de adulter.* Simpliciter convenire, id est, in rem & non adjecta persona pacisci, *l.* 12. §. 7. D. *qui pot. in pignor.* Simpliciter donare, id est, sine conditione, *l.* 9. §. 1. D. *de SCo Macedon.* Simpliciter legare viam, id est, citra demonstrationem loci, *l.* 26. D. *de servit. præd. rust.* & simpliciter legata domus, id est, indefinite, *l.* 71. *D. de legat.* 1. Simpliciter intervenire, id est, non satisdato, *l.* 5. §. 3. D. *judicatam solvi.* Simpliciter, id est, impersonaliter, *l.* 18. §. 1. *& seq.* D. *de stipulat. servor.* Sic simpliciter stipulari servus dicitur, id est, non expressa persona, *ibid.* Non simpliciter, sed caussa cognita: *l.* 6. §. 3. *si quis omiss. causs. testam.* Si quis simpliciter a principe impetraverit, ut in loco publico ædificet, id est, non adjecto eo, ut sine incommodo alterius, *l.* 2. §. 6. D. *ne quid in loc. publ.* Simpliciter ait prætor, id est, indistincte & generaliter, *l.* 1. §. 3. D. *de aleator.* Simpliciter lex prohibuit, id est, citra distinctionem, *l.* 14. §. 1. D. *qui & a quib.* Simplicius procedere, id est, magis facilius, *l.* 20. D. *de hered. vel action. vendit.* Quam varie autem *simpliciter* in jure sumatur, explicat Cujacius ad *l.* 6. C. *ad SC. Trebell.* at plenius ad *lib.* 3. *Digestor. Juliani l.* 3. §. 4. D. *de negot. gest.*

Simpliciter in negotiis versatus, id est, supine & stolide, *l.* 6. §. 4. D. *de negot. gest.*

Simpliciter, id est, sincere & bona fide, sine consilio fraudis, *l.* 5. §. 4. D. *de auctoritat. tutor. l.* 3. §. 1. D. *de testib. l.* 1. C. *de ædilit. edict.*

SIMPLUM jurisconsulti rem, sive litem solam, sive litis restitutionem, sive quanti ea res est, qua de agitur, vocant, ac proinde a pœna separatur, *l.* 34. §. *ult.* D. *de obligat. & act.* Pœnam interdum vocant, quæ non mera est, sed simplo accedit rei coercendi gratia, & cujus condemnatio mixta est cum rei æstimatione. In lege Aquillia actio pœnalis dicitur, quæ simplo accedit, *l.* 34. D. *ad leg. Aquill.*

Simpla promitti dicebantur, quum ob evictionem simplum rei pretium promittebatur, *l.* 5. §. *ult. l.* 56. *&* 60. D. *de eviction. l.* 17. *D. de instit. action.* Varro *lib.* 2. *de re rust. cap.* 10. Cavere debet de evictione simplici, quanti ea res sit. Inde in *l.* 36. D. *de donat. int. vir. & ux. l.* 11. *in fin. l.* 27. D. *de eviction.* ea cautio stipulatio *simplæ* vocatur. Actio autem de evictione interdum *simpli*, interdum dupli erat. *Simpli* erat, quum dictum non erat, quantum ob eam rem præstare emtorem oporteret, vel quum ea, quæ emto fundo accesserant, evincebantur, *l.* 16. *&* 60. *D. de eviction.* Strauch. *dissert. ædilit. priore cap.* 6. §. 7.

Simplorum vel ut in Florentino legitur, *simplorum* captiones & compendiosa ænigmata, quæ multas per se & per suum vitium antinomias induxerunt. *Constit. de concept. Digestor.* §. 13. ubi *simplorum* voce eadem significantur, quæ mox ibidem *sigla* Impera-

perator. Gellius *lib.* 17. *cap.* 9. litteras singularias sine coagmentis syllabarum vocat.

SIMUL pro simul atque, *l.* 8. D. *ut legator. seu fideicommiss. l.* 18. §. *ult.* D. *de adquir. possess. & alibi.*

SIMULATIO, pro insimulatione seu accusatione, in *l. un. C. Th. ne sine jussu princip.*

SINCERITAS tua. Hoc titulo compellati ab Impp. rectores provinciarum *l.* 8. *C. Th. de jurisd. l.* 33. *C. Th. de cursu.* magistri militum, *l.* 9. *C. Th. de re milit.* Præfectus prætorio, *l.* 3. *C. Th. de advocat. fisc.* & Comes rerum privatarum, *l.* 26. *C. Th. de adpellationib. l.* 26. *C. Just. eod. tit.*

SINCERITER comparare, *l.* 10. *C. de distr. pign. l.* 5. §. 1. D. *quod vi aut clam.*

SINENDI *modo* relicta legata dicebantur, quæ ita dabantur: Heres illum rem illam sibi habere sinito permittito, §. 2. *Inst. de legat. l.* 2. *C. commun. de legat.* Caius *lib.* 2. *Instit. tit.* 5. Paull. *lib.* 3. *tit.* 6. §. 25. Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 5.

In lege locationis, qua scriptum erat: Redemtor silvam ne cædito, neve quem cædere *sinito*, verbum *sinendi* hanc habere significationem Ulpianus scribit, ut non tantum redemtor, si quem casu cædentem viderit, prohibeat, sed uti curet & det operam, ne quis cædat; *l.* 30. D. *locati.*

SINGULARE jus est, quod contra tenorem rationis communis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est, *l.* 16. D. *de legib. l.* 23. §. 1. *l.* 44. §. 1. D. *de adquir. possess. l.* 2. §. 16. D. *pro emtor.* Sic singulari jure receptum dicitur, *l.* 44. §. 3. *D. de usucap.* Singularia quædam, in *l.* 15. *D. de reb. cred.* Vid. in *jus singulare.*

Singulare aliquando pluribus opponitur, & singulum significat. Sic: *Singularis* liber, μονόβιβλος vertitur in indice Pandectar. Florent. Item *singularis* persona opponitur populo, curiæ, vel collegio, *l.* 9. §. 1. D. *quod met. causs. Singularia* recepta, *l.* 15. D. *de reb. credit. Singularis* sermo: *l.* 1. §. 1. *D. de adsign. libert.* singulares tunicæ pro singulis, *l.* 28. D. *de aur. arg. legat.*

SINGULARITER scriptum edictum, quod unum scriptum est, *l.* 1. §. 4. *D. quod fals. tutor.*

SINGULARII milites quidam olim adpellati, ut ex Cassiodoro *lib.* 2. *variar.* & *ex Notit. Imperii Occid.* patet. Adde Reinesium *Class.* 1. *Inscript.* 16. *p.* 4.

Alii sunt *singularii* vel *singulares*, quorum mentio fit in *l.* 1. §. 8. *C. de offic. præf. præt. Africæ*; qui *siglis* alterius verba excipiebant. Vid. Scaliger. *ad Manil. lib.* 4. *Astron. v.* 287. & Græv. *ad Cicer. pro Muren. cap.* 11. Hein.

SINUS. In *sinu* meo habui: *l.* 27. D. *de probation.* id est, in occulto, *l.* 16. §. 3. *D. qui & a quib. manum.* Plane, inquit, ea, quæ in fraudem fisci, in *sinus* ejus collata sunt, revocanda, id est, ea, quæ in occulto habuit. Lamprid. in *Commodo cap.* 5. Prædam omnem in *sinum* contulit. Et *cap.* 13. Qui etiam condemnationes in *sinum* vertisse dicuntur, id est, in privatas rationes. Tertullian. *de fuga in persequution. cap.* 12. Paciscens cum delatore, vel milite, vel ministro (furunculo) aliquo præsidis sub tunica & *sinu* quod aiunt. Ex *sinu* suo calumniatores adponere, dixit Cicero *Verrin.* 1. *cap.* 10.

Nec omittenda elegantissima loquutio: is, qui furanti *sinum* præbuit, perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset;

&

& famosus efficitur, *l. 6. §. ult. D. ad leg. jul. de peculat. Sinum* præbuit, id est, receptum dedit & locum, ubi occultaret. Tacit. *lib. 2. hist. cap. 92.* Abditis pecuniis per occultos & ambitiosos *sinus.* Adde viros doctos ad Prudent. *Variar. lect. II.* 134. nec non Jo. van de Water *observ. I.* 8. *p.* 47. qui tamen pro sinum præbere ingeniose quidem, at, ut videtur, sine necessitate, *signum præbere* legit. Basilica sane, ut ipse observat, habet κλοπὴν ὑποδεξάμενος, quod nihil ad signum, seu typarium. Hein.

SIPHONES, sunt fistulæ, per quas aqua fluit, a sono, quem videntur exprimere, ita dicti. Juvenal. *sat.* 4. *v.* 310. Effigiemque Deæ longis siphonibus implent.

SISTERE eum in judicio dicimus, quem exhibemus & repræsentamus, *l.* 1. & 3. *D. si quis in jus vocat.*

ΣΙΤΩΝΑΙ, id est, frumentarii, *l.* 18. §. 1. *D. de muner. & honor.* Sitones in *l. ult.* §. 6. *D. de administr. rer. ad civit.* Vid. Ducker. *p.* 406.

SITONIÆ munus, *l.* 2. *pr. D. de vacat. & excusat. muner.* Sitonicum: Gregor. *lib.* 10. *epist.* 39. Id autem sitoniæ munus est curatio frumento coemendo. Curam σιτωνικῶν vocat Justin. *Novell.* 30. Vid. Cujac. *ad rubr.* C. *ut nemini lic. in coemt. & ad l. 3. C. eod. tit.*

SMARAGDUS, gemma viridis coloris, *l.* 21. D. *de aur. arg. legat.* De ea post Plinium multis verbis agit Isidorus *lib.* 16. *etymol. cap.* 7.

SMURNA, in *l. ult.* §. 7. D. *de publican.* ea vocatur, quæ vulgo myrrha dicitur.

SOBRINUS, *a*, *l.* 1. §. 3. D. *und. cognati.* Sobrini autem proprie adpellantur, qui ex fratribus patruelis aut consobrinis aut amitinis undique propagantur, *l.* 3. D. *de gradib. & adfinib.* Sobrinum Ælius Gallus apud Festum, *lib.* 17. definit, patris mei consobrini filium, & matris meæ consobrinæ filium. Cicero *lib.* 1. *offic. cap.* 17. sequuntur fratrum conjunctiones post consobrinorum sobrinorumque. Vetus Glossar. Sobrina propior est amitæ magnæ materteræ magnæ filia. Et paullo post: Sobrinæ sunt, quæ vel ex sororibus, vel ex fratribus & patruelibus & consobrinis vel amitis procreantur. Sobrinus propior est patrui vel avunculi magni filius. Donat. *in Terent. Andr. Act. IV. scen.* 5. *v.* 6. Sobrini sunt consobrinorum filii: nam sic dixit Menander. Verum ut alii putant de sororibus nati, ut sint sobrini, quasi sororini.

SOCCARIÆ quidem pro *focariæ* legunt apud Paull. 3. *Sent.* 4. §. 37. Vid. supra *focariæ.*

SOCER, mariti patrem significat, in *l.* 15. §. *ult. & l.* 76. *solut. matrim.* alias uxoris patrem, in *l.* 17. D. *solut. matrim. l.* 22. *pr. l.* 21. *& l.* 2. D. *de re judic. penult.* D. *de jur. dot.* ita ut soceri nomine & viri & uxoris pater demonstretur. Mater vero eorum socrus adpellatur, quum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρὸς, mater ἑκυρὰ vocitetur: uxoris autem pater πενθερὸς, mater πενθερά. *l.* 4. §. 6. D. *de grad. & adfin.* Soceri autem & socrus adpellatio etiam sponsalibus adquiritur, *l.* 8. D. *de gradib.* Sed & uxoris vel mariti avus, avia, proavus, proavia, & ulteriores soceri & socrus adpellatione continentur, *l.* 14. §. *ult. D. de rit. nupt. l.* 146. D. *de verb. signif. l.* 3. §. 1. D. *de postul.* Quamquam vir uxoris suæ magnum socerum dicat, aviam magnam socrum: proavum vero majorem socerum, proaviam

viam majorem socrum, adpellat, ut Festus *lib.* 11. & Modestinus *l.* 4. §. 6. *D. de gradib.* scribunt. Quos etiam *prosoceri*, absocerique nomine demonstramus, ut in *l.* 15. §. 1. D. *rer. amotar.* Et apud Jul. Capitolin. in *Gordian. cap.* 2. originem maternam & ex Trajani Imperatoris genere habuit, avo, proavo Coss. socero, prosocero, & item alio prosocero & duobus absoceris consulibus. Sed & Justinus *lib.* 18. *cap.* 4. Pygmalionem Sichæi socerum, cui nupserat soror Elissa, nescio qua novitate, dixit, ut & Cornel. Nepos in *Pausania cap.* 1. *generum*, pro sororis marito dixit.

SOCIETAS generali significatu est conventio qua duo pluresve ad commune quoddam bonum assequendum sua quisque conferunt in commune, & ab illo fine dependentia faciunt. Sic societatem omnium bonorum suorum habens cum uxore, memoratur in *l.* 16. §. 5. D. *de alim. vel cibar. legat.* Glossar. Græcum: Societas totorum bonorum, ἐπὶ πάσῃ περιουσίᾳ, ἣν καλοῦσι κοινοπραξίαν οἱ ἕλληνες. *Societas generalis*, de omnibus ad certum genus spectantibus bonis inita, de certis vero ac determinatis rebus, particularis est. *Societatem* futuri emolumenti promittere, *l.* 1. §. 12. D. *de extraord. cognit.*

Societas vitæ inter virum & uxorem dicitur consortium eorum, *l.* 52. *D. de re judicat. l.* 1. *D. de action. rer. amot. l.* 52. D. *de judic. l.* 1. D. *de rit. nupt.* pro communione victus, quæ inter virum & uxorem est.

Societates vectigalium: *l.* 59. *lib.* 3. §. 8. D. *pro socio.* Coire enim solebant publicani in societatem conductionis vectigalium, permissumque his erat corpus habere, ut in *l.* 1. D. *quod cujusque univers. nomin.* Caius scribit. Inde socii vectigalium, in *l.* 9. §. 4. D. *de publican.*

Societas actuariorum: *l.* 14. *C. Th. de numerar.*

Ad *Societatem* munerum vocari, *l.* 17. C. *Th. de decurion.*

Societates etiam collegia & corpora vocantur, in *l.* 1. *pr. D. quod cujusq. univers. nom.* Quibus qui præerant, *magistri societatum* vocabantur, *l.* 14. D. *de pact.*

Sed & *societas* eorum dicitur, qui illicite coeunt. Sic societas latronum: *l.* 39. §. 4. D. *ad leg. jul. de adulter.* scelerum, *l.* 4. *C. de quæstion.*

SOCII autem dicuntur tam qui tractatu habito societatem coierunt, quam qui in communionem inciderunt, & generaliter qui aliquid communiter possident. Sic: Socii, qui habent ædes communes, *l.* 18. §. 5. *D. de damn. infect.* Socius ædificii, *l.* 4. *C. de ædific. privat.* Socio omnium bonorum, *l.* 1. D. *qui testam. fac.* Nam socii vel universorum bonorum erant, vel unius rei, *l.* 63. D. *pro soc.* Communium prædiorum domini socii vocantur, in *l.* 19. & 34. D. *de servit. præd. rust.* Socii, qui communes servos possident, Ulpian. *tit.* 1. *regul.* §. 18. *Socios* cædis, *l.* 17. D. *de quæstion.* latronum, *l.* 6. D. *de custod. reor.*

Pro *socio* actio personalis est, qua socius implementum societatatis a socio postulat. Vet. Glossar. Græc. ἐπὶ κοινῷ ἀγωγή. Est que ultro citroque directa: non ex una parte directa, & ex altera contraria: quia ut ait Cujac. in *paratit.* D. *pro soc.* res communis est omnium æque ac pari jure, nec potior unius socii ratio est, quam alterius. Ita dicta est vel ex formula, quæ concipiebatur, vel ex materia, quod plerumque detur de eo, quod impenditur, & gessit socius pro socio, & commu-

muniter, *l.* 65. D. *pro soc.* & dicitur actio esse generalis, *l.* 38. D. *eod. tit.* quia totius societatis, quamdiu consistit, rationes exigit, licet quandoque etiam detur in rem sive speciem aliquam certam, puta ut communicetur aliquid ex societate, quod repetit unus ex sociis agatur actione pro socio, ut referatur id in societatem. Intentatur hæc actio aliquando ut fiat cessio nominum & collectio rerum in commune, secundum conventionem societatis, *l.* 3. *pr.* D. *eod. tit.* Quandoque datur ad præstationes personales, ut ad impensas & fructus & cetera danda: puta, si feci impensas in re communi, ago *pro socio*, ut condemneris ad refundendum impensas pro tua parte, *d. l.* 38. §. *fin. l.* 3. *C. pro soc.* Quandoque datur pro dirimenda societate, & habenda ratione lucri & damni, eaque inter socios dividenda, *l.* 63. §. 5. *l.* 65. §. 6. *eod. tit.* Cum autem hæc actio sit generalis, quæ societatis totius, quamdiu consistit, rationes exigit, actiones vero generales non dentur, nisi finitis contractibus, inde etiam actio pro socio non datur, nisi societate finita, idque verum est regulariter. Quandoque enim etiam datur ea nondum finita. Loquor autem de societate voluntaria.

SOCRUS. Vid. supra *Socer.*

SODALIS. Ita vocatur, qui ejusdem collegii est, quam Græci ἑταιρίαν dicunt, *l. ult.* D. *de colleg. & corpor.* Unde

SODALITIA, in *l.* 1. D. *de colleg. & corpor.* de quibus legem quamdam Liciniam latam refert Cicero *pro Planco cap.* 15. 16. & tota oratione. Tertullian. *lib.* 2. *ad uxor. cap.* 6. Discumbit cum marito in sodalitiis, sæpe in popinis. Adpellat & *sodalitates* idem Cicero in *Caton. cap.* 13. *Brut. cap.* 46.

SOL Dies solis, in *l.* 3. *C. de feriis l.* 10. & 13. *C. Theod. de exaction.* id est, qui hodie a Christianis Dominicus vocatur, *l.* 2. *l. ult. C. de feriis.* Ad quem pertinentem Leonis Constitutionem Nicephorus *lib.* 15. *hist. ecclesiast. cap.* 25. memorat Gregorius Turonens *lib.* 3. *Hist. cap.* 13. Ecce enim, ait, dies solis adest. Sic enim barbaries diem dominicum vocitare consueta est. Quæ verba Aimoinus monachus in eadem historia referenda conscripsit, *lib.* 2. *de gest. Francor. cap.* 11. Diebus porro nomen a planetis antiquitas indidit. Auson. *in Eidyll.* Nomina, quæ septem vertentibus apta diebus, Annus habet totidem, errantes fecere planetæ. Primum supremumque diem radiatus habet sol. Proxima fraternæ succedit luna coronæ. Hanc vero institutionem ab Ægyptiis ad reliquas gentes manasse Dio Cass. *lib.* 37. *p.* 37. scribit.

SOLARIUM, locum editum significat, in quo veteres apricari & solem capere solebant, *l.* 17. D. *de servit. urb. prædior.* ubi Cujacius notat, esse locum ædificatum ad solem hyeme excipiendum, solitum ædificari in summa parte ædium, in quibus homines apricari consueverant. Vid. supra *heliocaminus.* Cicero pro Quinctio *cap.* 18. Vixit enim semper inculte atque horride, natura tristi ac recondita fuit, non ad *solarium*, non in campo versatus est. Vid. Pet. Victorium *lib.* 21. *variar. lection. cap.* 13. Macrob. *lib.* 2. *saturnal. cap.* 4. de Augusto: Quum de Tyriæ purpuræ, quam emi jusserat, obscuritate quereretur, dicente venditore: erige altius ac suspice, his usus est salibus: quid ergo ut me populus Romanus dicat bene cultum, in *solario* ambulaturus sum? Veteres enim hiberno tempore valetudinis gratia in

in ſole apricari, & ut Seneca ait, in ſole percoqui ſolebant: habebantque in ædibus ad eum uſum loca adcommodata, quæ, teſte Iſidoro *lib.* 15. *cap.* 3. ſolariorum inde nomen acceperunt. Quod & Imperator Leo *conſtit. ult.* his verbis tradit: τὰ δὲ περὶ τῶν ὑπαίθρων, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι προσκηνίων θεατηρίων, αἳ καὶ πρὸς μόνην καὶ ὑπαέριον ἀπόλαυσιν ἐπινενόηνται, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τοῦ ἡλίου εἰλήφεν, ἡλιακὰ προσαγορευόμενα. id eſt: verum quoniam de ſubdialibus deambulationibus, & quomodo aliquis fortaſſe vocet, proſceniis ſpectatoriis, quæ ad apricandi uſum, & eum quidem ſolum excogitata, atque a ſole nomen acceperunt, *ſolaria* enim adpellantur. Zeno Imp. *in conſtit.* περὶ καινοτομιῶν θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σολάρια μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων Ρωμανησίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι. id eſt; inſuper placet, utque *ſolaria* adpellantur, non ex ſolis ſignis & aſſeribus fiant, ſed Romanenſium ſpecie ædificentur. Et mox: ἐκ μηδ' ἑτέρου μέρους σολάρια ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν. ex neutra parte ſolaria ſive mæniana facere. Vetus Gloſſar. Græcum: ἐξώστης ὁ ἡλιακός.

Solarium etiam inſtrumentum id ſignificat, quo horæ ſolis umbra declarantur, ut in illis feſtivis Plauti verſibus, quos Gellius *lib.* 3. *cap.* 3. *citat.* Ut illum Dii perdant, primus qui horas reperit, quique adeo primus ſtatuit hic ſolarium deſcriptum. Et de clepſydris, hoc verbum uſurpatur, ubi ex aqua horæ declarantur. Cic. *de natur. Deor. lib.* 2. *cap.* 34.

Solarium etiam, non a ſole quidem, ſed a ſolo, dicitur vectigal, quod pro ſolo penditur, *l.* 2. §. 1. *D. ne quid in loc. publ. l.* 39. §. 5. D. *de legat.* 1. Atque ita etiam penſio, quæ a ſuperficiario pro ſolo penditur, adpellatur in *l.* 15. *D. qui pot. in pign.* Mercedem ſoli vocat Marcianus, in *l.* 17. D. *de pignorat. act.* Vet. Gloſſar. ἐξοχὴ τοῦ ἐξώστου. Add. Cujac. *ad l.* 2. *D. de ſervit.*

Verum in *l.* 13. §. 1. D. *commun. prædior.* ſolarium accipitur pro pecunia, quæ ſecundum conſuetudinem loci pendenda eſt domino, e cujus lapicidinis, quæ in ipſius agro privato ſunt, alius lapides vult cædere. Ita Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 418. Hein.

SOLATIUM. Commoda & ſalaria munerum ac militiarum, *ſolatia* Imperatores adpellant, *l.* 15. *C. de advocat. diverſ. judic. l.* 3. 5. *&* 6. *C. eod. tit. l. penult. C. de præd. decur. l.* 3. *C. de agent. in reb. l. ult. C. de ſilentiar.* Eadem eſt in Novellis Juſtiniani vis verbi ἀναψυχή. Secundum hæc in *l.* 4. *C. de navicul.* ubi vulgo *ſalariis* pro mercedula præſtitis, veteres ſcripti codices & impreſſus *C. Theod.* in *l.* 32. *eod. tit. ſolatiis* ſcriptum habent. Sic & ſtercus pro ſolatio accipiendum eſt, in *l.* 7. C. *de curſ. publ.* Solatium pro *ſalario* etiam dixerunt Corippus *lib.* 3. *de laudib. Juſtini.* Gregor. *lib.* 7. *epiſt.* 23. Caſſiodor. *lib.* 5. *variar. epiſt.* 9. Spartian. *in* Hadriano *cap.* 9. Solatiis refovere agros, ait, pro miſſis muneribus & neceſſariis quibuſcumque eos juvare & ſuſtentare. Vid. Salmaſ. *in not.*

SOLEMNIS. Vide *Sollemnis.*

SOLET verbo denotatur regula. Cujac. in *l.* 46. *D. de regul. jur.* qui & plura hunc in rem exempla cumulat, *lib.* 8. *obſerv. cap.* 39. Aliud exemplum Quinctiliani *Declam.* 358. *&* 372. indicavit Bynkersh. *lib.* 8. *obſerv. cap.* 4.

Solent pro poſſent, §. 2. *Inſt. de libertin.*

Solere & neceſſe habere diverſa, *l.* 1.

l. 1. *C. quomod. & quand. judic.* Sic & videtur accipi, in *l.* 4. *C. de testam. tutel.*

Soleo præteritum etiam dedit *solui*, & ita Catonem & Ennium loquutum, pro quo vulgus dixerit *solitus sum*, observat Varro *de ling. lat. lib.* 8. *p.* 123. Ita & Sallustius apud Priscianum *lib.* 10. neque subsidiis, uti *soluerat*, pro solitus erat. Hinc ingeniose Bynkersh. *lib.* 8. *observ. cap.* 2. in verbis Ulpiani, *l.* 44. *D. mandati. Dolus est, si quis non exegerit, quod exigere solvere*, quæ plane nihil sunt, pro *solvere* legit *soluere*, id est, soliti sunt.

SOLIDAMUS constitutione, *l.* 1. *C. Th. de expens. ludor.*

SOLIDUM capere non posse dicuntur, qui totum quod eis relinquitur, capere & sibi adquirere non possunt, *l.* 6. *D. de vulg. & pup. substit. l.* 70. *D. de hered. instit.* & passim. Ita *solidi* capiendi jus, dixit Ulpian. *tit.* 16. *regul.* §. 1. Tertullian. *ad uxor. lib.* 1. *cap.* 1. Tu modo ut solidum capere possis admonitionis nostræ fideicommissum. Idem *de monogamia cap.* 16. Ex testamento Dei solidum non posse capere. Hinc: solidi capacitas: *rubr. tit.* 16. *regul.* Ulpiani.

In *solidum* & in partem opponuntur: *l.* 40. §. 2. *D. de damn. infect.* & passim. Et ita pro *solido*, in *l.* 9. *C. si cert. pet.* & alibi.

SOLIDUS, *a*, *um*, integrum, totum, indivisum, sive re sive intellectu, *l.* 5. §. *ult. D. commodati.* Sic Solida pars, est pars, quæ deducto usufructu est, opponuntur, *l.* 34. *D. de bonis libertor.* Solida proprietas, i. e. plena: *l.* 20. *D. de usu & usufr.*

SOLIDUS *i.* Hunc & aureum idem valere supra vidimus in *aureus.* Et ita in *l.* 1. §. 2. *D. de fugitiv. l.* 38. §. 6. D. *de legat.* 3. *l.* 34. D. *de jur. fisci. l.* 11. C. *de episcop. & cler.* accipiendum est solidorum nomen. Solidus auri 20. libris æris æstimatur, in *l. un. C. de collat. ær.* In Novella Majoriani de curialibus, solidi gallici fit mentio, cujus aurum minore æstimatione taxatur. In legibus autem Langobardorum solidus 40. denariis æstimatur: *Lex Langobard. II.* 22. 3. Et ita in lege Salica solidus accipiendus est, ut ex eo patet, quod sexcenti denarii in iis legibus 15. solidos facere dicuntur, & centum viginti denarii tres solidos. Sed in ea lege compluribus in locis in notis numerorum mendum est, quod emendatu facile erit, si ad eam quantitatem denariorum, quam dixi, solidorum ratio æstimatioque redigatur. Cassiodor. *lib.* 1. *variar. epist.* 10. Sex enim millia denariorum solidum esse voluerunt. Vid. Gœdd. *in comm. ad princ. & §§. seq. Inst. de Atiliano tut.* Alciato videtur, aureum, quo hodie utimur ex generali omnium populorum consuetudine esse veteri illi subrogatum: & ideo quæ de solido in jure civili cauta sunt, ad nostrum hunc, quamvis levioris sit ponderis referenda. Præterea *in parerg.* adnotavit, esse solidum in jure, numum aureum, quem *ἄκυρον* aliqui Græci & *δυνάριον* dicunt, ejus ponderis, cujus Latinis est sextula vel stagium, i. e. octo oboli: ut latius ab eo declaratur in opusculo quod edidit de ponderibus & mensuris. Bud. ex verbis Lampridii de Alexandro Rom. principe loquentis, colligit, solidos primum dictos esse aureos nummos, certi cujusdam finique ponderis, quasi integros.

SOLITUDINIS mœror, id est, cælibatus, *l.* 2. *extr. C. Th. de repud.*

SOLLEMNE, vel quod frequentius *sollemnia*, significat anni-

niversarium, legitimum, ordinarium. Sic *sollemnia* accusationis: *l.* 18. D. *de accusat.* judiciorum: *l.* 7. *D. de in integr. restit.* Sollemnia mortis peragere, quæ alias justa dicuntur, *l.* 44. *D. de manum. testam.* Sollemnia occulta: *l.* 2. *de veteran.* Sollemnia provocationis: *l.* 11. §. 5. D. *ad leg. jul. de adulter.* testamenti: *l.* 2. §. *penult. & ult. D. qui testam. fac.* quæ & sollemnia juris vocantur, *l.* 3. *C. de testam. l.* 1. D. *de injust. rupt.*

Sollemnis e. Sollemnes accusationes: *l. 6. C. ad exhib.* actiones, quæ certis formulis conclusæ, *l.* 1. §. 6. *D. de orig. jur.* sollemnis ætas, id est, legitima: *l. ult.* C. *de revoc. donat.* Sollemnes feriæ, id est, statæ & certæ & quotannis recurrentes, *l.* 26. §. 7. D. *ex quib. causs. major.* Sollenne jus, pro civili & legitimo, *l.* 27. *D. de regul. jur.* Sollemnia tempora, *l. ult. C. de excus. vet.* quinquaginta dies sunt, D. Marci constitutione ad allegandas excusationes præfiniti, *l. 6. &* 18. C. *de excusat. tut.* Sollemnis numerus testium, pro septem testium numero, qui testamentis faciendis adhiberi debet, *l.* 2. & 20. *D. qui testam. fac.* sollemnia verba: *l.* 23. D. *de manum. vindict.* quæ in manumissione facienda pronunciari solebant, quæ vel a domino ipso manumittente, ut Festus Pompeius indicat, vel a lictore virgam capiti servi imponente, ut Boeth. *in Topic. Cicer.* testatur, proferri consueverant, *l.* 23. *D. de manumiss. vindict.*

SOLLEMNITAS utique acceptilationibus & verborum obligationibus tribuitur, *l. ult.* C. *de bon. auctor. judic. possid. l.* 7. *C. comm. utriusq. judic. l.* 12. & 14. *C. si cert. pet.* & passim, Ita *sollemniter* deliberationem præstare accipe, *l.* 55. *C. de fideic.*

Sollemnitas, pro consuetudine, seu eo, quod solitum & permissum est fieri: *l.* 1. C. *de mancip. & colon. patrim.*

SOLLEMNITER, legitime, rite, ordine. Sic: Sollemniter accusare: *l.* 15. & 18. *C. ad leg. jul. de adulter.* actum: *l.* 30. *D. de verb. oblig.* adire hereditatem: *l.* 12. C. *de testam. manum.*

SOLLERTIA in sequiorem partem accipitur, in *l.* 24. *D. de judic.* Sollertia fallax & arguta: *l. 6. C. Theod. de sepulcr. viol.* Alias in bonam partem: Feminæ, quas morum honestas, mentisque *sollertia* commendat: *l.* 2. §. 1. *C. de his, qui ven. ætat.*

SOLLICITARE exercitum: Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 29. & milites: *l.* 7. D. *ad leg. jul. majest.* sollicitare ad nuptias: *l.* 5. *C. de donat. ant. nupt.* Vid. *sollicitator.* sollicitare servos alienos: *l. 6.* D. *ad leg. Fab.*

SOLLICITATOR, qui servum ad delinquendum impellit, *l.* 11. §. 2. *l.* 14. §. 9. D. *de serv. corrupt.* Sed & *sollicitatores* alienarum nuptiarum dicuntur, *l.* 1. *D. de extraord. crim.* & Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 4. §. 5. Sollicitatores alieni affectus Cassiodorus *lib.* 5. *variar.* & alienorum matrimoniorum subsessores, Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 2. vocat. Ovid. *lib.* 3. *ex Ponto eleg.* 3. Non me legitimos sollicitare toros. Arnobius *lib.* 2. *adversf. gent. p.* 25. simpliciter *sollicitare* in ea significatione dixit his verbis: Domos ut effringerent, noctibus sollicitarent, abigerent, prævaricarentur. Quo tamen loco plagiarios, qui servos alienos adsectant, intelligere videtur Arnobius juxta Desid. Herald. *Animadvers. p.* 72.

SOLLICITE agere: i. e. sollicitus esse, *l.* 4. *C. de fals. causs. adject.*

SOL-

SOLLICITUDO, pro quovis munere & functione. Sic sollicitudo pro munere publica tributa & functiones inferendi, *l.* 6. *C. de advoc. diverſ. judic.* Ad sollicitudinem revocare: *l.* 13. *D. de ann. legat.* sollicitudo tutelæ: *l.* 2. *C. de legit. tut.*

SOLON & Draco citantur in *l.* 23. *pr. D. ad leg. jul. de adulter.* & Solonis lex, in *l. ult.* D. *de colleg. & corpor.* & *l. ult. D. finium regund.*

SOLVERE præstare ut debitum, refundere, reddere, restituere; *l.* 26. §. 4. *D. de pact. dotal.* fideicommissum: *l.* 5. §. *ult. l.* 52. §. 1. D. *de judic.* fundum indebitum: *l.* 7. §. 2. *D. pro emtor.* libertatem: *l.* 24. *D. de excuſat.* operas: in *tractat. de re judicata* Ulpianus ait *ſolviſſe* accipi debere, non tantum eum qui solvit: verum omnem omnino, qui ex obligatione liberatus est, quæ ex caussa judicati descendit, *l.* 4. §. 7. D. *de re judicat.*

Solvendo esse, id est, solvere posse. Sic solvendo sunt bona: *l.* 3. D. *de bonor. poſſeſſ. l.* 1. §. 1. *D. de jur. fiſci.* Valla scripsit, huic loquutioni non posse substantivum addi; quod ambigitur, dativus sit, an ablativus; cum Livius scribat: si respublica solvendo æri alieno esset, &: quæ restinguendo igni forent: & alii authores itidem usi sunt, ut Tusanus adnotavit.

Solvendo videtur is, qui defenditur: *l.* 1. *c.* 5. *D. de regul. jur.* Solvendo autem non esse videtur, nisi qui solidum potest solvere: *l.* 114. D. *de verb. ſignif.* Quæ interpretatio facienda est, quotiescumque legimus, quod quis solvendo non sit, alium teneri, *l.* 1. §. 13. D. *de magiſtrat. conven. l.* 5. §. *ult.* D. *de ſolution.* & aliis infinitis locis. Solvendo facti: *l.* 8. *C. ſolut. matrim.* Solvendo esse hereditas dicitur, in *l.* 4. & 9. *D. ad SC. Trebell.* scilicet ea, quæ invenit heredem, *l.* 36. *D. de bon. libert.* quandoquidem aditione heres creditoribus etiam ultra vires hereditatis obligatur: *l.* 33. D. *ſolut. matrim.* solvendo etiam esse peculium dicitur, in *l.* 32. §. 9. D. *de furtis.* & contra non esse, *l.* 17. §. *ult. D. de caſtrenſ. pecul.*

Solvere id est, liberare. Sic solutus actione dicitur, qui ea liberatus est, *l.* 21. D. *ex quib. cauſ. major.* & ita solvi dicitur debitor: *l.* 91. D. *de ſolution.* & solvi necessitate legis: *l.* 45. §. 5. *de rit. nupt.* & solvi pignus: *tit. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* Et solvere se sacramento quis dicitur, *l.* 2. §. 3. *D. de his, qui not. infam.* solvi compeditum servum: *l.* 7. §. 7. *D. de dol. mal.* solvere vinctum: *l.* 15. D. *de offic. præſid.* Sed solutum Caius non intelligi eum scribit, qui licet vinculis levatus sit, manibus tamen tenetur, aut qui in publico sine vinculis tenetur: *l.* 48. *D. de verbor. ſignif.* Lex imperii solvere sollemnibus juris imperatorem dicitur, *l.* 3. C. *de teſtam.* de qua lege vid. art. *imperii lex.* Solvi legibus quid sit? Zonaras *in Auguſto Tom.* 2. *Annal. p.* 163. explicat his verbis: *προσέτι καὶ λελύσθαι τῶν νόμων ἐδόθη αὐτοῖς, τοῦτ' ἔστιν ἐλευθέρους ἀπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι καὶ μηδενί τούτων ἐνέχεσθαι.* i. e. Atque illud etiam iis datum est, ut legibus solverentur, hoc est, ab omni legum necessitate liberi essent, nec ullo præscripto tenerentur. Sic solutus legibus, qui his non adstringitur, *l.* 31. D. *de legib.* Solvere se necessitate legis: *l.* 45. §. 5. *D. de rit. nupt.*

Solvere dissolvere, finire, exstinguere. Sic soluta actio, id est, finita: *l.* 21. *D. ex quib. cauſſ. maj.*

maj. solvi morte accusatio dicitur, id est, exstingui: *l.* 15. §. 3. D. *ad SC. Turpill.* solvi adoptio: *l.* 9. D. *de adopt.* cognitio: *l.* 11. D. *de suspect. tut.* contractus, id est, dissolvi: *l.* 97. D. *de solution.* solvi peremtorium edictum morte rei, *l.* 59. §. *ult.* D. *de re judic.* Solvere involucrum: *l.* 21. §. 8. D. *de furt.* solvi judicium: *l.* 10. & 11. D. *de judiciis.* scilicet vetante eo, qui judicare jussit, *l.* 58. D. *de judic.* De qua re legendus Radulph. Forner. *Rer. quotidianar. l.* 12.

SOLUM, adpellant jurisconsulti aream, cui ædificium superponitur, *l.* 21. D. *de pignor. act. l.* 2. *C. de rei vindic.* Solum porro Servius *in Virgil. lib.* 5. *Æneid. v.* 199. esse scribit, quod unicuique rei subjacet. Unde & solum navis, mare; & aer, avium; & stellarum cœlum. Unde Ovidius: Astra tenent cœleste solum. Sic *solum* & superficies opponuntur, *l.* 3. D. *de servitut.* In solo opera fieri dicuntur, quæ solo conjuncta sunt; veluti si quis ædificium ponat in solo: quod si quis messem faciat, vineas putet, arbores succidat, opus tamen facere non censetur, *l.* 1. §. 4. D. *quod vi aut cl.* Et hoc ita in novi operis nunciatione obtinet, *l.* 1. §. 12. D. *de oper. nov. nunciat.* Ceterum in interdicto, quod vi aut clam, quod ad ea solum opera, quæ in solo fiunt, pertinet, etiam in *solo* fieri videtur, quod circa arbores fit, non etiam quod circa fructum arborum. Itaque si vineas quis, vel arundinem, vel falictum succiderit, hoc interdicto tenebitur, *l.* 1. §. 4. *l.* 7. §. 5. D. *quod vi aut clam.*

Res *soli* dicuntur ædes, agri, fundi, & ceteræ res immobiles solo conjunctæ, *l.* 1. D. *de rei vindic. l.* 1. D. *de condict. tritic. l.* 7. D. *de usufruct.* & passim. Quæ & *solo* cohærere & solo contineri dicuntur, *l.* 10. D. *quod vi aut clam. l.* 1. §. 4. D. *de vi & vi armat.* Quod verbum ut jurisconsultis proprium Seneca *lib.* 2. *natur. quæst.* 1. notat. Tertia pars, inquit, de agris, terris, satis arbustis, quærit, &, ut jureconsultorum verbo utar, de omnibus, quæ solo continentur. Plinius *lib.* 6. *epist.* 19. Eosdem patrimonii tertiam partem conferre jussit in ea, quæ solo continerentur. Sueton. *in Tib. cap.* 48. Quum per senatusconsultum sanxisset, ut fœneratores duas partes patrimonii in solo collocarent. Liv. *lib.* 26. Et omnia, quæ solo non continerentur, restituenda censuerunt dominis. *Solo* cohærent ædificia, acervus autem solo non cohæret, in *l.* 10. *D. quod vi aut clam.* Pignora *soli* in *l.* 15. §. 2. *D. de re judicat. eod. tit.* soli possessio: *l.* 15. *C. de rei vindic.*

Solum vertere dicitur, in *l.* 4. *C. de mancip. & colon. patrim.* qui sedem locumque mutat, interprete Tullio *pro Cæcin. cap.* 34. Juvenal. *Sat.* 11. *v.* 49. Qui vertere solum Baias, & ad Ostia currunt.

In *solo* consistere servitutes dicuntur, *l.* 8. *D. de servit.* quæ solo imponuntur, & solo debentur, quales sunt iter, actus, via, *l.* 3. D. *eod. tit.* In solo quæsita servitus, vel soli servitus, vid. Harmenopul. *lib.* 2. *tit.* 4. Cave tamen existimes, solas rusticorum prædiorum servitutes in solo; omnes urbanorum prædiorum in superficie consistere. Ædificia enim fundis, fundi ædificiis servire possunt, *l.* 12. *D. commun. prædior.* Atqui quum fundus servit ædificio, servitus consistet in solo, & tamen erit urbana. Quod exemplo aquæduc-tus

tus illustrat Em. Merillius *lib.* 1. *Observ. cap.* 32. Hæc contra interpretationem Ger. Noodtii *Comm. ad tit. D. de servit.* notat Hein.

Solum, particula sæpe non prædicati, sed subjecti determinatio est. Vid. *l.* 28. C. *de liberal. causs.* nec materni avi dignitas ad libertatis probationem *sola* sufficit. Sic *l.* 18. *C. eod. tit. l.* 4. C. *de rescind. vend. l.* 4. C. *de probat. l.* 30. C. *de liberal. causs. l.* 8. *&* 11. *in fin.* C. *de rescind. vend.*

Eadem particula non semper taxativa est, & exclusiva, sed gradum eminentiæ aliquando notat, ut quum Wesenbec. cum jurisconsultis nostris *tit. de adquir. hered. n.* 4. *hereditatem solo animo*, & Imp. in §. *ult. Inst. de hered. qual. & differ. nuda voluntate adquiri aiunt*, non excluduntur verba aut factum, sed id, quod præcipuum est innuitur.

SOLUMMODO dixit Ulpianus *l.* 1. §. 5. D. *de hered. instit.* pro tantummodo. Quod satis Latine ab eo dici Bynkersh. notat *lib.* 5. *obs. cap.* 1. Hein.

SOLUS & unus differunt. vid. infra in *unus.*

Solus non excludit similia, *l.* 4. §. 31. D. *de dol. mal. & met. except.*

SOLUTIO. Ejus adpellatione omnis liberatio quoquomodo facta, & satisfactio, qua creditor contentus fuerit, continetur, *l.* 47. *&* 176. *D. de verbor. signif. l.* 51. *&* 54. D. *de solution. & liberat.* Quod quemadmodum se habeat exposuit Brisson. *lib.* 1. *de solution.* Vet. Gloss. *solutio*, *καταβολὴ ἢ λύσις, δι' ἧς παρὰ ἡ ἐνοχὴ διαλύεται, καὶ ἡ τῆς βέρβις, καὶ τῆς re, καὶ τῆς litteris, καὶ τῆς consensu.* Et alibi: *ἡ λύσις καὶ ἡ καταβολὴ, ἣν καὶ ἀποχὴν φασὶν, ὅταν πραγματικῶς καταβληθῇ τινι τὸ χρεωστούμενον.* *Solutio* obligationis, id est, dissolutio; *l.* 54. §. *ult.* D. *de verb. oblig.*

Solutio alias speciatim dicitur præstatio vera ejus, quod in obligatione est: *l.* 176. *D. de V. S.*

SOLUTUM. In *solutum* pecuniam accipere: *l.* 58. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* cedere: *l.* 16. D. *de solution.* datum nomen: *l. ult.* C. *quando fisc.* data pecora: *l.* 9. *C. de rescind. vend.* traditi equi: *l.* 14 *mand. vel contra.* In solutum & pro soluto dari dicitur, quod ut in liberationem debiti cedat, in creditorem transfertur. Sic & pro *soluto* datum prædium: *l.* 4. C. *de evict.* Pro *soluto* habendum: *l.* 48. D. *de solution.* usucapere: *l.* 46. *D. de usucapion.*

SOLUTUS, *a*, *um.* *Soluta* prædia Cicero *Agrar. III.* 2. nulli obligata vocat. His enim obligata opponit his verbis: Soluta meliore in caussa sunt, quam obligata: Sicul. Flacc. *de condit. agror. p.* 3. Occupatorii agri a quibusdam *soluti* adpellantur: soluti autem non sunt, quorum fines demonstrari possint & finiri. Vid. in *solvere.*

SONTICUS morbus, dicitur, qui cuicumque rei gerendæ obest: *l.* 2. §. 3. *D. si quis caution.* Morbus sonticus, ait Festus *lib.* 9. ex Ælio Stilone, in 12. *tab.* significabat certum cum justa caussa: quem nonnulli putant esse qui noceat, quod sontes significat nocentes. Nævius ait, sonticam esse oportet quamobrem perdas mulierem. Venuleius *l. ult.* D. *de ædilit. edict.* Quoties morbus sonticus, inquit, nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat (quod & a Javoleno citatur ex *eod. l.* 3. D. *de verb. signif.*) nocere autem intelligi, qui perpetuo, non qui tempore finiatur. Sed & morbum sonticum eum videri, qui inciderit in hominem, postquam is natus sit. Add. *l.* 60. *in fin* D. *de re judicat.*

SOPHISMA quid sit, expli-

plicat Seneca *epist.* 55. & 110. Sophisma antiqui codices, quemadmodum Alciatus notat, habent in *l.* 65. D. *de regul. jur.* Florentiæ tamen legitur σωρίτην. vid. Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 164. Hein.

SOPHISTÆ, in *l.* 6. *pr.* & §. 2. D. *de excusat.* inter professores numerantur, in *l. un. C. de professor. qui in urb. Constantinop.* Qui facundia Græcitatis (ita enim legendum est cum *Cod. Th.* non *gravitatis*, ut Justin. Cod. habet) pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ, *l. un.* C. *de stud. liber. urb. Rom.* quæ est *l. ult. C. Th. eod. tit.*

SORDES, pro pecuniaria corruptione, *l.* 3. §. 1. *l.* 9. §. 3. D. *de recept. arbitr.* Nam quod illic per *sordes* dicitur, hoc pecunia accepta dicitur, in *l.* 1. §. 1. D. *de magistr. conven.* Sic sordes judicis: *l.* 51. *D. de evictione.* tutoris: *l.* 7. §. 8. D. *de minor.* Aggen. Urbic. *de limitib. agror. p.* 64. In judicando autem mensor bonus vir & justus agere debet, nulla ambitione aut sordibus moveri. Hinc Ædilis sordidus, apud Sueton. in *Domitian. cap.* 8. pro avaro & corruptioni obnoxio. Ab omni sorde se abstineat, *l.* 6. §. *ult.* D. *ad leg. jul. repetund.*

Sordes reorum alio sensu dicuntur, & *sordida* vestis, in *l.* 39. *D. de injur.* sordium plena, qualis olim erat reorum habitus, qui inde *sordidati* dicebantur, ut ex veterum auctorum libris notum est.

SORDIDA munera, in *l.* 17. §. 7. D. *ad municipal. l.* 1. C. *de suar. l.* 8. §. 4. *D. de vacat. & excusat. muner.* quæ talia habeantur in constitutionibus Impp. vid. supra in *munus.* Vet. Glossar. Græcum: ῥυπαραὶ λειτουργίαι, αἱ μολύνουσαι τὸ ἱμάτιον, ἤτοι τὸ μεταθεῖναι λίθους, καὶ πηλοφορεῖν. i. e. sordida ministeria, quæ sordidant vestem, vel transponere lapides, & lutum ferre de mortario. Dicuntur etiam humilia officia, *l. pen.* C. *de susceptoribus.* Quo sensu etiam *sordidiores*, pro tenuioris fortunæ hominibus dicuntur, in *l.* 4. §. 1. D. *de incend. ruin. naufr.*

SORDIDE, per sordes, *l.* 7. §. 2. D. *de administr. & peric. tut. l.* 3. §. 5. D. *de suspect. tut.* Sordide concionari, apud Ciceron. *ad Attic. lib.* 15. *epist.* 2. qui pecuniis se corrumpi patitur. *Sordide* facere: Sueton. *in Domitian. cap.* 9. proconsulatum gerere: Plin. *lib.* 3. *epist.* 9.

SORITES. Vid. σωρίτης.

SOROR. Ita Antistius Labeo dictam putabat, quod quasi seorsim nasceretur, separareturque ab ea domo, in qua esset, quemadmodum Gellius *lib.* 12. *cap.* 10. & Non. Marcellus tradunt. Mulier enim suæ familiæ caput & finis est, ut in *l.* 195. *in fin.* D. *de verb. signif.* traditur. Sororum autem aliæ consanguineæ sunt, aliæ uterinæ, *l. penult.* & *l. ult.* C. *de legit. hered.* quæ verba suis locis exponuntur. *Uterina* soror dicitur, quæ alio patre nata est, *l.* 13. §. *penult.* D. *de administr. & peric. tut.* vel, ut alibi, quæ diverso patre nata est, *l. ult.* D. *unde cognati.* Soror quoque per adoptionem fit, §. 2. *Inst. de nupt.* Est & soror patruelis, *l.* 2. C. *quor. legator.* id est, patrui filia. Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 11.

SORORIUS. Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio *sororiæ* adpellationis non decet, *l.* 19. *C. de episc. & cler.* quæ verba ita explicat Nicol. Henelius *Otio Uratislaw. cap.* 33. non oportet domi alere mulierem extraneam, quam, ut inhonestam cum ea consuetu-

 dine

dine velet, *fororem* adpellet. Cujac. *lib.* 2. *obferv. cap.* 23.

SORS pro conditione, in *l.* 1. §. 1. D. *de fuis & legit.* Sorte naturali, hoc eft, morte abfumi, *l.* 18. C. *de epifc. & cler.*

Sors, pro fortitione, in *l.* 4. *D. de judic. l.* 24. §. 17. D. *de fideic. libert.* vid. *Sortiri.*

Sors etiam adpellatur pecunia ipfa principalis, cui ufuræ accedunt, *l.* 24. D. *de ufufr. legat.* Græci κεφάλαιον & ἀρχαῖον dicitur. Donat. *in Terent. Adelph. Act.* 2. *fcen.* 2. fors eft fumma, cui extrinfecus adquiritur fœnus. Sic etiam fortes dicuntur, multitudinis numero, *l.* 95. §. 1. *D. ad Leg. Falcid.*

Sortes, pro fundis & poffeffionibus, in *l. ult. C. Th. de locat. fund.* Pro modo capitationis & fortium, *l.* 15. C. *Th. de annon.* Hinc & *fors* gravis, pro opimo prædio; *l.* 13. C. *Th. de fenat.* De forte hoc fignificatu plura leges in Gothofredi Comment. *ad d. l.* 15. ubi de Gothorum, Wandalorumque *fortibus* dictum ex medii ævi fcriptoribus. Confule etiam Commentar. ejufdem ad *d. l.* 13. *in fin.* & Du Frefne *in Gloffar. voc. fors.*

Sorti, id eft pœnæ, fubjicitur ex fuo admiffo: *l.* 26. *D. de pœn.*

SORTIRI, pro forte dirimere, in *l.* 5. *D. famil. ercifc. l.* 24. §. 17. D. *de fideicomm. libert.* Sic etiam forte dirimitur, in *l.* 14. *D. de judic.* & apud Quinctilian. *declam.* fortiti creditores: *l.* 10. §. 1. D. *quæ in fraud. credit.* Et hoc modo fortiri provincia dicitur, quæ forte vel fortitione deferebatur, *l.* 1. D. *de offic. quæftor.* Sorte nempe rem dirimebant Romani, quæ exitum aliter habere non poterat, *l.* 14. D. *de judic. l.* 24. §. 17. *D. de fideic. libert.* Non infrequens etiam illa inter milites, fi quid dividendum inter eos effet, quod commode dividi non poterat. Vopifc. *in Probo cap.* 8. Deinde in urnam milites juffit nomen fuum mittere, ut aliquis eum equum forte ductus acciperet. Unde illuftrari poteft fortitio militum fuper tunica Chrifti inconfutili. *Joann. XIX.* 24. Vid. Emund. Merill. *Not. ad Paffion. Chrifti p.* 41. Hein.

Sortiri pro obtinere, adipifci. Sortitus creditores: *l.* 12. C. *de donat. int. vir. & ux.* fortiri defenfores: *l.* 1. *C. ubi pet. tut.* fortiri filium dicitur, qui filium fufcepit: *l.* 3. §. 5. *de bonor. poff. contr. tab.* fortiri judicem: *l.* 17. §. 6. *D. ad leg. jul. de adult.* judicium: *l.* 8. C. *de judæis.* matrimonium: *l.* 18. *C. de inoff. teftam.* virum: *l.* 10. *C. de nupt.* uxorem & maritum: *l.* 8. *D. de fenator. l.* 20. §. 2. D. *de manum. vind.*

Sortito ad judicium vocabuntur, id eft, forte, vel per fortem: *l.* 2. C. *Th. de jurifdiction.*

SPADO. Eft autem *fpadonum* generalis adpellatio, eaque tam hi, qui natura fpadones funt, item thlibiæ, thlafiæ, caftrati: fed & fi quod aliud genus fpadonum eft, continentur, *l.* 128. D. *de verb. fignif. l.* 4. §. 2. D. *ad leg. Cornel. de ficar. l.* 39. D. *de jure dot.* Mamertin. in *Panegyr. Julian. cap.* 19. *extr.* Nec feminas tantum, fed fpadones quoque, quos quafi a confortio generis humani extorres ab utroque fexu, aut naturæ origo, aut corporis clades feparat. Spadones tamen nonnumquam a caftratis feparantur, §. 9. *Inft. de adoption. l.* 6. *in fin. l.* 7. D. *de ædilit. edict. l.* 14. *in fin.* D. *de manum. vindict. l.* 6. D. *de liber. & poftum.* Proprieque ac fpecialiter *fpadones* funt, qui valetudine aliqua præpediti, aut vitio corporali liberis operam dari

dari non possunt, *l.* 2. *&* 40. §. *ult. D. de adoption. l. 6.* D. *de liber. & postum.* Et ita Theophilus *ad* §. 9. *Inst. de adoption.* spadones definit: οἵτινές διά τι πάθος ἢ φύξιν ἐνοχλήσασαν τοῖς γονίμοις μορίοις παιδοποιεῖν κωλύονται. τούτου δὲ ἀπαλλαγέντες παιδοποιοῦσι, id est, qui propter vitium aliquod, aut frigiditatem membrorum genitalium liberis operam dare non possunt, sed eo sublato liberos suscipere possunt. Quod evenit plerumque ex contortione meatuum seminis, ut medici docent, quo vitio purgato generandi pristina vis restituitur. Itaque spado specialiter adpellatur, cui sterilitas, morbus, vitiumque corporis impedimento est, quominus generare possit, non item is, cui necessaria ad generandam pars corporis deest, ut in *l.* 7. D. *de ædilit. edict.*

Surculos etiam, qui nihil attulerint, ab agricolis *spadones* adpellari Columella *lib.* 3. *cap.* 10. ait. Quin & *spadonia mala* adpellata a conditione castrati seminis, tradit Plinius *lib.* 15. *cap.* 14. Idem sterilium spadonum speciem ait, eodem nomine adpellari, *lib.* 13. *cap.* 4.

SPATANGIUM, in *l. un. C. Th. de pretio piscis*, genus est echini maximum. Hesychius, σπατάγγαι, οἱ μεγάλοι ἐχῖνοι, οἱ θαλάσσιοι. Aristoteles 4 *hist. animal. c.* 4. *num.* 186. *p.* 454. ἀλλὰ δὲ δύο γένη (ἐχίνων) τό τε τῶν σπατάγων, καὶ τὸ τῶν καλουμένων βρίσσων (vel βρύτλων,) γίνονται δὲ οὗτοι πελάγιοι, καὶ σπάνιοι. ἔτι αἱ ἐχινομῆτραι καλούμεναι, μεγέθει πάντων μέγισται, id est; alia genera (echinorum) duo, alterum spatagorum, alterum brissorum: ii in alto agitant, atque infrequentiores sunt. Præterea echinometræ omnium maximæ. Cujus loci partem priorem allegat Athenæus *lib.* 3. *cap.* 12. qui addit, Spatangorum meminisse Sophronem: sed & Aristophanem *in Holcadibus*, his verbis: Δαρδάπτοντα, μιστύλλοντα, διαλείχοντα μου τὸν κάτω σπαταγγήν: id est, perfodientem, discindentem, lingentem inferiorem meum spatangem. Qui de piscibus scripserunt, memorant spatangum capi in insulis maris Ægæi: & rarius capi, quam alios echinos: sed quo majores, eo delicatiores existimari. Jac. Gothofr. *Commentar.* in *d. l. un. C. Th. de pret. pisc.*

SPARGERE æs, id est, projicere, *l.* 5. §. *ult. D. pro derelict.*

Spargi tutela, pro dividi, dicitur in *l.* 3. §. 6. D. *de administr. & per. tut.*

Spargere aquam equis, in *l.* 4. *pr.* D. *de his, qui not. infam.* quid sit, non adeo expeditum est. Alciatus vulgarem aliquam sparsionem ad recreandos equos comparatam intelligit, *lib. 6. parerg. cap.* 3. sed reprehenditur eo nomine a Phil. Rubenio, qui de sollemni quadam, & cum religione conjuncta sparsione, qua certaturi in ludis circensibus, sacris honorique deorum dicatis, equi lustrati prius, aqua e certo loco petita, spargebantur, eum locum accipiendum arbitratur, *lib.* 2. *Elect. cap.* 18. Priori tamen sententiæ accedit Brisson. *lib.* 2. *Select. Antiquit. cap.* 10.

SPATIARI, spatia facere & deambulare est, *l.* 7. *D. de servitut.* Et apud Sueton. in *Tib. cap.* 14. & apud Ovid. ibi: Quæ præbeat latas arbor spatiantibus umbras.

SPECERE, dispicere. Specienda hæc erunt, *l.* 8. §. 11. *D. mandati.*

SPECIALIS actio, actio singularum rerum petitionis dicitur, *l.* 8. *&* 28. §. 3. *l.* 37. *D. de rei vindic.* Et actionibus de uni-

versitate, *speciales* opponuntur, *l.* 54. D. *de hered. pet.* *l.* 3. C. *de praescript. 30. annor.* Aquae pluviae arcendae actio *specialis* est, de fluminibus & stillicidiis generalis, *l.* 1. §. 17. D. *de aqu. & aqu. pluv. arc.* sic & speciales in rem actiones ab hereditatis petitione separantur, *l.* 7. *C. de petit. hered.* ut & specialis curator & generalis, *l.* 28. *C. de jur. dot.* Specialis judex, pro judice dato & pedaneo, *l. ult. D. de offic. praet.* Specialia judicia generalibus opponuntur, in *l.* 38. *D. pro socio.*

SPECIALITER & generaliter opponuntur, *l.* 1. *D. quod jussu.*

SPECIES, apud Jurisconsultos singula corpora significat, *l.* 54. D. *de verbor. oblig.* Sic species & corpus pro eodem in *l.* 34. §. 3. 4. & 5. D. *de legat.* 1. Separaturque interdum a quantitate, id est, ab his, quae pondere, numero & mensura constant, *l.* 6. D. *de reb. credit. l.* 6. *D. de rei vindic. l.* 34. §. 5. D. *de legat.* 1. Quae tamen ipsa etiam certae speciei loco sunt, quum certo loco circumscribuntur, ac definiuntur: veluti si vinum, quod in apothecis est, pecunia, quae in arca est, legetur, vel promittatur, *l.* 30. *in fin. l.* 34. §. 3. D. *de legat.* 1.

Species etiam pro forma, qua corpus id esse agnoscitur, quod est, *l.* 7. D. *de supellect. legat. l.* 76. *D. de judic.*

Species pro annonariis corporibus seu quantitatibus, *l.* 10. & 12. *C. de sacros. l.* 1. & 2. *l. ult. C. de condit. in publ. horr.* sic species annonariae, in *l. ult. C. de collat. fundor. fiscal.* Veget. *lib.* 3. *cap.* 3. Sollers esse debet tractatus ut pabula, frumentum, ceteraeque annonariae species, quas a provincialibus consuetudo deposcit, maturius exigantur. Species indicae apud Paull. Diacon. *lib.* 17. *hist. miscell. p.* 529. unde & species ad vectigal pertinentes. Vid. *l.* 1. C. *de fabricens.*

Species pro praetextu, in *l.* 25. *D. de judic.* Si allegatur id, quod in se verum est, quod tamen pro caussa idonea non est admittendum, ut in *d. l.* & in *l.* 2. §. *ult.* D. *ne de stat. defunct.* & in *l.* 4. C. *de re judic.* Aliquando sub specie idem est ac sub colore, ut in *l.* 6. §. 3. D. *de offic. praesid.*

Species, pro eo, quod vulgo dicimus, casum, *l.* 4. D. *de nautic. foenore.* Sic species finita in auditorio principis: *l.* 18. D. *de minor.* species incidit: *l.* 2. D. *de reb. credit.*

SPECIOSAS personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus: item eorum, quae ornamentis senatoriis utuntur, *l.* 100. *D. de verbor. signif.*

SPECTABILIS, titulus est dignitatis, quo ornantur Praefectus Augustalis, Comes Orientis, proconsules & Vicarii, ut ex *l. un. C. de ratiocin. oper. publ. l. un. C. ut omn. judic. l.* 31. C. *de adpellation. l.* 3. *l. ult. C. de canon.* & ex *Notitia dignit. utriusq. Imperii* constat. Proconsul vir spectabilis dicitur in *l.* 4. *C. de advoc. divers. judic.* Ornantur & eo Duces, *l.* 36. *C. de adpellat. l.* 3. C. *de offic. milit. jud. l. ult.* C. *de offic. praet.* Tribuni, & notarii magistri scriniorum, Comites sacri consistorii, Comites domorum, Comites scholarum, Comites militares, item Castrensis, Tribunus notariorum & Silentiarii, *l. ult. C. de inoff. test. l.* 4. C. *de advocat. divers. judic.* teste eadem Notitia. Et ita spectabiles judices accipe in *l.* 32. *C. adpellat. l. ult.* C. *de mod. mulct. l. un. C. de annon. & capit. l.* 4. C. *de jurisd. omn. judic. l.* 11. *in*

in fin. l. 13. *C. de advoc. diverſ. judic.*

SPECTABILITAS autem inferior erat illuſtri dignitate. Eamque militiæ ſudore deterſis antiquitatem tribuiſſe Caſſiodorus *lib.* 2. *variar. epiſt.* 28. ſcribit.

SPECTARE, pro exſpectare, in *l.* 5. §. 11. *D. de his, qui effud. vel dejec.* & paſſim.

SPECULARIA adpellabantur, quibus lumen tranſmittebatur & ſol admittebatur in ædes, ut hodie per vitreamina & chartacea fit, *l.* 15. §. 6. D. *de uſufruct. l.* 12. §. 25. D. *de inſtruct. vel inſtrum. legat. l.* 9. §. 1. *D. quod vi aut clam.* Martial. *lib.* 8. *epigr.* 14. Hibernis objecta notis ſpecularia puros Admittunt ſoles & ſine fæce diem. Seneca *Epiſt.* 86. Quanto nunc aliquis ruſticitatis damnet Scipionem, quod non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerat. Idem *epiſt.* 90. Quædam noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, ut ſpeculariorum uſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen. Hæc ille: Muniebantur vero his *ſpecularibus* hyeme coenationes & diætæ adverſus ventorum imbriumque vim. Atque ita venti his excludebantur, ut tamen lumen habitantibus transfunderent. Fiebant vero hæc ex lapide quodam, quem hiſpania dabat, qui vitri modo pellucidus in quaslibet tenues cruſtas findebatur, ut Plinius *lib.* 36. *hiſt. nat. cap.* 12. & *lib.* 3. *cap.* 3. oſtendit.

SPECULARII artifices, qui vel poliebant ſpecula, vel ea parietibus includebant, *l. ult.* D. *de jur. immunit. l.* 1. *C. & l.* 2. *C. Theod. de excuſat. artif.* Add. Duker. *de Latinit. vet. juriſc. p.* 425. Hein.

SPECULATORES in *l.* 6. *v. pannicul. D. de bon. damnat.* & *l.* 7. C. *de cohortal. princ.* militum numero adſcribuntur, ſic dicti, quod eſſent in ſpeculis. Militum enim genus erat, qui ad hoc præcipue inſtituti erant, ut quod ait Feſtus, ſilentio hoſtilia perſpicerent. Quales Græci ὀπῆρας & σκοπὰς & κατασκόπους adpellant a ſpeculando. Nec vero hi explorandi tantum aut militiæ cauſſa habebantur, ſed & in eos, qui damnati erant, lege agebant, ut ex *l.* 6. *v. pannicul. D. de bon. damnat.* adparet, & D. Marcus *cap.* 6. *Evangel. v.* 17. narrat, Herodem ſpeculatorem miſiſſe, qui decollaret D. Joannem in carcere. Sicuti Sueton. in *Othon. cap.* 5. necem Galbæ quinque ſpeculatoribus commiſſam fuiſſe, ſcribit. Tacit. *lib.* 1. *hiſtor. cap.* 25. eadem de re agens: E libertis, inquit, Onomaſium futuro ſceleri præfecit, a quo Barbium Proculum teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium optionem eorumdem perductos &c. Et Poſſidonius *de vita Cypriani*: quum veniſſet, inquit, in eum locum, qui dicitur Seſtertius, expoliavit ſe birro, & tradidit carnificibus: tunicam vero tradidit diaconis, & ſtetit in linteis, exſpectans ſpeculatorem. Seneca *lib.* 1. *de ira cap.* 16. Tunc centurio, inquit, ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpeculatorem juſſit. Idem *lib.* 3. *de benefic. cap.* 25. Speculatoribus occurrit, nihil ſe deprecari, quominus imperata peragerent, dixit, & deinde cervicem porrexit. Unde *ſpeculatoria* apud Sueton. in *Caligul. cap.* 52. & Tertullian. *de corona milit. cap.* 1. Vide & Sueton. *in Claud. cap.* 35. & Jul. Firmic. *lib.* 8. *cap.* 26. Speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputant cervices. Quin & *ſpeculatorum* etiam opera in mittendis ad Senatum litteris uſus eſt Caligula Imp. apud Sueton. *cap.* 44.

SPECULUM parieti adfixum: *l.* 12. §. 25. *D. de instruct. vel instr. leg.* vel etiam quod mulier mundi caussa habuit: *l.* 19. §. 8. D. *de aur. argent. legat.* Et Celsus inquit, vino legato, etiamsi non sit legatum cum vasis, vasa quoque legata videri, non quia pars sint vini vasa, quemadmodum emblemata argenti, scyphorum forte vel *speculi*, *l.* 3. §. 1. D. *de tritic. vin. oleo legat.* Quum in synopsi Basilic. *lib.* 45. legatur: ϰ̀ τὰ σπέκλα τȣ̃ οἴνȣ, acute Salmasius ad *script. Histor. August. p.* 443. *speculi* irrepsisse putat, pro specula cubiculi, simulque erudite ostendit, parietes cubiculorum, insertis quadratis speculis exornatos fuisse. Sed minus necessaria videtur ea correctio. Quidni enim emblemata etiam fuerint speculorum, quum & hodie specula limbis pretiosis & affabre cælatis soleant includi. Vid. supra *in Emblema.* Hein.

SPECUS, locus est, ex quo despicitur. Unde & spectacula dicta, *l.* 1. §. 2. 3. *D. de rivis.* Sic accipitur, in *l.* 11. D. *de aqua & aqua pluv. l.* 3. D. *de rivis.* ex quibus adparet, per specum plerumque aquam veteres duxisse, quod tum necesse erat fieri, ut ex Vitruvio *lib.* 8. *cap.* 7. constat, quum medii montes erant inter moenia & caput fontis. *Specus* adeo excavatio terræ, per quam aqua per opertum ducitur, quod Græcis est aquam κατὰ διόπεραν ducere, *l.* 1. §. *ult. l.* 3. *pr. D. de rivis.* Cujac. *lib.* 16. *observ. cap.* 17. Itaque non male Ulpianus a *despiciendo specum* dictum putat; quod specus locus esset undique opertus & in profunditatem demersus. *Hirt. de bello Alexandr. cap.* 5. Alexandria est fere tota suffossa, specusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur. Idem *eod. lib.* specus perfossa aut suffossionibus aquæ ducendæ caussa. *Specus* per viam publicam facere, *l.* 2. §. 33. D. *ne quid in loc. publ.* specus fodiendæ cretæ caussa, *l.* 57. *D. de furtis.*

SPENDOPHORUS servus, *l.* 41. D. *de fideicomm. libert.*

SPERARE. Speratæ nuptiæ, *l.* 5. C. *de sponsal.* & *l.* 16. *C. de Episcop. aud.* eodem sensu quo *speratam* puellam Plautus dixit apud Varron. *lib.* 5. *de ling. lat. pr.* 66. pro ea, quam quis uxorem suam futuram sperat. Quid autem a *sperata* differat sponsa, explicant, quamquam diversimode, Anton. Hotomann. *de ritu nuptiar. cap.* 1. & Franc. Hotomann. *de sponsal. cap.* 3. quibus adde Alber. Gentil. *lib.* 2. *de nupt. cap.* 21. & Scipion. Gentil. *de donat. int. vir. & ux.*

Sperare pro timere, in *l.* 3. §. 6. D. *si cui plus, quam per leg. Falcid.* ut in illo noto Virgilii *Æneid. I. v.* 543. At sperato Deos memores fandi atque nefandi, & est ἀκυρολογία, cujus exemplum Ælius Donatus hoc adfert in barbarismo ex Virgil. *lib.* 4. *Æneid. v.* 419. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. *Sperare* enim dixit pro timere. Hæc Donatus. Attamen & hoc loco & in *d. l.* 3. D. *si cui plus.* exspectare potius significat. Priscian. *lib.* 8. *p.* 1179. *edit. Putschii.* ἐλπίζω non solum de bono illi dicunt, sed etiam de malo. Herodot. *lib.* 1. *Virgil.* 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Hæc Priscianus. Sic spes apud Terent. *in Phorm. Act.* 2. *scen.* 1. *v.* 13. Peregre rediens semper cogitat. Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ. Communia esse hæc: fieri posse: ut ne quid animo sit novum. Quidquid præter spem eve-

eveniat, omne id deputare esse in lucro. Spes igitur pro exspectatione apud Terentium, & *sperare* pro exspectare apud Ulpianum accipitur, in *l.* 13. *in fin.* D. *de damn. infect. qualitate ejus damni, quod contingere* speratur. Quod autem Priscianus apud Græcos ἐλπίζειν id significare ait, hoc exemplo confirmare libet ex Lysiæ κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας *orat.* 29. *p.* 480. *edit. Vanderheid.* τίς γὰρ ἄν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη, ἢ νομοθέτης ἤλπισεν, ἁμαρτήσεσθαι τινὰ τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν; Quis enim aut rhetor aliquando cogitavit, aut legislator speravit (vel timuit) civium aliquem fore, qui tanto se delicto contaminaret? Lucian. in *Tyrannicida Tom.* 1. *p.* 694. τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος, *futurorum malorum spei*, dixit. Horat. *lib.* 1. *epist.* 18. *v.* 80. Quod superest ævi, si quid superesse volunt di, Sit bona librorum, & provisæ frugis in annum Copia; ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ. Plures occurrunt hujus modi loci, ubi *sperare* vel metuere est, vel exspectare: veluti *l.* 46. D. *de rei vindicat. l.* 25. *C. Th. de petit. & ultro dat.* Sic & sperare inediam dixit Ammian. Marcellin. *lib.* 14. *cap.* 20. Add. Radulph. Forner. *lib.* 3. *rer. quotidian. cap.* 15. & Duker. *ad Florum lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 1.

Sperare aliquando credere significat. Sic *l.* 2. §. 1. C. *de summ. Trinit.* spiritum sanctum quem ex summo rerum parente & speramus & accipimus. Cujac. *lib.* 12. *observ. cap.* 26. & Donat. in Terent. *Eunuch. I.* 2. *v.* 3. & *Heautont. I.* 1. *in fin.* ubi ad verba Comici: Ac porro recte spero illum salvum tibi adfuturum esse: spero, inquit, pro credo usitatum est, sive de præsenti loquamur, sive de præterito.

SPHÆRISTERIUM, *l.* 16. D. *mandati.* Denotat autem primo locum rotundum, variis exercitationibus adcommodatum, ut Plinius indicat *lib.* 5. *epist.* 6. Deinde in specie locum, in quo pilæ ludo exercitabantur: σφαιρίζειν enim est pila ludere. Pancirol. *lib.* 1. *Variar. lection. cap.* 56.

SPICA illecta, in *l.* 30. §. 1. D. *de verb. signif.* est, quæ de messorum manu excidit, non autem, ut quidam existimant, *culmus*, qui radicibus segete ademta tenetur, & solo cohæret & pendet, nec est dejectus in messe, quem vocamus calamum. Septuag. interpretes Deuteronom. *cap.* 24. *v.* 19. Ἐάν ἀμήσης ἀμητὸν σὸν ἐν τῷ ἀγρῷ σου, καὶ ἐπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ σου, οὐκ ἐπαναστραφήσῃ λαβεῖν αὐτό· πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ ἔσται, ἵνα εὐλογήσῃ σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου. Ἐάν δὲ ἐλαιολογῇς, οὐκ ἐπαναστρέψεις καλαμίσασθαι τὰ ὀπίσω σου. quum metes messem tuam in agro tuo, si oblitus eris manipuli in agro ipso, ne revertitor ad accipiendum illum; pauperis, proselyti, pupilli & viduæ esto, ut benedicat tibi Jehova Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Quum excuties olivas tuas, ne ramos sigillatim recognoscito, postquam excusseris.

SPICILEGIUM est spicæ illectæ lectio. Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* & *lib.* 1. *de re rustic.* vide utique Deuteronom. *cap.* 23. & 24. Nam Deus advenis spicas illectas relinqui jubebat, quod humanitatis gratia factum docet Augustin. *lib.* 4. *de civit. Dei cap.* 8.

SPIRITUS, pro vita, aut anima. Cicero *lib.* 2. *de finib. cap.* 31. summorum officiorum in extremo spiritu conservatio. τελευταίας ἀναπνοάς, Gregor. Nazianzen. *in orat.* quæ στηλιτευτικὸς inscri-

cribitur, ut ἐσχάτην ἀνάπνοην. Euseb. *lib.* 4. *de vita Constantini.* Tacit. *lib.* 15. *annal. cap.* 51. Ad supremum usque spiritum. Sic & spiritum dimittere vel emittere: *l.* 18. *D. de reb. credit.*

Spiritu uno contineri dicuntur, quæ Græci ἡνωμένα & συμμερῆ vocant: ut homo lignum, lapis, *l.* 30. *pr.* D. *de usurp. & usucap.* Sed & quæ ex cohærentibus partibus, & una eademque compagine constant, veluti statua, *l.* 23. §. 5. D. *de rei vindic.*

Spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente & speramus & accipimus, *l.* 2. §. 1. *C. de summa Trinit.* Plura loca de Spiritu S. congessit & exposuit Jul. Pacius, *in Analysi Cod. n.* 14. *eod. tit.*

SPLENDIDISSIMUS. Sic Æmilium Papinianum vocat Justinianus, *l.* 1. *C. de vet. jur. enucl.* Quamvis vero alioquin hæc vox ad generis, ac natalium splendorem pertineat: Papinianum tamen id elogium doctrina atque ingenio meruisse, docet Ever. Otto *in Papiniano cap.* 2. Et sane eodem sensu hoc vocabulo utuntur sequioris ævi scriptores: Trebell. Pollio *in* 30. *tyrann. cap.* 13. Macriani junioris matrem, ait, fuisse nobilem, patrem tantum fortem & ad bellum paratum, & ab ultima militia in summum pervenientem ducatum & *splendore* sublimem. Vopisc. *in Probo cap.* 4. Volo in tanto habeas honore, quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant. Ad quem locum dixit Claud. Salmasius, *p.* 427. Hein.

SPOLIA adpellabantur pannicularia ea, quibus inductus erat quis, quum ad supplicium ducebatur, *l. penult.* D. *de bonis damnator.* Unde locum illum, in quo exui solebant, *spoliarium* adpellatum esse credit Brisson. Vid. infra spoliarium.

Immo distingui a pannicularibus videntur *spolia.* Illa sunt, quæ in custodiam receptus quis secum attulit; hæc quibus quis induitur, quum ad supplicium rapitur, *l.* 6 *pr.* D. *de bon. damnator.* ubi Ulpianus addit, *ut & ipsa adpellatio ostendit.* Spoliari enim dicuntur rei, a quibus supplicium sumitur. Liv. *lib.* 8. *c.* 32. Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 2. Procul dubio ergo in hac lege distinctio ante vocabulum *spolia* ponenda. Perrenon. *Animadv. I.* 13. Hein.

Spolia etiam, quæ cui latro abstulit, vocantur, in *l.* 31. *D. depositi.*

SPOLIARE pro diripere. *Spoliare* ædem sacram: *l.* 2. §. 6. D. *mandati.* cadavera: *l.* 3. §. 7. D. *de sepulcr. viol.* Spoliare se quoque conjuges per mutuum amorem dicuntur, *l.* 9. D. *de donat. int. vir. & ux.* Spoliare pupillum: *l.* 2. *D. pro emtor.* servum: *l.* 14. §. 2. D. *de præscript. verb.* spoliatus a latronibus: *l.* 26. §. 6. D. *mandati.* Sed & *Spoliare* sensu licito sumitur, ut cum Magistratus inobedientes militiæ cingulo seu dignitatis honore quem spoliari dicuntur, *l. ult. in fin. C. de interdict.*

SPOLIARIUM, locus ubi gladiatores exuebantur. Plinius *in panegyr. cap.* 36. Nunc templum, nunc vere Deus, non spoliarium civium cruentarumque prædarum sævum receptaculum. Lamprid. *in Commodo cap.* 19. Gladiatoris cadaver trahatur: gladiatoris in spoliario ponatur. Senec. *epist.* 93. Numquid aliquem tam cupidum esse vitæ putas, ut jugulari in spoliario, quam in arena malit. Seneca *de provident. cap.* 3. Videant largum in foro sanguinem, & supra Servilium lacum, (id enim

enim proſcriptionis Julianæ ſpoliarium eſt,) ſenatorum capita & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, ubi vid. Lipſ. *in not. & Saturnal. lib. I.* 18.

SPOLIUM ex mente juris canonici eſt iniqua privatio poſſeſſionis vel quaſi, quomodocumque facta. Remedium recuperandæ poſſeſſionis de jure Digeſtorum præſupponebat dejectionem violentam de re immobili. Jure codicis extenſum hoc remedium eſt ad quamcumque iniquam privationem poſſeſſionis alterius, ſine vi licet factam, *l.* 5. *l. fin.* C. *unde vi. l. fin. C. de adquir. poſſeſſ.* Neque tantum ad veram, ſed etiam ad quaſi poſſeſſionem verum incorporalium & quorumcumque jurium hoc interdictum extenſum, id quod maxime per jus canonicum ad jura eccleſiaſtica adplicatum eſt. *Spoliatus* itaque dicitur, qui qualicumque poſſeſſione vel quaſi inique eſt privatus, quod per exempla declarandum, ut inde adpareat, quam late hoc remedium extenſum ſit. Ita (1) Judex ſpoliare dicitur, qui de facto, & inverſo ordine procedit: *c.* 7. *decretal. de reſtitutione ſpoliatorum* (2) Si uxor a marito divertit, maritus ſpoliatus dicitur, *c.* 8. *eod. tit.* modo legitimo matrimonio traducta fuerit in domum mariti: *c.* 12. *eod. tit.* (3) Mulier ſpoliata eſt, quæ a marito expulſa, & domo ejecta eſt: *c.* 10. *&* 12. *eod. tit.* (4) qui beneficio ſeu juri ſuo renunciare per vim vel inique coactus eſt: *c.* 2. *&* 3. *eod. tit.* (5) quibus denegantur penſiones, in quarum perceptione hactenus fuere; *c.* 9. *eod. tit.* (6) qui excluduntur ab electionibus, quibus hactenus interfuere: *c.* 3. *decretal. de cauſſ. poſſeſſ. & propriet.* (7) qui illicite extra parochiam, vel ubi ſepultura facienda erat, cadaver intulerunt ſpolium admittunt: *c.* 6. *decretal. de ſepultur.* Spoliati denique ſunt (8) qui exciderunt poſſeſſione ex contractu invalido vel alias nullo. Immo (9) interpretes *ad c. redintegranda* ſpolium extendunt ita, ut non tantum rei immobilis, ſed etiam mobilis poſſeſſione privatum reſtituendum eſſe cenſeant, quod jure civili non aliter permittitur, quam quatenus ut rerum immobilium acceſſoria conſiderantur, & ita in conſequentiam quoque de earum reſtitutione agitur, *l.* 1. §. 6. 7. D. *de vi & vi armata.* non vero principaliter. Neque ex *cit. c. redintegranda* contrarium in rei veritate colligi poteſt, quod ſententiam interdicti *unde vi* duntaxat adplicat ad caſum adductum, quamvis erronea Dd. interpretatio in praxi uſitata ſit, teſte Zieglero *in diſſ. ad c. redintegranda. c.* 6. §. 4. Hoc ubi introductum, *actio ſpolii* latiſſime extenſa & praxis ejus admodum aucta eſt. Facilius contingit, ut res mobiles alicui auferantur, quam immobiles, in quibus occupandis major vis requiritur, & graviora intervenire poſſunt impedimenta, quam in mobilibus. Neque enim deprædatio, rapina aut furtum hic ſemper requiritur, vel dolus deſideratur: ſub prætextu juris res mobiles diripi vel clanculum auferri poſſunt: etiam error, culpa, vel temeraria præſumtio ſpolio rerum mobilium anſam dare poſſunt, §. 1. *Inſt. de vi bonor. rapt.* Anton. Faber. *in* C. *lib.* 1. *tit.* 10. *defin.* 11. *n.* 2. adeoque ſpolium per ſe non importat infamiam aut maculam, ſed cauſſa ejus, docente Carpzovio *lib.* 1. *reſponſ.* 3. *n.* 3. Spoliationis autem quæſtio, ut dicitur in *c.* 2. *decretal. de ord. cognit.* poteſt objici vel *in modum actionis* ad reſtitutionem petendam, vel

vel in *forma exceptionis* ad intentionem adversarii repellendam. Si per modum actionis *spolium* in judicio deducitur, summarie utique agitur, nec reus audiendus, si actorem *reconvenire* velit, nisi super quæstione spoliationis, *c. fin. decretal. de ordin. cognit.* quia hac reconventione caussa conventionis haud differtur. Præterea nulla eidem opponi potest exceptio, quæ petitorium tangit, veluti dominii: *c.* 1. *decretal. de restitut. spol.* renunciationis, *c.* 2. 3. *eod. tit.* quod canonice haud sit institutus *c.* 5. *eod. tit.* quod crimen commiserit: *c.* 1. 6. *eod. tit.* Et hoc est, quod dici solet, spoliatum ante omnia restituendum, h. e. nulla exceptione, vel objectione audita: sufficit quod actor spoliatus sit, *l.* 1. §. 30. D. *de vi & vi arm.* Adeo sane leges odio habent improbantque *spolium*, ut prædo etiam secundum rigorem juris sit restituendus, *c.* 5. *in fin. decretal. de restit. spol. l.* 12. & 18. D. *de adquir. vel amitt. possess.* quia nec exceptio spolii ante commissi admittenda, sed simpliciter ultima vis attenditur. Proinde actor cautus esse debet, ne exceptionibus objectis respondeat, quamvis, quod *obiter* & tantum pro *colorando possessorio* fieri solet, non attendatur. Interim probandum est *spolium* per testes vel alio modo: quo facto, de rebus amissis earumque æstimatione, salva moderatione judicis, actoris juramento standum: *c.* 15. *decretal. de restitut. spol.* Denique etiam fructus intermedii temporis percepti & percipiendi cum omni reliquo damno restituendi sunt: *c.* 51. *decretal. de adpellat. c.* 11. *de restit. spol.* Qui de spolio excipit, adversarii intentionem repellere intendit: *c.* 2. *decretal. de ordin. cognit.* Etenim (a) exceptio spolii spoliatori, contra spoliatum ex quacumque caussa agenti, opponi potest, nisi de caussa ecclesiastica egerit: *c.* 1. *eod. tit. in* 6. De tertii *spolio* autem excipere nequit reus, nisi in criminalibus, si probaverit, se tota sua substantia vel majori ejus parte per violentiam destitutum: *cit. c.* 1. (b) Illo casu vero spolium probandum intra 15 dies, a tempore, quo objectum est, computandos: *cit. c.* 1. (c) Ad hunc effectum autem opponitur, ut actor prius non audiatur, quam restituto ad obolum spolio. Quocirca (d) si hoc reus obtinuit, restitutionem per executionem urgere nequit: *c.* 2. *in fin. decretal. de ordin. cognit.*

SPONDERE. Verbum hoc in stipulationibus sollemne, *l.* 19. §. 2. *D. de ædilit. edict.* & permultis aliis locis. Ex mandato etiam spopondisse, adparet ex *l.* 6. §. *ult. l.* 21. 46. & 52. D. *mandat.* Exstat quoque spondendi formula, *l.* 40. D. *de reb. cred. l.* 20. §. 1. *D. de donation. l.* 2. §. 3. *l.* 33. *princ.* D. *eod. tit.* Sic in fidejussione idem verbum usurpatur, *l.* 52. D. *mandati. l.* 16. *pr. l.* 49. D. *de fidejussor.* Pactis æque ac stipulationibus commune esse, docet *l.* 7. §. 12. D. *de pact.* Spopondisse etiam quis dicitur, licet obligatio sequuta non sit, *l.* 24. *D. de statulib.*

SPONSALIA, sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum, *l.* 1. D. *de sponsalib.* a spondendo, quod scilicet olim per sponsionem contraherentur, quum veteribus moris esset, futuras sibi uxores spondere & stipulari, *l.* 2. D. *eod. tit.* ut & Varro *lib.* 5. D. *ling. lat.* & Gellius ex Servio Sulpicio *lib.* 4. *cap.* 4. scribunt. Sponsalia facere. Ovid. *Heroid. Epist.* 19. Cic. *ad Attic. lib.* 6. *epist.* 6. Sed a *Sponsu* differebat *Sperata* virgo, quando spes spon-

ſponſalium ineundorum concepta ſaltem erat, alia itemque pacta, cum de futuris nuptiis eorumque conditionibus conventum erat; ex quo quidem pacto vis obligandi haud naſcebatur, ſicut e ſponſione ſollemni qua demum dicebatur ſponſa. Tametſi in ſequentibus temporibus obtinuerit ut ſponſalia quoque dicerentur, quæ nudo conſenſu fierent. Ait enim Ulpianus in *l.* 4. D. *de ſponſal.* Sufficit nudus conſenſus ad conſtituenda ſponſalia; denique conſtat, & abſenti abſentem deſponderi poſſe. Definitio autem ſponſalium ſupra ex jure civili allata cum *c.* 3. *cauſ.* 30. *qu.* 5. & *cap.* 2. *decretal. tit. de ſponſalib.* conſentit. Ex illa autem adparet jure civili non alia proprie dici ſponſalia quam de futuro matrimonio. Attamen ſponſalium duo genera ſtatuit jus canonicum quorum aliud ſingulari ſignificatu de *præſenti*, aliud ſignificatu huic oppoſito de *futuro* nuncupant. Et Sponſalia de præſenti adpellantur, quæ per verba de præſenti fiunt, quæ nempe ſunt mutuus in præſens conjugium conſenſus citra intentionem ſtatim cohabitandi & ritu eccleſiaſtico matrimonium in præſens perficiendi, ſed eam adhuc differendi. Etſi autem in hujuſmodi negotio ubi conſenſus in præſens conjugium intervenit, ipſum deprehendatur matrimonium, ut conſtat ex *c.* 14. *decretal. de converſ. conjug. c.* 22. & 31. *de ſponſal.* dicuntur tamen adhuc ſponſalia, quod deſit vera intentio ritu eccleſiaſtico edendi conſenſum conjugalem; ſed hic tantum privatim edatur, veluti ſi ſponſus dixerit: quod mulierem ab eo tempore pro conjuge tenere & ei ſicut uxori quæ fidem ſervare vellet, *c.* 14. 9. 31. & 32. *decretal. de ſponſalib. c.* 14. *de converſ. conjug. c.* 3. *decretal. de ſponſal. duor.* Idcirco in *c.* 31. *decretal. de præſumt.* occurrit mentio *ſponſæ*, in quam juvenis per verba de præſenti conſenſit, & ipſe actus dicitur deſponſatio per verba de præſenti in *c.* 22. *de ſponſal. c.* 4. *de deſponſ. duor.* Inde interpretes talem promiſſionem dixere *ſponſalia de præſenti*, quæ, ut ait, Caniſius *ad tit. ſponſal. n.* 9. licet verum matrimonium ſint, tamen ideo ſponſalium nomen adhuc retinent, quod ea uxor cum effectu non intelligatur, quæ in viri domum nondum traducta & cognita eſt. Quamquam igitur talia ſponſalia matrimonium inducere dicantur, quoad indiſſolubilitatem, reale tamen matrimonium non conſtituunt, ſed adhuc diſſolvi poſſunt per ingreſſum in religionem §. 7. & 14. *de ſponſal.* qui reale matrimonium, ritu eccleſiaſtico conſummatum non ſolvit, *c.* 12. *eod. tit.* Dicuntur vero *clandeſtinum matrimonium* quod *ratum & verum* eſt juxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 1. Quia autem ejuſmodi *ſponſalia* verum inducere dicuntur matrimonium, inde eſt (1) quod delatum juramentum quidem pro his ſed non contra ea admittatur: *c.* 34. *decretal. de jurejur.* (2) tranſactio ad ea diſſolvenda non permittatur: *c. fin. decretal. de tranſact.* (3) quod mutuo diſſenſu diſſolvi nequeant: *c.* 31. *decretal. de ſponſal. c.* 3. *de ſponſal. duor.* ſed præciſe obligent: (4) quod non admittant reſtitutionem in integrum ex capite ætatis: (5) quod ſponſalia de futuro per concubitum tranſeant in ſponſalia de præſenti: *c.* 30. *de ſponſal.* (6) quod poſteriora de præſenti præferentur prioribus de futuro: *c.* 3. *de ſponſ. duor.*

Sponſalia præbere, apud Cic. *ad Quint. frat. epiſt.* 6. eſt præbere convivium ſponſalitium.

Spon-

SPONSALITIA pro ipsis arrhis sponsalitiis dicuntur, in *rubr. C. si rector. provinc. vel ad eum pertin. sponsal. deder.*

SPONSARE, pro sponsalia contrahere dixit Paullus, in *l.* 38. *pr. D. de rit. nupt.* de cujus verbi latinitate vid. Ducker *de latin. vet. ictor. p.* 402.

SPONSIO, non ea tantum, quæ per sponsus interrogationem fit, sed omnis promissio continetur; id est, non ea tantum dicitur sponsio, quæ fit verbis *spondesne? spondeo*, sed & omnis alia stipulatio & promissio, quibuscumque verbis utantur contrahentes, modo respondeatur congrue. Hein.

Sponsionem facere, in *l.* 3. D. *de aleator.* & *l. penult. C.* de aleæ lusu, significat, stipulatione pignoreve deposito contendere, ut qui ex certamine superior discedat, pecuniam in stipulatum deductam pignorive depositam ferat. Macrob. *Saturn. lib.* 3. *cap.* 17. Nec moratus sponsione contendit, pignus custodiente Munatio Planco. Seneca *lib.* 5. *controv. p.* 194. Adolescens speciosus sponsionem fecit, muliebri veste se exiturum in publicum. Sic & sponsionis caussa anulos depositos accipe in *l.* 19. §. *ult.* D. *de præscript. verb.* qui in hoc ex conventione depositi erant, ut a victore aufferentur. Nam in sponsionibus, anulorum pignoribus olim certatum esse Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. *docet.*

Quin etiam litigatores olim *sponsionem* facere certæ pecuniæ solebant, quæ ejus lucro cederet, qui judicio vicisset. Cujus rei caussa vice mutua stipulationes interponi solebant. Testimoniis quoniam a Budæo satis multa congesta sunt, uti superfluum est. Vid. Cic. *lib.* 7. *ad divers. epist.* 21.

Papinianus legem definit communem reipublicæ sponsionem, *l.* 1. D. *de legib.* exprimere ut videtur volens vim verborum Græcorum πόλεως συνθήκη κοινή, quibus Demosthenes in legis definitione, ut est in *l.* 2. D. *eod. tit.* relatum & Aristoteles in eadem re *lib.* 3. *Politic.* usi sunt.

SPONSUS, *us*, pro sponsione, *l.* 19. §. 2. D. *de ædilit. edict. l.* 7. *D. de verb. signif.*

Sponsus, *i.* qui nondum maritus est, sed cum quo sponsalia celebrata sunt, *l.* 1. D. *de jur. dot.* Sponte videtur esse πλεοναςικὸν in *l.* 5. *C. si cert. pet.*

SPORTA, calathus est de vimine textus, *l.* 3. §. *ult.* D. *de pen. legat.* In sportis etiam pecuniæ condi solebant, ut Ascon. Pædian. *in proem. Act. in Verr. p.* 50. scribit.

SPORTULAS Romani adpellarunt tam stipes illas, quas salutatoribus, qui prima luce in atrium convenire salutandi caussa solebant, dabantur, quam cœnas & convivia, quæ ejus officii nomine præstabantur. Vetus Glossarium: Sportulæ, τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια.

Sportulæ etiam adpellabantur erogationes illæ, quæ in ordinem decurionum fiebant, *l.* 5. §. 17. D. *de donat. int. vir.* & *ux. l.* 6. §. 1. D. *de decurion.* ut & ex Plinio *lib.* 10. *epist.* 117. adparet.

Sed & pecuniæ illæ, quæ judicibus vel exsequutoribus litium ac negotiorum pro salario dabantur, *sportulæ* sunt adpellatæ, *rubr. C. de sportul. judic.* & alibi passim. Vetus Glossar. Græcum: Sportulæ, τὰ διδόμενα τοῖς ἐκβιβαςαῖς σαλάρια, δὲ τὰ διδόμενα τοῖς συνηγόροις. Scholiast. Aristophan. in illud ἐν νεφέλαις, θές μοι πρυτανεῖα, ait, πρυτανεῖα Græcis fuisse, quod apud Romanos sportulas adpellant.

Spor-

Sportulæ item pro salariis annuis in *l.* 220. *D. de legat.* 1. nisi cui placeat magis, municipales erogationes interpretari. Quo sensu in antiquis inscriptionibus hoc verbum aliquoties accipitur, Cujac. ad *l.* 120. *princ.* D. *de legat.* 1. sportulas interpretatur, alimenta pueris, puellis, sacerdotibus de certis fundorum reditibus constituta.

SPURCARE aquam, *l.* 1. §. 1. D. *de extraord. crim.* vinum: *l.* 17. §. 15. D. *ad leg. Aquil.* Budæus interpretatur, aqua infusa diluit. Vinum equidem *spurcum* dilatum & vitiatum aqua infusa recte dici testatur Festus *lib.* 17. Vid. Forcat. *in pen. jur. civ. cap.* 9. Spurcum vinum in sacris puro opponi docuit Brisson. *lib.* 1. *de formul. Pop. Rom. c.* 40.

SPURIUS adpellatur, qui vulgo quæsitus, & patre incerto natus est, quasi σποράδην natus, §. 12. *in fin. Inst. de nupt. l.* 23. *D. de stat. hom.* & passim Ulpian. *tit.* 4. *regul.* §. 2. Quo matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurii adpellantur. Itemque vulgo conceptos spurios esse *tit.* 5. §. 7. scribit. Quos & Favonios antiquitus dictos Isidor. *lib.* 9. *Etymol. cap.* 5. notat. Vet. Gloffar. πορνογενεῖς interpretatur. Differebant ergo spurii a naturalibus, quod hi a concubina vel vidua aut virgine stuprata, illi ex meretrice. Franc. Hottoman. *de spur. & legitim. II. p.* 474. Et *spurios* antiquitas levis notæ macula vulgus adspergebat, naturales vero participes erant omnium jurium publicorum, honorumque capaces, ceu contra Jac. Gothofredum luculenter ostendit Thomas. *de usu pract. doctrinæ Inst. de legitim. I.* 3. *p.* 3. *sequ.* & ex inscriptione apud Gruter p. CCCCXXXIV. 4. patet, in qua C. Mamercius Januarius quamvis S. P. i. e. sine patre filius, tamen in colonia sua Quæstor. Ædilis, Prætor, & Duumvir. Quinquennalis iterum fuisse dicitur.

Ex libera etiam conceptum & servo, velut spurium haberi, aiunt Imperatores in *l.* 6. D. *de suis & legitim.* propterea quod ei licet certus pater est, is tamen est, qui justus pater esse non potuit. Item apud Apuleium *lib.* 6. *Metam. p.* 117. ex nuptiis, cum ancilla absque patris auctoritate a filio familias contractis, procreati spurii vocantur. Pro *spuriis* habentur etiam ex incestis nuptiis procreati liberi, *l.* 1. *C. Theod. de incest. nupt.*

STABULARIUM, pro prætio mansionis. Apuleius *lib.* 2. *de Asin. aur.* Sumo, ait, sarcinulam, & stabulario persoluto capessimus viam.

STABULARIUS, qui stabulam exercet, tectoque viatores vel commessatores recipit. Seneca *lib.* 1. *de benef. cap.* 13. Nemo, ait, se stabularii aut cauponis hospitem judicat. Tertullian. in *Apologet. cap.* 39. Saliis cœnaturis creditor erat necessarius. Herculanarum decimarum pollunctorum sumtus stabularii supputabunt. Ubi tamen Rhenanus sine ratione, *tabularii* emendat.

Stabularii tamen proprie sunt, qui jumenta apud se stabulari permittunt, *l.* 1. §. 5. *l.* 5. *l. ult. naut. caup. & stabul. l.* 1. *de furt. adverf. naut.* & alibi.

STABULUM, locum ad stationem jumentorum paratum significat, *l.* 17. §. 2. D. *de act. emt.*

Stabulum, etiam ad hominum mansionem constitutum diversorium significat, *l.* 1. *in fin. D. furti adverf. naut.* de quo etiam in *l.* 4. D. *in quib. causf. pign. & l.* 198. *D. de verb. signif.* intelligunt. Unde *stabulum* πανδοχεῖον vertit Theophilus in §. *ult. Inst.* de

de obligat. quæ quasi ex delict. Cyprianus *lib.* 3. *epist.* 13. Aut si, inquit, in via *stabulum* aliquod obsideri & teneri a latronibus cœperit, ut quisquis ingressus fuerit, insidentium illic infestatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta stabula alia adpetant tutiora, ubi sunt fida hospitia & receptacula commeantibus tuta? Plin. *lib.* 6. *epist.* 19. Urbem Italiamque non pro patria, sed pro hospitio, aut stabulo. Sic quoque apud Apuleium *lib.* 1. & 10. *de asino aureo.* Spartian. *in Severo cap.* 1. Dormienti etiam in stabulo serpens caput cinxit. Inde locarium, quod datur in stabulo aut taberna, ubi consistunt, stabularium dicitur.

STADIUM. Stadia in civitatibus esse dicuntur, §. 6. *Inst. de rer. divis.* Est autem duplex stadiorum adpellatio. Primo enim mensuræ genus est, in limitibus agrorum metiendis comparatum, octava milliarii pars & passibus 125. constans, quod hoc nomine venit. Deinde

Etiam *stadia* dicuntur certantium & cursorum, quibus erat area quadrata in agone destinata, quam alii ducentis, alii quadringentis, alii mille pedibus metiebantur quo posteriore significatu vox hæc procul dubio intelligenda est, in §. 6. *Inst. de rer. divis.* Pancirol. *lib.* 1. *variar. lect. cap.* 46. & 65.

STARE, consistere. Sic *stare* dicitur exceptio: *l.* 19. *D. SC. Macedon.*

Stare, satisfacere, servare, ratum habere. *Stare* colono: *l.* 9. *C. de locat. & conduct.* conventioni: *l.* 18. *D. de jurisdict.* divisioni: *l.* 21. §. [illegible]. *D. de recept. arbitr.*

Stare per aliquem dicitur, qui in caussa est, quo minus quid fiat, *l.* 21. §. 3. D. *de act. emt.*

Stantes fructus, id est, pendentes, *l.* 27. D. *de usufruct.*

Stare etiam advocati dicuntur, *l.* 6. *in fin. C. de postulando.*

STATIM varie in jure accipitur, *l.* 25. §. 10. D. *de auro argent. legat. l.* 35. §. 1. D. *de verb. oblig.*

Statim id est, ab initio, *pr. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.*

STATIO, locus, ubi quid statuitur, vel stat. Sic stationem navium Ulpianus interpretatur, ubi tuto naves stare possint, *l.* 1. §. 12. *in fin. D. de flumin.* Eodemque significatu *stationis* verbum usurpat Cæsar *lib.* 3. *de bell. civil. cap.* 6. & 8. & *lib.* 2. *cap.* 23. & Hist. *de bello Alexandrin. cap.* 19. Sic apud Virgil. *lib.* 2. *Æneid. v.* 23. Statio male fida carinis. & *lib.* 4. *Georg. v.* 421. Statio tutissima nautis. Inde & portus stationem conclusam, idem Ulpianus dixit, *l.* 59. D. *de verb. signif.*

Statio militum, id est, milites ipsi certo loco positi, *l.* 3. §. 5. D. *de re milit.* Plin. *lib.* 10. *epist,* 16. Stationes autem militum in provinciis quietis, & pacis curam gerebant, facinorososque judici sistebant. Unde etiam *curiosi* interdum vocantur. De quo Tertullian. in *Apologet. cap.* 2. Latronibus investigandis, ait, per multas provincias militaris statio sortitur. Stationes autem militum per Italiam disposuisse Tiberium, Sueton. *in Tiber. cap.* 37. scribit. Immo ante Tiberium Augustus grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuerat, teste eodem Sueton, in *Augusto cap.* 32. Unde *stationarii* milites de quibus infra.

Stationes etiam dicebantur, quo homines convenire, stare, & in circulo cogi consueverant, *l.* 7. §. 13. *D. quib. ex causs. in poss.* Plin. *lib.* 1. *epist.* 13. Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt.

runt. Idem *lib. 2. epist. 9.* Itaque prehendo amicos, supplico, ambio, domos stationesque circumeo. Juvenal. *Sat. 11. v. 3.* Convictus thermæ, stationes, omne theatrum. Ulpianus in *l. 15. §. 7. D. de injur.* Si ad stationem vel tabernam ventum sit. Vide etiam quæ de eo verbo ipse dixit Brissonius *lib. 2. Select. Antiquit. cap. 12.*

Memorantur etiam stationes fiscales, *l. 3. C. de compensat l. 1. C. ne fisc. rem, quam vend. evinc. l. 19. C. Theod. de susceptor.* Statio Germanorum apud Sueton. in *Neron. cap. 34.* jumentorum : *l. 13. in fin.* D. *de usufruct.* tabellionum *Novell. 44.*

STATIONARII milites, in stationibus positi, *l. 1. §. 12. D. de offic. præf. urb. l. penult. D. de fugitiv. l. 8. C. de accusat. l. 6. §. 3. D. ad SC. Turpill. l. 5. C. de vectigal. l. 6. C. de dignit. l. 2. de cohortal.* Add. Ev. Otton. *de tutel. viar.*

Stationariorum nomine etiam adparitores præsidum per provincias constituti significantur, qui notoriis crimina nunciare Præsidibus solebant, ut adparet ex *l. 1. C. de curios. & stationar.*

STATIVA *rubr. tit. C. de tract. & stativ.* dicuntur diversoria, in quibus qui jussu Principis cursu publico utuntur, & equos publicos sumere & cibum capere sumtu publico solent. Stativa Eustathius ἀλλαγὰς interpretatur & recte Cujac. *ad l. 1. C. dict. tit.*

STATORES in *l. 10. D. ex quib. causs. major.* interpretatur Baronius ministros proconsulum ac præsidum, qui ad coercendos & carceri mancipandos reos ipsis aderant atque adstabant. Vid. Ferdin. Ariam de Mesa *lib. 3. variar. resolut. cap. 44. n. 26.* Add. Reines. *Class. 1. inscript. 19. p. 45.* & Joseph. Scaliger. *comment. ad Priapeia carm. 52.*

STATUA. Principum statuas his, qui ad eas confugissent, tutissimum asylum fuisse, *lib. 4. Antiquit. Select. cap. 2.* ipse Brisson. docuit. Inde ad statuam confugere, id est, ad statuam Cæsaris, legimus *l. 2. D. de his, qui sui, vel al. jur.* & aliis multis locis. Sueton. *in Tib. cap. 53.* Novissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitum confugere velle, Pandatariam relegavit. Plin. *lib. 10. epist. 16.* Miles, qui est in statione Nicomediensi, scripsit mihi, Callidromum quemdam nomine quum detineretur a pistoribus, quibus operas suas locaverat, ad tuam statuam confugisse.

Sunt & *Statuæ* in alicujus honorem positæ, vel ornandi municipii caussa, *l. 29. D de reb. auctor. jud. possid.* Item statuæ in monumento positæ : *l. 27. D. de injur. l. 2. D. de sepulcr. viol.* Statuæ relegatorum vel deportatorum ob crimen majestatis detrahendæ sunt. Ita Modestinus, in *l. 24. D. de pœnis.* Ritum hunc eleganter illustrat Jac. Durantius Caselius *Variar. II. 16.* quocum jungi possunt, quæ supra ex Heineccio sunt allata in verbo *memoria.*

STATUARII, *l. 1. C. de excus. artif.* Græcis ἀνδριοπλάσαι, simulacrorum fictores.

STATUERE, & pronunciare promiscue dicere solemus eos qui jus habent cognoscendi, *l. 46. D. de verb. signif.*

Statuere & statuta proprie ad prætorem & jus dicentem pertinent secundum sententias edicti, *l. 2. D. quod quisq. jur. in ult.* Sed & princeps *statuere* dicitur, *l. 1. C. quib. ex causs. servit.*

Statuere alias constituere & præscribere est. Sic : Statuere actionem,

nem, *l.* 23. §. *ult. D. de condict. indeb.* Vid. infra *statuti.*

STATULIBER adpellatur, qui ex die vel sub conditione testamento liber esse jussus est. Ulpian. *tit.* 2. *regul.* §. 1. *& seq. l.* 1. *& tot. tit. de statulib.* Statulibero implicitum esse casum libertatis, ait *l. ult.* D. *si ex noxal. causs.*

STATURA militaris, *l.* 9. C. *Theod. de desertor. & occultat.* & *l.* 9. *C. Theod. de re milit. l.* 13. C. *Theod. de divers. offic. l.* 13. *C. Th. de tiron* ubi Jac. Gothofred. De statura militari præter Vegetium egit etiam Rudulph. Forner. *lib.* 5. *rer. quotid. cap.* 16.

STATUS hominum in jure nostro spectatur aliquis, ratio cujus sunt juris alicujus participes. Et quatenus servi nullius juris civilis participes sunt, ea ratione *statum* non habere dicuntur, ideo in libertatem perducti mutare statum non videntur, *l.* 3. §. *ult. l.* 4. D. *de capite minut.* Unde caussæ *status*, pro liberalibus judiciis, quibus ex libertate in servitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem quis petitur, *l.* 8. §. 2. D. *rat. rem hab. l.* 1. C. *de offic. prætor. l.* 39. §. 5. *D. de procurat. l.* 1. §. 7. D. *de tab. exhib. l.* 6. *C.* de *fid. instrum. l.* 3. C. *de ordin. cognit.* & alias sæpe. Instrumenta status, quibus ingenuitas vel manumissio probari potest, *l.* 8. D. *quod met. causs.* Statum mutare dicuntur omnes liberi, qui vel libertatem vel civitatem vel familiæ jus amittunt, *l.* 2. *D. de in integr. restit. l.* 1. D. *de capit. minut. l.* 9. §. 4. D. *de minorib. l.* 29. *C. de liberal. causs.*

Statum quoque ætatis dicimus, *l. pen. C. quand. dies legat. ced.* Et inde verba hæc: *Quum ad statum suum pervenerit*, sic accipimus, quum vicesimum quintum annum attigerit, *l.* 77. §. 14. *D. de legat.* 2.

STATUTI, in *l.* 9. C. *de Advocat. divers. iudic.* dicuntur ordinarii (advocati) & matriculæ inserti, quibus opponuntur supernumerarii, *l.* 5. *&* 8. *C. eod. tit. & in l. ult.* quam non intellexit Bartolus. Simili sensu *statuti* dicuntur in scholis militum, quasi in actu jam constituti & positi, & qui officio suo jam intra scholas militum fungebantur, *l.* 15. *&* 17. *C. Theod. de palatin. l. ult. C. Th. de Agent. l.* 2. *C. Th. de castrensian.*

STATUTUM, ut statuere ad prætorem & jus dicentem proprie pertinet, ut supra in *statuere* probatum est. Dicitur tamen etiam de jure communi, *l.* 6. *&* 12. C. *de his, qui accus. non poss.* & de constitutione principis, *l.* 12. *C. de excus. mun.*

Statutum tempus quod a lege, aliquando quod a magistratu de facto constitutum est, *l.* 4. *D. de feriis.*

STELLATURA, in *l.* 12. *C. de erogation. militar. annon.* Lamprid. in *Alexandro cap.* 15. Tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali pœna adfecit. Spartian. in *Pescenn. Nigro cap.* 3. Nam & Imperatorum tribunos duos, quos constitit, stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus jussit. Quid autem rei sit *stellatura* anxie inquisiverunt viri docti. Non desunt, qui eo nomine intelligi censent tesseram frumentariam, quæ viliori pretio militibus distribuebatur. Species enim a paganis acceptæ, æstimatæ in militare ærarium referebantur. Claud. Cotoaeus *de jur. & privil. milit. lib.* 3. *cap.* 2. cui tamen vix subscribendum videtur, quando ait species eas stellaturæ nomine militibus distributas fuisse, nisi

nisi putaveris, circa distributionem istam stellionatum, ut in militia frequenter fieri solet, commissum fuisse, ita ut panes vel fragmenta militibus a præfectis non usque bona fide repræsentarentur. Cujacius cum Jac. Gothofredo *ad l.* 28. *&* 29. *C. Theod. eod. tit.* intelligit portiunculas, quas tribuni de annonis militum decerpere soliti sunt, quasi stillas, seu stillatim. Unde & *stillaturas* legit Gothofredus. Salmasius fraudes & imposturas per *stellaturam* intelligit, & huic significationi aptam quoque nominis rationem reddit. Sed quum fraudes legibus maxime adversæ sint; *stellaturis* autem modum tantum eædem ponant, nusquam autem eas improbant & damnent, fieri omnino non potest, ut legibus probatum nomen fraudes notet & imposturas. Nam quod Hadriano & Pescennio Nigro de *stellaturis* hisce secus visum fuit, id ad insequuta tempora, quibus de illo militaris disciplinæ rigore non nihil remissum tractenus fuit, trahi non potest. Hæc Brissonius. Addit. Hein. *stillatura* Jac. Gothofredi nihili videtur. Stellaturam vero, sive a *stellando*, sive ἀπὸ τȣ̃ στέλλειν, sive uti mavult Salmasius, a *stellionibus* dicta sit, omnino fraudis ac imposturæ genus fuisse, Spartiani & Lampridii testimonia dubitare neminem patiuntur. At possunt postea, quæ initio fraudulenter ac per imposturam subtracta fuerant, in justum evadere lucrum, si leges hujusmodi compendium, imposito ei modo, permittunt. Id quod hic factum videtur. Quod enim Pescennius Niger & Alexander Imperatores improbarunt, id postea tulerunt sequentes principes, tribunisque ex militum annona concesserunt lucellum, quod stellaturæ nomine veniebat. Vid. Casaubon. *ad hist. August. p.* 123. *seq.*

STELLIO. Vetus Glossar. Græc. κακȣ̃ργος· κακότροπος. Donat. in *Terent. Eunuch. Act.* 4. *scen.* 4. Stellionem ait, esse animal, quod lacertæ non dissimile est, maculoso corio. Ab hoc animali, vafro eo, & guttis stellatis distincto, stellionatus nomen deductum, ut Plin. *lib.* 30. *cap.* 10. significat. Vid. Apulei *Apolog.* 1. & Columellæ *lib.* 9. *cap.* 7. Adde Cujac. *lib.* 10. *observ. cap.* 26. & Menag. *Amœnit. jur. civ. cap.* 39. *p.* 369.

STELLIONATUS. Ita Jurisconsulti adpellant omnem fraudem atque imposturam, quæ propriam significationem non habet, & in proprium delicti nomen non cadit, *l.* 7. §. 1. D. *ad SC. Turpill.* veluti si quis rem alienam sciens obliget, vel alii jam pignoratam alii denuo obliget, vel in pignore dando, pro auro æs subjecerit; stellionatus crimen committit, *l.* 1. *D. stellionat. l. l.* 16. §. 1. *l.* 36. D. *de pignor.* Similiter qui sciens statuliberum dissimulata ejus conditione vendit, vel creditor numeratam jam sibi pecuniam iterum accipiens, stellionatus crimine plectitur, *l.* 29. §. *penult.* D. *mandat. l.* 9. §. 1. D. *de statulib.*

STEMMATA veteres vocabant ramis & lineis ex ordine dispositas & descriptas genealogias, quibus generis & gentis series descripta depictaque proponebatur, *l.* 9. D. *de gradib. & adfin.* Plin. *lib.* 35. *c.* 2. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Statius Papin. *lib.* 3. *Silvar.* Non tibi clara quidem, senior placidissime gentis Linea, nec proavis demissum stemma. Origo autem nominis inde, ut credibile est, promanavit, quod imagines pictas sertis coronare & floribus exornare solebant. Jul. Firmic.

lib. 3. *Mathes. cap.* 8. Magnos viros faciat Mercurius, qui sacris & religiosis (gloriosis) stemmatibus coronentur. Cornut. *ad* Persii illud *sat.* 3. *v.* 28. *Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis:* Stemmata, ait, dicuntur ramusculi, quos etiam faciunt advocati in jure, quum caussam partiuntur: ut puta ille filius illius, ille pater illius. Proprie autem dicuntur stemmata rotundæ imagines, quoniam στέψαι Græce, latine coronare. Lamprid. *in Alexandr. cap.* 44. Stemma generis depinxerat, quo ostendebatur, genus ejus a Merellis descendere. Hieronym. *de vita B. Marcelli p.* 696. Stemmata per consules & præfectos decurrentia.

STEPHANIDES in *inscript. l.* 3. *C. de accusat.*

STERCULINIUM, quod vel vendendi vel stercorandi caussa paratum est, *l.* 17. §. 3. D. *de action. emt.* priori casu venditorem posteriori emtorem sequitur. *ibid.* In Pandectis Florentinis *Sterculinum* scriptum reperimus. Quam scripturam veteres M. Catonis *de re rustica* & Terentii *Comœdiarum* libri adjuvant, in quibus *sterculinum* constanter legi jam pridem Pet. Victorius & Georg. Fabricius prodiderunt. Confirmat hoc idem Brisson. ex B. Germani Latino Græco Lexico in quo ita est: Sterculinum, κοπροδοχεῖον, κοπρία. Idque & verbi ipsius origo suadet, ex quæ *Stercutii* quoque Dei, quem a veteribus stercorandorum agrorum caussa cultum Isidor. *lib.* 17. *etymol. cap.* 1. tradit, efficta & formata adpellatio est.

STIGMA, pro nota inusta servis furibus vel fugitivis. *Indicia* Caius *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. §. 3. vocat, ubi vide quæ notavit Shulting, & ad Ulpian. *tit.* 1. *regul.* §. 11.

Stigmata, porro brachiis fabricensium & tyronum inflicta, *l.* 4. C. *Th. de pœnis.*

STILLATURA, vide supra *Stellatura.*

STILLICIDIUM est, quod stillatim & guttatim cadit. Cornel. Fronto *de differ. voc.* Gutta manat, stilla cadit. Inter stillicidium enim & flumen hoc interest, quod stillicidium stillatim cadat, flumen continuo fluat, ut Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* scribit. Vetus Glossar. Græcum: Stillicidium ὁ ἀπὸ τῶν κεράμων σταλαγμός. Ita quum stillicidii servitus ex superiore loco sit, flumen non nisi ex inferiore & imo loco esse potest, *l.* 20. §. 5. *l.* 28. D. *de servit. præd. urban.* Servius in *lib.* 3. *Georg. v.* 366. una cum Festo stillam deminutivam esse a *stiria* credunt, unde stillicidium sit deductum. Ita stillicidium mellis dixit Tertullian. *de spectacul. cap.* 17.

Stillicidium levius & acrius opponuntur *l.* 20. §. 5. D. *de servit. præd. urb.* Præterea stillicidium cadit & cassitat vel ex tegula, vel ex tabulato, *l.* 20. §. 4. & §. 5. *D. eod. tit. l.* 14. *D. si servit. vind.* Si in cujus aream stillicidium cadit, recipere, excipere & suscipere dicitur, *l.* 17. §. *ult. l.* 20. *in fin. D. de servit. præd. urb. l.* 9. §. 1. D. *si servit. vind.* Stillicidii vel fluminis recipiendi vel non recipiendi servitus, quid sit, Vid. art. *fluminis.*

STIPENDIARIA & tributaria prædia quænam fuerint, Vid. infra art. *tributum.* Vet. Glossar. Græcum: Stipendiaria τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κτήματα. σῖπις γάρ ὁ ἔρανος.

STIPENDIUM. Stipendia merere dicuntur, qui militant, *l.* 18. D. *de re judicat.* Impleviſſe vero stipendia dicuntur, qui legitima militiæ tempora impleverunt,

sunt, & pleno stipendiorum numero functi sunt: *l.* 8. D. *de re milit. rubr. C. de his, qui non implet. stipend.* Stipendium facere: *l.* 15. *C. ad leg. jul. de adulter.* Stipendiis emeritis & decursis: *l.* 2. *C. de his, qui non impl. stip.* Stipendia vicesima: *l.* 9. *C. quand. provoc.* Stipendiorum prærogativa: *l.* 4. *C. de fabricens.* Ulpianus in *l.* 27. §. 1. *D. de verb. signif.* Stipes, ait, antiquitus modica æra adpellabantur, unde stipendia dicta. Idem hoc etiam tributum adpellari Pomponius ait. Et sane adpellatur ab intributione tributum; vel ex eo, quod militibus tribuatur. Utique ex Cic. Livio, Gellio, Plinio ac pluribus aliis notissimum est, stipendium & tributum olim indifferenter id adpellatum fuisse, quidquid in publicum colligebatur, ut ex eo miles reipubl. sustentaretur. Itaque stipendia & tributa initio fuerunt non rerum, non personarum onera, sed libera erant, quæ quis in publicum contribuebat, ut eo melius moles bellorum sustineri posset. Initium apud Romanos habuit, ut domi manentes contribuerint in alimentum eorum, qui militiæ caussa aberant: post ultra multi Reip. conferebant: denique indicto tributo, cujus meminit, Liv. *lib.* 4. ubi: Postremo indicto, inquit, jam tributo, edixerant etiam Tribuni auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non retulisset, patres bene cœptam rem perseveranter tueri: Et quia nondum argentum signatum erat: æs grave plaustris quidem ad ærarium convehentes, speciosam collationem etiam faciebant. Cum senatus summa fide ex consensu contulisset, primores plebis nobilium amici ex composito conferre incipiunt, quos cum & a patribus collaudari, & a militari ætate tamquam bonos cives conspici vulgus hominum vidit, repente spreto tribunitio auxilio, certamen conferendi est ortum. Aucta & ditata Rep. ejusmodi tributum & stipendium colonis ac agris imponi cœpit, ut ex Liv. *lib.* 7. elucet. Atque ita initio nulla differentia inter stipendium & tributum erat, quia quidquid tribuebatur, in stipendium cedebat, & parva pecunia sive *stipes*, quæ viritim colligebatur ac conferebatur, erat. Cæterum, cum jam agris imponi hoc onus cœpisset, & quidam hac conditione in publicum venirent, ut quamdiu stipem emtores conferrent, possiderent: quidam vero per censores locarentur, ut de Campanorum agris ex Liv. *lib.* 7. demonstratum est, & ex Cic. in 5. *action. Verr.* patet, aliqua tributi & stipendii differentia haberi cœpit, de qua Vid. Goedd. in *d. l.* 27. *n.* 13. 14. & 15. *de verb. signif.* Confer. Turneb. *Adversar. lib.* 2. *c.* 27. Cujac. 7. *observ.* 9.

Stipendia porro non militiæ tantum sed & legationis dicimus, *l.* 6. *in fin.* D. *de legation.*

STIPES antiquitus modica æra adpellabantur: *l.* 27. §. 1. D. *de verb. signif.* Stipes advocationum: Quinctilian. *lib.* 11. *Inst. orat. cap. ult.*

STIPITES granorum: *l.* 18. D. *de action. emt.*

STIPULA, calamus frumenti, *l.* 13. *D. quemadm. ususfr. amitt.* Stipula illecta: *l.* 1. D. *de verb. signif.* ea est spicæ in messe dejectæ necdum lectæ, quas rustici quum vacarint, colligunt. Varro *lib.* 1. *de ling. lat. cap.* 53. Messe facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam. Idem *lib.* 6. *de ling. lat.* Nemo reprehensus, qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam.

Ex stipula seges enata, *l.* 40. §. 3. D. *de contrah. emt.* item de stipula in *l.* 30. §. *ult. D. ad leg. Aquil.* ex qua adparet in stipulam quandoque ignem ejus comburendæ caussa commissum. Sic stipulam incendere, in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 12. §. 7.

STIPULARI dicitur, non is tantum, qui interrogat, sed etiam qui spondet, promittit, ut in *l.* 7. §. 1. D. *de eo, quod cert. loc. l.* 112. §. 1. *D. de verb. oblig.* Vid. *stipulatio.*

Stipulari de aliquo, pro aliquid jurisconsulti dicunt, *l.* 19. D. *ad SC. Velleian.* & passim. Qui autem ab eo, cui spopondit & promisit, vice mutua stipulatur, restipulari dicitur, *l.* 43. §. 1. *D. de dam. inf.*

STIPULATIO, est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve se, quod interrogatus est, respondet, *l.* 5. §. 1. D. *de verb. oblig.* vel, est solemnis promissio verbis facta interrogatione præcedente & responsione sequente congrua. Sic autem a firmitate adpellata est, quod firmandarum obligationum caussa interponeretur, firmissimumque esset adstringendæ obligationis vinculum. Nam *stipulum* veteribus firmum significabat. Vet. Glossar. Græcum: stipulum τὸ ἰσχυρόν. Et sic Paull. *lib.* 5. *sentent. tit.* 7. §. 1. & Justinianus *pr. Inst. de verb. oblig.* & Isidorus *lib.* 10. *etymol.* scribunt, quamquam Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* & Festus *lib.* 17. a stipe magis dictum putant. *Stipulari* autem verbum commune est, ut Priscianus *lib.* 8. *p.* 794. *edit.* Putschii, notat & Suetonii auctoritate ex *lib.* 8. *Prætor.* confirmat. Isidorus *lib.* 4. *etymol. cap.* 24. Stipulatio est quasi promissio vel sponsio, unde & stipulatores & promissores vocantur. Idem *lib.* 10. *c.* 5. Stipulator promissor: stipulari enim promittere est ex verbis jurisperitorum. Add. Cujac. *ad l.* 32. D. *de recept. arbitr.* & *in Paull. lib.* 13. *ad edict.*

Ceterum *stipulationes* imperator dividit in *judiciales*, *prætorias*, *conventionales* & *communes*. *Judiciales* eas accipimus, quæ ex mero judicis, qui actioni addictus est, officio proficiscuntur. Ita a mero judicis officio proficiscebatur cautio de dolo. Nam in rei vindicatione & actione quod metus caussa judex exigere tenebatur cautionem de dolo, *l.* 20. & 45. D. *de rei vind. l.* 9. §. 5. & 7. D. *de eo, quod met. causs.* Talis etiam erat cautio de persequendo servo, qui in fuga erat, restituendove pretio. Nam si servus erat legatus, qui se interim in fugam proripuerat officio judicis continebatur, ut interponeretur cautio, qua heres, se servum persequuturum restiturumque legatario promitteret, *l.* 69. §. 5. D. *de legat.* 1. *l.* 14. §. 11. D. *quod metus caussa.* Stipulationes porro judiciales interponebantur etiam in judicio familiæ erciscundæ: *l.* 25. §. 10. D. *famil. erciscund.*

Sed & prætoriarum stipulationum quædam *judiciales* esse dicuntur, quæ scilicet propter judicium interponuntur, ut ratam rem habere, & judicatum solvi.

Stipulationes prætoriæ a mero prætoris officio proficiscebantur, semperque interponi solebant ante litem contestatam. Cujac. *obs. lib.* 15. *c.* 10. Tales erant cautiones damni infecti, legatorum servandorum, judicatum solvi, ratam rem haberi, cautio fructuaria, &c. Vid. Arn. Vinn. *ad* §. 2. *Instit. de divis. stip.* Qua stipulationes quibus formulis solitæ sint concipi, exemplo cautionis ju-

Judicatum solvi ostendemus. In ea actor ita rogabat fidejussores: Quod fundum Tusculanum, quem possidet L. Titius, abs eo vindicaturus sum, cujus rei C Aquilius judex datus est, eam recte defendi, aut, si ea res secundum me heredemve meum judicata erit, quod a C. Aquilio, eove qui in ejus locum substituetur, judicatum erit, id recte præsentari, dolumque malum abesse, absfuturumque esse, & quamdiu res non defendatur, aut si quod hujus rei judicatum erit non præstetur, dolusve malus non aberit, quanti ea res sit, dari spondes? Spondeo. Cujac. 10. *obs.* 29. Brisson. *de formul. lib.* 5. *p.* 393. Porro id singulare erat in stipulationibus prætoriis, quod in iis non temere metuenda esset captio, quia interpretationem non ex mente promittentium, sed prætoris recipiebant, *l.* 52. D. *de verb. oblig. l.* 9. D. *de stipul. præt.* Ad prætoris etiam referuntur Ædilitiæ. Erat autem his locus in interrogationibus, quæ de vitiis morbisque in vendendis servis fieri solebant. Venditorem enim emtori repromittere oportebat, se si quid occulti morbi vel vitii in servo vendito inventum fuerit, duplum v. g. præstiturum. Theophil. *paraphr. Inst.* §. 2. *de divis. stipul.*

Stipulationes conventionales non jussu judicis vel prætoris, sed arbitrio contrahentium concipiebantur, adhibito sæpe jurisconsulto; earumque totidem pœnæ genera erant, quot rerum contrahendarum, §. 3. *Inst. de divis. stipul.* obligationum enim firmandarum gratia inventæ fuerant stipulationes, Paull. *recept. sent.* V. 7. 1.

Stipulationes communes erant, quæ tum a prætore, tum a judice exigebantur, qualis erat cautio rem pupillo salvam fore §. 4. *Inst. de divis. stipul.*

Stipulatio Aquiliana. Vid. *Aquiliana.*

Stipulatio incerti. Vid. *incerti.* & infra *stipulatus.*

Stipulatio item ex stipulatu actionem significat, *l.* 39. *pr.* D. *de eviction. l.* 7. *princ. D. de auctorit. & conf. tutor.*

STIPULATOR dicitur, qui interrogat, promissor, qui spondet, *l.* 2. & 4. *D. de verb. obl. l.* 3. §. 2. & 3. D. *de eo, per quem fact.* Aliquando tamen & promissorem vocari *Stipulatorem* supra in *stipulatio* probatum est.

STIPULATUS, *us*, pro stipulatione, eadem forma dicitur, qua Tacitus *questum* pro querimonia dixit, *lib.* 3. *hist. cap.* 70. Cornelium, inquit, Martialem a primipilaribus ad Vitellium misit, cum mandatis & *questu*, quod pacta turbarentur. Fest. Pompeius *lib.* 17. *in spondere*, promissum id est, promissionem dixit. Sic etiam transactus pro transactione, & permissus pro permissione, sic & condemnatus pro condemnatione, & conventus pro conventione. Sic super *stipulatu* adire præsidem: *l.* 3. C. *de inutil. stipul.* Ex *stipulatu l.* 26. §. *ult. D. de pact. dotal.* Hinc actio ex stipulatu, *l.* 26. §. *ult.* D. *de pact. dotal.* Ea vero est *certi*, & hæc proprio nomine *condictio certi* adpellatur, aut est incerti, & hæc aliud nomen non habet, quam actionis ex stipulatu. Et ideo quum actionem ex stipulatu dicimus, eam, quæ incerti est, plerumque intelligimus, *l.* 9. §. 4. D. *de reb. cred.* §. 1. *Inst. de verb. oblig.* Nonnumquam & eam, quæ certi est, *l.* 32. §. 2. D. *ad leg. Falcid. l.* 1. *C. solut. matrim.*

STIRPITUS, radicitus, *l.* 3. §. 4. D. *arbor. furt. Cæsar.*

STIRPS a radice separatur, in *l.* 30. D. *de verb. signif.* ut

& apud Ciceron. *lib.* 2. *de nat. Deor. cap.* 42.

Stirps, pro genus, in *l.* 9. C. *de quæstion.* Stirps libertina, *Collat. Leg. Mos. & R. tit* 16. §. 8. Succeſſio in *ſtirpem* vel ſtirpes & in capita, id eſt, pro virilibus opponuntur, *l.* 2. *C. de ſuis & legit.* Vet. Gloſſ. Græcum: In ſtirpes, κατὰ στιρπάν. Succeſſionem autem in ſtirpes Juſtinianus *Novell.* 118. *cap.* 3. τοσοῦτον ἐκ τῆς κληρονομίας τοῦ τελευτήσαντος λαμβάνουσι μέρος, ὅτοι δὴ ποτὲ ἂν ὦσιν, ὅσον ὁ αὐτῶν γονεὺς, εἴπερ ἦν, ἐκομίζετο. Tantam ex hereditate defuncti partem capient, quantum parens eorum fuiſſet habiturus, ſi vixiſſet.

S T I L I T I B U S dijudicandis, *l.* 2. §. 29. *D. de orig. jur.* pro *litibus*, antiqua ſcriptione, cujus plura exempla ex XII. Tabulis adduxit Meurſius in *Auctar. Philolog.* quod libello ſuo *de gloria* ſubjunxit. *cap.* 34.

S T O L A in Epiſcopo, id eſt, ſacerdote, utrumque humerum debet ambire, & pectus in modum crucis cingere ad deſignandum, ut Chriſtum crucifixum in corpore alias pectore portans, ſecurus ſtet inter proſpera & adverſa, *c. eccleſiaſtica* 9. *diſt.* 23. Qui ſine *ſtola* celebrat vel evangelium legit, graviter excedit, & excommunicari præcipitur. *d. c. in fin.* Diaconus in ſiniſtro humero ſtolam geſtare debet ut expedite dextra presbytero miniſtrare poſſit *c. unum diſt.* 25. ipſa dicitur etiam *orarium d. c. eccleſiaſtica.*

S T O L U S Alexandrinus, id eſt, claſſis Alexandrina, *l.* 7. *C. Theod. de navicul.* Vetus Inſcriptio Romæ in baſi marmorea, apud Gruterum CXIV. 4. τοῦ πορευτίνου Ἀλεξανδρίνου στόλου. Heſychius: στόλος, πλοῖα πολλά, καὶ ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος λέγεται, τὸ εἰς ὀξὺ συνεσφαλμένον. Idem: στολάρχης, ὁ τοῦ στόλου ἄρχων, ὁ ναύαρχος. Meminit quoque Suidas σιταγωγοῦ στόλου, frumentariæ claſſis, in voce συνωνή. Adde eumdem voc. στόλος. Ergo *ſtolus* eſt maritimus commeatus ut fine l. vocatur. Gothofred. *ad d. l.* 7.

S T R A B O, cui diſtorti oculi, *l.* 12. §. *ult. D. de ædilit. edict.* Quum vero ibi verba ita ſe habeant: *non eſſe morboſum, alicui os olere, veluti hircoſum, ſtrabonem, hoc enim ex illuvie oris accidere ſolere*, & ſic *ſtrabo* plane aliam notionem habere videatur, Budæus legendum putavit: *veluti hircus vel tragon*, vel hircoſum tragonta, Cujac. *lib.* 11. *obſ. cap.* 10. & Lindebrog. *ad Cenſorin. cap.* 14. *veluti hircoſum graſonem*, vel *hircoſum ſcabronem*, Scaliger *in conject. ad Varron. VI. p.* 132. hircoſum raponem. Sed non opus eſt tanto criticorum tumultu. Senſus Ulpiani eſt: cui os olet, non magis morbo adfici, quam hircoſum & ſtrabonem, quia illud vitium ex illuvie oris ſit. Vid. Bynkersh. *lib.* 3. *obſerv. c.* 23. Hein.

S T R A G U L A veſtis a ſternendo dicitur, *l.* 5. D. *de ſuppell. leg.* Stragula veſtimenta, *l.* 23. §. 2. D. *de aur. arg. leg.* Vid. *Stratus.*

S T R A M E N T U M vocat Caius in *l.* 134. §. 1. *D. de verb. ſignif.* a ſternendo, unde & ſtragula veſtis eſt.

Stramenta, pro ſtramine, quod jumentis ſubſternitur, *l.* 45. §. 3. *D. ad Leg. Aquil.* §. 1. *Inſt. de uſu & habit.*

S T R A N G U L A R I, id eſt, neceſſitate adigi, *l.* 1. C. *de præd. decurion.* Ambroſ. *lib.* 2. *de pænit. cap.* 5. Nec verbi unius præjudicio tantam cauſſam ſtrangulandam arbitror. Eadem vox habetur etiam in *l.* 2. *C. Theod. de petit.*

petit. & ultrodat. delatorum exsecranda pernicies inter primos conatus in ipsis faucibus stranguletur: ubi Jacob. Gothofr. alium ex Ambrosii *epist.* 54. locum adducit, & ex Valer. Maximo *lib.* 5. *cap.* 3.

STRATA, pro via publica, *l.* 4. C. *de privil. dom. Aug. l.* 6. C. *Theod. de itin. mun.* & apud Isidor. *lib.* 15. *etymol. cap. ult.* qui *stratam* dictam quasi vulgi pedibus tritam tradit, quum tamen similius vero sit, ab eo, quod lapidibus sternatur, ita adpellatam. Procop. *lib.* 2. *de bello Persico*, viam a Latinis stratam etiam dici tradit.

STRATOR, in re veterinaria est, qui stratum equi componit, dominum in equum sublevat, dextra ei substrata, quique ad frena etiam currit; vel capistro equum Domini ducit. Ostendit enim Cupertus ad Lactant. *de mort. persequut. cap.* 5. stapedes & scandulas, quibus hodie equos ascendimus, antiquissimi usus non esse. Erat autem *stratorum* in palatio schola, uti conjicimus ex tituli serie de *stratoribus utroque codice:* cui præfuit Tribunus stabuli, ut est videre ex Ammiano *lib.* 30. *c.* 5. *in fin.* his verbis: Quum Valentinianum A. oblatus non susciperet equus, anteriores pedes præter stratorem erigens in sublime, innata feritate concitus: dextram stratoris militis jussit abscidi, quæ eum insilientem jumento pulserat consueto, perissetque cruciabiliter innocens juvenis, ni Tribunus stabulæ dirum nefas distulisset. Quo loco, & *strator miles & Tribunus stabuli* cujus sub dispositione erat, occurrit. Ex hac autem *stratorum* schola nonnulli mittebantur in provincias, ut equos eos maxime, qui imperatorum usui erant destinati, diligenter probarent, ob quam probationem sive probam, (quæ vox hujus ævi est) sportularum nomine a provincialibus solidum capiebant, ut discimus ex *l. un. C. Theod. de stratorib.* Horum stratorum quoque fit mentio *l.* 4. *C. Th. de executor. l. un. C. de castrens.* Consule Commentar. Jac. Gothofr. *ad d. l. un.* Valesium *ad Marcellinum lib.* 29. *c.* 3. *& lib.* 30. *c.* 5. Salmasium ad *Spartian. Anton. Caracall. c.* 7. Du Fresne in *gloss. voc. strator.*

Stratores in exercitu adpellati sunt, qui castra præibant, ut accommodatiora loca ad exercitum traducendum facerent, & idonæa castris præpararent. Horum frequens mentio fit in *Grammatica* Hygini, & in lapidibus, ut notat Jac. Gothofr. in C. *ad l. un. C. Th. de strator.*

Stratores etiam fuerunt in magistratuum officio, veluti Præfectorum, Proconsulum, Præsidum, habueruntque carceris quoque & reorum custodiam docente, *l.* I. *C. Th. de custod. reor.* & ibi Jac. Gothofred. Neque tamen hi stratores diversi fuere nominis etymo a ceteris stratoribus, seu scansoribus, quiquid dicat Gothofredus in *Comm. ad d. l. un.* censens, stratores militares & eos, qui in officio magistratuum erant, sic adpellatos, quod viam sternerent Imperatoribus, Magistratibus domi militiæque, seu foras procedentibus. Nam cum *stratores*, seu ἀναβολεῖς, in curandis dominorum equis, in iis adducendis, & in adlevandis dominis in equos, operam suam locarent, iisque equitantibus perpetuo adessent, factum postea, ut qui perinde magistratibus, tum civilibus, tum militaribus, aderant, quo eorum peragerent jussa, *stratores* etiam adpellarentur. Unde non desunt, qui esse eosdem cum mandatoribus putant, qui

juffa officiorum exequebantur, eorumque mandata expedite deferebant, uti obfervat Car. Du Fresne in *not. ad lib. 5. Johan. Connani p. 475. edit. Paris. & pag. 161. edit. Venet.* Hos ftratores a proconfulibus ademerunt Principes, *l. 4. §. 1. D. de offic. proconf.*

STRATORIÆ veftes, apud Paull. *lib. 3. fent. tit. 6. §. 27.*

STRATURA loci ex tabulis, *l. 242. §. 4. D. de verb. fignif.* Eft autem *ftratura* fpecies ftructuræ: & potiffimum eft illa ftructura, qua pavimentum, & ea, quibus incedimus, inftruuntur: fic enim & ftratam dicimus viam. Ufitatum olim fuit, & etiamnum eft, ut pavimenta lapidibus ftrata, ftraturis ex tabulis factis hieme tegerent, & ut commodior effet ufus, & ne nimium pedes refrigerarent marmora & lapides quo fiebat, ut his ftraturis perpetuus effet ufus, & inhabitandi cauffa fierent. Vide Goedd. *ad d. l. 142. §. 4. D. de verb. fignif.*

STRATUS, *us.* In ftratu omne veftimentum continetur, & omnis ftragula veftis, *l. 45. D. de verb. fignif.* Et fic accipiendum eft hoc verbum in *l. 34. D. de re judic.* Stragulam veftem nufquam in hunc, quo jurifconfulti utuntur, fenfum, fed pro lecti tantum opertorio fe reperiffe fcribit Valla; nimis temere, ficut oftendit & adverfus Vallæ criminationes jurifconfultos tuetur Alex. ab Alexandro *lib. 3. genial. dier. cap. 19. p. 156.* Adde quæ hanc in rem docte difputavit Ducker *de Latin. vet. Ictor. p. 135.*

Stratus, a, um. Strata lapidea via: *l. 1. §. penult. D. de via publ. & itin.*

STRENA, munus feftivum, *l. 11. C. Th. de Palatinis facr. larg.* De ftrenis principi oblatis, Vid. *tit. C. Th. de oblat. votor.*

STRICTUS, *a, um.* Strictum jus, æquitati opponitur: fummum, merum, & fubtile jus ab æquitatis præceptis disjunctum fignificat, *l. 86. pr. D. de adquir. vel omitt. hered.* & ftricta interpretatio, in *l. 20. §. 2. D. de fervit. præd. urb.*

Hinc *ftricti* juris actiones dicuntur, quæ ftricto jure vallatæ funt, nec ex bona fide defcendunt §. 28. *Inft. de action. l. un. §. 2. C. de rei uxor. act. toll.* ἐν οἷς, ut cum Theophilo loquar, τῆς ἀκριβείας γίνεται λόγος. Quæ & *ftricta* judicia, & *ftricti juris* actiones vocantur, *l. 3. §. 2. D. commodati. l. 5. D. de in lit. jurand.* Similiter & ftrictiora remedia intelligenda funt, *l. 3. C. de fufpect. tutor.*

Actionem *ftricti juris* Wurffel. *jurifprud. defin. §. 706.* definit allegationem juris, fecundum conventionum verba tribuendi a judice, actionem vero bonæ fidei, allegationem juris, fecundum æquitatem naturalem fibi a judice adplicandi. Edita nempe atque intentata ab actore apud Prætorem actione, idem judices fimul ab actore petitos dabat de eadem re, ni extraordinaria cognitio effet, de qua eft, *tit. D. de extraord. cognit.* judicaturos. Judicaturis vero certam præfcribebat formulam, quam attenderent, neque ab ea difcederent latum unguem. Atque harum formularum differentia diverforum generum actionum rationem in fe continet. In judiciis bonæ fidei, in quibus naturalis æquitas omne ferebat punctum, Prætor judicem conftituebat hac formula: *ex bona fide*, cui refpondebat formula *bona fide* contrahentium: *ut inter bonos bene agier oportet;* & *fine fraudatione.* Vid. Cic. *de offic. lib. III. 13. 17.* Atque hæc formula judici tribuebat poteftatem ex æquo &

& bono pronunciandi. Innuit hoc ipsum. Imperator in §. 29. *Inst. de action.* scribens: At *in bonæ fidei judiciis libera potestas permitti videtur judici, ex æquo & bono æstimandi quantum actori restitui oporteat.* Quænam Romanis fuerint actiones bonæ fidei, determinari nequit: dijudicandum hoc esset ex formulis, sed omnium actionum formulæ non exstant. Sunt qui §. 28. *Inst. de action.* pro norma adsumunt, sibique persuadent Imp. omnes actiones bonæ fidei ordine recensuisse, non recensitas igitur stricti juris esse volunt, eaque propter actiones bonæ fidei his versiculis memoriæ commendare voluere: Emti, ercifcundæ, mandati, depositique, Pignora, conducti, communi, pro socioque, Dotis & heredes, tutelæ, commoda, gestor, Præscriptis verbis, permutat & æstimat istas, Dici bonæ fidei, *stricti* sunt cetera juris. Nolim alicui suasor esse, ut his nugis memoriam oneret. Satis est, actiones hodie omnes esse bonæ fidei, æquitatem stricto juri præferri omnino. Conf. de cetero Gundlingii *Diss. de usu practic. act. bon. fid. & strict. jur.* Stricti juris actiones itidem ex formula, qua judex petitus dabatur, dignoscuntur: Erat autem hæc: *Si paret Lucium Titio tantam pecuniam dare oportere, condemna.* Quid est in judicio? inquit Cicero *pro Roscio*, directum, asperum, simplex. Si paret tantam pecuniam dari oportere. V. g. Marcus Manlius Cneium Sulpicium in jus vocaverat, asseueratque hunc sibi ex stipulatu debere C. Prætor judicem dabat hac formula: *Si paret* Cneium Sulpicium Marco Manlio *debere C. ex stipulatu, illum* in *C. condemna.* Quid si nunc appareret reum debere C & XX? Non poterat judicare judex, quippe ad hunc casum non datur. Aut si apparebat eumdem debere XCV. iterum potestas judicandi cessabat; datus enim erat ad C. non ultra nec infra hanc summam. Atque vel ex hoc colligitur, cur actor plus petendo caussa ceciderit. Actiones arbitrariæ quidem in eo cum actionibus bonæ fidei conveniebant quod largior judici potestas concederetur formula: Quantum æquius melius, Vid. Cic. *pro Q. Roscio c.* 4. attamen officium in his magis strictum, neque quæcumque æquitas objectum ejus erat. V. g. in actione de dolo judex decipientem condemnat ad rem restituendam; quod si non restituatur, admittit actorem ad jusjurandum in litem, reumque summam jurejurando firmatam solvere jubet; *l.* 18. *pr.* D. *de dol. mal.* atque in tantum, non ultra, judicis arbitrium admittitur, adeoque restrictus significatus tribuendus Imp. in §. I. *Inst. de action.* quando scribit: Actionem arbitrariam dici, quod ex arbitrio judicantis pendeat. Wurffel. *l. cit. in not.* Vid. art. *arbitraria.*

STROBILUS de pinu, *l.* 55. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 167. D. *de verb. signif.* pro nuce pinea. Vid. Hermol. Barbar. *in Corollar. cap.* 44. & Goedd. *l.* 167. *n.* 2. & 8. D. *de verb. signif.*

STRUCTORES bucularum, in *l. ult. D. de jur. immunit.* secundum Florentinam lectionem, alii enim codices habent *structores bucularii.* Et structores quidem Tribonianus interpretatur ædificatores in *l.* I. *C. de excusat. artif.* Vegetius etiam *lib.* 2. *de re milit. c.* II. in exercitu structores ponit. Sic enim illic ex vetustis codicibus legendum est, non ut passim scriptum est, *instructiores.* Apud Capitolin. in *Vero cap.* 5. & Lamprid. in *Elagab. cap.*

cap. 17. plane alia notione hoc verbum occurrit.

STRUERE. Pedem *struit*, significat *fugit*, ut in XII Tabulis, ait Servius Sulpitius apud Festum *lib.* 14. Quem locum illustrat, & *struere* movere interpretatur Meursius *in Auctario philolog.* libro *de gloria* subjuncto *cap.* 35.

Struere, pro instruere. *Struere* advocationem, Ulp. apud Pariat. *Leg. Mos. & Rom. tit.* 8. §. 7. Adde Schulting. *ad jurisprud. vet. antejust. p.* 764. & Bynkersh. *lib.* 3. *observ. cap.* 19. Hein.

STUDIO, id est, arte, in *l.* 13. & *l.* 35. *D. de fideicom. libert.* Similiter.

STUDIOSE, pro data opera, atque proposito, & σπȣδαίως, in *l.* 1. *D. de abigeis.*

STUDIOSI juris, pro juris peritis. *l.* 1. D. *de offic. adsessor. l.* 9. §. 4. D. *de pœnis. l.* 4. D. *de extraord. cognit.* Et apud Sueton. in *Nerone cap.* 32. Gell. *lib.* 12. *c.* 13. Cur hoc me potius, ait, rogas, quam ex istis aliquem peritis, *studiosisque* juris, quos adhibere in consilium judicaturi soletis. Sed & consulti absolute *studiosi* videntur adpellari in *l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* Ad pragmaticos potissimum pertinere hanc denominationem, qui ut ab Arriano *Differt. Epictet. II.* 13. νομικοὶ vocantur, docet Bynkersh. *lib.* 6. *obs. c.* 13.

Studiosus paterfamilias, in *l.* 25. *pr.* D. *de probation.* id est, diligens.

Studiosus pro fautore & amico, *l.* 52. §. 20. D. *de furt.*

Studiosum adjective, pro expetendum, *l.* 15. *C. de usufruct. & habit.* Nihil tam *studiosum* in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas: *l.* 1. §. 1. C. *de vet. jur. enucl.* Nihil sic erit *studiosum* Imperatoribus, quum sacerdotum honestas; *Novell. VI. in præf.* ad imitationem Græcorum, qui σπȣδαῖον dicunt studiosum.

STUDIUM. Studia in *l.* 7. §. 13. D. *de SC. Maced.* nempe litterarum.

Studium pro industria, in *l.* 53. D. *de fideic. libert.*

Studium pro animo & voluntate, *studio* relinquendi, *l.* 14. C. *de donat. int. vir. & ux.*

STULTITIA, imperitia est, in *l.* 51. D. *de evict.* Sic stultitia emtoris: *l.* 3. *D. ad leg. Falcid.* testatoris: *l.* 13. D. *de manum. testam.*

STULTUS, *a*, *um.* imperitum significat, in *l.* 9. §. 5. *D. de jur. & fact. ignor. l.* 4. D. *quod vi aut clam.* stulta consultatio, *l.* 27. D. *qui testam. fac. poss.* ubi Vid. Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. cap.* 35. *p.* 216.

STUPRUM proprie in viduam vel virginem committitur, ut adulterium in nuptam. Sed lex julia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur per synecdochen speciei pro genere. Voss. *lib.* 4. *Instit. orator. cap.* 8. *sect.* 3. *l.* 101. D. *de verb. signif. l.* 3. *in fin.* D. *de concubin. l.* 41. *D. de rit. nupt. l.* 6. §. 1. D. *ad leg. jul. de adult.* Stuprum committit, qui liberam mulierem cupidinis caussa, non matrimonii retinet: excepta videlicet concubina, ait Modestinus in *l.* 34. D. *ad leg. jul. de adult.* confer *l.* 3. *D. de concubin.* Vid. supra art. *Concubina.* Stupri crimen committunt liberi, qui parentum uxores concubinas ducunt, *l.* 4. C. *de nupt.* Vid. Brisson. *ad cap.* 1. *legis jul. de adulter.*

STYLUS. Proscriptionis stylum sustinere, excipere, id est, litteras seu programma, quo quis proscribitur, *l.* 7. & 9. *C. de bon. proscript. l.* 15. *C. de Episcop.* aud.

aud. Stylus supremæ voluntatis, *l.* 1. *C. de sacros. eccles.* stylo trepidante recavere: *l.* 2. *C. de exhib. vel transmitt. reis.*

SUARII, qui & *porcinarii* vocantur. De his exstant integri in utroque codice tituli. Munus autem & officium eorum ita describit Reines. *Class.* 1. *Inscript.* 105. *p.* 145. Suarii cum boariis & pecuariis unum corpus constituebant, & cum bonis, heredibus posterisque suis & universa agnatione muneri procurandæ carnis bubulæ, suillæ, & obsoniorum, quæ Imperatores & fiscus plebi urbanæ militibusque prætorianis ad quatuor millia pondo diurna elargiri solebant, certis per totum annum diebus præbitionis, quod suaria functio & suarium obsequium dicitur, *l.* 1. *C. Th. de suar. pecuar. & suscept.* obnoxii erant, eoque animalia apud Apulos, Lucanos, Bruttios & Samnites, qui sues & boves, ceu canonem prædiis & patrimoniis impositum, pendebant, conquisita ad urbem transmittere, vel acceptis a possessoribus, qui suarium recognoscebant, pro singulis porcinæ libris, pretiis, quæ usus publicæ conversationis per Campaniam attulisset, hoc est, secundum annonam fori, quam deprehenderint, ut loquitur Donat. *in Terent. Phorm.* suo periculo populo speciem porcinæ affatim præbere tenebantur: dicti etiam porcinarii urbis æternæ, *l.* 6. C. *Th. eod. tit.* Consanguinei & originales *suariorum*, *l.* 5. C. *Th. eod. tit.* id est, filii, ac posteri, qui sanguinis & originis jure suariæ functioni tenentur, seu, ut *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* loquitur, quos successio generis ad eam functionem adstringit. Adde de suariis Jac. Gothofr. *ad d. tit. C. Th.* & maxime *l.* 4. *eod. tit.* & edictum elegantissimum Turcii Aproniani, Præfecti urbi apud Gruter. *Inscript. p.* 747. 7.

SUARIUM forum sub cura Præfecti urbi, *l.* 1. §. 11. D. *de offic. præf. urb.*

SUB capitalem caussam: *l.* 1. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* ubi glossa *sub* pro *super.* Dion. Gothofred. pro *in.*

SUBADJUVÆ, in *l. ult. C. de agent. in reb. l.* 1. *C. de præpos. agent. in reb.* sunt adjutorum adjutores, quemadmodum Synesius in epistola ad Herculianum his verbis indicat: *Ἀρποκρατίων τίς ἐςι τῶν Ἡρακλειανȣ̃ δορυφόρων τάξιν ἔχων τῷ βοηθῷ βοηθεῖν. ἡ γὰρ σȣβαδιȣ́βα λέξις τȣ̃το ἑρμηνέυειν πιςέυεται.* Est plane insigne in hoc verbo mendum apud Suidam, apud quem ita *Tom.* 3. *p.* 265. scriptum est. *Ρȣβαίȣβος· παρὰ Ρωμαίοις ὁ τȣ̃ βοηθȣ̃ βοηθός. A Romanis ita vocatur auxiliatoris auxiliator.* Nam procul dubio *ῥȣβαιȣβὸς*, *σȣβαδιȣ́βα* scribendum est. Invenitur autem hoc verbum aliquoties in Notitia dignitatum Imperii Romani. Atque adeo ubi officium magistri officiorum recensetur, *subadjuvæ adjutores duo* pro *subadjuvæ adjutoris* legitur.

Eadem forma *subcurator* in *l.* 10. *D. de negot. gest.* Sic & suboptio, subcensor, subcenturio, subdecurio, Reines. Class. *Inscript.* 3. *p.* 12. subprinceps peregrinorum: Gruter. *Inscript. pag.* 22. 3. subprinceps veteranorum: Id. *p.* CCCXVII. 5. Subpromus: Plaut. *Mil. gloriof. III.* 2. subcustos *ibid. v.* 54. Subprocurator aurarius: Gruter. *p. IV.* 4. Subvillicus hortorum. Id. *p.* MXCII. 1. Hein.

SUBDELEGATIO, delegatio a delegato facta. Delegatus a Pontifice instar ordinariorum habetur, h. e. episcoporum, qui ordinarii judices *κατ' ἐξοχὴν* dicuntur; vices enim Pontificis delegatus

tus gerit, & in illa caussa superior esse dicitur quovis ordinario; adeo ut in caussa commissa in eum habeat jurisdictionem quamdam: *c.* 11. *de offic. & potest. jud. deleg. c.* 11. *de offic. ordin.* Sicuti itaque *ordinarii* delegandi potestatem habent, ita quoque delegati pontificis, qui ad instar ordinariorum sunt, eodem gaudent jure quoad subdelegationem; *c.* 3. *de offic. & potest. jud. de leg.* adeo ut totam caussam vel initium, medium aut finem ejus delegare queat, *c.* 27. *eod. tit. c.* 62. *de adpell.* si vel maxime justo impedimento non sint detenti. Ut ut enim in *c.* 3. *de offic. & potest. delegat.* justi impedimenti fiat mentio, id tamen tantum eam ob caussam fit, quod ut plurimum subdelegatio ob justum impedimentum necessaria sit, non vero, quod ad hunc restricta sit casum. Gonzalez ad *cit. c. n.* 12. *seq.* Wiestner. ad *dict. tit. n.* 17. Eandem *subdelegandi* potestatem habent legati a latere, *c.* 18. *de sent. & re judic.* quia etiam hi instar ordinariorum habentur. Accedit etiam hæc ratio, quæ subdelegandi facultatem indulget, quod Papa non aliis, quam in dignitate constitutis delegare soleat, *c.* 11. *de rescript. in* 6. qui ut plurimum instructi sunt ministris, & sic propter singularem præeminentiam hæc subdelegandi potestatem concessa est, nisi forsan ex rescripto adpareat, quod ob gravitatem caussæ illorum industria speciatim electa fuerit, *c.* 3. *in fin. de offic. & potest. deleg.* Denique adludere videtur Pontifex ad *l.* 5. *C. de judic.* ubi itidem *delegatis* a principe indultum, ut judices dare queant, qui hi essent instructi propriis adsessoribus, adparitoribusque. Cujac. *lib.* 12. *observ. cap.* 1. Delegati ab ordinariis non eadem potestate subdelegandi funguntur; in quibus cessat prædicta ratio, & ordinariæ personæ industria est electa, quamvis excipiat Wiestnerus *ad d. tit. de offic. & pot. deleg.* delegatos ab episcopo ad universitatem caussarum veluti matrimonialium, quia hi instar officialium censentur, & eorum jure utuntur.

SUBDERE se pœnæ: *l.* 34. *D. de jur. fisci.* Subdi in alterius locum: *l.* 8. §. 2. D. *ad SC. Vell.*

SUBDIACONI sunt, qui subjacent officiis & præceptis Levitarum *c. clericos. dist.* 21. Et eorum officium est calicem & pathenam ad altare Christi deferre, & levitis tradere: *c. perlectis. dist.* 25. Nullus debet ordinari in subdiaconum nisi promissa castitate: *c. ecce dist.* 38. *& c.* 2. *& seq.* & tempore Apostolorum subdiaconorum non erat sacer ordo: *c. nullus in episcopum. dist.* 60. hodie secus, *c. a multis. de ætat. & qualit.*

SUBDICI pœna, *l.* 1. §. 13. *D. ad SC. Turpill.* vix latinum est. Hinc Haloandrina est *pœnæ subjici.* Alibi reperies *pœnæ subdi*, *l.* 34. *D. de jur. fisci.* quod & in *d. l.* 1. locum habere potest, nisi malis *pœnæ subjici.* Simile mendum est in *l.* 8. *princ. D. de quæstion.* ubi sine exemplo legimus: tormentis vel pœnis subjungi pro subigi. Vid. Bynkersh. *lib.* 5. *observ. cap.* 25. Hein.

SUBDISJUNCTIVI genera duo, *l.* 124. *D. de verb. signif.*

SUBDITUS judex, interprete Festo *lib.* 17. dicebatur, qui loco mortui dabatur, his qui eum judicem habuerant, in aliqua re vel lite. Sic in *l.* 60. *D. de judic.* Subditus judex in demortui locum suffectus dicitur, & ut loquitur, *l.* 32. *D. eod. tit.* in locum alterius datus. Cicero *pro domo sua cap.* 32. Qui in meum locum judicem subdidit.

SUB-

SUBDUCERE se judex dicitur, in *l.* 1. §. 7. D. *quand. adpell.* Subducere rem in judicio: *l.* 14. *D. famil. ercisc.*

Subduci quoque ratio dicitur, id est, putari, *l.* 17. D. *de his, quæ ut indign.* ita & *subduci* sumtus, in *l.* 34. §. *ult. D. de oblig. & act.*

Subducere, & subtrahere opponuntur, in *l.* 7. D. *de extraord. crim.*

SUBJICERE supponere. Sic *subjicere* adulterum: *l.* 14. §. 1. D. *ad Leg. jul. de adult.* partum: *l.* 1. *D. de inspic. ventr.* testamentum: *l.* 2. D. *ad leg. Cornel. de fals.* Vid. Quinctilian. *lib.* 9. *cap.* 1. Arnob. *adv. gent. lib.* 2. *fol.* 25. dixit supponere.

Subjicere substituere. Subjicere pro se alium adversarium, *l.* 4. §. 1. D. *de alien. jud. mut. caus.*

Subjicere submittere. Subjectus filius: *l.* 3. §. 7. *l.* 11. D. *de Carbon. edict.*

Subjicere pro subdere. Eo sensu ad bestias damnati dicuntur bestiis subjici, in *l. ult.* C. *ad leg. Fab. de plagiar.* Item subjici fustibus: *l.* 28. §. 5. D. *de pœnis.*

Subjici pro obnoxium esse. Unde *subjici* actionibus: *l.* 2. *D. de sent. pass.* damno: *l.* 6. *C. ex quib. causs.* muneribus: *l.* 3. §. 8. D. *de mun. & honor.* Vectigalium præstationi subjici dicuntur ea, pro quibus vectigal præstatur, & penditur, *l.* 9. §. *pen.* D. *de publican. & vectig.* Subjici usuris dicuntur, quibus usurarum solvendarum imponitur necessitas: *l.* 38. D. *de negot. gest.*

Subjici, pro submitti. Sic subjici alieno dominio, *l.* 4. *D. de stat. hom.*

Subjicere pro adjicere. Subjici stipulationi doli clausula dicitur, in *l.* 135. §. *ult.* D. *de verb. oblig.*

Subjicere ignem fornaci: *l.* 27. §. 9. D. *ad leg. Aquil.*

SUBIRE sustinere. *Subire* accusationem: *l.* 12. *C. de his, qui accus. non poss.* administrationem: *l.* 5. §. 12. *D. de reb. eor. qui sub tut.*

Subire flumen navis, quo adverso flumine navigat: *l.* 3. §. 1. D. *locati.* Subire locum, id est, in alterius locum succedere: *l.* 12. §. 8. D. *qui pot. in pign.*

SUBLATUM habere dicimus, quod altius extulimus, *l.* 7. D. *si servit. vind.*

Sublatus, pro ablatus, exstinctus, *l.* 20. D. *de servit. præd. urb.*

Sublatis liberis, id est, natis: *l.* 37. §. 6. *D. de oper. libert.* Alias *sublatis* liberis, est amissis, mortuis. Vid. in *tollere.*

SUBLEGARE in locum: *l.* 2. D. *de decurion.*

SUBLEVARE litem juris remedio, id est, adpellare, *l.* 15. *C. Th. de adpellation.*

Sublevari ab omnibus oneribus, *l.* 17. C. *Th. de navicul.* Pœna sublevanda: *l.* 25. *pr.* D. *de pœn.*

SUBLIMISSIMI judices sunt Præfecti prætorio, Quæstores, Magistri officiorum, *l.* 37. §. *pen. & l. penult. C. de adpellation.* Inde sedes prætoriana sublimissima adpellatur, in *l.* 14. *C. de judic.*

SUBMITTERE, subjicere, supponere. *Submittere* accusatorem, *l.* 1. §. 13. D. *ad SC. Turpill.* Quinctil. *Declam.* 281. Quin etiam si permittitur ista defensio, & ille potest dicere se non occidisse, qui percussorem submiserit. Sic & *submittere* vim, in *l.* 9. §. 1. D. *quod met. caus.* & *submittere* qui vociferantur, interpretare in *l.* 15. §. 8. D. *de injur.*

Submittere capillos: *l.* 15. §. 27. D. *de injur.* i. e. demittere.

Submitti dicuntur pecora, quæ in locum demortuorum capitum substituuntur, ut eo modo grex sup-

ſuppleatur; *l.* 58. §. 4. *D. ad SC. Trebell. l.* 10. §. 3. D. *de jur. dot.* ſic ſubmittere capita: *l.* 69. & 70. D. *de uſufruct.*

SUBMOVERE, vel *ſummovere*, removere, repellere, excludere, & *ſubmovere* agentem: *l.* 38. *D. de act. emti.* ab accuſatione: *l. ult.* D. *de inoff. teſtam.*

SUBNIXUS. Subnixa ratione ſententiam: *l.* 8. §. *ult. D. de ſtipul. ſervor.* Subnixa in voluntate: *l.* 17. *C. de fideicomm. libert.* Subnixæ cautiones, quæ dicuntur idoneæ, *l.* 1. *C. de ſolution.*

Subnixum liberis matrimonium, id eſt, firmatum, *l.* 1. §. *ult.* D. *de liber. exhib.*

SUBNOTARE, pro ſubſcribere, *l. ult.* §. *ult.* C. *de codicill.* Inde

SUBNOTATIO, id eſt, ſubſcriptio, quæ Græcis ὑποσημείωσις, quemadmodum adnotatio παρασημείωσις dicitur: quam vocem retinet Julianus *Conſtit.* 69. ibi: τὸ βασιλικὸν σημείωμα. Fr. Raguell. *ad Conſt.* de *Juſtin. Cod. confirm. p.* 5. Differre tamen alias ſubſcribere, ſubnotare, & ſignare notat Jac. Guther. *de offic. dom. Auguſt. c.* 35.

SUBOLES pro *ſobole* Florentina habet, in *l.* 10. §. 2. D. *de jur. dot. l.* 22. §. 7. D. *ſolut. matrim. l.* 64. D. *de condit. & demonſtr.* Quemadmodum & in Cod. Theod. qui Jo. Tilii beneficio Lutetiæ excuſus eſt, ubique hoc verbum ſcribitur, *l.* 1. C. *Th. de mulierib. quæ ſe ſerv. junx. l.* 74. C. *Th. de decurion.* Quod rectum videtur, ut a *ſuboleſcendo*, id eſt, ſubcreſcendo, vox hæc derivata ſit. Eam apud veteres verbum, *oleſcere* ſignificationem habuiſſe Feſtus notavit.

SUBORNARE, ſubmittere, ſupponere pro eodem. Subornatus accuſator, id eſt, ſubmiſſus, *l.* 1. §. 13. D. *ad SC. Turpill.* Subornare delatorem: *l.* 1. & 5. *D. de jure patron.* ſervum: Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 13. teſtem: *l.* 17. §. 6. D. *ad leg. jul. de adulter.*

SUBORNATORES. Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 13. §. 2. qui & mandatores in *l.* 2. §. 5. & *l.* 24. D. *de jur. fiſci.*

SUBREPTIO, vel, ut in Florentina eſt ſurreptio, in *l.* 2. C. *de legib.* pro impetratione quæ fit a principe, per falſam rei narrationem. Et *ſubreptitia* diplomata ac litteræ, quæ ad falſam alicujus ſuggeſtionem conceſſa ſunt, ut ſi quis pro apoſtata ſectariove ſe ſimpliciter profanum apud principem mentiretur. Hi namque ab omni juris beneficio excluduntur. Differt ſubreptio ab obreptione, quod hæc ſit reticentia veri, illa ſit ſurrepta impetratio per falſum commentum.

SUBRIPERE vel *ſurripere*, auferre eſt callide, ſubtrahere. Subripere aliquid de civitate, *l.* 4. §. *ult. D. ad leg. jul. peculat.*

SUBROGARE, ſufficere. *Subrogari* tutela in loco alterius: *l.* 31. D *de excuſation.*

SUBCRIBENDARIUS jungitur optioni, *l.* 1. *C. Th. de erogat. milit. annon.* Tabulariis, Diurnariis, Logographis, cenſualibus, *l.* 8. C. *Th. de cohortal.* Eumdem eſſe cum Actuario putat Cujacius, quem alii ſequuntur, ſed differre ab eodem oſtendit Jac. Gothofredus *Comment. ad l.* 1. C. *Th de erogat. milit. annon.*

SUBSCRIBERE chirographum: *l.* 1. §. 4 D. *quod juſſu* editioni: *l.* 6. §. 1. D. *de edendo.*

Subſcribere in crimen, *l. ult.* D. *de furt.* & aliis locis. *Subſcribere* autem accuſator libellis, quos dabat, debebat, ſe profeſſum eſſe, *l.* 3. §. 2. D. *de accuſ. l.* 1. C. *de his, qui accuſ. non poſſ. l.* 2. C.

C. ad SC. Turpill. Plin. lib. 5. epist. 1. Post hoc ille cum ceteris subscripsit centumvirale judicium. Et post paullo: Scio te non subscripsisse mecum.

Subscribere etiam dicebatur, qui accusatori se socium addebat, ut e Ciceronis *Divinatione cap.* 15. & *III. in Verr.* constat. Vid. Ascon. Pædian. *p.* 33. 36. & 214. & *l. ult. C. plus valere quod agitur.*

Subscribente tutore pecunia pupilli servis eredi dicitur, quod tutor spopondit, quo magis actus servorum confirmaretur, *l.* 20. D. *de in rem verso.* Eadem significatione servi chirographo dominus subscribere dicitur, *l.* 1. §. 4. *D. quod jussu.*

SUBSCRIPTIO, *l.* 14. D. *ad leg. Cornel. de fals.* nominis: *l.* 38. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg.*

Subscriptio interdum adpellatur, quod a principe vel præside libello oblato subscribitur, *l.* 1. D. *de constit. princ. l.* 1. *C. quomod. & quand. judic. pr. Inst. quib. non est permis. fac. testam.*

Subscriptio in crimen erat, qua testabatur is, qui dederat libellos, hoc est, accusator, se professum esse, vel alius pro eo, si litteras nesciat, *l.* 3. §. 2. D. *de accusat.* & simul ad talionis, hoc est, istius criminis, cujus alterum accusat, pœnam se obligabat, si calumniæ convictus fuerit. Quod ergo omnibus notum erat, id se primum, ut oportet, explicasse, Claud. Salmasius *in observ. ad Jus Attic. & Rom. cap.* 21. ait. Quinctil. *Declam.* 15. Numquid inique, judices in tanti sceleris *subscriptione* deposco, ne nominibus reos æstimare velitis? Vid. supra *inscriptio.*

Subscriptio censoria, pro nota censoria. Cic. *pro Cluentio cap.* 47.

SUBSCRIPTORES olim dicebantur, qui accusatori se addebant, & adjungebant: Ascon. Pædian. *in Verrin. p.* 33.

SUBCESIVOS agros, Isidorus *lib.* 15. *etymol. cap.* 13. scribit, quos in pertica divisos recusant, quasi steriles, vel palustres. Item subcesiva, quæ in divisura agri non efficiunt centuriam, id est, jugera ducenta; quæ a subsecante linea ita adpellata esse Frontin. *de agror. qualit. p.* 39. A quo & ejus interprete Aggeno Urbico *p.* 68. subcesivorum duo genera esse discimus. Unum, quod extremis adsignatorum agrorum finibus centuriam non explet; aliud, quod in mediis adsignationibus & integris centuriis intervenit: quidquid enim inter quatuor limites minus, quam interclusum est, fuerit adsignatum, in hac remanet adpellatione: ideo quod iis modus, qui adsignationi superest, linea claudatur & subsecetur. Et generaliter subcesivum adpellatum est, quod inter mensuralem lineam & centuriæ extremitatem minus, quam ut centuriam expleret, superat. Ex quibus illuscescit hic Tertulliani *lib.* I. *advers. Marcionem cap.* 15. locus, in quo ita est: Et videndum, ne qua adhuc illic vacent subcesiva, in quibus & tertius aliquis stipare Deus se cum mundo suo possit. Similiter Apuleius *lib.* 8. *Metamorph. p.* 214. A me relictum solum & subcesivam cum fastidio plerique præteribant. Sueton. *in Domitian. cap.* 9. Subcesiva, quæ divisis per veteranos agris carptim superfuerant, veteribus possessoribus & usucapta concessit. Quod etiam Aggen. Urbicus *in Comment.* Frontini his verbis refert: Nam Domitianus per totam Italiam *subcesiva* possidentibus donavit, edictoque hoc universis notum fecit.

SUBSEQUI legis, orationis voluntatem, *l.* 10. §. *ult.* D. *de captiv. l.* 3. §. 2. *D. de confess.* *Subsequi*, pro p[...]cedere ac obtine-

nere: §. 4. *Inst. de offic. judic.* Subsequi actione: *l.* 39. D. *de noxal. act.*

SUBSIDERE legata apud heredes, id est, remanere; *l.* 76. D. *ad leg. Falcid.* Plin. *lib.* 2. *epist.* 16. eodem plane sensu: quum vero liceat heredi, ait, donare, quod in hereditate subsedit. Ad quem locum Schefferus *in Lectionib. Academ. p.* 81. Subsidere dicuntur, ait, quæ tendunt deorsum & ad inferiora. Sic subsidere in hereditate, quæ per codicillos tendunt ad alios, infra conditionem heredum constitutos, neque manent suo loco apud suos heredes. Hæc Schefferus: Male vero judice Brissonio. Quæ enim manent suo loco apud heredes, ea alteri donare heredi non licet. Nam id eo loco vult Plinius: Atiliani, qui ex parte heredem ipsum instituerat, codicillos, ut ut testamento non confirmatos, adeoque pro non scriptis jure habendos, non secus tamen ac si confirmati essent se observaturum, & hereditatis partem, quæ, si ex legibus examinanda res foret, reliquæ adcresceret, & apud ipsum subsideret, hoc est, remaneret, alteri, cujus mentionem codicilli habent, donaturum, non id utique licere.

Subsedisse pars soli dicitur, quæ depressa est, *l.* 14. §. 1. *D. de aqua & aqu. pluv. arc.* Cicero *lib.* 1. *de Divinat. cap.* 35. verbo *desidere* non semel in ea significatione usus est.

SUBSIDIARIA actio, quæ & in subsidium actio, *l.* 5. *C. de magistrat. conven.* ea vocatur, quæ pupillo in subsidium datur adversus magistratus, qui tutores dederunt, *l.* 1. *pr.* & §. 4. D. *eod. tit.* §. *ult. Inst. de satisd. tut.* Inde autem appellationem habet, quod in extremum subsidium pupillo excussis tutoribus fidejussoribusque eorum datur, *l.* 5. *C. de magistrat. conven.* Vetus Glossar. Græcum vertit ἡ ἐσχάτη βοήθεια.

SUBSIGNATUM dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. Nam veteres subsignationis verbo pro subscriptione uti solebant, uti Paullus in *l.* 39. D. *de verb. signif.* scribit, & Festus *lib.* 16. confirmat, resignare, inquiens, antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc *subsignare* pro subscribere dicimus.

Sic *subsignatæ* facultates fisco: *l. penult.* §. 10. *D. de jur. immunit.* quæ subscriptione obligatæ sunt. Quo sensu & *subsignare* res dixit Justinianus, in *l. ult.* §. 3. *C. de administrat. tutor.* Subsignata etiam apud ærarium & censorem prædia, quæ in censum deferebantur. Cicero pro Flacco *cap.* 32. significat.

SUBSIMILIS, pro adsimilis, *l.* 1. §. 5. D. *si cui plus, quam per Leg. Falcid.*

SUBSISTERE dicuntur sententia, *l.* 14. C. *de procurat.* testamentum: *l.* 1. C. *de pedan. judic.*

Hoc verbo nostri etiam utuntur, temerariam ac præcipitem adfirmationem inhibentes, *l.* 32. D. *de reb. cred. l.* 33. *pr. D. de procurat. l. penult.* §. 10. *D. de jur. immunit.*

Item *subsistere* pro moram facere, *l.* 2. §. 4. D. *de judic.* Subsistere liti, in *l.* 87. §. 1. *D. de verb. oblig. l.* 52. §. 1. *D. de eviction.* Et sic *subsistere* & diffugere opponuntur, in *l.* 85. §. 5. & *l.* 139. D. *de verb. oblig.*

SUBSORTITIO judicum. Cic. *pro Cluent. cap.* 33.

SUBSTANTIA pro censa & fortuna, *l.* 16. *D. ad SC Trebell.* & aliis multis locis. Item pro οὐσία, in *l.* 9. §. 2. *D. de contrah. emt.* Sic & in *l.* 2. §. 22. *D. vi bonor. rapt.* ut ex bonis meis, inquit, hoc est, ex substan-

tantia mea. Sic omnes fortunas & ſubſtantiam in *l.* 27. *D. de probation.* Iſæus *de Apollodori hereditate orat.* 6. ὀσίας verbo eodem ſenſu ſæpe uſus eſt.

Subſtantia & *res* opinioni & exiſtimationi opponuntur, in *l.* 2. §. 2. & 13. D. *pro emtor.* *l.* 14. D. *de verb. ſignif.* *l.* 1. §. *ult. D. de diverſ. temp. action.* Unde *ſubſtantia* veritatis dicitur, in *l.* 5. *C. de jur. & fact. ignor.*

Dicitur & ſubſtantia cognationis: *l.* 4. D. *de grad. & adfin.* emtionis: *l.* 3. *C. de contrah. emt.* obligationis: *l.* 6. *D. de SC. Maced.* venditionis: *l.* 8. *C. de reſcind. vend.*

Subſtantia rei, pro re ipſa, ſeu forma & natura negotii aut contractus: *l.* 51. D. *de adminiſtr. & peric. tut.*

SUBSTITUI dicuntur heredes, qui ſecundo vel tertio gradu, (in caſum deficientis inſtituti vel ſubſtituti) inſtituuntur, *l.* 1. D. *de vulg. & pupill. ſubſtit.* Ulp. *tit.* 23. *regul.* §. 7. *ſeq.*

SUBSTITUTIO, eſt inſtitutio heredis ſecundi, tertii, in locum deficientis primi. Alia autem ſimplex eſt, quæ unum caſum, alia duplex, quæ plures caſus complectitur, *l.* 1. §. 1. D. *de vulg. & pupil. ſubſtit.* Item *ſubſtitutio* alia *vulgaris*, quæ in eum caſum, ſi heres non ſit. Vid. art. *vulgaris.* Alia pupillaris, quæ in eum caſum fit, ſi intra pubertatem filius deceſſerit, *l.* 2. *D. de vulg. & pupil. ſubſtit. pr. Inſt. eod. tit.* Et hi ſunt duo ſubſtitutionum *caſus*, quorum alter *primus*, alter *ſecundus* adpellatur, *l.* 4. D. *eod. tit.* *l.* 8. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Vid. art. *pupillaris.*

Subſtitutio duplex, & ſimplex opponuntur, *l.* 1. D. *de vulg. & pupil. ſubſtit.* Duplex autem eſt, quæ in utrumque caſum, vulgarem ſcilicet, & pupillarem, concipitur, *l.* 4. & 45. *D. eod. tit.* in hunc modum: Filius meus heres eſto, ſi heres non erit, vel intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius heres eſto, *l.* 1. *C. eod. tit.*

Subſtitutio exemplaris eſt, qua ulterior heres liberis furioſis vel mente captis ſucceſſurus deſignatur. Furioſus enim vel mente captus impuberi in eo ſimilis eſt, quod teſtari nequeat, *l.* 40. *D. de reg. jur.* Ergo ad exemplum ſubſtitutionis, impuberi filio factæ, introducta a Juſtiniano ſubſtitutio furioſis a patre facta, *l.* 9. *C. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Inde etiam *exemplaris*, & *quaſi pupillaris* dicta, ad exemplum namque pupillaris ordinata eſt. Wurffel *juriſpr. definit.* §. 544.

Subſtitutio dari, id eſt, quod ſubſtitutione facta relictum eſt, dari dicitur, in *l.* 55. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* eadem ratione, qua donatio pro re donata, inſtitutio pro hereditatis donatione accipitur.

SUBSTRUENDO iter facere: *l.* 10. *D. de ſervit.*

SUBTEGMEN, *l.* 70. §. 2. *D. de legat.* 3. Silius Italicus *lib.* 15. *Punicor. v.* 436. Conſpicuus Siculi Tyrius ſubtegminis arte, ubi tamen Drakenborch. *ſubteminis* edidit. Vid. eum *ad lib.* 7. *c.* 80. quemadmodum & editi libri in *d. l.* 70 legunt. Hein.

SUBTILIS, acutus; ſed & ſcrupuloſus. *Subtilis* differentia: *l.* 58. D. *de verb. ſignif.* diligentia: *l.* 10. §. 5. D. *de quæſtion.*

Subtile jus quum opponitur benigno, jus ſtrictum denotat, ut in *l.* 11. *D. de ſervit. præd. ruſt.*

SUBTILITAS proprie obſervationem regularum artis cujuſvis ſignificat; ſæpiſſime tamen, ubi modus non ſervatur, vel nimis ſcrupuloſe præſcriptum regularum ſervatur, cum ſubtilitas

καταχρηστικῶς dicitur. Tum vero maxime, si æquitas a jure stricto disjungitur. Sic antiqua *subtilitas*: *l.* 4. *pr.* *C. de liber. prætor.* *l.* 1. *C. de nudo jur. Quirit. toll.* Subtilitas nimia: *l. ult.* §. *ult.* C. *de jur. dot.* vana: *l. ult. C. de legib.* Subtilitas juris dicitur bono & æquo obsistere, *l.* 17. D. *de injust. rupt. irrit.* Subtilitati verborum benignitas opponitur, *l.* 20. *in fin.* D. *de reb. cred.*

SUBTRAHERE instrumentum: *l.* 21. *D. quib. mod. pign.* filium militiæ: *l.* 4. §. 11. D. *de re militar.*

SUBVENIRE ætati: *l.* 15. §. 22. D. *de damn. infect.* creditoribus & heredibus: *l.* 5. *D. de jur. delib.*

SUBVERTERE libertatem: *l.* 1. §. *ult.* D. *de legit. tut.*

SUBURBANA possessio: *l.* 41. §. 6. D. *de legat.* 3. Suburbanum prædium vel rusticum ab urbanis non loco, sed qualitate secernitur: *l.* 16. *C. de præd. & al. reb. min. sine decret. non alien.* Suburbana villa: *l.* 1. §. 9. *D. quand. adpell.*

SUBURBICARIÆ regiones & partes, in *l.* 9. *C. Th. de annon. & tribut.* *l.* 12. *C. Th. de extraord. muner.* *l.* 12. C. *Th. de indulg. debit.* & in Notitia Imperii Romani, ubi de Comite rerum privatarum per occidentem tractatur. Adnotavit aliquid de hoc verbo Cujacius, *lib.* 1. *obs. cap.* 14. Plura tam de regionibus, quam de ecclesiis suburbicariis dixerunt Jac. Sirmondus & Claud. Salmasius in scriptis amœbæis. Vid. infra art. *urbicaria*.

SUCCEDANEUS culpæ dicitur, qui in culpam succedit, *l.* 4. D. *de magistr. conven.* & succedaneus damni, in *l.* 10. *C. qui dar. tut.* functionis, in *l.* 27. C. *de decurion.* Sic etiam *succedanea* hostia olim dicebatur, quæ in alterius locum in sacrificiis adhibebatur, ut Gellius *lib.* 4. *cap.* 6. & Servius *in Virgil. lib.* 8. *Æneid. v.* 641. scribunt. Apuleius *lib.* 8. *de asin. aur. p.* 213. Sed postquam non servam pro virgine, sed asinum pro homine *succedaneum* videre. *Succedaneus* alieni periculi, qui alienam culpam præstat, *l.* 3. §. *ult. D. de administrat. tut.* Succedaneus solutionis, in *l.* 3. *C. de fund. rei privat.*

SUCCEDERE vel ab intestato, vel ex testamento, *l.* 5. §. *ult.* C. *de tempor. in integr. restit.* in omne jus mortui: *l.* 37. D. *de adquir. hered.* in alicujus locum hereditate, emtione, aliove quo jure: *l.* 3. §. 2. D. *de itin. actuq. priv.* per universitatem vel in rem: *l.* 1. §. 13. D. *quod legator.*

Succedere pro in sui heredi locum succedere, sublato de medio vel morte vel pœna, vel captivitate, vel emancipatione, eo, qui præcedebat, *l.* 29. §. 14. & 15. D. *de liber. & postum.* *l.* 2. D. *de vulg. & pupil. substit.* *l.* 6. & 13. *D. de injusto, rupto, irrit.* Plane, quod in *l.* 1. §. 8. *D. de suis & legit.* dicitur, *in suis successionem non esse*, hunc sensum habet, ut eo, qui primum locum mortis tempore tenebat, mortuo, sequens ut suus heres non admittatur: aliter atque si ante, quam alii hereditas delata non esset. Quomodo & in hereditate legitima successionem non esse, cum Paulo *lib.* 4. *Sent. tit.* 8. §. 23. scribit Justinianus, *in* §. 7. *Inst. de legit. agnat. succession.*

Succedere in jus primi, secundus creditor dicitur, in *l.* 3. D. *quæ res pignor.*

SUCCESSIO κατ' ἐξοχὴν adpellatur hereditas, *l.* 21. C. *de pact.* & alibi. *Successio* quoque dicitur, quum priore subducto de potestate in suo herede, ulterior in

in proximum locum succedit, *l.* 28. §. 1. *D. de liber. & postum.* vide supra *succedere.*

SUCCESSORES alii in universum jus, alii in rem succedunt, *l. ult.* D. *de except. rei judic. l.* 19. §. 5. D. *de Ædil. edict. l.* 7. *in fin. l.* 8. D. *de jurejur. l.* 49. *D. de judic.* Ita *successio* per donationem: *l.* 17. §. 5. D. *de pact.* Successorum itaque verbo non solum qui in universa bona, sed & qui in rei dominium successerint, in stipulatione damni infecti continentur, *l.* 24. §. 1. D. *de damn. infect.* In locumque successisse accipimus, sive per universitatem, sive in rem successerint, *l.* 1. §. 13. *D. quod legator.* Et cum heredem significare volumus, juris successorem dicimus, *l.* 9. §. 1. *D. de edendo.* §. 11. *Inst. de testam. ordin.* & in locum hereditatis jure succedentem: *l. ult.* D. *pro suo.* quos in locum & jus succedere ait Paullus, in *l.* 9. §. 1. D. *de edend.* & *l.* 40. & 177. *D. de regul. jur.* Qui autem per universitatem succedunt vel civili, vel honorario jure succedunt, *l.* 1. *in fin.* D. *de muner. & honor.* Unde quidam *honorarii* sunt *successores*, veluti bonorum possessores, & quibus ex Trebelliano Senatusconsulto hereditas restituta est, *l.* 24. D. *famil. ercisc. l.* 9. §. 6. D. *de interrog. in jur. fac. l.* 7. *in fin.* D. de *condict. furtiv.* Successores prætorii: *l.* 2. §. 19. *D. pro emtor.*

Successor simpliciter pro eo, qui succedit in magistratum: *l.* 17. §. 14. D. *ad municipal.* Successor judicis: *l.* 1. D. *quand. adpell.* præfecti: *l.* 1. D. *de offic. præf. vigil.* præsidis: *l.* 17. D. *de offic. præsid.* prætoris: *l.* 35. D. *de aur. arg. legat.* principis: *l.* 56. *D. de legat.* 2. tribuni: *l.* 20. D. *de testam. milit.*

Dicitur & *successor* criminis alieni, in *l.* 26. *D. de pœn.*

SUCCESSORIUM edictum & successorium caput dicitur, quo inter bonorum possessores successionis gradus definiti sunt, & uno repudiante vel omittente, vel tempore excluso, sequentes in ejus locum admittuntur, *l.* 1. D. *de success. edict. l. ult.* C. *eod. tit. l.* 1. §. *penult.* D. *de jur. & fact. ignor.* Ulpian. *tit.* 28. *regul.* §. 12. Vel ut Prat. Successorium edictum est, quo prætor successionem permisit: id est, jus inter eos, quibus bonorum possessiones deferuntur, ut in locum eorum qui postulationem omiserint, sequentes succedere subireque possint.

SUCCIDERE arbores pro subsecare, *l.* 5. *pr.* D. *arb. furt. cæs.* & passim.

Succidere quoque maceriem Jurisconsulti dixerunt, *l.* 12. *D. de usufruct.*

SUCCURRERE ætati, *l.* 108. *D. de regul. jur.* constitutionibus: *l.* 24. §. *ult.* D. *de fideic. libert.*

SUCULA, in *l.* 19. §. 2. *D. locati.* machina est tractoria, quæ vectibus versatur. Ex stipite enim oblongo, quem vectes ambiunt, constat. Meminit Vitruvius *lib.* 10. *cap.* 4. & 5.

SUCULUS, porcellus, §. 37. *Inst. de rer. divis.*

SUDOR aquæ in legibus vocatur, ut Seneca *lib.* 3. *Natural. quæst. cap.* 15. scribit, qua guttæ quædam vel pressura loci eliduntur, vel æstu evocantur. Quod ad interpretationem, *l.* 1. §. 8. D. *de aqua quotid. & æstiv.* trahitur, in qua ita est: Plane si aqua sudoribus manando in aliquem locum effluere, atque ibi adparere incipit. Vitruvius *lib.* 8. *cap.* 1. In terra autem nigra *sudores* & stillæ inveniuntur exiles, quæ ex hibernis tempestatibus collectæ, in spissis & solidis locis subsidunt.

Quod ipſum Palladius *lib.* 9. *cap.* 8. tradens: nigra, ait, terra humores & ſtillicidia non magna ex hibernis imbribus & liquore collecta, & mox; Sequenti die aperto loco, ſi in eodem vaſe ſudores extrinſecus inveniantur, aut ſtillæ, aquas ibi eſſe non dubites. Lucan. *lib.* 4. *Pharſal.* *v.* 301. Antra nec exiguo ſtillare ſudantia rore. Add. Radulph. Forner. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 17.

SUFFECTUS *Conſul*, ait Iſidor. *lib.* 10. *etymol.* qui pro alio ſubſtituitur. Sic enim adpellabatur, qui in demortui Conſulis locum ſufficiebatur; *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* Lamprid. *in Alexandr.* Conſules quoſcumque vel ordinarios vel *ſuffectos* creavit, ex ſenatus ſententia nominavit. Spartian. in *Caracall.* Helvium Pertinacem *ſuffectum* Conſulem ob hoc ſolum, quod filius eſſet Imperatoris, occidi juſſit. Sueton. *in Jul. cap.* 80. Maximo *ſuffecto* trimeſtrique conſuli. Idem *in Aug. cap.* 26. Die Kalendarum Januar. quum mane pro æde Capitolini Jovis paululum curuli ſella præſediſſet, honore abiit, *ſuffecto* alio in locum ſuum. Ab ordinariis autem Conſulibus, non etiam a *ſuffectis* anni computabantur. Et idcirco minor eos honor, minor laus ſequebatur. Auſon. in *Gratiar. action.* Sed conſulatus ille cujuſmodi? ordinario *ſuffectus*, bimeſtri ſpatio interpoſitus.

SUFFERRE litis æſtimationem, id eſt, offerre, in *l.* 17. §. 3. *D. de injur.* & alibi paſſim. Sufferre autem litis æſtimationem victus dicitur, qui pretium hominis dat, *l.* 21. §. 2. *D. de evictıon.* Ita quoque *ſuſtulerit* litis æſtimationem: *ibid.* porro & *ſufferre* condemnationem dicitur, in *l.* 2. D. *de noxal. action.* mulctam: *l. ult.* D. *de termin. mot.* vel pœnam; *l.* 15. *D. de tutel. & rat. diſtrah.* ſuſtentationem: *l.* 22. §. 8. D. *ſolut. matrim.* pecuniam: *l.* 19. D. *de noxal. action.*

SUFFICERE præter alias ſignificationes, eſt ſufferre, præſtare. Sic *ſufficere* æſtimationem: *l.* 40. *princ.* D. *de manum. teſtam.* Quum Decemviri deinceps non vellent *ſufficere* magiſtratibus, *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.* Inſolens hæc loquutio; defendit tamen Rupertus, & *ſufficere* locum cedere interpretatur. Haloander pro *magiſtratibus*, legit *magiſtratus.* Et tunc *ſufficere* pro ſubſtituere, nota ſignificatione, accipi poteſt. Add. Bynkersh. *in prætermiſſ. p.* 33. *Tom.* 2. *opuſcul.*

Non *ſufficit*, Paullo eſt non competit, non ſuppetit, deficit, ut in *l.* 22. D. *commodati. l.* 45. D. *locati. l.* 29. D. *commun. divid. l.* 43. *D. de action. emti.* Vid. Cujac. *Tractat.* 8. *ad African.* in *l.* 21. §. 1. *D. commodati.* Eodem loquendi genere & Ulpianus uſus eſt, *l.* 29. §. 4. D. *ad leg. Aquil.* Puto Aquilliæ *ſufficere.* Vid. Bynkersh. *lib.* 4. *obſerv. cap.* 17. Hein.

SUFFODERE, *l.* 11. D. *de aqu. & aqu. pluv. arcend.*

SUFFRAGIUM, pro voce & ſcito, quo vel in magiſtratu mandando, vel reo judicando, vel lege, aut rogatione ſcienda, aliave qua re ſtatuenda voluntatem ſuam quiſque indicat, *l.* 32. *D. de legib. l.* 5. D. *quod cujuſque univerſ. nom.*

Suffragium etiam in conſtitutionibus auxilium & patrocinium honorum adipiſcendorum cauſſa latum ac præſtitum ſignificat, *l. un. C. de ſuffrag. l.* 1. C. *Th. ſi cert. pet. de ſuffrag. l.* 7. *C. de advocat. diverſ. judic. l.* 36. & 44. C. *Th. de decurion. Novell.* 6. Lamprid. *in Alexandro cap.* 36. Quod quum factum eſſet, & Turinus ſuffragium promiſiſſet, dixiſſet-

xiſſetque, ſe quædam Imperatori dixiſſe, quum nihil dixiſſet. κ. τ. λ. Ita *ſuffragium* populi & Legislatoris, in *l.* 32. D. *de legib.*

Dicitur & *ſuffragium* ætatis, in *l.* 22. *C. de pact. l.* 1. *C. ſi adverſ. dictum.* temporis: *l.* 24. D. *de donat. int. vir. & uxor.*

Singulari prorſus ſenſu, innocenter adhibita *ſuffragia* dicuntur, in *l.* 4. *C. & l.* 3. *C. Theod. de malef. & mathemat.*

SUGGERA, in *l.* 3. *C. Th. de calc. coct.* ibi: *Hoc autem excepto a Tarracinenſis præſtationis canone ſuggera, quæ vetuſto præberi Fari ac portus uſibus more conſuevit.* Monſtrum vocis *ſuggera* eſt, ex qua quid faciendum haud proclive dictu. An *ſuggera* vel *ſuggeria*, pro præſtatione χορηγία, ut legamus *ſuggeraque, quæ.* Suggera ſcilicet a ſuggerendo, pro canone, præbitione, præſtatione, collatione, ſubventione, forte & ſubvectione: Cujuſmodi voces hoc ævo plures in uſum invectæ, veluti *proba*, *caballatio*, ſimileſque etiam ex antiquitate repetitæ, velut *exagoga*: vel eodem ſenſu, *ſuggeriaque, quæ: ſuggeries*, ut congeries. Jac. Gothofr. *ad. d. l.* 3. *not. m.*

SUGGERERE & requirere opponuntur. Ita: Hoc magis *ſuggerentis* eſt, quam requirentis, *l.* 1. §. 21. *D. de quæſtion.*

Suggerere, allegare, *l.* 8. *C. ad leg. Falcid. Suggerere* prætori, id eſt, indicare, ſeu monere, *l.* 2. §. *ult. ubi pupil. educ. vel mor.* Suggerit ratio, res, *l.* 35. §. 3. *in fin. D. de hered. inſtit.*

SUGGESTUS magiſtratuum: *l.* 1. §. 5. *D. de magiſtrat. conven.*

SUGGILLARE opinionem, *l.* 4. §. 16. D. *de doli mali & met. except.* pudorem: *l.* 10. §. 12. D. *de in jus voc.* Unde ſuggillatio, in *l.* 15. §. 35. *D. de injur.* & apud Plin. *lib.* 7. *cap.* 45.

SUGGRUNDA, vel *ſuggruenda*, varie enim in Pandectis Florentinis hoc verbum ſcribitur, ſunt projecta ex ædibus, quæ ita provehuntur & protenduntur, ut nuſquam requieſcant, *l.* 242. §. 1. D. *de verb. ſignif. l.* 5. §. *ult. D. de his, qui effud. vel dejec. rubr.* D. *de damn. infect.* Apud Vitruvium *lib.* 2. *cap.* 9. ſubgrunda vocantur. Unde ſubgrundationem idem dixit, *lib.* 4. *cap.* 2. Subgrundas etiam Varro *lib.* 3. *de re ruſtic. cap.* 3. dixit. Græci γεισσηποδίσματα adpellarunt. Sic enim Moſchopulus περὶ σχεδῶν. Γεισσηποδίσματα, αἱ προβολαὶ τῶν ὑπερῶν οἰκημάτων, αἱ ὑπὲρ τοὺς κάτω τείχους προὔχουσαι· γεισσήποδες δὲ τὰ φέροντα αὐτὰς ξυλά. Vetus Gloſſar. ſubgrunda, ἐκθέτης.

SULPHURARIA, eſt ſulphuris fodina, *l.* 8. §. 10. D. *de pœnis.*

SULPHURATA de ligno, id eſt, ligna ſulphure illita, *l.* 55. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 167. D. *de verbor. ſignif.*

SUMERE pecuniam, pro mutuo accipere, *l.* 6. §. 6. D. *mandati.*

Sumi dicitur judex, arbiterve, qui ex conventione litigatorum aditur. Sic ſumtus arbiter ex compromiſſo, *l.* 50. D. *de recept. arbitr.* Ovid. *lib.* 3. *Metamorph. v.* 332. Arbiter hic igitur ſumtus de lite jocoſa. Dicitur & *adſumi* arbiter, qui jam ſumto conjungitur, ut loquitur *l.* 32. §. 17. & *l.* 17. §. 5. D. *de recept. arbitr.* ſumtus judex ex compromiſſo: Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 5. vel abſolute, ſumtus ex compromiſſo: *l.* 71. D. *de judic.* ex interdicto: *l.* 21. D. *quod vi aut clam.* Sic etiam judicium *ſumere* apud Cicer. *pro Quint.* & *ad Attic.* quod firmatur, *l.* 25. §. 3. *D. famil. erciſc.* & *l.* 13. D. *de Publician. in rem act.*

Sumito, verbum uſitatum in lega-

gatis vindicationis, Ulpian. *tit.* 24. *regul.* §. 3. ubi vid. Schulting. *p.* 650.

Sumi quoque fupplicium de aliquo dicitur, *l.* 13. 14. & 19. *D. ad SC. Silan.*

SUMMA, pecuniæ quantitas, *l.* 23. *D. de verb. oblig.* & paffim. Sic: Summa condemnationis: *l.* 3. §. *penult.* D. *uti poffid.*

Summa quoque pignoris id fignificat, quanti pignus valet, ut fumma debiti, pecuniæ debitæ, in quam pignus obligatum eft, fummam, *l.* 87. D. *de furt.*

Summa pro æftimatione: *l.* 87. D. *de furt.* *l.* 5. D. *de jur. dot.* *l.* 2. §. 2. & 3. D. *ad leg. Rhod. de jact.* ubi Cujacius.

Summa reipublicæ, Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 3. refpublica: *l.* 1. §. 20. *D. de exercit. act.* Ita enim loquutos effe veteres, ac fummam reipublicæ & fummam rempublicam promifcue dixiffe monuit Giphanius ad Paull. *eod. loco*, *p.* 502. ubi & *fumma republica* legit. Vid. Gronov. ad Livium *lib.* 26. *cap.* 10. *p.* 437. *Tom.* 2. Add. Jac. Guther. *lib.* 3. *de offic. dom. Aug.*

SUMMARII dicuntur qui faciendæ rationis fummarum quarumcumque periti funt. Nam & fummis tributorum faciendis adhibentur, *Novell.* 30. Cujac. in *expofit. ad Nov. Juftin.* 64. *de hortulanis.* Numerantur autem *fummarii* inter officia Comitiana. Idem Cujac. in *expofit. ad. d. Nov. Juftin.* 30. *de Proconfule Cappadociæ.* Vid. & Gothofr. *in not. ad d. Nov.* 30. & 64. *cap.* 1.

SUMMATIM cognofcere, *l.* 15. §. 4. D. *de re judicat.* æftimare: *l.* 7. §. 1. *D. de hered. petit.*

SUMMINISTRARE. Vid. *Subminiftrare.*

SUMMITTERE. Vid. *Submittere.*

SUMMOVERE. Vid. *Submovere.*

SUMMUS, *a*, *um.* Summus fundus, & imus opponuntur, *l.* 31. D. *de fervit. præd. ruft.* Summum fupplicium: *l. ult.* D. *de fepulcr. viol.* id eft, ultimum: *l.* 28. *pr.* & §. 14. *D. de pœn.* quod mortem fignificat, *l.* 38. §. 5. D. *eod. tit.* Calliftratus in *l.* 28. *pr.* D. *eod. tit.* Summum fupplicium, ait, videtur effe ad furcam damnatio, item vivi crematio, & capitis amputatio. Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 17. Summa fupplicia funt crux, crematio, decollatio. Ad beftias etiam damnatio ex hoc genere eft, *l.* 29. *D. de pœn.* ut & Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. oftendit. Summum itaque fupplicium eft ultimum, ut fummum fæpe ultimum & extremum fignificat. Afin. Pollio *ad Ciceron. lib.* 10. *epift.* 32. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum hiftrionem fummo ludorum die anulo aureo donatum in XIV feffum deduxit.

SUMMUTARE, id eft, clam mutare, in *l.* 1. §. 2. *D. de peric. & commod. rei vend.*

SUNT, cauffaliter, pro conftituunt, *l.* 22. §. 4. *D. famil. ercifc.*

SUPELLEX. Eam Pomponius definit effe domefticum patrisfamilias inftrumentum, quod neque argento aurove facto, vel vefti adnumeretur, *l.* 1. D. *de fupellect. legat.* Alfenus fupellectilis effe refcribit, quæ ad ufum communem patrisfamilias paratæ, nomen fui generis feparatum non habent, *l.* 6. D. *eod. tit.* Tubero fupellectilem effe dicebat inftrumentum patrisfamilias rerum ad quotidianum ufum paratarum, quod in aliam fpeciem non caderet, *l.* 7. *D. eod. tit.* Supellectilis ergo adpellatione veftis non continetur, quoniam proprio generi adfcribitur, *l.* 4. D. *de legat.* 1. Origo autem hujus verbi

ex-

exponitur, in *l.* 7. *D. de supell. legat.* Unde

SUPELLECTICARII servi, in *l.* 12. §. 13. *D. de instr. vel instrum. legat.* qui supellectilem curant & faciunt.

SUPER pro ultra. *Super* pretium: *l. pen.* D. *de peric. & commod. rei vend.* Sueton. in *Calig. cap.* 36. Quinctilian. *Declam.* 19. Sed quoniam mulieris immodici semper adfectus super cuncta, quæ vel passus sive paullo ante vel feci reatus quoque me dolore concussit. Adde *l.* 11. D. *de dot. prælег.* Livius *lib.* 26. *cap.* 50. Inviolatam tibi sponsam tuam gratis reddo, & super dotem, quam accepturus es a socero, hæc tibi a me dotalia dona accedunt.

Super etiam pro præter: ut super annuam mercedem: *l.* 7. §. 8. D. *solut. matrim.* Adde *l.* 35. §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 18. *D. de peric. & comm. rei vend.*

Super, pro de, *l.* 3. C. *de judic.* & passim.

SUPERAMENTA materiarum, pro residua materia, *l.* 55. §. 4. D. *de legat.* 3. Hein.

SUPERARE, pro superesse. Sic qui vita superasset, in *l.* 78. §. 4. D. *ad SCum Trebell.* & quod superaverit, id est, superfuerit, in *l.* 6. *D. de reb. auctor. jud. possid.* Sic etiam Livius, *lib.* 22. *cap.* 49. Pepulerunt tamen jam paucos superantes, & labore ac vulneribus fessos, & Virgil. *Eclog.* 9. *v.* 27. Superet modo Mantua nobis, ubi Servius: *supersit* interpretatur. Idem *lib.* 2. *Georg. v.* 314. Infelix superat foliis oleaster amaris. ubi Servius *superat*, *superest.* Idemque poeta alibi hoc genus loquendi usurpat. Adde Duker. *p.* 380. Hein.

Superare, obtinere, vincere, *l.* 21. §. *ult. D. de inoff. testam.* & passim.

SUPERBUS Demarathi Corintii filius, *l.* 2. §. 2. D. *de orig. jur.*

SUPERDICI in *l.* 13. *in fin.* D. *de jurejur.* est præconis voce, &, ut Apuleius loquitur, boatu pronunciari, & proclamari, ut est in *l.* 16. *C. ex quib. causs. infam. irrog.* Eodemque loquendi genere usus est Arrianus, *lib.* 3. *de reb. gest. Alexand.* ἐπιλέγειν διὰ τὸν κήρυκα.

SUPERDUCERE novercam dicitur pater, qui filiis novercam inducit, *l. ult.* C. *Th. de bon. matern.* ex qua descripta est *l. ult.* C. *Just. eod. tit.* in qua vulgo male *superinduxerit*; refragante scriptorum codicum scriptura, pro *superduxerit* legitur. Seneca *lib.* 13. *declam.* 1. & 3. Donatus in *Terent. Eunuch. prolog. v.* 9. Phasma autem & nomen est fabulæ Menandri, ex qua noverca superducta adolescenti. Quinctilian. *Declam.* 381. Quidam filio superduxit novercam, & ex ea aliam filiam suscepit. Plin. *lib.* 6. *epist.* 33. novercam filio *inducere* eodem sensu dixit. Sic Græci ἐπάγειν, vel ἐπεισάγειν μητρειὰν τοῖς τέκνοις dicunt, ut apud Diodor. Sicul. *lib.* 19. *in legibus.* Capitolin. *in Marco cap.* 29. Concubinam sibi adscivit procuratoris uxoris suæ filiam, ne tot liberis superinduceret novercam.

SUPERESSE, existere. Superest accusatio: *l.* 3. D. *ad leg. Fab.* actio: *l.* 29. D. *de injur.* auxilium: *l.* 3. *C. si min. se major.*

Superesse, remanere, supermanere. Sic *superesse* æri alieno, hoc est, ære alieno deducto remanere: *l.* 11. D. *de jur. fisc.* Sic & superesse tempus dicitur, quod non deficit, sed compleri potest, *l.* 16. D. *de manum. testam.*

Superesse, pro præesse & gerere. Superesse negotiis suis, *l.* 9. C. *de procurator.* Sic etiam superesse rebus suis, pro sufficere ea-

earum administrationi, negotia sua gerere, significat *l.* 1. §. *ult.* D. *de procurat.* & passim. Gellius *lib.* 1. *cap.* 22. de hujus verbi significatione disputans eos ridet, qui superesse se his, quibus advocationem præbebant, dicebant, pro adesse, & prætorem lepida æquivocatione ludentem memorat, qui, cum ei, cujus res erat dixisset, advocatum eum non habere: & is, qui verba faciebat reclamasset: ego illi vir clarissime supersum, respondit festiviter: *Tu plane superes* (i. e. supervacas) *non ades.*

Est vero hæc loquutio *superesse* pro *adesse* dicentis juridica ac forensis, eaque antiquissima, quum ne optimi quidem ævi scriptores ab eo abhorruerint. Hoc enim significatu Sueton. *in Augusto c.* 56. hoc verbo usus est. Et Ciceronem ita loquutum esse, Jan. Guilelm. *Verosimil. II.* 4. ostendit. Potest etiam addi locus Plauti, non modo ex *milit. glorios. Act.* 2. *sc.* 4. *v.* 3. qui dubiæ lectionis, verum etiam ex fragmento apud Festum in *superstes.* Nihil enim differt *superstes*, & qui superest. Hinc eodem referre licebit formulam apud Ciceron. pro *Muræn. cap.* 12. Utrisque superstitibus præsentis. Add. Casp. Barth. *lib.* 24. *Advers. cap.* 12. *p.* 1193. Hein.

Superesse, deesse notat, in *l.* 27. D. *de solution.*

SUPERFICIARIUS. Eum interpretatur Paullus, qui in alieno solo superficiem ita habet, ut certam pensionem præstet, *l.* 74. D. *de rei vindicat.* Alias hac paraphrasi significatur, qui in conducto solo superficiem imposuit, *l.* 18. §. 4. D. *de damn. infect.* Senec. *epist.* 13. *Mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit.* Proinde superficiarii domini non sunt, sed quasi inquilini, quum in alieno habitent, *l.* 3. §. *penult.* D. *de oper. nov. nunciat.* Aliquod tamen jus in re habent: *l.* 19. D. *de damn. infect.* Et ideo *superficiaria* bonis adnumerantur, *l.* 49. *D. de verb. signif.* Superficiarios denique prætor loco dominorum habet, & utilibus in rem actionibus tuetur, *l.* 1. §. *ult.* D. *de superficieb.* *l.* 9. §. 4. *l.* 18. §. 4. D. *de damn. infect.* *l.* 74. & 75. D. *de rei vindic.* *l.* 16. *in fin. D. de pignor. act.* *l.* 3. §. 7. *D. uti possid.* *l.* 13. §. 3. D. *de pignor.* Igitur superficiarius, ut ait Vult. *ad* §. 6. *Inst. de locat.* dicitur, qui conduxit solum ut in eo ædificaret, & pro recognitione dominii nomine soli illius quotannis penderet solarium, per *l.* 1. D. *de superf.* Hic ab emphyteuta eo differt, quod nimirum jus tantum habeat in superficie, emphyteuticarius non in superficie tantum, sed in prædio universo: ille hoc jus sibi adquisiverit respectu superficiei positæ in solo alieno suis sumtibus, hic adquisiverit sibi jus emphyteuseos respectu meliorationum, quæ Græcis dicuntur ἐμπονήματα, respectu, inquam, meliorationum, quas jam fecit, vel adhuc facturus est.

SUPERFICIARIUS, *a, um.* Fundus superficiarius, in quo superficies aliena est, *l.* 1. *D. quib. mod. ususfr. amitt.* ut fundus fructuarius, cujus usus aut fructus ad alium pertinet. *Superficiarias* ædes in conducto solo positas, dixit Caius, in *l. ult.* D. *de superficieb.* Vet. Glossar. Græc. Σουπερφιζιαρίας οἰκίας καλοῦμεν, τῶν κατὰ τοῦ μισθιοθέντος ἐδάφους ἐποικοδομουμένων ἡ δεσποτεία καὶ φύσει καὶ νόμω ἐκείνω διενήνοχεν οὗ τινός ἐστι τὸ ἔδαφος. Superficiaria insula, in *l.* 12. §. 1. D. *de Publician. in rem act.* Unde & superficiaria prædia: quæ in conducto solo certa pensione annua ha-

habentur, *l.* 10. D. *famil. ercisc. l.* 16. §. *ult.* D. *de pign. action. l.* 49. *D. de verb. signif.*

SUPERFICIENS aqua, pro superfluens, redundans, *l.* 1. §. 11. D. *de aqu. & aqu. pluv.*

SUPERFICIES adpellatur, quidquid supra faciem terræ, & supra solum existit. Plantæ itaque, vineæ, & arbores agri superficies fuit, *l.* 13. D. *de servit. præd. rust.* Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 4. Domus etiam solo imposita *superficies* adpellatur. Est enim ædificium superficies soli, *l.* 44. D. *de oblig. & act. l.* 23. D. *de usucap. l.* 71. *D. de usufruct. l.* 81. §. 3. *l.* 86. §. *ult.* D. *de legat.* 1. De servitutibus in superficie consistentibus, vide quæ supra notata sunt in *solum.*

Interdictum de *superficiebus*, quod etiam actio nuncupatur, proponitur duplex, exemplo interdicti *uti possidetis.* Tuetur itaque prætor eum, qui superficiem petit, & defendit, veluti *uti possidetis* interdicto, & omnia, quæ in *uti possidetis* interdicto servantur, hic quoque servabuntur, ut in *l.* 1. §. *proponitur* D. *de superfic.* Et competit ei, qui superficiem alieni soli conductam vel emtam, aut a se exstructam habet, & turbatur a domino soli, vel ab alio possidente, adversus eum, qui turbat eum in possessione, ne amplius in ea turbetur, quam retinere commodissimum est.

SUPERFICIUM etiam dici, notandum est, & ita in *l.* 32. D. *de jur. dot. scriptum est* & in autographo Pisano, in *l.* 1. D. *de superficieb.* ut & apud Caium *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 4. Vet. Glossar. σȣπεϱφίκιον ἰςόν τὸ ἐπ᾽ ἀλλοτϱίῳ ἐδάφει ἱςάμενον. Ita & in *l.* 39. *D. de legat.* 2. legi, notavit Cujac. *ad l.* 26. D. *de usurpation.* Eadem etiam vox reperitur in marmoribus apud Gruter. *Inscript. p.* CXXXVIII. *in fin. p.* DCVIII. 8. ceu observavit Schulting. *ad Jurisprud. vet. antejust. p.* 80.

SUPERFLUO, superflue, *l.* 2. C. *in quib. causs. cess. long. temp. præscr. l.* 6. *C. arbitr. tutel.*

SUPERFLUUM, quod superest, seu reliquum & residuum. Sic superfluum, pro eo, quod ex pretio venditi pignoris, post creditorem dimissum, restat & superest, & quod pluris est, quam ea pecunia, quæ creditori debetur, *l.* 24. §. 2. *l.* 7. & 42. D. *de pignor. act.* Sic quoque superfluum dicitur, quod excedit primum debitum, *l.* 96. §. 3. D. *de solution.* & quod est supra vires patrimonii: *l.* 43. §. *ult.* D. *de admin. & peric. tutor.* & quod excedit summam, in quam pignus datum erat, vel quod superest soluta pecunia, ob quam pignus obligatum erat, ut in *l.* 52. §. 7. D. *pro soc.* Eoque sensu dicitur *superfluum* sumtuum, *l.* 48. D. *de rei vindicat.*

Superfluum, quod excedit fraudis medium, *l.* 11. *D. de his, quæ ut indign.* Superfluum, quod amplius permissum est, quam permitti oportuit: *l.* 61. D. *de jur. dot.* Superfluum pro eo, quod deest ex condemnatione, *l.* 1. C. *si advers. rem judicat.*

SUPERINDICTITII tituli, in *l. ult.* C. *de privileg. dom. August.* quemadmodum ex scriptorum librorum auctoritate emendandum est.

SUPERINDICTUM extraordinarium munus ultra solitam & canonicam collationem significat, *l.* 1. *C. de indiction. l.* 1. *C. de superindict. l.* 3. *C. de excusat. mun. l.* 3. *C. de silentiar.*

SUPERINDUCTIO, *l.* 1. §. 1. *D. de his, quæ in testam. dol.*

SUPERIOR, in interdicto: *l.* 3. *pr. D. uti possid.* in licitatione: *l.* 4. *C. de vectigal.*

SU-

Superstes est, qui jam natus est, & opponitur postumo: *l.* 8. D. *de lib. & postum.*

Superstitio, absolute pro aris & simulacris, *l.* 3. *C. Th. de Paganis.* quæ ipsis ædibus templorum opponitur, *d. l.* 3. illam erui Constans voluit, has convelli noluit.

Superstitio, pro cultu idolorum, *l.* 2. *C. Th. de pagan.*

Superstitio, de haruspicina *l.* 1. *C. Th. de malefic.* item de heresibus, ut superstitio Eunomiana, *l.* 34. *C. Th. de hæretic.* Tascodrogitarum, *l.* 10. C. *Theod. si de hæretic.* judaica: *l.* 158. *C. Th. de decurion.*

Superstitio numinis: *l.* 30. D. *de pœnis.*

Superstitiosa sollicitudo: *l.* 8. *C. solut. matrim.*

Supervacue libertas data alieno servo, id est, sine effectu. Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 7.

Suppetere præter tritas significationes, est subjecta persona suo pro alio petere: *l.* 52. §. 11. D. *de furt.*

Suppetere significat prodesse, in *l. ult. C. de jurisdiction.*

Supplere. *Suppleri* dicitur portio, non ea, cui quid deficiebat, sed cui aliquid additur, in *l.* 15. §. 7. *D. ad leg. Falcid.* Sic suppleri portio debita, *l.* 44. *D. de bon. libertor.* Supplere portionem: *l.* 21. §. 1. *D. de jur. patron.*

Supplere quoque judex dicitur, quæ desunt advocatis partium: *l.* 11. *C. ut quæ desunt advoc. part.* & supplet prætor actiones: *l.* 11. D. *de præscript. verb.*

Supplicare, libellum vel preces principi offerre, *l.* 1. *C. ut lit. pend.*

Supplicium. Nomen hoc est publicæ animadversionis, exactæ per magistratus pœnæ, ait Quinctilian. *Declam.* 272. Supplicio adfici: *l.* 1. §. 21. D. *ad SC. Silan.* Supplicium perpetui exsilii: *l.* 8. *C. de exsequut. & exact.* Supplicium sumi de eo quoque dicitur, qui deportatur, *l.* 6. §. 7. D. *de injust. rupt. irrit.* Ultimo supplicio mactari opponitur pœnæ capitis, *l.* 9. §. 1. D. *ad leg. Pomp. de parricid.* summum supplicium. Vid. *summum.*

Supponere, subjicere. Suppositus jurisdictioni: *l.* 1. D. *si quis in jus vocat.*

Supponere, interponere, *l.* 49. *D. de action. emt.* Supponere emtorem: *l.* 22. §. 3. *D. mandati.* personam: *l.* 34. §. *ult. D. de pœn.*

Supponere, pro pignori obligare. Res supposita: *l.* 6. *C. de pignor. action. rubr.* D. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt, sine decreto non alien. vel suppon.*

Suppositi partus crimen: *l.* 1. §. *ult. l.* 9. *D. de Carbon. edict.*

Suppositi & objecti casus, *l.* 2. §. 3. D. *ad SC. Velleian.*

Suppressor mancipiorum, plagiarius, qui alienis servis suadet, ut a dominis fugiant, eosque invite vel insciente domino celat, *l.* 6. *l. penult. D. ad leg. Fab. de plagiar.*

Supprimere, celare est, *l.* 2. D. *ad leg. Cornel. de fals.* Sed & *supprimere* videtur, qui reposcentis domino non reddit, *l.* 44. *D. de adquir. possess.*

Speciatim *supprimere* testamentum in lege Cornelia testamentaria intelligitur, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum, legatariorum, fideicommissariorum, aut libertatium non profert, & qui quum habeat, & proferre possit, eas proferre non curat. Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 7. §. 3. 4. Isidorus quoque ex Paullo mutuatus, *lib.* 5. *etymol. cap.* 24. suppressum testamentum definit, quod in fraudem legatariorum seu libertorum

non

non est palam prolatum. Quod etsi non latet, si tamen personis supradictis non proferatur, supprimi videtur. *Supprimere* ergo celare est, quod crimen in testamentis ad legem Corneliam de falsis pertinet, *l.* 2. *D. ad Leg. Cornel. de fals.* Et ita *suppressas* tabulas accipe, in *l.* 10. *in fin. testam. quemadm. aper.* Sueton. in *Caligula cap.* 16. Legata ex testamento Tiberii quamquam abolito, sed & Liviæ Augustæ, quod Tiberius suppresserat, cum fide ac sine calumnia repræsentata persolvit. Idem in *Nerone cap.* 34. Nec dum defunctæ bona invasit, suppresso testamento, ne quid abscederet. Vid. Schulting. *ad Jurisprud. Antejustin. p.* 405.

SUPRA pro ultra. Supra dodrantem: *l.* 1. §. 11. D. *ad leg. Falcid.*

SUPREMA, numero multitudinis, absolute pro novissimis judiciis, & ultima voluntate, seu testamento in *l.* 25. §. 1. D. *de lib. & postum. l.* 3. §. *ult.* D. *de mun. & honor.* Tacit. *lib.* 1. *Annal. cap.* 8. Nihil eo die senatus egit, nisi de *supremis* Augusti, cujus testamentum inlatum est per virgines Vestales. Quinctilian. *Declam.* 264. In supremis constituere. At quod idem auctor *Declam.* 8. ait: *Vidimus igitur frequenter ad vitam post conclamata suprema redeuntes*, sic accipiendum est, post conclamata novissima verba, in quibus fuisse verbum, *licet*, Donatus & Servius *in Virgilium* notant.

SUPREMUS, non is demum, qui post aliquem, sed etiam postquem nemo sit, & quem nemo sequatur, intelligitur, *l.* 34. D. *de vulgar. & pupill. substit. l.* 32. D. *de verb. signif.* Sic: Supremus dies, pro ultimo, *l.* 1. D. *de manumiss.* suprema elogia: *l.* 5. *C. de fideic. libert.* supremus vitæ exitus: *l.* 4. D. *de adim. legat.* suprema hora: *l.* 1. §. 8. D. *quand. adpell.* judicia: *l.* 5. D. *testam. quemadm. aper.* Quinctilian. *lib.* 6. *cap. de risu.* Consulens eum, an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema judicia. *Supremum* judicium conferre in fratrem: *l.* 40. §. *ult. D. de pactis.* ubi de pacto dicitur, vel certe pacto continetur. *Supremus* ex liberis, id est, novissimus, *l.* 78. §. 3. D. *de legat.* 2. supremus mortuus: *l.* 11. D. *de bonor. possess.* suprema mulcta: Gell. *lib.* 11. *cap.* 1. supremum officium: *l.* 5. *D. de religios.* suprema pœnitentia: *l.* 32. §. 3. D. *de donat. int. vir. & ux.* supremæ defuncti preces: *l.* 55. §. 3. D. *ad. SC. Trebell.* Sic supremas tabulas, secundum quas se Prætor bonorum possessionem daturum pollicetur, accipimus novissimas, postquas nullæ aliæ factæ sunt, *l.* 1. §. 1. *l. penult.* §. 2. D. *de bonor. possess. secund. tab.* Sed & illæ supremæ habentur tabulæ, quæ solæ sunt, *l.* 161. *D. de verb. signif.* In vulgari quoque substitutione, qua ei, qui supremus morietur, heres substituitur, recte heres substitutus etiam unico intelligitur, *l.* 162. D. *de verb. signif. l.* 9. D. *de reb. dub.* Quum vero plures sunt, ei, qui novissimus decesserit, ex his verbis substitutus succedet, *l.* 9. & 14. *in fin. D. ad leg. Falcid.* Supremæ tabulæ ultimæ ceræ vocantur a Martial. *lib.* 4. *epigr.* 70. Moriens reliquit ultimis pater ceris. Supremas etiam tabulas pro testamento Latini auctores dicunt. Martial. *lib.* 5. *epigr.* 40. Supremus tibi tricies in anno Signanti tabulas, Charine misi. Idem. *lib.* 5. *epigr.* 31. Quadrantem Crispus tabulis, Faustine supremis, non dedit uxori: cui dedit ergo? sibi. & Quincti-

ctilian. *declam.* 262. Ita quoque interpretanda lex XII. Tabularum: Solis occafus fuprema tempeftas efto. Et fuprema voluntas, pro ultima, *l.* 2. C. *de inftitution.* & paffim, & in *verbis SC. Trebelliani :* Supremæ defunctorum voluntates, *l.* 1. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* quas etiam mortuorum difpofitiones dicimus.

SURDUS, qui in totum non audit: *l.* 7. §. 7. D. *de mun. & bonor.* furdus, qui omnino non exaudit: *l.* 1. §. *ult.* D. *de oblig. & action. l.* 1. §. 3. *D. de poftul.* furdus, qui tardius exaudit, vel minus audiens: *l.* 2. §. 6. *D. de vacat. & excuf. muner.*

SURRIPERE Vid. *Subripere.*

SUSCEPTORES, qui folutionem auri & fpecierum accipiebant, & modum jugationis, poffefforum, & fpecies fingulas defcribebant, *l.* 9. *C. de defenfor. civit. l.* 3. *C. ad leg. Jul. repetund. l.* 5. *C. de exactor. tributor. l. penult.* C. *de canon. largit. l.* 23. C. *de decurion. l.* 1. & 2. & *tot. tit. C. de fufceptor.* fufceptores veftium: *l. penult. C. de fufcept.* vini: *l. ult.* §. 20. *D. de mun. & bonor.*

Sufceptores pro receptoribus latronum: Paull. *lib.* 5. *fent. tit.* 3. & 4. Sic & fufceptores, qui lufores recipiunt, *l.* 1. §. 1. *D. de aleator.*

Sufceptores etiam pro litigantibus apud pofterioris ætatis fcriptores. Vid. *Sufcipere.*

SUSCEPTUS, *a*, *um.* pro accepto, & recepto, fic *fufcepta* advocatio: *l.* 17. D. *de jurifd.*

Sufceptus, pro cliente Ammian. Marcellin. *lib.* 17. *cap.* 20. & *lib.* 30. *cap.* 4. Occurrit hoc verbum etiam in *Collat. Leg. Mof. & Rom. tit.* 4. §. 3. ex qua Shultingius emendavit locum Paulli *lib.* 5. *fent. tit.* 15. §. 1. ubi *fufpectus* legitur. Vide omnino; quæ ibi de hoc verbo fcripfit Schulting. *p.* 487. Hein.

SUSCIPERE, accipere. Sufcipere ancillam temporarii minifterii cauffa: *l.* 2. C. *Commodati.* fufcipere delationes, id eft, onus denunciandi & deferendi: *l.* 2. *pr.* D. *de jure fifci.* fufcipere depofitum: *l.* 61. D. *de verb. oblig.*

Sufcipere liberos interdum idem eft, ac concipere, *l.* 17. D. *ad SC. Trebell. l. ult.* D. *de conjungend. cum emancip. l.* 9. *D. de captiv. junct. l.* 1. C. *eod. tit.*

Sufcipere, id eft, celare. Sic fufcipere fugitivum: *l.* 5. *D. ad leg. Fab. de plag.* furem: *l.* 48. §. 3. D. *de furtis.* relegatos: *l.* 11. D. *de interd. & releg.* fervum: *l.* 20. D. *de fideicommiff. libert.*

Sufcipere judicium, feu excipere reus dicitur, *l.* 7. §. 1. D. *de petit. hered.* & paffim. ut & defenfor, in *l.* 2. § 3. & *l.* 3. D. *de judic.* Dicitur & judex fufcipere judicium: *l. penult.* D. *de vocation.*

Sufcipere hereditatem, id eft, adire: *l.* 77. §. 7. *D. de legat.* 2. *l.* 16. §. 8. *D. ad SC. Trebell.* curationem hereditatis: *l.* 13. *D. de negot. geft.* bona hereditatis: *l.* 76. §. 1. D. *de legat.* 2. fideicommiffum: *l.* 16. §. 8. *l.* 79. D. *ad SC. Trebell.*

Sufcipere etiam dicitur, qui fe debitorem alterius nomine conftituit, fic *fufcipere* æs alienum: *l.* 19. §. *ult. D. de jurifd.* obligationem: *l.* 45. D. *mandati.* nomina: *l.* 35. & 44. D. *de adminiftr. & peric. tut.*

SUSPECTO, pro fufpecte. *Sufpecto* decedere dicitur, quem non fua morte, fed violentia deceffiffe fufpicamur, *l.* 21. D. *de his, quæ ut indign.*

SUSPECTUS *tutor* eft, qui non ex fide gerit, licet folvendo fit,

sit, §. 5. *Instit. de suspect. tut.* Nam qui fraudulenter tutelam administravit, etiam si satis offerat, ut suspectus removetur. Tutorem enim non facultates, sed fraudulenta administratio, & callida conversatio suspectum faciunt, *l.* 31. D. *de reb. auctor. jud. possid.* Itaque si forte in tutela grassatus est, aut sordide egit, vel perniciose pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, jam ut suspectus removetur, *l.* 3. §. 5. D. *de suspect. tut.* Adparet itaque ex fide & diligentia & malevolo proposito magis, quam ex facultatibus suspectum tutorem argui. Quod in *herede*, quem ut suspectum prætor deminuere vetuit, contra est, qui ex solis facultatibus suspectus existimatur, *l.* 7. §. 5. *D. pro emtore l.* 31. D. *de reb. auctorit. judic. possid.* Vet. Glossar. Græcum: *Suspectus* ὁ κακῶς τὰ τοῦ πουπίλλου διοικῶν πράγματα ἐπίτροπος, & mox: ὁ μεμπτέος ἐπίτροπος. Hinc.

Suspecti postulare: *l.* 14. §. 1. D. *de solut.* & suspectos postulare: *l.* 3. & 4. C. *de suspect. tut.* suspecti autem crimen, seu accusatio & postulatio descendit, ex XII. Tabulis.

SUSPENDIOSI dicuntur, qui suspendio vitam finierunt, *l.* 11. §. 3. D. *de his, qui not. infam.*

SUSPENSIO canonica, vel ecclesiastica, quæ contingit in officio vel beneficio, vel utroque: *c. eos qui dist.* 32. Suspensus autem dicitur quis quandoque *quoad se*, quandoque *quoad alios.* Ad priorem casum pertinet, si quis per sententiam canonis vel hominis est suspensus. Et qui hunc sciunt, tenentur vitare illum quoad exsecutionem officii: si tamen occulte sit suspensus per sententiam canonis, ille qui hoc scit, si non potest eum vitare sine scandalo, non tenetur. Suspensus vero *quoad se* tantum dicitur ille, qui non per sententiam canonis vel hominis, sed per simplicem prohibitionem juris, absque sententia lata abstinere debet a divinis, sicut quilibet existens inpeccato mortali. Si tamen celebrat, non est vitandus per alios, etiam si scirent ejus peccatum.

SUSTINERE, pati, subjici. Sic, *Sustinere* capitis deminutionem: *l.* 2. *C. de legit. tut.* caussam perduellionis: *l. ult. C. de bon. eor.* crimen: *l.* 2. *C. ad leg. jul. majest.* condemnationem: *l.* 2. *C. de accusation.* controversiam: *l.* 7. *C. de liberal. causs.* litem: *l.* 2. *ubi in rem act.* maculam: *l. ult.* D. *de natalib. restit.*

Sustinere, ferre, in se recipere. Sic: sustinere æs alienum: *l.* 39. §. 5. D. *famil. ercisc.* damnum: *l.* 1. *C. de his, qui ex offic.* periculum: *l.* 33. D. *ad SC. Trebell.* sumtum: *l.* 3. §. 2. D. *de legat.* 3. onera: *l.* 38. *D. de damn. infect.*

Sustinere vim, id est, contra vim consistere: *l.* 24. §. 4. *D. de damn. infect.*

Sustinere, id est, repræsentare personam: *l.* 34. D. *de adquir. rer. dom.* & aliis locis. Sic quoque *sustinere* duas species obligationis: *l.* 5. D. *de fidejussor.* id est, utriusque rei personam repræsentare. *Sustinere* duas obligationes: *l.* 3. D. *de duob. reis.*

Sustinere pro exhibere, alere, sustentare, *l.* 73. §. *ult. D. de jur. dotium.* Ita *sustineri* fœtus, id est, foveri, ali, *l.* 1. §. 19. D. *de ventr. in possess. mitt.* Hoc sensu dicitur fundus *sustinere* mille oves: *l.* 25. D. *de instruct. vel instrum. legat.*

Sustinere pro gerere, vel habere. Sic: *Sustinere* administrationem: *l.* 100. D. *de solution.* honorem & munus: *l.* 10. D. *de muner. & honor.* Su-

Sustineri, differri & inhiberi ad tempus etiam significat. Sic *sustineri* judicium, actio, pœna, præstatio dicitur, *l.* 24. §. D. *de liberal. causs. l.* 5. §. *ult. l.* 7. §. 1. *D. de petit. hered. l.* 35. *D. de jur. fisc. l.* 1. §. *ult.* D. *si famil. furt. fec. l.* 6. §. 9. D. *de injust. rupt. irrit.* Ita sustineri fideicommissum: *l.* 62. D. *ad SC. Trebell.* actio: *l.* 1. §. *ult. D. si famil. furt. fec. dic.* cognitiones: *l.* 36. *D. de judic.* judicium: *l.* 24. §. 3. D. *de liberal. causs.* & simpliciter *sustinendum*, id est, supersedendum: *l.* 1. §. *ult. D. de collation. bonor.*

SUTELA fraudium: *l.* 7. C. *Theod. de numerar.*

SUUS & *Sui* dicuntur proximiores ex agnatis: *l. ult. D. de gradib. & adfin.* Sui heredes autem describuntur ab Ulpiano *tit.* 22. *regul.* §. 14. & a Paullo in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 3. Suos autem heredes in potestate positos vocamus, qui primum potestatis locum obtinent, quasi domesticos & familiares heredes, cum vivo quoque patre quodammodo dominium habere existimentur, nec tam in novum dominium succedere, quam vetus continuare videantur, magisque ad propria aut debita, quam ad aliena bona vocentur, §. 2. *Inst. de hered. qualit. & differ. l.* 11. D. *de liber. & postum. l.* 12. D. *qui testam. fac.* & apud Plin. *in Panegyrico.* Qua de causa *sui* heredes illico adparent & existunt, & ipso jure heredes deprehenduntur, nec aditione egent *l. pen.* §. 5. D. *de bon. libert. l.* 14. *D. de suis & legit.* Suos heredes, ait Ulpianus, *l.* 1. §. 2. *D. eod. tit.* accipere debemus filios, filias, sive naturales, sive adoptivos. Callistratus *l.* 220. *D. de verb. signif.* Liberorum, ait, adpellatione nepotes & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes suorum adpellatione lex XII. Tabularum comprehendit. Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 8. §. 1. Sui heredes sunt filius, filia, nepos vel neptis, pronepos, proneptis ex nepote; & omnes per virilem sexum descendentes. Similiter & postumi, qui si vivo patre nati fuissent, in potestate futuri erant, sui heredes sunt. Priscian. *lib.* 17. *p.* 1088. *edit. Putsch.* Suus Ciceronis filius heres est patris constitutus. Suus dicitur, ad discretionem illius, qui secundum leges suus non est, id est, sub potestate patris legitimi non est. Ex his vero omnibus cum non nisi confuse colligas suitatem heredis, hujus completam & determinatam notionem sic accipe. *Sui* nempe sunt heredes ex mente juris Romani, liberi sive naturales sive adoptivi in potestate testatoris tempore mortis, ita constituti, vel quasi, ut postea in alterius potestatem recasuri non sint. Vid. §. 2. *Inst. de hered. qualit. & diff. l.* 39. D. *de testam. milit.* Requiritur igitur, ut sint tempore mortis in potestate patria defuncti constituti. Hinc emancipati & ex his post emancipationem nati, sui non sunt. Et sui heredes desinunt esse liberi per capitis deminutionem: *l.* 6. §. 1. D. *de bonor. possess.* Sui porro non sunt nisi liberi; nec enim constituti in dominica potestate hoc numero censentur. Et hoc liberorum nomine continentur utique præter filium filiamque nepos neptisque, ex filio & pronepos, proneptis ex eo per virilem sexum descendentes; non autem qui per femininum sexum ex filio descendunt, vel qui ex filia nati sunt; hi quippe in aliena potestate sunt constituti. Deinde offi-

officit suitati si quis natus est post mortem ejus de cujus hereditate quæritur, modo, si hic diutius vixisset, postumus in ejus potestate nasciturus fuisset; & ita intellige sententiam Caii, quod postumi *sui* sint, qui si vivo patre nati fuissent, in potestate futuri erant; tunc enim postumi sunt quasi in defuncti potestate constituti. Denique ii tantum dicuntur *sui*, qui ita in potestate tempore mortis constituti sunt, ut postea per mortem ejus, de cujus hereditate agitur, in alterius potestatem recasuri non sint: Sic nepos in potestate avi cum patre constitutus, dum vivit pater in avi potestate, suus non est avi heres, quia moriente avo recidit in patris potestatem.

Sui initio dicti videntur ratione patris, tamquam in ejus potestate ac dominio juris Quiritium constituti. Jan. A Costa *ad pr. Inst. de hered. qualit. & differ.* Schulting. *jurispr. vet. antejustin. p. 166.* At jurisconsulti subtiliorem suo more rationem investigantes *τὸ Suus* referre maluerunt ad heredem ipsum, quia talis heres vivo etiam patre *herus* vel *dominus minor* sit, adeoque non tam mortuo patri, quam sibi ipsi succedat, vel dominium in substantia paterna tantum continuet, *l.* 11. D. *de liber. & postum.* Adludentes ad hanc juris consultorum notionem veteres auctores, *suum* heredem vocant eleganter, quidquid sibi ipsi succedit. Ita Tertullianus *de resurrect. carn. cap.* 12. heredem sibimet existere, scribit, diem, quæ moritur in noctem, & tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole eodem integra & tota reviviscit. Et auctor *carminis de Phœnice*, quod tribuitur Lactantio: Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus heres. Vid. Bynkersh *lib.* 1. *observ. cap.* 19. Pari nimirum ratione liberi in potestate patris constituti, quia vivo patre quodammodo domini sunt, ac proinde eleganter *participes* vocantur a Terentio *Heautont. act.* 1. *scen.* 1. *v.* 98. sibi ipsis veluti succedere, vel *αὐτοκληρονόμοι* & sui heredes dicuntur. Sic ergo *suos heredes* vocabant, non ratione patris, sed ratione ipsorum heredum, quasi *sui ipsorummet heredes*: unde & *suus* semper præponi observavit Vinnius *ad pr. Inst. de hered. qualit. & differ.* Hein. *sui* & necessarii: Ulpian. *tit.* 22. *regul.* §. 24. & Caius *lib.* 2. *Instit. tit.* 3. §. 6. Vetus Glossar. Græcum: *suus*, *ὁ οἰκειακὸς, καὶ ζῶντος τῦ διατεθημένυ τρόπῳ τινὶ δεσπόται πεφύκασιν.*

Suos autem in *l.* 8. 12. & 19. *C. qui accus. non poss.* accipimus parentes, liberos, patronos, patronas, eorumque filios, filias, nepotes, neptes, consobrinos & propinquos, *l.* 1. *D. de accusat.*

Suum in genere cujusque dicitur esse quod ad ipsum pertinet, quodque ejus juris est, ut cum definitur justitia constans & perpetua voluntas jus *suum*, cuique tribuendi, *pr. Inst. de justit. & jur.* Quandoque vero hoc verbo *suum* significantur dominium, & ea tantum, quæ sustineri a nobis possunt, non etiam, quæ in nominibus sunt, ut traditur in *l.* 17. §. 2. & *l.* 34. *pr.* D. *de aur. arg. legat.* Sed nec quæ pignori tenentur, suorum adpellatione veniunt, *l.* 9. §. *ult.* D. *de supellect. legat.* *l.* 74. *D. de legat.* 3. Ambiguum vero esse, quum quis suum dicit, utrum de toto, an de parte significet, Pomponius in *l.* 239. §. *ult.* D. *de verb. signif.* scribit, quoniam & id nostrum est, quod nobis cum alio commune est. Quum quis *suos* servos dicit, hi designari videntur, quos paterfamilias suorum nume-

ro habuit, & qui pleno jure ejus fuerunt. His vero fructuarii servi non continebuntur, nec venales habiti servi. Servi plane cum alio communes, & bona fide possessi, & quorum usufructus alienus sit, continebuntur, *l.* 71. 73 *&* 74. D. *de legat.* 3. Suum etiam non videtur, quod vindicari non potest, *l.* 27. §. 2. *D. de aur. arg. legat.*

Suum consequi & recipere creditores pro eo, quod sibi debetur, consequi jurisconsulti eleganter dicunt. Unde Ulpianus in *l.* 6. §. 6. D. *quæ in fraud. creditor.* eum, ait, qui *suum* recipiat, nullam videri facere injuriam, hoc est, eum, qui quod sibi debetur, receperit.

Suum aliquando relative sumitur, ut in *l.* 5. §. 22. D. *de agnosc. & alend. lib.*

Pro *suo* possidere, *l.* 67. *D. de jur. dot.*

Suæ ætatis esse dicuntur, qui minorem ætatem excesserunt, *l.* 27. *D. de negot. gest. l.* 5. §. 2. *D. de auct. tut.* Si tamen testator alicui ita legaverit, quum suæ ætatis fuerit factus, facti quæstionem esse, tamen posse de voluntate disputari, si quis ita dixerit, quum suæ ætatis vel legitimæ ætatis fuerit factus, Ulpianus scribit, utrum de pubertate, an de viginti quinque annis sensum sit, *l.* 50. *in fin. D. de legat.* 3. Hoc exemplo videtur Tribonianus in Alexandri rescripto verba hæc: *suæ ætatis factus sit*, interpretari, si pupillarem ætatem excesserit, *l.* 3. *C. de testam. tut.*

Sui arbitrii & suæ auctoritatis, est, sui juris esse, quales sunt, qui nullius potestati subjacent, *tit. de his, qui sui vel al jur.* Ulpian. *tit.* 4. *regul.* §. 1. sui juris sunt familiarum suarum principes, id est, paterfamiliæ itemque materfamiliæ. Item sui juris & filius familias esse, opponitur, in *l.* 24. D *ad leg. jul. de adulter.* Sic quoque quis dicitur suæ potestatis esse, *l.* 43. *D. de oblig. & action.* Et suæ potestatis fieri, dicuntur servi manumissione, *l. ult. D. de liberal. causs.* In eumdem sensum dixit Spartian. in *Hadriano cap.* 18. Decoctores, ait, bonorum, si suæ auctoritatis essent, catamidiari, in amphitheatro & dimitti jussit.

Suæ mentis esse, *l.* 7. §. 1. *D. ad leg. jul. majest. l.* 11. D. *de interdict. l.* 12. §. *ult.* D. *de tutor. & curat. dat.* qui compos mentis est. Suæ mentis effectus furiosus, *l.* 39. D. *de judiciis.*

Sua morte decedere dicuntur, qui naturali morte, & natura sua obeunt, *l. ult.* §. 1. D. *de bon. damnat.* Sueton. in *Jul. c. ult. Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit.* significat enim omnes biothanatos fuisse, ut cum Firmico loquar. Trebell. Pollio in 30. *Tyrann. cap.* 37. Multi enim dicunt, eos ab Aureliano interemtos, multi morte sua esse consumtos. Βιαίως ἀποθανόντας ἢ κατὰ μοῖραν, separat Lucianus in *Philopseud. p.* 346. *Tom.* 2. *oper.* id est, violenta morte, vel sua morte. Sua ergo mors est, quæ violenta non est, quæ naturalis interitus dicitur, *l.* 14. §. *ult.* D. *depositi.* ubi & *natura sua interfici* dicitur, qui naturali & sua morte perit. Eodem genere fato suo cadere dixit Ovid. *lib. Tristium eleg.* 2. sic & simplici morte & non violenta, ut apud Justin. *lib.* 44. *cap.* 4. *n.* 4. & Quinctilian. *declam.* 6 Sic etiam sua natura rem intercidere accipimus in *l.* 14. §. *ult.* D. *depositi.*

Suo nomine agere, *l.* 5. §. 6. D. *de dol. mal. except.* Suo quo-

que

que nomine pater vel dominus conveniri dicuntur quando in solidum, non de peculio vel in rem verso in eos actio intenditur, *l.* 6. §. *penult. D. quae in fraud. credit.*

Suus non est furiosus, id est, non apud se est, *l.* 7. §. 9. *D. quib. ex causs. in possess*

Suum aliquando relative sumitur; ut in *l.* 5. §. 22. D. *de agnosc. & alend. lib.*

Suus pro ejus; *l.* 7. *D. de tutel. & rat. distr.* sic *sua* factio, *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.*

ΣΥΓΚΤΗΣΙΣ, *l.* 34. §. 1. *D. de legat.* 2. σύγκτησις ἀγωνοφόρων κωμιάνη id est, latifundium amerinis obsitum Comanae. Σύγκτησις ergo est plurium agrorum conjunctio, qui sub uno colono coluntur, qualia erant praedia illa sub cura villici primi, in *l.* 35. §. 1. *D. de legat.* 3. Bynkersh. *lib.* 6. *observ. cap.* 9. Ferrand. Adduens. *Explicat. lib.* 1. *p.* 840. *Tom.* 2. *Thesaur. jur.* Occurrit etiam hoc verbum in *l.* 30. §. 1. D. *de adim. legat.* & in *Novell.* 166. Hein.

SYCAMINON, in *l. penult. D. de extraord. crimin.* cujus radicibus nihil aggeres continebantur. Alii Sycomorum legunt pro Sycaminonem.

ΣΥΚΩΝ fit mentio in *Novell.* 59. *cap.* 5. ibi: transitus Justinianarum seu Sycorum. Jul. hic: Justinianae vel Sycae. Steph. Sycenae. Συκαὶ καθ' ὑμᾶς Ιυςινιαναὶ προσαγορευθεῖσαι.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΕΙΣ, in *l.* 17. *C. ex quib. causs. infam. irrog.* legendum censet Cujacius, *lib.* 13. *observ. cap.* 3. Desid. Herald. *Animadvers. l.* 10. 1. Cujus nominis Festus hanc adfert originem. Atticos quosdam juvenes solitos aiunt irrumpere, ficusque deligere: quam ob caussam lege est constitutum, ut qui id fecisset, capite truncaretur, quam poenam qui persequerentur, ob parvula detrimenta sycophantas adpellatos, ut sycophanta jam dicatur litis levissimae etiam accusator.

ΣΥΜΒΙΒΑΣΙΣ, in *Novell.* 86. *cap.* 2. est pactum. φιλικὴ συμβίβασις, in *Novell.* 117, amicabilis conventio.

SYMPHONIA, in *l.* 15. §. 1. D. *de usufruct.* pro symphoniaco, ut interpretatur Bynkersh. *lib.* 3. *observ. cap.* 14. Hein.

SYMPHONIACUS. Symphoniaci pueri, qui ad modulationes musicas concentusque faciendos comparantur. Cic. *pro Milone.* Milo tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat. Paull. *l.* 22. §. 1. D. *ad leg. Aquil.* Si quis ex comoediis, aut symphoniacis unum occiderit. De his meminit & Asconius *in Divinat.*

SYNAGOGA adpellatur vel sollemnis in synagogis conventus, vel ipse locus & aedes Synagogae, pari prorsus ratione, qua Christiani sacras non minus aedes, sive templum quam ipsam in templis congregationem ecclesiam nuncupare solemus. Sed & generatim conventus, congressus, hominumque coetus qualiscumque *Synagogae* vocabulo signari aliquando consuevit. Selden. *de jur. nat. & gent. secund. disciplin. hebr. lib.* 4. *cap.* 9. De synagogis autem Judaeorum variae exstant constitutiones, in *tit. C. Justin. & Theod. de judaeis & caelicol.* Adde Reines. *ad Inscript. p.* 1002. & quae de synagogis haud exstruendis ex legibus disserit Jac. Cujacius *lib.* 16. *observ. cap.* 3.

ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ Graecis negotium gestum & ultro citroque obligationem significat, *l.* 7. *D. de pact.* conjuncta *l.* 19. D. *de verb. signif.*

SYNDICUS. Hoc nomine signi-

gnificantur actores universitatum, collegiorum, societatum, & aliorum corporum, per quos tamquam in republica, quod communiter agi fieri oportet, agitur & fit, *l.* 1. §. 1. *l.* 6. §. 1. *&* 3. D. *quod cujusq. universit. nom.* Defensores quoque civitatum, & qui ad earum caussas vel agendas vel defendendas eliguntur Syndici adpellantur, *l.* 1. *l. ult.* §. 13. *D. de muner. & honor.* Vetus Glossar. Syndicus, actor & administrator. Syndicus universitatis & collegii, est qui constituitur ad agendum vel defendendum caussas nomine universitatis. Syndicus municipum: *l.* 5. §. 11. D. *quod vi aut clam.*

SYNEDRIUM, id est, consessus, collegium, concilium, *l.* 6. D. *de decret. ab ordin. fac.*

Synedria judæorum, in *l.* 17. C. *de judæis*, quæ est *l. ult.* C. *Theod. eod. tit.* Tribunalia veterum Judæorum, & quæ fuere ipsis, præfecturas juridicas, caussis rebusque tam publicis quam privatis, tam sacris quam profanis, id est, omnimodis, discutiendis definiendisque præstitutas universas, sive ex collegarum, sive ex consiliariorum ministrorumque aliorum adsessura aut conventu, synedriorum seu consessuum ac consistoriorum nomine, aut indigitari solere, aut rite satis significari, scribit Jo. Seldenus *de synedriis hebræorum, initio.* Quomodo autem a synagogis differant hæc *synedria*, exposuit, Jac. Gothofred. ad *l. ult.* C. *Th. de judæis.*

ΣΥΝΕΙΣΑΚΤΟΙ mulieres, quas clerici *sororum* nomine in contubernio habebant, quæ & ἀγαπηταὶ, & *focariæ* in *Concil. Lateran.* sub Alexandro Papa III. *cap.* 2. Earum consortium & concilium Nicænum ademit clericis; & ipsæ leges nostræ severius notant, in primis *l.* 9. *C.* & *l.* 44. *C. Theod. de episcop. & cler.* Exstat & Jo. Chrysostomi oratio πρὸς τὰς συνεισάκτους ἔχοντας, *Tom.* 4. *oper. p.* 247. Cujac. *lib.* 2. *observ. cap.* 1. Hein.

SYNGRAPHA, Cicero *lib.* 5. *ad Attic. epist.* 21. *& lib.* 6. *ep.* 2. Asconius in I. *contra Verrin. cap.* 36. Inter syngraphas, & cetera chirographa hoc interesse tradit, quod in ceteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent, in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integra numerata, pro temporaria hominum voluntate scribi solent, more institutoque Græcorum, & cæteræ tabulæ ab una parte servari solent, syngraphæ signatæ utriusque manu, utrique parti servandæ traduntur. In jure vocabulum hoc non occurrit, quid autem a chirographo differat, exponit Salmas. *lib.* 1. *de usur. cap.* 5. & *de modo usurar. cap.* 10. *XI.*

ΣΥΝΗΜΜΕΝΟΝ, connexum genus corporum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, ut ædificium, navis, armarium, *l.* 30. *pr.* D. *de usurp. & usucap.*

SYNODITÆ, monachi, *l.* 6. *C. de episcop. audient. l.* 57. *C. Theod. de adpellat.* qui in *l.* 16. *C. Theod. de pœn.* cœnobitæ vocantur.

SYNODUS diœceseos in *l.* 23. *C. Theod. de episcop.* est synodus episcoporum, e multis provinciis sub uno patriarcha, vel primate sub exarcho constitutorum coacta.

SYNONETUM, publicam comparationem specierum, quæ in commune fiebant, Imperatores adpellant, *l.* 1. *C. Theod. de public. compar.* quam coemtionem adpellari in *l.* 2. C. *de frum. urb.*

urb. Constantinop. & in *rubr. C. ut nemin. lic. in coemtion. spec.* docuit Jac. Cujacius *lib.* I. *observ. cap.* 35. Cui adde Græcum ex *Tiberii Constitutione cap.* 6. locum, in quo ita est: ἤ καθ' ἡμετέραν κέλευσιν, ἐυετηρίας ἕνεκα τῆς ἐνδόξε ταύτης πόλεως, ἤ ϰ ἑτέρων προφάσεων χάριν, συνωνὴν τινα ἐιδῶν γενέσθαι συμβαίη, τέτοις ἅπασιν ὃ μόνον τὰς ἄλλας ὑποτελεῖς, ἀλλὰ γὰρ δὴ ϰ τὰς τῶν βασιλικῶν οἴκων κτήσεις ϰ οἰκήσεις ὑποκεῖσθαι βελόμεθα, id est, aut nostro jussu, quo abunde huic inclytæ civitati annonæ sit, aliarumve occasionum caussa, specierum quamdam contributionem fieri contingat: his omnibus non modo alios subditos, verum Augustarum domuum possessiones & habitacula etiam obnoxia esse volumus. Suidas de onere synoneti in hunc modum scribit: Συνωνὴ τὸ ἄχθος ὅτι ἐπὶ Ιεςινιάνε ἡ τε σίτε φορὰ ἐσπάνιζε, &c. Synone onus, quod Imperante Justiniano frumenti proventus non copiosus erat &c. & rursus: τόν τε σίτον οἴκοθεν τῷ δημοσίῳ χωρίζεσθαι, καὶ τίμημα ἕτερον ὑπὲρ αὐτε κατατιθέναι, τετέςι τὸ ἄχθος, ὅπερ συνωνὴν καλεῖν νενομίκασι. frumentumque de domo cujusque in publicum seponi, & pretium aliud ipsi imponi, quod ipsum onus fuit, quod synonen vocare institutum est. Quo ex loco adparet, hanc coemtionem sic accipi, ut provinciales res annonarias forensibus pretiis, fisco vendere cogerentur, & ne aliquis præter fiscum ejusmodi annonas divenderet, quo uniformiter tolerabile annonæ prætium popularibus usibus servaretur. Cassiodor. *lib.* 12. *var.* Lardi, inquit, atque tritici species nullis temporibus coemtionis nomine inde decernimus postulari.

SYNOPSIS. Augustin. Steuchus in Vallam de donatione Constantini. Et in epistola quadam Valentiniani, Theodosii & Arcadii ad Sallustium Præfectum Urbi: Jam illud, ait, ipsa res exigit, ut & *synopsis* operis construendi fideli tendatur examine.

Synopsis rerum pupillarium, id est, inventarium vel repertorium, *l.* 5. §. 11. D. *de reb. eor. qui sub. tut. vel cur.* Hein.

ΣΥΝΣΙΤΟΙ, confrumentales, *l. ult.* D. *de colleg. & corp.* Vid. *confrumentales.*

ΣΥΝΤΑΜΙΝΟΝ. Vid. ΣΥΚΑΜΙΝΟΝ.

SYNTHESIS. Hanc videntur Jurisconsulti accipere pro universa veluti serie & compositione quadem vestium, in *l.* 38. §. 1. D. *de aur. arg. legat.* ut & Martial. *lib.* 2. *epigram.* 48. Si micat innumeris arcula synthesibus. Vulgo autem dicitur *vestis cubicularis & cænatoria*, ut adparet ex Martial. *lib.* 5. *epigr.* 121. *& lib.* 14. *epigr.* 1. *&* 141. & Sueton. in *Neron. cap.* 51. & Tertullian. *de pallio cap.* 4.

Recte *Synthesin* vestium interpretatus est Brissonius. Intelliguntur enim vestes, quarum una ab altera sejungi non solet, vel quæ una & simul indui solent, Vid. Bynkersh. *lib.* 4. *observ. cap.* 24. Quæ de veste cænatoria addidit Brissonius, reperiit Pancirol. *Var. lect. II.* 100. Sed eam notionem locus nullus hic adductus probat. Martialis liber quintus epigrammata 121. non habet. In reliquis *synthesis* æque alias vestes, ac cœnatorias potest significare. Apud Suetonium quoque *synthesinam* esse vestem cænatoriam, nemo dixerit. Denique apud Tertullian. *multitiam synthesin* non esse vestem cænatoriam, sed quamlibet mollem ac delicatiorem jam in notis observavit Nic. Rigaltius. Unde mireris, similem errorem erraffe

Octav. Ferrar. *de re vestiar. Part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 30. Hein.

Synthesis prædiorum : *l.* 1. *D. de reb. dub.* Vid. Σύγκτησις, & adde Pancirol. *Variar. lect. II.* 68.

SYRIA in *l.* 78. D. *de hered. Instit.* Syrias autem multitudinis numero nominari, in *l.* 7. §. 14. D. *de interdict. & relegat. l.* 3. D. *de censib.* mirari desinet, qui Syriam Cœlem & Phœnicem legerit, in *l.* 1. D. *de censib.* & *l.* 37. D. *de reb. auctor. judic. possid.* Unde Syria prima, in *l.* 1. *C. de offic. comit. orient.* & Syria secunda, in *l.* 5. *C. de advocat. diverf. judic.* In *Notitia* quoque *Imperii Romani* Syria salutaris ponitur. Syriæ autem nomen latissime patuisse Guillelm. Tyrensis Pontifex *lib.* 13. *de bello sacro cap.* 2. docet.

SYRIARCHIA, Sacerdotii nomen in Syria, *l.* 1. *C. de natural. liber. l. un.* C. *de offic. comit. orient. l.* 103. *C. Theod. de decurion. Novell.* 89. Unde Syriarchæ, in *l. ult. C. Theod. de expens. ludor.* qui hoc sacerdotio fungebantur, erant numerarii & ludorum editores. De hoc sacerdotio fuse dixit Jac. Gothofr. ad *l.* 1. *C. Th. de præd. senator. l.* 2. *C. Th. de expens. ludor. l.* 103. *C. Th. de expens. ludor.*

SYRUS insula, in quam relegari damnati solebant. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2. ubi vide quæ Pithoeus differit. Hein.

ΣΩΡΙΤΗΣ, cavillationis genus, qua ab evidenter veris ad evidenter falsa gradatim & per brevissimas mutationes perducimur, *l.* 177. D. *de verb. signif. l.* 65. D. *de regul. jur.* Cicero *lib.* 2. *de divination. cap.* 4. acervalem vertit. Ab aliis acervus vocatur. Inventum autem a Chrysippo Diogenes Laertius *lib.* 7. *segm.* 197. scribit. Enim vero syllogismum etiam simplicem cavillationem dixeris, si termini medii fiat subtilis mutatio, quæ si exsulaverit in eo, quem logici soritem dicunt, hic neque cavillationis nomine notandus erit. Quia vero in sorite mutatio illa facilius subrepit, hinc fallacem illam propositionum coacervationem, in qua subtilis illa fit terminorum significationis mutatio, ad falsum aliquod inducendum, soritem nominarunt. Vid. *Sophisma.*

T.

T & D. litteras in libris juris nostri sæpe commutari, conductis variis exemplis ostendit Radulph. Fornerius *lib.* 1. *rer. quotidian. cap.* 10. Hanc litteram veteribus SCtis scribi solitam, Valer. Max. *lib.* 2. his testatur verbis : Illud quoque memoria repetundum est, quod tribunis plebis intrare curiam non licebat, ante valvas autem positis subselliis, decreta patrum attentissima cura examinabant, ut si qua ex iis improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus SCis T. littera subscribi solebat : eaque nota significabatur, illi Tribunos quoque censuisse, qui quamvis pro commodis plebis excubabant, inque imperiis compescendis occupati erant, instrui tamen ea argenteis vasis, & annulis aureis publice præbitis patiebantur, quo talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior.

TABARDUM, vestis genus memorat *Clementin. cap. ult. de vit. & honest. cleric.*

TABELLÆ adpellatio in *l. fin. C. de præd. decur.* eo sensu accipi debet, quo *periculum in rubr. C. de sent. ex peric. recit.* id est, pro scriptura brevi concepta. Nec ex tabella, inquit, Imp. decretum recitari, sed curialium vel majoris partis curiæ rela-

relatione currente &c. Accursius pro functione delegati judicis accipit, sed perperam, ut ostendit Budæus in *poster. annot.* Sententia autem verborum hæc est. Decretum curiæ ubi exigitur, ex tabella seu periculo vel breviculo fieri non debet, sed viva voce, consensu curiæ & sententia competentis judicis, ne quid pro scriptura exceptoribus dari sit necesse: add. *l.* 9. §. 2. D. *de offic. proconf.*

TABELLARIUS. Vetus Glossar. Tabellarius vel Tabellio est publica persona, sacramento adstrictus in civitate, qui civitatis rationes scribit, & in acta redigit. Differre tamen *tabellarium* & *tabellionem* monet Vulteius *de judic. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 36.

Tabellarius servus, *l. penult. D. de adquir. rer. dom.* litterarum gerulus, ut Cassiodorus loquitur. Vid. *Tabularius.*

TABELLIONES sunt publici contractuum & testamentorum scriptores, seu qui instrumenta formant, conficiunt & conscribunt, *l.* 1. *C. ut nemo ad suum patr. l.* 2. C. *de eunuch. l.* 17. *C. de fid. instrum. l.* 24. *C. de testam. l.* 9. §. 4. *C. de pœn.* ubi fidem pragmatici adpellantur, *l.* 14. §. 3. *C. de sacrosf. eccles. l.* 29. & 31. §. 1. *l.* 49. *C. de Episcop. & cler. Novell.* 73. Adde Cujac. *ad l. universos C. de decur.* & Gothofr. *ad d. l.* 2. *C. de eunuch.* & *ad Novell.* 44. *in epigraphe* Suidas *Tom.* 3. *pag.* 422. Ταβελλίων ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι. Tabellio, qui civitatis contractus scribit: vulgo νομικὸς dictus. Vel qui omnes civium tabulas conficit, unamquamque earum manu sua obsignans.

Porro instrumenta a tabellionibus (quos nunc Notarios publicos vocamus) confecta sive conscripta ἀγοραῖα dicuntur, *d. Novell.* 73. 52. 46. 117. 142. & *Edicto* 7. forensia sive publica, *l.* 20. C. *de fid. instrum.* De eis specialis est, *Novell.* 44. περὶ συμβολαιογράφων, ex qua intelligitur habere eos stationes suas, quas & gradus & scamma Græci vocant, & ministros sive discipulos, itemque adjutorem sive substitutum confirmatum apud acta Magistri census. Et Leonis *Novell.* περὶ πολιτικῶν σωματείων διατάξεων, ex qua intelligitur fuisse certum tabellionum corpus sub primicerio, a quo ex collegii sententia tabelliones quique creabantur, non nisi homines fidei probæ & scribendi loquendique peritissimi, nec non & jurisperiti, qui gererent libros LX. βασιλικῶν, & habere.

TABERNA. Illius adpellatio omne utile ad habitandum ædificium demonstrat, ex eo, quod tabulis claudatur, *l.* 40. §. 8. *D. de legat.* 1. Unde *tabernacula* & *contubernales* adpellantur, *l.* 183. 184. D. *de verb. signif.* Diomedes *lib.* 3. *p.* 487. Secunda species togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine comœdiis pares, in quibus non magistratus regesque, sed humiles homines & privatæ domus inducuntur quæ quod olim tabulis tegerentur, communiter tabernariæ vocabantur. Isidorus *lib.* 15. *orig. cap.* 2. Tabernæ olim vocabantur ædiculæ plebeiorum parvæ & simplices in vicis, axibus & tabulis clausæ. Unde & tabernariæ, quod soleant considere. Dictæ autem tabernæ, quod ex tabulis lignisque erant constructæ, quæ nunc etsi non speciem, nomen tamen retinent. In *l.* 12. *D. quib. mod. usufr.*

usufr. amitt. tabernæ diætis seu habitationibus opponuntur.

Tabernarum vero species variæ sunt, ut argentaria, *l.* 32. D. *de contrah. emt.* casearia : *l.* 8. §. 5. *D. si servit. vind.* cauponia : *l.* 43. D. *de ritu nupt.* Tabernas quoque Suidas *Tom.* 3. *p.* 422. καπηλεῖα ϰ̀ πανδοχεῖα cauponas & diversoria interpretatur. Taberna ferraria, *l.* 13. *D. de instr. vel instrum. legat.* Item & Taberna negotiatoria & purpuraria dicitur, in *l.* 2. D. *de institor. act. l.* 91. §. 2. D. *de legat.* 3.

Tabernæ instrumento legato, loci duntaxat non etiam totius negotiationis instrumentum legatum videtur : proinde institores legato non continebantur. Aliter atque si instructa taberna legetur, *l.* 185. D. *de verb. signif. l.* 13. D. *de instruct. vel instrum. legat.* Tabernam autem qui pignori dat, merces, quæ in ea sunt, obligare videtur, *l.* 34. D. *de pignorib.*

Taberna cum cænaculo, *l.* 7. *D. de instr. vel instrum. legat.* Tabernam exercere : *l.* 13. §. *ult.* D. *de instit. act.* Tabernæ præpositus ; *l.* 3. & 19. §. 2. *l.* 8. *D. eod. tit.*

TABERNARIUS, ut habet vetus Glossarium, est, qui tabernam exercet, *l.* 52. §. 1. *D. ad leg. Aquil. l.* 5. D. *de institor. act.* qui etiam tabernæ præpositus dicitur.

TABIANA coopertoria, in *l.* 38. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* sunt stragulæ, quæ Tabiis, oppido Liguriæ, sive ut alii volunt, Paphlagoniæ, auctore Pancirol. *Var. lect. II.* 100. conficiebantur : quod oppidum hodie magis claret vino Apicio, quam stragulis, ut scribit Cujacius *lib.* 26. *observ. cap.* 29.

TABULA. Tabulæ non testamenti dumtaxat, sed & contractuum & alterius cujuscumque negotii dicuntur, ab eo, quod in tabulas ligneas cera illitas ea referre solerent. Unde & ceratæ a Plauto in *Asinaria* adpellantur. Exinde & bonorum possessio *contra tabulas* & *contra lignum* dari vulgo dicebatur, *l.* 19. *D. de bon. possess. contr. tab.* Tabulæ testamenti in prætoris edicto, quo secundum tabulas bonorum possessio defertur, & in interdicto de tabulis exhibendis, accipimus omnem materiæ figuram. Sive igitur tabulæ sint, sive cujuscumque materiæ, sive chartæ, sive membranæ, sive corium animalis alicujus, tabularum adpellatione continebantur, *l.* 1. D. *de bonor. possess. secund. tab.* Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 7. §. *ult.* Interdictum de *tabulis* exhibendis datur omnibus, quibus aliquid est scriptum in tabulis vel pure, vel in diem, vel sub conditione, sive sint heredes, sive legatarii, sive fideicommissarii. Et pertinet hoc interdictum non tantum ad testamenti tabulas, verum etiam ad omnia, quæ ad caussam testamenti pertinent, scilicet codicillos, ut *l.* 1. §. 2. *D. de tab. exhib.* Adde Cujac. *lib.* 4. *rec. sent. tit.* 7. qui dicit interdicto de tabulis proferendis teneri eum, qui tabulas supprimit. Exhibere autem est materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere apud Prætorem, ut ex ejus auctoritate signatores admoniti, veniant ad recognoscenda signa, *l.* 3. D. *de tab. exhib.*

Memorantur autem in jure nostro & alias, *Tabulæ* auctionales apud Ambrosium *lib.* 2. *epistol.* cautionis : *l.* 3. *D. de suspect. tut.* rem salvam fore cautionis : *l.* 5. D. *eod. tit.* contractus : *l.* 4. *C. si quis alteri vel sibi.* dotis : *l. penult. pr. D. de donat. int. vir. & ux.* emtionum : *l.* 1. *C. Th. de his, qui ven. ætat.* instrumentorum reipublicæ ; *l.* 31. & 32. D.

D. de furt. nuptiales : *l.* 31. *pr.* D. *de donation.* obligationis : *l.* 6. C. *de fidejussor.* quibus pecunia expromissa erat : *l.* 104. §. 1. D. *de legat.* 1. testamenti, quæ & simpliciter *tabulæ*, ut apud Juvenalem *sat.* 14. Posthæc tabulas mutare paravi. Sic & *tabulas* ad natam filiam pertinentes, *l.* 9. *C. de nupt.* & in prætoris edicto de bonorum possessione secundum vel contra tabulas, & de tabulis exhibendis. Tabulæ plane testamenti non intelliguntur, in quibus heres scriptus non est, magisque codicilli, quam testamentum intelliguntur, *l. ult.* D. *de jur. codicill.* Sic & *Tabulæ* substitutionis : *l.* 18. §. 4. D. *de ann. vel cibar. leg.* supremæ : *l.* 1. §. 1. *D. de bon. possess. sec. tab.* venditionis : *l.* 2. C. *si mancip. ita ven.* & apud Senec. *lib.* 4. *controvers.*

Tabulas novas dicebant Romani legem quæ ferebatur de ære alieno plebi invitis creditoribus relaxando. Quæ lex sæpius Romæ lata est, maximasque turbas peperit.

Tabulæ ad januam fixæ. De his vide in voce *figere.*

TABULARIAM administrare : *l. ult.* C. *de serv. reip.* Vide *tabularius.*

TABULARIUM, in quo sunt complurium mancipiorum emtiones, sed & fundorum, & variorum contractuum instrumenta : præterea & nomina debitorum, *l.* 92. *princ.* D. *de legat.* 3. est vero hoc privatum tabularium. Sumitur *tabularium* pro archeio, id est, eo loco, in quo instrumenta, litteræ, tabulæque publicæ recondebantur, in quibus communia pascua, prædia, vectigalia, portoria, civitates redemtionesque publicanorum perscripta erant. Cic. *de Nat. Deor.* Sed exeamus e theatro, veniamus in forum, cessum ite precor, quid? ut judicetur qui tabularium inciderit. Virgil. *Georg. lib.* 2. Insanumque forum, aut populi tabularia vidit. Ubi Servius: Tabularium in æde Saturni, & ærario fuisse scribit: cum tamen Livius *lib.* 43. ita scribat. Censores ex templo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabulis publicis, clausoque tabulario, & dimissis servis publicis negarunt se, &c. Tabularium, φυλακτήρ-των συμβολαίων interpretatur Brisson. ex Plutarchi *Quæstion. Rom.*

TABULARIUS a tabulis dicitur, *l. ult.* D. *de muner. & honor. l.* 2. *C. de jure fisci l.* 1. *C. de tabular.* qui instrumenta publica testationesque conscribit, *l.* 11. C. *qui pot. in pign.* ubi tabularii & conditionales vocantur. Ibidemque sunt, qui dicuntur tabelliones, memoranturque in *l. ult.* C. *de jur. emphyt. l.* 8. *C. de testam. tut. l.* 9. C. *de defensor. civit. l. un.* §. 1. *C. de latin. libert. toll. l. un.* C. *de annal. except. l.* 2. *C. de conven. fisc. debit. l.* 2. *C. de his, qui ex publ. ratiocin.* Tabularios definit Cujac. hoc modo : *Tabularii*, inquit, sunt, qui civitatum aut provinciarum chartas & rationes tractant, supputant, qui præsunt tabulario civitatum, in quo pleraque publica & privatorum reconduntur, veluti debitorum obsignatæ pecuniæ. Et de chartis liquet ex *l. pen. C. de tabular. l. fin.* §. 10. D. *de mun. & honor. l.* 3. §. 3. D. *de tab. exhib.* De rationibus vero ex *l.* 1. & *l. missi* C. *de exact. tribut. l.* 2. C. *de numer. l.* 1. *C. de immun. nemin. conced. l.* 1. C. *de censib.* In rebus autem privatorum plerumque adhibebantur, vel ut pro imperitis litterarum scriberent aut subscriberent, vel ut pro stipulari nequeuntibus stipularentur, quasi personæ publicæ. Hæc Cujac. ad *l.*

l. universos decuriones C. *de decurion.* Ac primum quidem servi publici fuerunt, ceu patet ex *l. ult.* C. *de serv. reipubl. manum.* Capitolinus in *Gordianis :* Non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent. Servos publicos tabularios vocat. Postea vero Arcadii & Honorii constitutione sancitum, ut nulli deinceps, ad id officium pateret aditus, qui obnoxius esset servituti. Hi autem *conditionales* erant, id est, huic conditioni addicti & mancipati, adeo, ut non possent adspirare ad aliam militiam vel dignitatem, uti patet ex *l. scriptura C. qui pot. in pign. l.* 3. 5. 7. 8. *C. Th. de num. act.*

TACITE accedere dicitur, quod etiamsi non exprimatur, natura sua rei inest, *l.* 75. *in fin.* D. *de eviction.*

Tacite relictum videtur, quum neque testamento, neque codicillis palam datum, sed chirographo cavit is, cujus fides eligitur, quod ad se ex bonis defuncti pervenerit, id ei, qui alioquin capiendi jus non habeat, restituturum, *l.* 1. *&* 3. *pr. l.* 40. §. 1. *l.* 42. *D. de jur. fisc. l.* 12. *in fin. D. de fideicommiss. libert. l.* 21. D. *de inoff. testam. l.* 83. D. *de adquir. vel omitt. hered.* Quo bene adludit Synesius *epist.* 1. quæ quatenus ex hac metaphora tacitorum fideicommissorum pendet, vulgo obscura habetur. Agit autem in ea de libris suis rhetoricis, quos pro vulgo quæsitis liberis habet. Et tamen perinde atque justos & legitimos eos complecti scribit, ut pro justorum loco eos ac lubens sit habiturus, nisi leges, quæ acres sunt ingenuitatis patronæ, repugnarent. Itaque id eos demum ex bonis suis laturos scribit, quod *clam & tacite* in eos sit collaturus. Verba ejus, quibus hanc postremam orationem exprimit, hæc sunt : ἔχει καὶ κέρδος, ὅ, τι ἂν αὐτῷ λαθρᾳ χαρίσωμαι. Unde etiam quod ita relinquitur, *tacitum* fideicommissum vocatur, *l.* 18. D. *de his, quæ ut indign.* Vide *Tacitum fideic.*

Dicitur etiam *tacite* in obligatione tempus contineri, quæ per rerum naturam præstari non potest, *l.* 49. §. *ult. l.* 73. D. *de fidejussor. l.* 83. §. 5. *D. de verb. oblig.*

TACITUS, *a*, *um.* Tacita ademtio : *l.* 5. D. *de adim. legat.* conditio : *l.* 2. *D. pro soc.* conventio : *l.* 3. D. *in quib. causs. pign. vel hypoth. tacit.* dissimulatio : *l.* 1. *C. de. in integr. rest.*

Tacitum fideicommissum interpretare, quæ quis non capienti tacite, id est occulte & non palam rogatus est restituere, *l.* 18. *pr. &* §. 1. *l. ult.* D. *de his, quæ ut indign. l.* 1. C. *de delator. l.* 13. D. *ad leg. Falcid. l.* 3. *C. eod. tit. l.* 17. §. 2. D. *de usur. l.* 3. D. *de probation. l.* 1. *C. de delator. l.* 3. *D. de jur. fisc.* Quinctil. *lib.* 9. *cap.* 2. Ream tuebar, quæ subjecisse marito testamentum dicebatur, & chirographum marito exspirante heredibus dedisse, & verum erat. Nam quia per leges institui uxor non poterat heres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum pervenirent. Scripserat & Paullus librum singularem de *tacitis* fideicommissis. Porro non eo minus tacitum fideicommissum est, quod palam testator reliquerit, si personam, cui restitui vellet, non significaverit, *l.* 123. §. *ult. D. de legat.* 1. Cujus rei exemplum est in Quinctil. *Declam.* 325. in qua dives fingitur decessisse herede instituto bonorum paupere, cum elogio tali : *Peto ut hanc hereditatem tamquam fideicommissam.* Ex quibus verbis tacita fides suscepta arguitur. Difficile, ait, est quidem natura probare tacitum fideicommissum. Quomodo

modo tamen probamus? Elogium scriptum est, palam certe & manifesto electus hic est ad transitum hereditatis, silentium & fides est, inquam, de restituenda hereditate. Sic quoque per *tacitam* fidem translata prædia dicuntur, in *l.* 15. §. *penult D. ad municip.* quæ in fraudem munerum civilium in alium nomine tenus translata sunt, ita ut reipsa maneant in prioris possessoris dominio. Eodemque sensu *tacita* pro occulta & clandestina, apud Plinium *lib.* 5. *epist.* 1. Sic etiam tacita fides dicitur, *l.* 13. §. 7. D. *de jur. fisc.* & tacitæ fidei heredis committere, *l.* 48. D. *eod. tit.* Sic quoque *tacitam fidem* contra leges adcommodare intelligitur, qui vel id, quod relinquitur, vel aliud *tacite*, id est, clam, videlicet domestica cautione vel chirographo, vel nuda pollicitatione promittit, se restituturum personæ, quæ legibus ex testamento capere prohibetur, *l.* 10. & 11. D. *de his, quæ ut indign. l.* 103. D. *de legat.* 1. *l.* 43. §. 3. *D. de vulg. & pupill. substit. l.* 13. *D. de dot. præleg.* Ulpian. *tit.* 25. *Regul.* §. 17. Sic etiam tacitam fidem interponere dicitur, in *l.* 46. *D. de hered. pet.* quod est restituendi *tacitum* ministerium suscipere Papinianus adpellat, in *l.* 16. §. *ult. D. de his, quæ ut indign.* Seneca etiam in *Oedipo*, *tacitam* fidem præstare dixit. Vide supra *tacite relictum.*

Tacita pactio: *l.* 27. §. 9. *D. de pact. l.* 3. *C. in quib. causs. pign. vel hypoth.* quæ expressæ opponitur. Aliter tacita pactio, in *l. penult.* §. 2. D. *de bon. libert.* accipitur pro ea, quæ in fraudem alicujus facta est, ut & plerumque tacita quum dicimus, fraudes dicimus, Cujac. *ad l.* 1. C. *de delator.* Tacita pecunia, in *l.* 47. §. 1. D. *de pact.* ea est, quæ non continetur scriptura mensæ, vel alio publico testimonio: quomodo si qua inesse credito turpitudo videatur, dari pecuniæ soleat. Sic in veteri quodam testamento Sempronii Tucidani militis: Aurelius Tucidanus tacitam pecuniam si via Lat. off. meis, re. monumentum suo sumtu ædificaverit, habeto. Et apud Gell. *lib.* 12. *Noct. Att. cap.* 12. P. Sylla, qui tum reus erat, mutua sextercium vicies *tacita* accepit. Sic enim veteres habent libri, non tacite, ut testatur Cujacius in *d. l.* 47. D. *de pact.* Tacita pensatio id est, compensatio adpellatur ea, quæ licet verbis expressa non sit, jure tamen competat, *l.* 67. §. 3. D. *de legat.* 2. Tacitum senatusconsultum quid sit, explicat Capitolin. *in Gordianis cap.* 12. Tacita summa: *l.* 47. §. *ult.* D. *de pact.* Vid. *tacita pecunia.* Tacitum tempus, id est, dilutio, quæ ex re ipsa inest promissioni.

Tacita veritate & falsitate suggesta, quomodo intelligendum sit, vide Innoc. *c. super litteris* 3. *extra de rescript.*

TACITURNITAS in *l.* 2. §. *pen.* D. *ad municip. l. ult.* D. *de decurion.* pro voluntate accipitur & consensu. Quod tamen non perpetuum est; Eadem enim & pro dissensu quandoque erit accipienda.

TACTUS, *us.* in *l.* 1. *C. Th. de Pagan.* ibi: Quæ de tactu Amphitheatri. Vox fulguralis scientiæ de qua fuse Jac. Gothofred. in *d. l. Comment.*

TÆDIUM vitæ: *l.* 45. §. 2. D. *de jur. fisc.* Tædio adfectus creditor: *l.* 5. *D. ut in possess. legat.*

TAΓMA, in *l.* 1. D. *milit. testam.* mille hominum multitudinem interpretatur Ulp.

TALE, sui natura comprehendit genus, non speciem, ut colligi potest ex *l.* 1. C. *in pr. de verb.*

verb. signif. ibi : talem habere , & *vers.* 1. ibi : nulla speciali.

Talio in XII. Tabulis tale est : ut duplo duplum. Festo *lib.* 18. parem vindictam significat. Verba legis hæc sunt apud eumdem : Si membrum ruperit , ni cum eo pacit , talio esto. Quam legem explicuit Sex. Cæcilius apud Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Sic Isidur. *lib.* 1. *c.* 27. Talio est similitudo vindictæ , ut taliter patiatur quis ut fecit. Aristoteles *lib. de moribus* videtur *αντιπεπόνθος* vocare , & similitudinem supplicii : *l. ult.* C. *de accus.* reciprocam pœnam : *l.* 3. *C. Theod. de exhib. reis. l. hi quos C. Th. de accusat.* Jus talionis ante Decemviros induxerat Deus lata lege Exod. *cap.* 21. Legis XII. Tabular. de talione loquentis meminit Justinianus §. *pœna Inst. de injur.*

Tam , *quam* , inversa loquendi ratione , *princ. Inst. de hered. instit.*

Tam pro valde , in *l.* 24. §. 1. *D. de minor.* Cujus significationis aliud quoque testimonium P. Faber protulit ex *l.* 1. *in fin.* D. *de curat. furios.* Ubi in Florentinis est : Si *tam* probus sit , id est , si sobrie vivat , ut in *l.* 12. *D. de tut. dat.* Addidit & Plinium eodem sensu hoc verbum usurpasse *lib.* 7. *cap.* 49. oratores quidem ambo , sed *tam* dispari eventu. Et Velleium Paterculum libro posteriore : nam dictaturam , quam ei pertinaciter deferebat populus , *tam* constanter repulit. Et alias : nec minora consequi potuit : sed non *tam* concupivit.

Tamen restrictive usurpatur, in *l.* 19. D. *de petit. hered.* & *l.* 27. *D. ad SC. Trebell.*

Tamen aliquando pro autem vel quidem. Licet tamen Prætor , si cum eo , qui in potestate sit , gestum sit , polliceatur actionem : tamen &c. *l.* 3. *pr. D. de pecul.* Nec tamen semper exspectandum est , *l.* 88. §. 1. D. *mandati.* Lamprid. *in Commod. cap.* 5. Tunc tamen Perennis cuncta sibi vindicavit.

Tametsi , pro quamvis ponitur , in *l.* 56. D. *de judic. l.* 7. §. 11. D. *ad SC. Maced.* qui duo loci ad eum , quem Jac. Cujacius *lib.* 1. *observ.* notavit , commodissime addentur , ac Brissonio vox hæc in *tamen si* mutata videtur , in *l.* 18. §. *ult.* D. *de injur.* ubi longe aptius , quam uti vulgo legitur , legeretur : Quod si scisset filium esse , *tamen & si* nescisset , cujus filius esset , dicerem , inquit , patrem suo nomine injuriarum agere posse.

Tamiaca prædia , *rubr.* C. *de præd. tamiac.* possessiones erant in Cappadocia & domus propriæ patrimonii principis , & in eis coloni æque & inquilini & servi & equitia ejusdem juris , conditionis , nominis , homines puta tamiaci , possessionesque tamiacæ , qui quæve omnes erant sub dispositione Comitis domorum , *l. ult. C. ubi fisc. causs. Nov.* 20. quod mutatur *Novell.* 90. & transfunditur in Proconsulem Cappadociæ. Hæ autem possessiones dicuntur *tamiacæ* , quod horum reditus deputati essent cubiculo & cellario sacro , quod proprie *ταμεῖον* est. Hæc Cujac. in *Novell.* 30. Alciatus arbitratur fundos *tamiacos* esse qui dispensatori publico præstabant annuos fructus vectigales , qubus ille postea in domo Imperatoria dispensabat alimenta. Nam *ταμιας* dispensatorem significat.

Tamquam non semper impropriertatis nota est , ut in *l.* 2. D. *arbor. furt. cæs.* sed etiam quandoque caussaliter sumitur , ut in *l.* 14. *C. de judæis.*

Tanti , *quanti* , id est, tot , quot

quot, *l. 65. princ. D. de legat.* I. Add. Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 358.

TANTISPER, id est, interim, per tantum spacium sive per tantum tempus, in *l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. dom. §. ult. Inst. per quas person. cuiq. adquir. l. 3. §. 1. D. de tutel.* Terent. *in Heaut.* Ego te meum esse dici tantisper volo, dum quod te dignum est facias. Gell. *lib. 6.* Tantisper quoad fieret permutatio.

TARPEIUS Jupiter inter eos fuit Deos, quibus Romani ridiculo instituto jus liberorum dederant, ut ex testamentis capere possent. Dio Cass. *lib. 55. init.* Ulpian. *Regul. tit.* 22. *§. 6.* Cognomen hic Jupiter habuit a rupe Tarpeia, cui Capitolium impositum. De eo plura Petr. Faber. *lib. 3. Semestr. cap.* 4. Hein.

TARUNTIUS *Paternus* citatur ab Æmilio Macro, in *l.* 12. §. 1. D. *de re milit.* Idem hic est Paternus cum illo, qui Commodo Imperatori præfectus prætorio fuit, si conjecturam sequimur Thomæ Reinesii *Class. I. Inscript. 60. p.* 38. Vocatur alias Taruntenus, & in Indice Florentino Ταῤῥούντηνος Πάτερνος, & omnino non alius est ac Taruntenus, quem Commodus præfectura prætoriana functum occidit. Lamprid. in *Commod. cap.* 4. ut adeo vana videatur conjectura Guidon. Panciroli *Var. Lect. I.* 79. ad Paternum nostrum pertinere rescriptum Alexandri Imperatoris, *l.* 2. *C. de magistr. conven.* Reliquit *de re milit.* libros IV. ex quibus est *l. 7. D. de re milit. l. 12. D. eod. tit. l. ult.* D. *de jure immunit.* immo & *l.* 15. D. *de re milit.* quæ Papiniano alias tribuitur, si audimus Stewechium *ad Vegetium p.* 25. Ipse Vegetius *de re militari I.* 8. eum citat, diligentissimumque juris militaris adsertorem vocat. Hein.

TASCODROGITÆ, *l.* 10. *65. C. Th. de hæret.* qui proprie Ascodrogytæ *d. l. 65.* genus hæreticorum, de quo dictum suo loco.

TATIANI a Tatiano quodam vocati: qui & Encratitæ dicti: quia carnes abominantur: *c. 39. §. 24. Causs. 24. qu. 3.*

TAXARE. Fest. Pompei. *lib.* 18. Taxat, inquit, verbum ponitur in iis, quæ finiuntur, quoad tangi liceat, in litibus quoque cum arbitro præscribitur, quoad ei jus sit statuendi. Hoc modo accipiuntur verba: *Taxata* quantitas, in *l. 3. C. de inutil. stipul. l. 2. C. de rer. permut.* Taxata pretio species, in *l.* 21. C. *de jure dot.* Taxare usuras, in *l.* 108. §. *ult:* D. *de legat.* I.

TAXATIO. Eam Justinianus *in Novell.* 63. interpretatur ῥητὴν ποσότητα ὁριζομένην παρὰ τοῦ δικάζοντος· certam quantitatem a jus dicente definitam. Et ita hoc verbum accipiendum est in *l. 68. D. de rei vind. l.* 18. D. *de dol. mal. l. 3. §. 2. D. ad exhib. l. 39. §. 1.* D. *de oper. libert.* Ita quoque explicandum verbum *taxatio* in *l. 6. D. ut legator. servand. caussa.* Vet. Glossar. Græc. *Taxatio*, ἡ φαινομένη ποσότης τῶν ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς δαπανηθέντων, ἐφ' οἷς καὶ ὅρκος ἐτελεσιουργήθη. Aliud Glossar. ἡ δικαία διατίμησις.

Taxationes etiam in sententiis, contractibus, testamentis, & aliis negotiis dicuntur clausulæ, quibus ejus, quod agitur, pronunciativa vis restringitur & coercetur, & temperatur, *l. 24. in fin.* D. *de act. emt. l. 6. D. ut legator. l. 4. in fin.* D. *de legat.* 2. *l.* 5. D. *de tritic. vin. oleo.* Quinctilian. *Declam.* 13. Crimen istud non privatam taxationem formulæ merebatur. Festus *lib.* 17. Taxatio dicebatur, quum arbitro præscribebatur, quoad ei jus esset statuendi. Add. Cujac. *lib. 2. observ. cap.* 12.

TA-

TAXEOTA, id est, in ordine constitutus, *l.* 35. *princ.* C. *de Episcop. & cler.*

Taxeota, ταξεώτης, pro cohortali, sive officiali, qui ex adparitoribus est alicujus magistratus, *Novell.* 123. *cap.* 1. Ita Anton. Augustin. *in verborum quorumdam interpretatione.* Glossarium Græcum: ταξεώτης, adparitor, officialis. Hein.

TECTOR. Hac adpellatione designantur dealbatores, qui κονιάται Græcis dicuntur, *l.* 5. §. 7. D. *commod. l.* 27. *in fin.* D. *ad leg. Aquil. l.* 1. C. *de excus. artif.* Horum opificium ita Tertullianus *de idololatr. cap.* 8. explicat. Scit albarius tector & tecta farcire, & tectoria inducere & cisternam liare, & cymatia distendere, & multa alia ornamenta præter simulacra parietibus incrispare.

At quum *tectores* etiam machinas curarint, *l.* 5. §. 7. *D. commod.* & trochos posuerint, *l. un.* §. 4. D. *de via publ. & si quid in ea fact.* (ita enim in melioribus editionibus legitur) denique lacus curarint vino plenos, *l.* 27. §. *ult.* D. *ad leg. Aquil.* non obscurum est, tectores etiam fuisse fabros machinarios, ceu existimavit Jo. Brodæus *Miscell. X.* 4. unde non opus est in *d. l.* 27. cum Budæo legere *vietor*, vel cum Alciato *tecton.* Probum est enim *tector*, & Ulpiano familiarissimum. Vid. supra *Albarius.* Hein.

TECTORIUM & *Tectoria* sunt incrustationes splendorem transmittentes, quæ ex gypso & calce vel ex marmore tuso compositæ parietibus inducebantur & illinebantur, ut Vitruvius *lib.* 2. *cap.* 4. & *lib.* 7. *cap.* 3. docet. Plinius *lib.* 36. *cap.* 23. Tectorium, ait, nisi ter arenato & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. *Tectoriis* exornare domum solebant veteres, *l.* 3. §. 4. D. *de in rem vers.* hinc tectoris quoque loricationes dicuntur, in *l.* 79. *in fin.* D. *de verb. signif.* Tectorium imponere parietibus, pro inducere, dixit Neratius in *l.* 44. D. *de usufruct.* Vulgaria tectoria in *l.* 13. *in fin.* D. *de servit. præd. urb.* quæ Seneca *epist.* 13. gregalia vocare videtur, ubi *balnea gregali tectorio inducta* dicit.

In plerisque locis hic notatis, nec non in *l.* 3. §. 9. D. *uti poss.* tectoria non solum albarium opus denotare videntur, sed simul picturas illi inclusas, quibus exornari solebant parietes. Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 29. Saltim tabularum pictarum *tectorio* inclusarum meminit Ulpianus, *l.* 17. §. 1. D. *de act. emti.* Hein.

TECTUM. Sub eodem *tecto* in SCo Silaniano quid significet, exponit Ulpianus, in *l.* 1. §. 26. D. *ad SC. Silan.* qui præterea sub eodem tecto esse dicuntur, vide *l.* 11. §. 4. *D. ad leg. Falcid.*

TEGULÆ adfixæ, aut seorsim positæ: *l.* 9. D. *quod vi aut clam.* Tegula, orum, in *l.* 31. §. 1. D. *de usucap. l.* 8. D. *quod vi aut clam.*

TELONARII & Publicani, in *l.* 3. C. *Th. de indulgent. debitor.* Moschopulus περὶ σχεδῶν. Τελώνης, ait, ὁ τὰ τέλη ὠνούμενος, οἷοί εἰσιν οἱ τὰ τοῦ θαλάττης καὶ τὰ τοῦ ἀντιναύλου διενεργοῦντες νῦν.

TELONEUM. Canonem *telonei* apud Cassiodorum *lib.* 5. *Variar. epist.* 39. legimus, Gothorumque regibus pensitatum fuisse inde intelligimus. Et plane *telonea* inter regalia ponuntur in Constitutione Friderici Imperatoris *II. Feud.* 56. Ad quam pertinet, quod Radevicus *lib.* 4. *de gest. Friderici cap.* 5. ita scribit. Tam Episcopi, quam Primates, uno ore,

ore, uno adſenſu in manum principis regalia reddere, primique reſignantium Mediolanenſes exſtitere, requirentique de hoc ipſo jure quid eſſet, adjudicaverunt ducatus, marchias, comitatus, conſulatus, monetas, *telonea.* Fodrum autem quid eſſet, ut hoc obiter & extra rem propoſitam explicetur, Otho Friſingenſ. *lib.* 2. *de geſt. Frider. cap.* 12. indicat, quo verbo idem auctor *lib.* 2. *c.* 23. utitur.

TELUM vulgo quidem, quod arcu mittitur, generaliter tamen quidquid manu jaci ac mitti poteſt, ſignificat. Itaque & lignum & ferrum & lapis *telum* dicitur. Unde Paullus in *l.* 11. §. 1. D. *ad leg. jul. de vi publ.* telorum adpellatione omnia, ex quibus ſinguli homines nocere poſſunt, accipiuntur. Et ita teli verbum in XII Tabulis, quæ latronem, qui ſe *telo* defenderet, occidi permittebant, acceptum Caius in *l.* 233. *D. de verb. ſignif.* & in *l.* 54. §. 2. *D. de furt.* tradit. Quomodo etiam in *l.* 1. §. 17. D. *de SC. Silan.* & in lege Cornelia de ſicariis verbum hoc accipiendum eſt, §. 5. *Inſt. de publ. judic.* Feſtus vero *lib.* 1. tela ab armis proprietate ſignificationis hoc diſtare ſcribit, quod tela ſint ea, quibus procul præliamur: arma vero ab humeris dependentia Servius ad *lib.* 2. *Æneid. v.* 468. in hæc verba: telorum interea ceſſat omne genus: Bene, ait, addidit, genus. Telum enim dicitur, ſecundum Græcam etymologiam, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, quidquid lnoge jaci poteſt: quamquam legerimus de gladio, *lib.* 9. *Æneid. v.* 747. At non hoc telum mea quod vi dextra verſat... & ſequitur: conſurgit in enſem; dictum autem telum a longitudine, unde muſtelam dicimus. Sic Græci βέλος dicunt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. Interpres Euripidis in *Hecub.* βέλος πᾶν τὸ βαλλόμενον.

Tela non numquam latiſſime non modo arma, quibus vel cominus vel eminus pugnatur, ſed & quævis inſtrumenta, quibus vulnus infligi poſſet, vocantur. Siſenna apud Nonium in *tela.* Manuales lapides diſpertit, quod is ager hujuſmodi *telis* abundabat. Tacitus *de morib. Germ. cap.* 6. genera telorum, quibus Germani utebantur, recenſet, gladios, majores lanceas, haſtas vel frameas. Cultrum ex lanionis taberna abreptum *telum* vocat Livius *lib.* 3. *c.* 51. qui alibi *lib.* 1. *cap.* 40. ſecurim, & falces, agreſtia tela adpellat, *lib.* 9. *c.* 36. Sed & dentes *tela* ſunt Senecæ *de ira III.* 4. ignes Salluſtio *Jugurth. cap.* 60. ubi legendus Cortius *in notis.* Hein.

TEMEN pro tegmen, in *l.* 70. *pr.* & §. *ult.* D. *de legat.* 3. *l.* 22. *in fin. de aur. arg. leg.*

TEMONARII dicuntur, qui temonarium tributum exigunt, *l.* 2. C. *de privil. eor. qui in ſacr. palat.* in qua tamen vulgo *turmariorum*, aut, ut alii emendant, *telonariorum* pro *temonariorum* legitur. Quod vitium ſatis perſpicue ex eo deprehenditur, quod *capitularios* eos vocari Imperatores aiunt. Capitularium autem atque temonem conjungi vide in *capitularium* & *capitulum.*

Temonaria functio, & temonarium onus, in *l.* 14. C. *Th. de extraord. muner. l.* 1. *C. de palatin. ſacr. largit. lib.* 21. *l.* 4. *C. de dignit.* a temone.

TEMONES enim inter præſtationes & munera ſordida referuntur, in *l.* 4. C. *de proxim. ſacr. ſcrin.*

TEMPERARE ab injuria: *l.* 5. *C. de ingen. manum.* iis, quæ ſunt prohibita, *l.* 1. §. D. *de offic. præf. urb.* legato: *l.* 41. D.

D. de bon. libert. i. e. abſtinere.

Temperare, moderari. Qui præfecti Diœceſes ſibi Creditas temperarunt: *l.* 1. *C. de præpoſ. ſacr. ſcrin.* Et hoc ſenſu temperationem reipublicæ dixit. Cic. *de legib.*

Temperare conditionem, *l.* 4. D. *de condition. & demonſtr.* dolorem: *l.* 38. §. 8. *D. ad leg. jul. de adulter.*

TEMPESTATIS adpellatione continentur nives immoderatæ, quæ frumenta corrumpunt, *l.* 72. §. 3. D. *de contrah. emt.* eſtque cæleſtis injuria, ſive terram ſive mare, ſive flumina conturbet, *l.* 2. §. 8. *D. ſi quas caut. judic. l.* 2. §. 2. D. *ad leg. Rhod.* Tempeſtas calumnioſa: *l.* 15. §. 1. D. *locati.* Tempeſtatis lues: *l.* 8. C. *de locat. & conduct.* Apud Ciceronem tamen tempeſtas pro die videtur ſumi hoc verſu; Tertia te Phthiæ tempeſtas lata vocabit, cum verſus Homericus, quem expreſſit ſic habeat: Ἦμαί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιμ.

TEMPLA dicuntur tam delubra gentilium, *tit. C. utriuſque, de pagan. ſacrif. & templis.* quam Chriſtianorum eccleſiæ, *l.* 3. *C. de his, qui ad eccleſ. confug. l.* 4. *C. Th. eod. tit.*

Templum juſtitiæ: *l.* 1. §. 5. *C. de vet. jur. enucl.*

TEMPORALE & *temporarium*, perpetuo opponitur. Sic temporalis & temporaria acceſſio: *l.* 2. *D. de teſtam. milit.* actio: *l.* 9. §. 2. D. *de adminiſtr. & peric. tut. l.* 55. §. *ult. D. ad SC. Trebell. & paſſim.* quo nomine demonſtrantur, quæ minore ac breviore XX & XXX annorum ſpacio finiuntur, *l.* 6. D. *de obl. & act. l.* 9. §. 2. D. *de admin. & peric. tut. l. ult.* D. *de fidejuſſor. tut. tit. Inſt. de perpet. & temp. act. l.* 9. §. *pen.* D. *de reb. auct. jud. poſſid.* Temporalis annona: *l.* 5. D. *de adminiſtr. rer. ad civit. pert.* conductio: *l.* 10. *C. de locat.* Temporalis exceptio, quæ durat uſque ad mortem ejus, qui excipit, *l.* 32. D. *de uſufruct.* Aliquando objective dicitur temporalis exceptio, quod contineat & objiciat tempus actioni, quo illa excluditur, ut in *rubr.* D. *de diverſ. temp. præſcr.* Temporalis excuſatio: *l.* 4. D. *qui pet. tutor.* Temporarium interdictum: *l.* 2. §. 44. D. *ne quid in loc. publ.*

TEMPTARE pro *tentare*, in *l.* 13. §. 2. D. *de jurejur.*

TEMPUS. Tempore quoque peritura res dicitur, quum dilatio actionem peremtura eſt, *l.* 1. D. *de furt.* Item tempore peritura dicuntur, quorum retentio onerat hereditatem: *l.* 12. §. *ult.* D. *de religioſ. & ſumpt. funer.*

Tempus legitimum. Vid. *legitimum.*

Tempus modicum, quandoque trium aut quinque dierum eſt: *l. ſi poſt tres* D. *ſi quis caut.* Quandoque de decem diebus accipitur, ut in *l. promiſſor ſtich.* D. *de conſtit. pecun.* quod & Euſtathius in *lib. de var. obſerv. temp.* adnotat. περὶ τῶν ἡμερῶν. Interdum dies 30. ſignat. *l.* 1. §. 2. D. *de itin. actuq. priv.* interdum duorum menſium ſpacium, *l. ſancimus C. de fidejuſſ.* idque Euſthat. obſervavit *eod. lib.* περὶ τῶν ἡμερῶν. Quandoque trium, *l. de operis C. de ædif. privat.* Eſt aliquando quadrimeſtre, *l. ſi debitori* D. *de judic.* Quandoque decem menſium, *l.* 2. *C. de nupt.* Quandoque quinquennium, *l.* 1. §. 13. D. *de ſeparationib.* Præterea, judicis arbitrio relinquitur definiendum, *l.* 13. §. *ult.* D. *ex quib. cauſ. major.* De hoc vid. fuſius Conn. *lib. comm.* 7. *c.* 12. *n.* 4. Gothofr. ad *l.* 1. §. 9. D. *ſi is, qui teſt. lib. eſſe jus.* Tempus ſtatutum, in *l.* 1. *C. ſi quis ignor. rem minor. eſſe.* id eſt, quinquennium. Gothofr. in *d. l.* 1.

TE-

TENERA ætas, puerilis & pupillaris, etiam nostris, *l. fin. C. de testam. milit.*

TENERE merum factum significat, & ad possessionem corporalem refertur. Tenet enim qui corpore possessioni insistit, licet non possideat, *l. 9. in fin.* D. *de rei vindicat.* Itaque tenere & possidere separantur, *l.* 18. D. *de acceptilat.* Quin etiam in quos jus possidendi non cadit, quales sunt servi, hi *tenere* dicuntur, *l.* 38. §. 8. D. *de verb. oblig. l.* 49. §. 1. D. *de adquir. possess. l.* 4. §. 9. D. *de usurpat. & usucap.* Aliquando tamen etiam ipse dominus tenere dicitur, ut in *l.* 10. *C. de pignorat. action. l.* 44. §. *ult.* D. *de usucap.*

Tenere idem interdum significat, quod obtinere & judicio vincere. Sic: Qui in rem egisset, nec tenuisset, Paull. in *l. ult.* D. *de except. rei judic.* Si vero in caussa tenuerit, etiam Lege Fabia crimenque persequi poterit: *l.* 1. C. *ad leg. Fab. de plag.* Qui falsas tabulas dixerit, nec tenuerit; *l.* 6. *C. ad leg. Cornel. de fals.* similiter in *l.* 12. C. *de inoff. testam.* eum, ait Gordianus, qui inofficiosi caussam delatam non tenuit, a falsa accusatione non submoveri placuit. Item Ovid. *lib.* 6. *Fastor. v.* 71. rem *tenere*; pro jus suum obtinere usurpavit. Et caussam *tenere*, idem auctor *Heroid. Epist.* 17. *v.* 244. Cicero in *orat. pro Cæcina cap.* 24. Et hoc loco dixisti; Scævolam caussam apud Centumviros non tenuisse. Sueton. *in Domitian. cap.* 9. Nec repeti nisi intra annum eaque conditione permisit, ut accusatori, qui caussam non teneret, exsilium pœna esset. Adde Livium, *lib.* 4. *cap.* 30. *lib.* 23. *cap.* 20. & *lib.* 39. Horat. *lib.* 1. *epist.* 16. *v.* 43. Quo consultore, & quo caussæ teste tenentur. Seneca *lib.* 1. *controv.* 1. Si non tenuero caussam, fame moriar: si tenuero, hoc tantum consequar ne fame moriar. Quinctilian. *lib.* 9. *p.* 156.

Tenere, adstringere, obligare. Sic *tenere* aliquem dicuntur constitutiones, *l.* 15. §. 13. D. *de injuriis.* decretum: *l.* 23. D. *de excusat.* lex: in *tit. D. ad leg. jul. de adulter.* Senec. *Controv.* 2. Tenet omnes nunciatio: *l.* 18. D. *de oper. nov. nunc.* Quæstio tenere unum ex heredibus: *l.* 29. *D. de except. rei judic.*

Ita etiam *teneri* pro obligari. Sic *teneri* actione: *l.* 3. *C. de transact.* conventione: *l.* 14. §. 3. D. *commun. divid.* edicto: *l.* 7. §. *ult. D. de jurisdict.* lege: *l.* 6. *D. de jur. patron.*

Tenere pro valere, consistere. Sic *tenere* dicuntur actio: *l.* 11. §. 1. D. *de injur.* consensus: *l.* 7. §. 1. D. *quib. mod. pign.*

Tenere, pro retinere, *l.* 15. D. *de his, quæ ut indign.*

Tenendum est, id est, observandum, *l.* 12. D. *si quis caution. jud.*

Sed & solo vel in solo *tenere* dicuntur, quæ ei cohærent: *l.* 115. D. *de verb. signif. l.* 1. §. 1. D. *de oblig. & action.*

Tenet pro occupat & tegit, *l.* 7. §. 3. D. *de adquir. rer. domin.*

Teneri in administratione, id est, detineri, *l.* 10. *C. de excusat. tutor.*

TENOR actorum: *l.* 1. *C. de fide instrum.* ætatis: *l.* 28. §. *ult.* D. *de liber. & postum.* Cujac. *lib.* 26. *observ. cap.* 27.

Sed quid *tenor ætatis*? Cujacius sane nihil hic extricat, intelligens ἕξιν vel habitum ætatis, sed eam notionem nullo probans exemplo. Elegans videtur conjectura Marqu. Freheri *Verosimil. l.* 2. legentis propter *tenerum ætatis*; uti & lubricum ætatis, consilii, ambiguum

conditionis & sexcenta hujus generis passim occurrunt. Hein.

Tenor codicillorum: *l.* 3. *C. de codicill.* indulgentiæ: *l.* 5. *C. de his, qui sibi adscrib.* jurisdictionis: *l.* 5. *C. de his, quæ vi. l.* 2. *C. de bon. auctor. jud. possid.* legis: *l. ult. C. de jur. reip.* mandati: *l.* 12. *C. mandati vel contr.* pactorum: *l.* 3. *C. de inutil. stipul.* rationis: *l.* 16. *D. de legib.*

TENTARE non semper conatum, sed aliquando ipsum etiam delictum notat, ut in *l. un. C. nemin. lic. sign. Salvat.*

TENUIS vitæ homines, non viles, in *l.* 6. §. 5. D. *de offic. præsid.* sed potius intelligendi, qui vel humili loco nati, vel quibus tenues facultates, aut nullæ sunt. Unde tenuitas patrimonii pro exiguitate. Et ita intelliguntur tenuiores, in *l.* 1. C. *ne liceat potentior. l.* 5. §. 12. D. *de jur. immun. l.* 28. §. 1. *D. de pœn. l.* 1. *pr. D. de colleg. & corpor.* Et tenuiorum collegium, in *l.* 3. §. 2. D. *eod. tit.*

TEPIDARIUM, lavacrum aquæ tepidæ: *l.* 19. D. *de servit. præd. urban.* Vitruv. *lib.* 5. *cap.* 10. tepidarium pro ipsa balnei cella posuit: mox pro vase in quo aqua calefit.

TERENTIUS *Clemens*, jurisconsultus, discipulus, ut videtur Juliani, quem suum vocat, *l.* 6. *D. de vulg. & pupill. substit.* ac cujus fere semper amplectitur sententias. Scripsit libros 20. ad legem Juliam & Papiam, ex quibus permulta in Pandectis fragmenta exstant, quamvis ipse Terentius a nemine alias laudetur. Hein.

TERGEMINI. Vide *Trigemini.*

TERGIVERSARI in universum ab accusatione desistere definit, *l.* 1. §. 1. *D. ad SC. Turpill.*

TERMINALIS, in limitibus positus, finalis. *Terminales* arbores, apud Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 22. *de quibus* Vide Siculum Flaccum, Hyginum & alios auctores de limitibus. *Terminales* lapides apud Ammian. Marcellinum *lib.* 18. *cap.* 4. qui & *finales* in *libello varior. auctor. de limitib.*

TERMINUS, limites agrorum & fines possessionum significat, *l.* 3. *D. de adquir. possess. l.* 12. *D. fin. regundor.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat. pag.* 9. Hinc fines agrorum termini, quod hæ partes propter limitare iter maxime teruntur. Itaque terminus quum in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium, non terminus, sed termen: hoc Græci τέρμα. *Terminos* ergo finium caussa positos lapides arboresve accipimus, in *l.* 1. 2. & 3. D. *de termin. mot. l.* 1. *C. de accusation.* Et Juvenalis *Sat.* 16. *v.* 36. terminum hac circumloquutione designat: Aut sacrum effodit medio de limite saxum. Hinc terminum dejicere, exarare, *l.* 12. D. *fin. regund.* movere: *rubr.* D. *de termin. mot.* ponere: *l.* 44. D. *de recept. arbitr.*

Terminum quoque vocabant custodem finium Deum, quemadmodum ait Lactantius, *lib.* 1. *divin. Instit. cap.* 20. Termini autem Dei sacra invenerat Numa Pompilius, ut eo magis ab eorum violatione homines absterreret religio. Dion. Halicarn. *lib.* 2. *Antiquit. Rom. p.* 133. Huic Deo, qui, inaugurato Capitolio, cedentibus reliquis Diis, solus cum Juventa restitisse ac ne Jovi quidem cessisse dicitur. Flor. *lib.* 1. *cap.* 7. Sacri erant lapides terminales, unde & in iis scriptum: *Termino sacrum.* Reines. *Class.* 1. *Inscript.* 239. Et *lapidem sacrum arbitrium populis* eleganter vocat Seneca in *Hippolyt. v.* 528. De honore his la-

lapidibus habito Juvenal. *Sat.* 16. *v.* 36. Convulsum ruris aviti Improbus, aut campum, mihi si vicinus ademit, Aut sacrum effodit medio de limite saxum, Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo Hein.

Terminus humanæ vitæ: *l.* 23. §. 1. *C. de sacros. eccles.*

Termini contractus notissimi: *l.* 24. *D. deposit.*

TERRA. In terra cadere. Sancimus si vivus perfecte natus est, licet illico, postquam in *terra* cecidit, vel in manibus obstetricis decessit, nihilominus testamentum rumpi: *l.* 3. *C. de postum. hered. instit.* Pertinent hæc ad ritum tollendi liberos recens natos, (quem tamen Justiniani temporibus adhuc notum fuisse, merito dubites). Nam & Stat. Papinianus *in Thebaid. I.* Si me de matre cadentem Fovisti gremio. De eo ritu consulendi Jac. Cujac. *lib.* 11. *observ. cap.* 30. Lindenbrog. *ad Terent. Andr. Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 14. Isaac. Voss. ad Pompon. Mel. *lib.* 1. *cap.* 8. *p.* 44. & Gudii libellum de ritu liberos recens natos in terra sistendi & tollendi. Hein.

Terra Italia: *l. ult. D. de abig.* Africa terra: *Hirt. de bello Africano.*

TERRIBILES libri de delictis privatis & extraordinariis, nec non publicis criminibus, qui omnem continent severitatem pœnarumque atrocitatem: *l.* 2. §. 8. *C. de vet. jur. enucl.*

Terribiles scripturæ ducuntur S. Biblia, in *l.* 13. §. 4. *C. de judic.* juncta: *l.* 14. §. 1. *C. eod. tit.*

Terribiles & salubres sunt leges ecclesiæ, *c.* 1. *vers. prodest. causs.* 23. *qu.* 5.

TERRITORIUM est universitas agrorum, intra fines cujusque civitatis, ab eo dictum, quod magistratus ibi jus terrendi habeat, *l.* 239. §. 8. *D. de verb. signif.* Verum enim vero in hujus verbi etymologia a jureconsulto, immo & a se ipsis varie auctores dissentiunt. Varro quidem *lib.* 4. *de ling. lat. p.* 9. Terram a terendo dictam scribit, ab eoque colonis communem locum, qui prope oppidum relinquitur, *territorium* dictum, quod maxime teratur. At Siculus Flaccus *de condit. agror. p.* 3. aliunde hujus adpellationis originem deducit. Ab his populis, ait, qui sedes in aliqua regione constituerant, eorumque agros occupaverant, præmensum quod universis suffecturum videbatur solum, territis fugatisque inde civibus, *territoria* dixere. Et alias, *p.* 23. Bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victores ejecerunt, publice atque universaliter territorium dixere, intra quos fines jus dicendi (legit Brisson. juris dicundi jus) esset. Frontinus *de agror. qualit. p.* 48. Quidquid ad coloniæ, municipiive privilegium pertinet, territorii juris adpellant. Sed si rationem adpellationis hujus tractemus, territorium est, quidquid hostis terrendi caussa constitutum est. Hæc ille. At Isidorus in alia plane sententia est. Territorium enim vocatum ait, quasi torritorium, id est, tritum bobus & aratro, ab eo, quod antiqui sulco ducto & possessionum & territoriorum limites designabant.

Verisimiliorem vero etymologiam dedit Claud. Salmasius *ad Script. Hist. Aug. p.* 315. Torem vel torrem veteres vocabant terminum. Unde extorris, ἐξόριστος vel exsul. Est ergo *territorium*, quasi terræ ad civitatem pertinentis, terminus, quem Græci ἐνορίαν dixerunt. Hein. Territoria civitatum & oppidorum, veluti territorium Gabinorum: *l.* 8. *D. de pollicit.* Territorium etiam ju-

dicis dicitur: *l. ult. D. de jurisd.* Castellorum territoria, seu loca adscripta militibus Castellaniæ, *l. 2. C. Th. de terris limitan.* Territorium decurionis & aliorum, id est, possessiones, *l. 2. C. Th. de exaction. l. 34. C. Theod. de operib. publ. l. 186. C. Theod. de decurion.*

TERRITUS sæpe quasi vapulaturus injuriarum tenetur, *l. 15. §. 1. D. de injur.*

TERTIOCERIUS eadem forma, qua primicerius & secundocerius dicitur, qui in ordine suo tertium locum obtinet, *l. 1. C. de præpos. agent. in reb. l. 7. C. de palatin. sacrar. largit.* ubi & *Quartocerius* eadem figura effertur. Invenitur & Tertiocerii nomen aliquoties in *Notitia dignitat. utriusq. Imperii.*

TERTULLIANISTÆ dicti a Tertulliano Presbytero Africanæ Provinciæ civitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes: *cap. 39. §. 59. Causs. 24. qu. 3.*

TERTULLIANUM, quod & Tertyllianum scribitur, Senatusconsultum, quo matres ad legitimam filiorum hereditatem admittuntur, *tit. D. ad SC. Tertullian. l. 34. D. ad SC. Trebellian.* Quia enim uxores, nisi coemtione in manum mariti convenissent (quod in usu esse desiit) non liberabantur a patria potestate, nec in familia mariti comprehendebantur, inde nec habebant cum liberis jura adgnationis, unde sola succedendi ratio per Leges XII Tab. dependebat: Hinc Claudii beneficio matribus concessum fuit speciali rescripto singulare jus liberis succedendi, quod quidem personam non egrediebatur, ut recte observat a Costa, ad §. 1. *Inst. de Senatusconf. Tertylliano.* Postea hoc Senatusconsulto, quod D. Adriani temporibus factum est, plenissime cautum est: ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit: ut scilicet, cum alieno juri subjecta est, jussu ejus adeat hereditatem; cujus juri subjecta est; §. 2. *Inst. eod. tit.* Sed favorem hujus senatusconsulti ampliavit Justinianus, §. 4. *Inst. eod. tit.* ut numerus liberorum non requireretur.

TERTULLIANUS Jurisconsultus, hujusque liber quartus quæstionum citatur, in *l. 30. §. 6. D. de adquir. vel omitt. hered.* De hoc Tertulliano pleraque incerta; nisi quod sub Antoninis & Severo floruisse videtur. Laudatur sane ab Ulpiano, in *d. l. 30. §. 6.* & post SC. Tertullianum, adeoque post Hadriani tempora vixit, *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.* Præcipue quæritur, an idem sit cum Q. Septimio Florente Tertulliano, ecclesiastico scriptore? Nam & huic juris non imperitum, immo τοὺς Ῥωμαίους νόμους ἠκριβωκότα ἄνδρα, virum Romanas leges accurate doctum vocat Eusebius *Hist. Eccles. II. 2.* idque ipsa ejus opera satis ostendunt. Hinc quæstionem adfirmant Anton. Augustin. *de nomin. propr. Pandect. p. 139.* Cujac. *lib. 7. observ. c. 2.* Radulph. Forner. *Rer. quotidian. VI. 5.* Guil. Grotius *de vit. jurisc. II. 9.* Negant contra plerique, & in his Ægid. Menag. *Amœnit. jur. civil.* idque jure negant, quum vel ipse stilus, quem in fragmento Tertulliani deprehendimus, a tumido illo & adfectato dicendi genere, quod pater ecclesiæ sequutus est, toto cælo differat. Præter

quæ-

quæstionum libros VIII. etiam singularem librum de castrensi peculio reliquit, ex quo desumtæ sunt, *l.* 23. D. *de testam. milit. l.* 33. D. *eod. tit.* & *l.* 44. *D. de castrens. pecul.*

TESSARACAIDECADITÆ in *l.* 5. *C. de hæret.* & *manich.* hæreticorum genus, ab eo nuncupatum, quod XIV Luna pascha cum judæis observare contendunt, auctore Isidoro *lib.* 8. *orig. cap.* 5.

TESSELARIUS, qui conficit pavimenta tessellata, de quibus Sueton. in *Caligul. cap.* 45. Mentio fit tessellariorum, in *l.* 2. *C. Th.* & *l.* 1. *C. Justin. de excusat. artif.*

TESSERA frumenti, in *l.* 49. §. 1. & *l.* 87. D. *de legat.* 2. quæ & *tessera* frumentaria, *l.* 49. §. 1. D. *de legat.* 2. *l.* 52. §. 1. *D. de judic. l.* 49. §. 1. *l.* 87. *D. de legat.* 2. Quid sit, ex Dionis verbis a Xiphilino in epitomen contractis, quæ hic subjiciuntur, planum fit. Ac primum Sueton. in *Nerone cap.* 5. ait, Neronem tesseras frumentarias populo sparsisse. Xiphilin. *lib.* 61. *p.* 698. διὰ συμβόλων σπαίρια μικρὰ γεγραμμένα in vulgus jacta refert, quæ continerent, quantam frumenti, aliarumve rerum ei, cujus in manum venissent, præstandum esset. Sed id ipsum apertius *in Tito lib.* 67. *p.* 757. idem auctor explicat: Σπαίρια μικρὰ ξύλινα ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐῤῥίπτει, σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργύρου σκεύους, ... ἃ ἀρπάσαντας τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας αὐτῶν ἀπενέγκειν καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. Parvos globos ligneos de superiore loco jecit in theatrum, in quibus scripta erat nota alicujus esculenti, vestisve aut vasis argentei .... quos qui rapuisset, attulissetque ad dispensatores, quod inscriptum erat consequebatur. Idem *in Domitiano p.* 760. Τοῖς δὲ θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου. Spectatoribus multa largiebatur in globulis. Et in *Hadriano. lib.* 69. *p.* 791. Δῶρα διὰ σφαιρίων ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἔῤῥιψε. Dona in theatro & circo in sphæris missilibus dedit. Ex quibus intelligitur perspicue, *tesseras* symbola fuisse in orbem rotundata, continentia, quantum cuique præstari in veste, auro, argento deberet. Ceterum Augustus, ut annonæ difficultatibus subveniret, frumentum cuilibet ex populo viritim quaternis pensionibus præberi instituit: cujus rei ergo *tesseræ*, notum facientes, quantum cuique admetiendum esset, dabantur, ut Sueton. *in Augusto cap.* 40. & 41. scribit. Servius in *illud Virgil. lib.* 1. *Georg. v.* 263. *Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis:* Facit, ait, characteres, quibus pecora signantur, aut *tesseras*, quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro litteris posuit, quibus numeri continentur. Hinc Isidorus *lib. ult. cap.* 14. tesseras ait esse, quibus frumentorum numerus designatur.

Sunt & *tesseræ* militares, quibus per contubernia, quid dux præcipiat significatur.

Tesseras etiam pacis & belli invenimus, in *l.* 2. §. 37. D. *de orig. jur.* Plura de tesseris, tabellis, calculis, καλαμίοις seu ψήφοις paganicis, militaribus, frumentariis, oleariis, ærariis, nummariis, hospitalibus, theatralibus, circensibus, ex ligno, vitro, ære, plumbo confectis disseruit Reines. *Inscript. p.* 1016. *sequ.* Add. Petiti, *Var. Lect. I.* 8. Hein.

TESTA: *l.* 1. §. 1. D. *de tigno juncto.*

TESTAMENTARIA adpellata est *lex Cornelia de falsis*, quod de his, qui testamenta subjecissent, resignassent, celassent, suppressissent, falsave signassent, recitassent, scripta esset: Vid. supra. in *Cornelia lex de fals.*

Latius vero testamentariæ leges, quæcumque ad testamentorum caussam pertinent, accipiuntur, in *l.* 1. §. 1. D. *ad leg. Falcid.* qualis erat Furia, ut Ulpianus eam *tit.* 1. *Regul.* §. 2. adpellat.

TESTAMEMTARIUS, testamenti scriptorem significat, qui dictante testatore id excipit, *l.* 9. §. 3. 6. *D. de hered. instit. l.* 15. §. *ult. l.* 22. §. 10. D. *ad leg. Cornel. de fals. l.* 1. D. *si quis aliqu. test. prohib. l.* 3. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.*

Testamentarius, a, um. Testamentaria hereditas, *l.* 130. D. *de verb. signif.* quæ testamento defertur, & opponitur legitimæ, *l.* 17. *D. de adquir. vel omitt. hered.*

TESTAMENTIFACTIO, in §. 6. *Inst. de testam.* ubi testes adhiberi testamento posse dicuntur iis, quibus cum est *testamentifactio*, non intelligenda est *passiva* vel *activa* nec utraque simul. Non *activa* quia filius familias testis esse, nec tamen testari potest: non *passiva*, quia impubes heres institui, nec tamen testamento testis adesse potest: non utraque, quia mulier & testamentum condit, & heres recte instituitur; nec tamen testimonium perhibet. Tu dic; cui non licebat interesse comitiis calatis; cum eo non fuisse *testamenti factionem*, nec eum testem esse potuisse in testamento. Inde mulier excludebatur, quia non habebat communionem comitiorum, ut diserte ait Gellius *lib.* 5. *c.* 19. Male igitur Theophilus; ὅιτινες ὑφ᾽ ἡμῶν δύνανται κληρονόμοι γράφεσθαι, ἢ γράφειν ἡμᾶς, [illegible]

Qui & a nobis heredes institui, & nos instituere possunt. Vid. Thomas. *diss. de sensu legis decemviral. testam.* §. 13.

Alias *testamenti factionem* habere dicitur non is solum, qui testamentum facere potest, (quæ est testamenti factio activa,) sed & is, qui ex alterius testamento capere, & sibi vel aliis adquirere potest (quæ est passiva testamentifactio,) *l.* 16. *D. qui testam. fac. l. ult.* D. *pro hered. l.* 31. 49. & 50. *D. de hered. instit.* Testamenti itaque factio cum his esse dicitur, quibus vel hereditas, vel legatum relinqui potest, *l.* 7. *D. pro legat. l.* 21. D. *de testam. tut. l.* 5. D. *de servit. legat.* §. 3. *Inst. de hered. instit. l.* 82. §. *ult. D. de legat.* 2. De libera testamenti factione agitur etiam in *l.* 1. D. *de testam. milit.* & *l.* 1. D. *de tutel. & rat. distr.*

Testamentifactio dicitur esse cum aliquo, id est, testamenti faciendi jus, ut ait Ulp. *tit.* 20. *regul.* ut & testamentifactionem habere, *l.* 3. *D. de jur. codicillor.*

TESTAMENTUM definit Modestinus justam voluntatis nostræ sententiam, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit: *l.* 1. D. *qui testam. fac.* Ulpianus vero *Epist. tit.* 20. id vocat: Mentis nostræ justam contestationem, in id sollemniter factam, ut post mortem nostram valeat. Florentinus judiciorum testationem vocat, in *l.* 24. *D. qui testam. fac.* & supremam contestationem, in *l.* 20. §. *ult.* D. *eod. tit.* Falluntur, qui Imperatorem, sequutum Servium Sulpicium, *l.* 2. *de testam.* teste Gellio *Noct. Attic. lib.* 2. *cap.* 12. *pr. Inst. de testam. ordin.* scribentem: *testamentum ex eo adpellari, quod testatio mentis sit*, definitionem testamenti tradere, sibi persuadent: Ipse namque fatetur, allusionem [illegible] fal-

saltim hoc esse, qualis in jure Romano infrequens non est, ut Labeonis de verbo *possessio*, in *l.* 1. *pr. D. de adquir. vel amitt. posses.* & Pauli circa verbum *damnum*, in *l.* 3. *D. de damn. infect.* Enimvero ex istis definitionibus non adhuc cernitur, quid fuerit Testamentum jure Romano, quove illud a ceteris mortis caussa dispositionibus, veluti a mortis caussa donatione, & codicillari dispositione differat. Nec id satis adparet ex definitione illa, quam ex veteri Glossario adfert Brisson. quod sit nempe testatio mentis, scilicet ultimum elogium, vel ultimus sermo, vel postrema vox, qua quis disponit, rebus suis heredem instituendo, vel legata faciendo. Heres enim, ut fideicommissarius instituitur codicillis. Ulpian. *tit.* 25. §. 11. Et legata quoque codicillis dantur, *l.* 8. §. 6. D. *de jur. codicill.* Nec ab alia mortis caussa dispositione distinguis testamentum nostrum, si eum Grotio dixeris testamentum esse alienationem in mortis eventum, ante eam revocabilem, retento interim jure possidendi & fruendi. Per diversa autem juris Romani tempora videamus quid nomine testamenti venerit.

Fuit *testamentum* quod Gellius, *lib.* 15. *c.* 17. memorat, in calatis Comitiis factum. Et erat quidem institutio heredis, id est, successoris in universum jus patrisfamilias post mortem hujus. Non vero ad id sufficiebat voluntas ejus, de cujus hereditate agebatur: sed lege populi heres instituebatur ad rogationem his verbis factam: *Velitis, jubeatis, Quirites, uti L. Titius L. Valerio tam jure legeque heres sibi sit, quam si ejus filius familias proximusve adgnatus esset.* Erat igitur hujus generis *testamentum* Lex populi determinans successorem in universum jus alicujus ad rogationem hujus, & auctoritate pontificum lata. Huic enim negotio præesse debebant Pontifices, ad quos pertinebat cura sacrorum, quæ hereditati adhærebant. Vid. Vinn. *in Comment. ad* §. 1. *Inst. de testam.* Et quia lege vel more deferri hereditas ad adgnatos tantum proximos poterat, ei non nisi lege alia derogare licuit: Bynkersh. *obs. lib.* 2. *c.* 2. Hinc testamenta illa non nisi populi voluntate novaque lege immutari poterant.

Ab hac necessitate rogationis ad populum faciendæ liberum erat testamentum *in procinctu*, quod miles in cinctu Gabino (Serv. *ad Virgil. Æn. VII. v.* 612.) ad prælium iturus (Vellei. Paterc. *lib.* 2. *cap.* 5. faciebat. *In procinctu* enim stans vel cinctu Gabino, & scuto manus inserens, sagumque accingens, simul etiam tribus aut quatuor audientibus, heredem suum nuncupabat: Plutarch. *in Coriolano.* Quæ quidem testamenti factio concessa est ad polliciendos in militiam animos juvenum, ut conjicit Thomasius *in diss. de sensu legis Decemviralis testamentariæ.* Cum nempe cinctum Gabinum sumerent, qui ab Imperatore Diis Manibus pro exercitu devoverentur, (Liv. *lib.* 8. *c.* 9. 13. *lib.* 10. *c.* 7. 28.) ultima vero horum devotorum voluntas pro lege esset (Liv. *lib.* 10. *c.* 29. junct. *lib.* 26. *c.* 11.) hinc testamenta militum in procinctu facta rata esse jubebantur tacito populi suffragio, tamquam νόμον ἄγραφον, quemadmodum testamenta in comitiis calatis conditæ tamquam νόμοι ἔγγραφοι valebant. Vid. *Vellei. l.* 5. Plutarch. *in Coriolan. p.* 198.

Invaluit deinde *testamentum per æs & libram.* Scilicet fiebat primumære & libra imaginaria quædam

dam venditio familiæ seu hereditatis per mancipationem (hereditas enim mancipi res erat) adhibitis libripende & antestato cum testibus quinque puberibus civibus Romanis. Et hæc fere erant verba mancipationis: Emtor aiebat: *Titii ego familiam* (hoc est hereditatem cum sacris domesticis) *ex jure Quiritium meam esse aio, eaque mihi emta est hoc ære æneaque libra.* Postea fiebat *contestatio* seu *nuncupatio testamenti* a testatore, qui tabulas tenens testamenti: *hæc*, inquit, *uti in his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium præbitote.* Quo primum in usu fuit hoc testandi genus, ipse hereditatis emtor in tabulis scriptus heres erat; deinde ita conceptæ sunt tabulæ, ut hereditas fere tota legatis exhauriretur ab emptore præstandis; ac denique eo ventum est, ut persona ab emtore diversa in tabulis scriberetur, cui tota hereditas post mortem mancipantis testatoris esset mancipanda, atque hæc persona proprie heres esset & successor in universum jus defuncti, ceu conjicit Thomas. *in laudata diss.*

Et huc quidem respexisse videntur verba legis XII Tabularum: *Paterfamilias uti legassit super familiæ pecuniæ tutelæve suæ rei, ita jus esto*, quibus, ut ait, Pomponius *l.* 120. D. *de verb. signif. latissima potestas tributa* videtur, & heredis instituendi, & legata, & libertates dandi, tutelas quoque constituendi, subjiciens, quod id interpretatione coangustatum est, vel legum, vel auctoritate jura constituentium (id est, jurisconsultorum). Quæ postrema Pomponii verba nonnulli intelligunt, quasi post legem illam decemviralem inventa demum a Jurisconsultis fuerit testamenti factio *per æs & libram*, ut data illa a legibus XII Tabularum testandi facultas restringeretur ad ritum servandum quo analogia juris servaretur, fingendo scilicet hereditatem non tam per ultimam voluntatem, quam per venditionem & mancipationem transferri, quodque hæc inter alias nata sit ex XII Tabulis actio legis: Heinecc. *Antiq. Rom. ad lib.* 2. *Inst. tit. X. XI. XII.* §. 6. Thomasius vero in *laudata diss. de sensu leg. decemviral. testam.* colorem illum putat a Jureconsultis jam ante XII Tabulas inventum, & quod hujusmodi testamentifactionem confirmarit imo & adjuvarit lex decemviralis ita, ut alius quam familiæ emtor in tabulis consignatis scriptus heres haberet hereditatem: Facultatem vero hanc lege decemvirali auctam, restrictam fuisse legibus vel auctoritate prudentum, intelligendamque esse hanc restrictionem de inofficiosi querela, de nullitate testamenti ob quarumdam personarum præteritionem, de heredis institutione in primo testamenti capite facienda, quod hæc esset testamenti fundamentum (Ulp. *fragm. tit.* 24. Paull. *Sentent. lib.* 2. *tit.* 6. §. 2.) de legandi licentia Legibus Furia, Voconia & Falcidia restricta; de licentia manumittendi legibus Fusia Caninia, ut & Junia Norbana limitata, ut & de eo, quod libertas puberi tutorem dandi a certo tempore & ad certum tempus, etiam ante heredis institutionem lege XII Tabularum data, variis deinceps legibus sit coangustata, & si quæ sunt alia hujus generis.

Testamentum porro *prætorium* fuit, ex quo Prætor pollicitus est se daturum heredi scripto hereditatis seu bonorum possessionem, (non dicit ipsam *hereditatem*, ne legi derogare videretur, quamquam rei-

reipsa derogaret). Verba edicti, quod tempore Ciceronis tralatitium erat, leguntur in *Act. in Verr. I, 4. Si de hereditate ambigetur, & tabulæ testamenti non minus multis signis, quam lege oporteat ad me proferentur, secundum tabulas testamenti possessionem hereditatis dabo.* Nonnulli hanc testium scriptionem a prætore fuisse invectam, hocque prætorium testamentum nulla mancipatione factum fuisse non nulli colligunt ex eo, quod Justinianus scribit, edictum prætorium novam faciendorum testamentorum formam introduxisse, jureque honorario nullam emancipationem desiderari, & jure civili signa testium non fuisse necessaria; §. 2. *Inst. de testam. ordin.* Thomasius vero in *laud. diss.* §. 34. subscriptionem illam non quidem præscriptam fuisse a jurisconsultis fatetur, at contendit naturam rei postulasse ut testes signarent tabulas, ut mortuo testatore testibus constaret de quibus tabulis testimonium haberent dicendum, adeoque hanc signationem nisi sollemnitatis, at probationis caussa ante prætoris edictum usurpatam fuisse: Nec prætoris edicto sublatam fuisse mancipationem hereditatis per æs & libram, sed hoc edictum in eo solo constitisse, quod assisteret testamento per agnationem postumi vel alio modo irrito facto: Ulpian. *tit.* 23. §. 6, *l.* 12. *D. de injust. rupt.* si testamentum alias rite factum prætori proferretur, & hunc præsupposuisse mancipationem, cum non quinque testium, quæ alias citra mancipationem suffecissent, sed septem sigilla præcise requireret: Insequentibus tamen temporibus usu invaluisse ut minus necessaria videretur mancipatio per æs & libram, satisque esset ad testamentum prætorium, si septem testium signa in Tabulis adparerent, ex quibus bonorum possessio danda esset, *laud. dissert.* §. 36.

Deinde quum & constitutionibus quædam novæ inveherentur observationes; in unum conflari cœperunt ritus testamentorum ex jure civili, prætorio, & constitutionibus principum nati; id quod temporibus Theodosii junioris factum esse, non sine adparatu docet Jac. Gothofredus *ad l.* 1. *C. Th. de testam. & codicill.* Invaluit igitur, ut pro testamento, id est, actu heredis, seu successoris in universum jus defuncti directe instituendi haberentur, vel Tabulæ heredem præferentes ab ipso testatore scriptæ aut subscriptæ, aut, (si testator litterarum esset expers) ab octavo teste scriptæ, quibus utroque casu septem alii testes simul præsentes ad petitionem testatoris subscripsissent annulosque impressissent, servata unitate contextus, quod quidem erat *testamentum scriptum*: Vel nuncupatio heredis voce facta coram septem testibus idoneis & rogatis, testatoremque videntibus & intelligentibus, servata eadem unitate contextus; & hoc est *testamentum nuncupativum*, quod in scriptum non mutatur, si vel maxime ea nuncupatio sollemnis postea in scripturam memoriæ caussa redacta fuerit. Nec confundendum est testamentum hoc *nuncupativum* hæcque heredis nuncupatio cum nuncupatione illa testamenti per æs & libram, quæ post mancipationem fiebat verbis illis: *Hæc uti his tabulis cerisve scripta sunt &c.* hæc quippe nuncupatio fiebat saltem relate ad tabulas clausas, in quo scriptum erat nomen heredis voce non nuncupandum, uti nuncupatur in testamento quod vocamus *nuncupativum.*

Testamentum porro *scriptum* dicitur *holographum* si a testatore sit scriptum, cui ut præter testes subscri-

cribat testator non requiritur, *l.* 28. §. 1. C. *de testam.*

Rursus *testamentum scriptum* dicitur *crypticum* seu mysticum, quod ea parte qua continetur nomen heredis clausum est, apertum vero testibus ea parte tantum qua rogante testatore subscribunt, annulosque imprimunt. Et crypticum sane erat testamentum quod iis continebatur tabulis quas tenebat testator, ubi facta mancipatione, contestationem seu nuncupationem testamenti faciebat, ceu supra dictum est de *testamento per æs & libram.*

Et ea fere erant sollemnia externa testamentorum quæ jure ordinario fiebant, a quibus diversum fuit *testamentum militare*, ex constitutionibus principum derivandum (Ulp. *fragm.* XXIII, 10.) & quidem primum ex edicto Cæsaris, hinc Titi, postea Domitiani, mox Nervæ, ac postremo Trajani, *l.* 1. *pr.* D. *de test. milit.* Valebat autem hoc testamentum si saltem a milite scriptum esset, *l.* 40. D. *eod. tit.* vel coram duobus testibus etiam non rogatis testator heredem nuncupasset, *l. ult.* §. *ult.* C. *de codicill.* ita ut unicum hujus testamenti essentiale requisitum esset, ut constaret militem animo deliberato, non fortuito sermone heredem sibi nuncupasse, §. 1. *Inst.* & *l.* 24. D. *de milit. testam.*

Nota porro testamenta alia minus sollemnia, ut *testamentum parentum inter liberos.* Parentes enim si in scriptura testantur, tabulas quæ vel ipsi scribunt, vel subscribunt, iisdem anno, mense, die unciisque, in quibus liberos instituunt, perspicue expressis, testes non sunt necessarii, *l.* 2. §. 1. C. *de testam. Nov.* 107. *cap.* 1. Sin per nuncupationem, duo testes sufficiunt. Itemque *testamenta tempore pestis*, quibus sola unitas contextus, id est simultanea testium præsentia, ob contagionis periculum remissa est, *l.* 8. C. *de testam. Testamentum rure factum.* Ruri enim testantium testamenta valent, quinque testium subscriptione, vel signaculis munita, (quamvis & alii pro aliis subscribere possint,) si vel plures, vel litterarum periti, ut fit in agris, haberi nequeant, *l. ult.* C. *de testam.* quod in dubio, donec probetur contrarium, præsumitur. *Testamenta principi oblata*, vel *actis insinuata*, quæ nullas sollemnitates exigunt, *l.* 19. *C. de testam.* Et testamentum posterius imperfectum, quo heredes ab intestato priore præteriti ad successionem vocantur, in quo quinque testes sufficiunt, *l.* 21. §. *pen.* C. *de testam. Testamenta* quibus *piæ caussæ* consulitur, quæ omnibus sollemnibus soluta sunt per c. 11. *decretal. de testam.* Quin & usu frequentiore populorum sufficiunt in quolibet testamento duo testes masculi cum tabellione, vel duo Scabini cum scriba: Grot. 1. *Jur. holl.* 17. Gudelin. 2. *de jur. noviss.* 5. Et jure Canonico valent quæ fiunt a parochianis coram parocho, & duobus testibus, c. 10. *decretal. de testam.*

Ceterum dispositionem ultimæ voluntatis *jure testamenti* valere ex jure Romano definimus, ex qua disponenti heres fit directe, *jure* vero *codicillorum* valere intelligimus, si ea dispositio saltem in modum fideicommissi successorem facit universi juris defuncti. Tabulæ plane *testamenti* non intelliguntur, in quibus heres scriptus non est, magisque codicilli, quam testamentum intelliguntur, *l. ult. D. de jure codicill.* Sed & si heres sit scriptus saltem ex intentione disponentis, at non eo modo quo heredem instituere oportet, puta si coram quinque saltem testi-

testibus, extra rationem privilegiati testamenti, non valebit jure testamenti, sed codicillorum, adeoque in vim fideicommissi universalis: *l.* 29. §. 1. D. *qui test. fac. poss.* Hinc nota clausula illa est codicillaris, quæ inseritur: *Si testamentum non valebit tamquam testamentum, volo ut valeat jure codicillorum,* *l.* 41. §. 3. D. *de vulg. & pupil. substit. l.* 3. *fin.* D. *de testam. milit.*

Quænam autem requirantur sollemnia externa, ut dispositio jure testamenti valere dici possit, intelligitur ex ante dictis. At præterea sunt & sollemnia interna ad id servatu necessaria, qualia sunt, quæ ad heredis idonei institutionem, certarum personarum exheredationem, & ad statum testatoris pertinent, quæ ex libris nostris sunt ediscenda.

Et hæc quidem ita sunt, si testamentum proprie sic dictum intelligimus, quod jure perfectum est. Sed abusive testamenta quoque ea adpellamus, quæ injusta, irrita, rupta vel imperfecta sunt. Nam horum quoque inspectionem Prætor permittit, *l.* 2. §. 1. *D. testam. quemadm. apers.*

Testamentum destitutum, de quo vid. suo loco.

Testamentum duplex, quod sibi & filio pater facit, dum ei substituit pupillariter, vel testamentum, quod secundis tabulis habet uti est in *l.* 1. *D. si cui plus quam per leg. Falcid. l.* 71. & 79. D. *ad leg. Falcid.*

Testamentum injustum. Vid. injustum.

Testamentum irritum fit, vel ipso Isidoro, *lib.* 5. *etymol. cap.* 44. teste, quoties testatori post testamentum factum aliquid contingit, quod civitatem vel libertatem adimat, *l. 6.* §. 5. D. *de injust. rupt.* In irritum quoque constituitur testamentum non adita hereditate: *l.* 1. *D. eod. tit.* Ulpian. *tit.* 23. §. 4. Irritum fit testamentum, si testator capite deminutus fuerit, aut si jure facto testamento, nemo exstiterit heres: Et Justinianus, §. 4. *Inst. quib. mod. test. infirm.* Irrita fieri testamenta dicuntur, quum is, qui fecit testamentum capite deminutus sit. Licet enim, & quæ rumpuntur, testamenta, *irrita* fiant; & quæ statim ab initio non jure fiunt, *irrita* sunt, & ea, quæ jure facta sunt, & postea propter capitis deminutionem *irrita* fiunt, possumus nihilominus rupta dicere: tamen quia commodius visum est, singulas caussas singulis adpellationibus distingui, ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel *irrita* fieri: Hæc Justinianus. Quin etiam eorum, qui ob conscientiam criminis mortem sibi conciverunt, *irrita* sunt testamenta: *l. 6.* §. 8. *D. de injust. rupt.* Atque his modis irritum interpretabimur, in *l. ult.* D. *de reb. eor. l.* 30. §. *ult.* D. *de adquir. vel omitt. hered. l.* 2. §. 1. D. *testam. quemadm. aper. l.* 10. *D. de SC. Silan. l.* 2. §. 1. *D. de condict. in deb. l.* 1. *D. de except. rei judic. l.* 10. §. *ult. de divers. temp. præscr. l.* 87. D. *de legat.* 2. Sueton. *in Tiberio c.* 51. Testamentumque ejus *irritum* habuit. Idem *in Calig. cap.* 8. Testamenta *irrita* ac vana Tacit. *lib.* 5. *Annal. cap.* 1. Testamentum Liviæ diu *irritum* fuit. Idem *lib.* 1. *hist. cap.* 48. Testamentum Vinii magnitudine opum irritum. Festus Pompeius: Procitum testamentum dicebatur, veluti procatum, provocatum, id est, *irritum* ac ruptum. Athen. *lib.* 4. *Deipnosoph.* ἄκυρον τὴν διαθήκην vocat.

Testamentum nullum dicitur, quod ab initio non subsistit, vel (1) ob defectum sollemnitatis inter-

ternæ, id eſt, heredis inſtitutionis, v. c. ſi liberi ſui nati præteriti, *l.* 1. D. *de injuſt. rupt. irrit.* vel ob inhabilitatem teſtatoris tempore facti teſtamenti, *l.* 1, D. *eod. tit.*

Teſtamentum ruptum. Vid. ſuo loco.

Teſtamenti cauſſam pertinere, quod ad interdictum de tabulis exhibendis, & delictum de aperiendis teſtamentis attinet, videtur omne, quodcumque quaſi ad teſtamentum factum ſit, in quacumque materia fuerit ſcriptum, quod contineat ſupremam voluntatem. Et ideo tam primæ, quam ſecundæ tabulæ & codicilli hac adpellatione continentur, *l.* 1. §. 1. *D. de tabul. exhibend.*

Teſtamentum etiam pro teſtamentaria hereditate nonnumquam ponitur, ut in *l. ult.* D. *de honor. poſſeſſ. ſecund. tab.* in qua ita eſt: Quod ſi ita heres ſcriptus ſit, ut interdum excludatur a teſtamento, eo quod non invenitur portio, qua heres inſtitutus eſt. Deinde in *l.* 14. D. *de his, quæ ut indign.* Papinianus admitti ad teſtamentum, id eſt, ad hereditatem teſtamento delatam, dixit, ut adparet ex lege præcedenti. Item in *l.* 2. *C. de bon. matern.* ſic hoc verbum accipi Thalæus notavit. Eodemque modo & apud Sueton. *in Nerone cap.* 32. quum ait: Deinde ut ingratorum in principem *teſtamenta* ad fiſcum pertinerent, id eſt teſtamentariæ hereditates. Ac denique apud Ambroſ. in *pſalm. Sermon.* 14. ubi teſtamentum adire dixit. Paull. in *l. ult.* D. *de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* dixit excludi *teſtamento*, id eſt, hereditate teſtamentaria; ubi ſic legendum eſt: quod ſi ita heres ſcriptus ſit, interim excluditur teſtamento, eoque &c. Horat. *lib.* 2. *Sermon. Sat. V. v.* 23. Captes aſtutus ubique teſtamenta ſenum.

Teſtamentum pro teſtimonio, *Collat. Leg. Moſaic. & Rom. tit.* 8. §. 6. ibi: Qui teſtamenta falſa invicem dicenda aut conſignanda dolo malo curaverit &c. Quum vero Ulpianus, qui eamdem Senatusconſulti ſententiam refert, habeat; *teſtimonia falſa* invicem dicenda, *l.* 9. §. 3. D. *ad leg. Cornel. de fals.* præſtat & hic legere cum viris doctis *teſtimonia.* Vid. Ant. Schulting. *ad juriſpr. vet. antejuſtin. p.* 763. Hein.

TESTARI, teſtamentum facere ſignificat, *l. ult. D. ut legator. ſeu fideicomm. ſervand. l.* 8. §. 1. *D. de tranſact.*

Sed & *teſtari* pro teſtibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, notumve facere uſurpatur, *l.* 20. D. *de adquir. hered. l.* 3. §. 3. *D. uti poſſid. l.* 5. §. 7. D. *de oper. nov. nunc. l.* 11. §. 3. *D. ad leg. jul. de adult.* Et ita *teſtari* pro eo quod vulgo dicimus, proteſtari, *l.* 14. §. 7. 8. & 13. *D. de religioſ. & ſumt. funer.* Sic quoque *teſtatus eſt*, id eſt, coram teſtibus declaravit, *l. ult.* D. *de lege commiſſor.* Teſtando denunciare: *l.* 1. §. 3. *D. de peric. & commod. rei vend.* Teſtari dominum, id eſt, proteſtari, ſeu teſtato denunciare, *l.* 3. §. 3. D. *uti poſſid.* Teſtari libellis: *l.* 11. §. 3. D. *ad leg. jul. de adulter.* apud præfectum: *l.* 7. D. *de incend. ruin. naufr.*

TESTATIO, pro ſcriptura teſtibus communita, paſſim in D. & C. & apud Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 25. §. 5. ubi teſtatione complecti, in teſtationem redigere, *l.* 1. §. 4. *D. uſufr. quemadm. cav. l.* 39. §. 1. D. *de legat.* 3. & in teſtationem referre, pro eodem dicuntur, *l. ult.* D. *pro derelict. l.* 8. §. 2. D. *de oper. nov. nunciat. l.* 39. §. *ult.* D. *de legat.* 3. In teſtatum etiam redigere ait Ulpianus, *l.* 1. §. 4. *D. uſufruct.* quem-

quemadm. cav. Teſtatio quoque inſtrumentorum amiſſorum fit, *l.* 13. *C. de fide inſtrum.* Teſtatio ſuorum judiciorum: *l.* 24. D. *qui teſtam. fac. poſſ.* Teſtatio privata ſeu adnotatio, *l.* 5. *C. de probation.* Teſtatio vacuæ poſſeſſionis: *l.* 12. *C. de contrah. emt.*

Teſtatio, pro conventione & denunciatione teſtibus adhibitis facta, *l.* 5. §. *ult.* D. *de adminiſtr. & peric. tut. l.* 1. §. 7. D. *quod vi aut clam.* Sic teſtationibus conventus: *l.* 32. §. 14. D. *de recept. arbitr.* Teſtatione denunciatum: *l.* 238. §. 1. D. *de verb. ſignif.*

Teſtatio pro teſtium depoſitione, ut loquimur, *l.* 21. D. *de his, qui not. infam.* Teſtationes in ſcriptis: *l.* 4. D. *de pignor.* falſæ: *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 8.

Teſtationes etiam vocabant teſtimonia per tabulas dicta, cum conſenſu ſignatorum, & teſtes jurejurando niti. Quinctil. *lib.* 5. *Inſt. orator.*

Teſtatio vocata etiam ſollemnis illa nuncupatio: Hæc uti in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, &c. Ulpian. *tit.* 20. *Regul.* §. 9. Hein.

TESTATO vel *inteſtato* decedere, id eſt; teſtamento facto vel non, *l.* 29. & 45. §. 1. *D. de jur. fiſc. l.* 7. D. *de regul. jur.* Quum autem teſtamentum, ut ſupra in hac voce monuimus, ſit actus ex quo heres, hoc eſt ſucceſſor in univerſum jus defuncti intelligitur, hinc eſt ut nemo, jure quidem ordinario, partim teſtatus, partim inteſtatus decedere poſſit; *l.* 7. *D. de regul. jur.* §. 5. *Inſtit. de hered. inſtit.* Itaque ſi unus heres, ſine coherede, in ſemiſſe vel in re certa inſtitutus ſit, is totum aſſem capit, *l.* 1. §. 4. D. *de hered. inſtit.* Dico, *ſine coherede*, nam ſi coheredem habet, is, qui in re certa inſtitutus eſt, legatarii loco habetur, *l.* 13. *C. de hered. inſtit.* Si plures in re certa inſtituti, ſinguli capiunt æquales portiones, licet eis teſtator res inæqualis pretii adſignaverit: *l.* 9. §. 13. *D. eod.*

Teſtato, coram teſtibus. Sic teſtato convenire aliquem, *l.* 8. *D. de bon. libert. l.* 8. §. 8. D. *mandati, l. ult.* D. *de lege commiſſor.* & paſſim. Teſtato denunciare: *l.* 1. §. 3. D. *de peric. & commod. rei vend.* dicere: *l.* 4. C. *de diſtract. pignor.* jubere: *l.* 1. *D. quod juſſu. l.* 122. §. 3. D. *de verb. oblig.*

TESTATOR eſt, qui teſtamentum jure condidit. Aliquando tamen & is hoc nomine venit, qui ſollemne quidem teſtamentum non condidit, ſed heredis legitimi fidei tantum quid committit, ut in §. *ult. Inſt. de fideicommiſſar. heredit.* ibi: Si teſtator fidei heredis ſui commiſit. Καταχρηστικῶς & is *teſtator* dicitur, qui teſtamentum jure non fecit.

Teſtator ſuus, a quo quis inſtitutus eſt, *l.* 29. *D. de hered. inſtit.*

TESTATRIX, *l.* 4. D. *de legat.* 2. & paſſim.

TESTATUS & *inteſtatus*, teſtamento facto, vel ſine teſtamento, *l.* 6. *D. de teſtam.* decedere, *l.* 3. §. 1. D. *de adquir. hered.* Vid. *teſtato.*

TESTICULUS. Qui cum uno teſticulo natus eſt, quive amiſit, jure militabit, *l.* 4. *princ. D. de re militari.* ubi Sullam & Cottam duces eo habitu naturæ fuiſſe memorat juriſconſultus. Sanum eſſe, qui unum teſticulum habet, reſpondet Ulpianus, *l.* 6. §. 2. *D. de Ædil. edict.* addita ratione, quia generare poteſt.

TESTIFICARI. Cum clamore teſtificari: *l.* 4. §. 1. D. *ad leg. Aquil.* Conſentire videtur ad nominationem filii, qui non teſtificatur diſſentire: *l.* 1. C. *de filiis famil.*

TES-

TESTIFICATIO: *l.* 1. *C. si minor. ab hered.*

TESTIMONIALES sunt epistola principis, quibus dignitas confertur. De *testimoniali* ex tribunis & protectoribus est *tit.* 21. *lib.* 7. *C. Th.* Consule Du Fresne Glossar.

TESTIMONIA, sive *testationes* a testibus productis dicuntur, ut Græci dicunt, ἐκμαρτυρίας, ut Suidas interpretatur *Tom.* 2. *p.* 504. Ἐκμαρτυρία διαφέρει τῆς μαρτυρίας· ὅτι ἡ μὲν παρόντων μαρτυρίαν δηλοῖ. ἡ δὲ ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων. Ἐκμαρτυρία differt a μαρτυρία. Hæc enim testimonium præsentium, illa vero absentium.

Item *testimonia* absentium testium dicta & testationes scriptis comprehensas significant: & a testibus separantur, *l.* 3. §. 3. D. *de testib. l.* 1. D. *de fide instrument.* μαρτυρίας γραμματεῖον vocat Plutarchus περὶ Φιλαδελφ.

Testimonium pro testamento, *l.* 1. *princ. D. ad leg. Cornel. de fals.* Testimonia falsa inspicienda. *Regul. jur. ex vet. jurisconf.* §. 6. Antea una libertas erat, vindicta, *testimonio*, vel censu. Etiam in *l.* 12. §. 2. D. *ad exhib.* in exemplaribus quibusdam legi: *alterius testimonio optio data sit*, observavit Bynkersh. *lib.* 3. *observ. cap.* 18. Sed quum hæc omnia sint dubiæ lectionis; magis est, ut diversa esse dicamus testamenta ac testimonia. Ant. Schulting. *ad jurispr. vet. antejustin.* Hein.

TESTIS, cujus testimonio fides fit judici. Rogati testes: *l.* 11. D. *de testib. l.* 21. §. 2. D. *qui testam. fac.* Testes reprobare, refutare, Vid. *reprobare.*

Testes de domo accusatoris productos interrogari non placuit, *l.* 24. *D. de testib.* Talis testis de domo ὁ οἴκοθεν μάρτυς nec Græcis fide dignus videbatur, ceu ex instituto docuit Jo. Brodæus *Miscell. X.* 15. Hein.

TESTUDINEUM, ex testudine factum. Juvenal. *Sat. VI. v.* 80. Ut testudineo tibi, Lentule, conopeo, ubi lectum indicat testudine perlucidum. *Testudineis* legatis, lecti quoque testudineis pedibus deargentati debentur, *l.* 100. *in fin.* D. *de legat.* 3. Ex quo adparet, veteres supellectili ex testudine usos, quod & Celsus, in *l.* 7. D. *de supellectil. legat.* tradit. Primus autem, ut Plinius *lib.* 33. *cap.* 11. auctor est, Carvillius Polio testudines secare in laminas, lectosque & repositoria his vestire instituit, Ovid. *lib.* 2. *Metamorph. v.* 737. Ebore & testudine cultos tres habuit lectos.

TEXTORES servi: *l.* 61. D. *de legat.* 3. Textores & textrices vocantur etiam opifices vestis linteæ contexendæ; *l.* 6. *C. Theod. de murileg. & gynæciar.* Corpus gynæciariorum vel lineariorum & linyfarariorum, *l.* 9. *eod. tit.* In his maximum pretium statuebatur textoribus & textricibus tenuiariis, non a tæniis ita dicti, ceu putat Guther. *de offic. dom. Augustæ II.* 16. sed a tenui tela, quam conficiebant. Talis *Textrix vestiar. ten.* apud Reinesf. *Class. XI. Inscript.* 77. & Vestiarius tenuiarius apud eumd. *Class. XI. Inscr.* 88. Hein.

TEXTRINI mancipia, iidem qui *textores* supra. Vindicantur opifices linteæ vestis textrinis, *l.* 6. *C. Theod. de murileg.* Textrina principis *d. l.* & *l.* 24. *C. Th. de annon. & trib.*, quæ alias Gynæcia, unde παραλλαγματισμός *d. l.* 24. Textrinis vel Gynæceis, in quibus species publicæ texebantur. Ammian. Marcellin. *lib.* 14. *cap.* 9. cujus litteræ ad Tyrii Textrini præpositum celerari speciem perurgebant.

THEATRUM & Amphitheatrum diversa sunt, *l.* 6. §. 1. D. de

de rer. divis. l. 3. D. de oper. publ. Quid alterum ab altero distet, exponit Cassiodorus, lib. 4. variar. epist. ult. & lib. 5. epist. 42. ubi theatrum *visorium* interpretatur. Unde & in theatro spectare dicuntur, in *l. 2. §. 2. ne quid in loco publ.* Porro *theatra* universitatis sunt, & communia civitatum: *§. 6. Inst. de rer. divis.*

THEODORA Justiniani Imperatoris conjux. *Novell. 8. cap. 1. l. 3. C. de quadriennii præscript.*

THEODOSIACUS aquæductus, *l. 30. C. Th. de prætor.*

THEODOSIANA prætura, *l. 25. C. Th. de prætor.*

THEODOSIANI & Gaianitæ adpellati a Theodosio & Gaiano, qui temporibus Justiniani principis in Alexandria, populi perversi electione, una die ordinati sunt Episcopi. Hi errores Eutychetis & Dioscori sequentes, Chalcedonense consilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt: *c. 39. §. 66. Causs. 24. qu. 3.*

THEOPHRASTUS citatur, in *l. 3. D. de legib.* quæ excerpta est ex *l. 3. D. si pars hered. pet.*

THESAURARIUS & *Thesaurensis*, Vid. *Thesaurus.*

THESAURUS, sive, quemadmodum in Pandectis Florentinis perpetuo retenta antiquæ scripturæ ratione scribitur, *thensaurus*, est vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non exstat memoria, ut jam dominum non habeat, *l. 31. §. 1. l. 63. D. de adquir. rer. dom. l. 67. D. de rei vindic. l. 3. §. 3. l. 44. D. de adquir. possess. l. 1. & 3. §. penult. & ult. D. de jur. fisci. l. 39. §. 1. D. de aur. arg. legat.* Thesaurum etiam Leo Imp. interpretatur condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia, *l. un. C. de thesaur.* Thesaurum Papinianus vocat, pecuniam in terra custodiæ caussa conditam: *l. 44. D. de adquir. possess.* Non incommode vero thesaurum definiveris cum Wurffel. *jurispr. defin. §. 634.* rem cujus dominus omnium memoriam effugit, insolito loco reconditam. Mobilis ergo sit necesse est, vid. *l. un. C. de thesaur.* Thesaurum a θησαυρῷ dici, ad oculum patet. Proprie denotat locum, quo aliquid reconditur; compositum quippe ab ἄυρος & τίθημι. Ita hoc non solum LXX Interpretes *Psalm. 13. v. 57.* verterunt, sed & Livius *lib. 38. cap. 50.* thesauri sub terra, in quo vinctus quis demissus, meminit. Hæc duo ad Thesaurum requirit idem Wurffel *ibid.* (1) ut non exstet memoria, quisnam ejus sit dominus, adeoque res nullius habita thesaurus est, simulque habilis ad id, ut inveniatur; quod si de domino aliquo modo constare possit, thesaurus non est. Declarat hoc ipsum *d. l. 67. D. de rei vind.* (2) Ut loco alias non solito repositus sit, v. g. terra absconditum, aut lateribus domus. Huc facit *d. l. 31. D. de adquir. rer. dom. l. un. C. de thesaur.* Cassiodorus *lib. 6.* depositivam pecuniam, quæ longa vetustate competentes dominos amisit, thesaurum dicit. Nec raro thesaurus pro qualibet re, quam nos habere ignoramus, accipimus, *l. 22. D. famil. ercisc. l. 25. D. ad exhib. l. 44. D. de adquir. vel amitt. possess.* Thesaurus in monumento inventus; *l. 4. §. 6. D. ad leg. jul. peculat.* Vid. Radulph. Forner. *lib. 3. Rer. quotid. cap. 18.*

Thesaurus Imperatoris, in *l. 2. C. Theod. de thesaur. & l. 1. C. eod. tit.* Ammian. Marcellin. *lib. 22. cap. 3. p. 230.* Hic idem Ursulus datis litteris ad eum, qui Gallicanos tuebatur thesauros, quidquid

quid posceret Cæsar, procul dubio jusserat dari. *Thesaurorum* præpositos habebant Imperatores Constantinopolitani, & Comites thesaurorum, *l. pen. C. de murileg. l. ult. C. ut dignit. ord. conserv. l. 2. C. de palatin. sacr. larg.* & *Thesaurarios*; custodiæ thesaurorum præpositos, *l. 1. C. de canon. largit.* qui & Thesaurenses in *l. 2. C. de palatin. sacr. largit.*

Thesaurus vero hic est vestiarium principis. Lamprid. in Alexand. *cap. 40. In Thesauris vestem numquam nisi annum esse passus est. In thesauris*; id est, in vestiario palatino, cui præerant *præpositi* vel *Comites Thesaurorum*; iisque subjecti privatæ vel linteæ vestis magistri, baphiorum ac textrinorum procuratores, ceterique, quibus hujusmodi sollicitudo committebatur, *l. 14. C. de murilegul.* Hi præpositi vel Comites thesaurorum officiales communi nomine dicebantur *thesaurenses*, *l. 11. C. de palatin. sacrar. largit.* & uti hi Comiti vel Præposito thesaurorum; ita hic ipsi Comiti sacrarum largitionum suberat. Salmas. *ad scriptor. hist. August. p. 220.* Hein.

THESSARESCÆDECATITÆ, Vid. *Tessarescaidecatitæ.*

THIUS sive θεῖος significat patruum vel avunculum, *l. 37. §. 5. D. de legat. 3. Nov. 118. cap. 3. Inst. de gradib. cognat.* ubi Imperator: Patruus est patris frater, qui Græce πατράδελφος adpellatur. Avunculus est frater matris, qui Græce μητράδελφος dicitur. Et uterque promiscue θεῖος (*Thius*) adpellatur. Guil. Forner. *lib. 1. Selection. cap. 14.*

THLASIÆ & Thlibiæ dicti sunt qui habent testiculos attritos a θλάω seu θλίβω, quod est frango, quod lotu aquæ calidæ fiebat, & attritione manuum, ut hoc pacto pretiosiores essent. Hi propter hoc vitium liberos gignere non possunt, sed vitio sublato possent, ideoque adoptare his permissum est & matrimonium contrahere, quia sanitatis spem habent: *l. si servus §. spadoni D. de jur. dot.* Ulpianus *l. spadonum D. de verb. signif.* Thlibiæ, inquit, & thlasiæ, sed & si quod & aliud genus spadonum est. Item Paull. *l. 5. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Hi inquit, qui *thlibias* faciant, ex Constitutione D. Hadriani, in ea sunt caussa, qua hi qui castrant.

THYMELA in *l. 21. & 22. C. Theod. de divers. offic.* rectius *Thymele*, græcis θυμέλη, pulpitum, pars orchestræ, in qua modos & saltationes personæ scenicæ facere consueverunt. Pollux *Onomast. lib. 4. c. 19. segm. 123.* Phrynicus *de nomin. & verb. Attic.* θυμέλην ait dictum, τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἀφ᾽ ὃ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ἠγωνίζοντο; locum in theatro, ex quo tibicines & citharoedi aliique agebant. Inde *Thymele* pro ludia cytharistria, & saltatrice, apud Juvenalem *Satyr. 1. v. 36.* & *Satyr. 6. v. 65.* Sidon. *lib. 9. ep. 13.* Tanta autem in Oriente harum scenicarum voluptatum fuit cura, ut & ad eas peculiares Actuarii & Cornicularii Thymelæ audiant *d. l. 21. 22.* Hinc

THYMELICI, de quibus, *l. 4. D. de his, qui not. infam. l. 10. D. de pollicit. l. penult. C. Th. de spectac.* Suida *Tom. II. p. 211.* interprete sunt; οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι, histriones scenici. Isidorus vero *lib. 18. cap. 47.* Thymelicos musicos scenicos interpretatur, qui organis & lyris & citharis præcinebant. Indeque dictos ait, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod θυμέλη vocabatur. *Thymelicos* certe a scenicis disjunctos, suasque in orchestra peregisse actiones Vitruvius, *lib. 5. cap. 8.* indicat. Hinc

Thy-

Thymelitæ, in *l.* 21. *C. Theod. de pistorib.* & *l.* 5. *C. Theod. de scenic.* Thymelicis autem, in *l.* 4. *D. de his, qui not. infam.* Xystici adjunguntur, qui se in Gymnasiis & Xystis exercebant, de quibus plura suo loco.

THYNNARIA piscatio, *l.* 13. *D. commun. prædior.* De ea autem Vide Jo Brodæi *Miscellan. VI.* 8. ubi & in suo codice legi *thynnaria* observat, quum vulgo scriptum sit tignaria. *Hein.* Thynni autem pisces prægrandes traduntur de quibus Lucil. in *lib. satyr.* Aristot. *de nat. animal. lib.* 4. *c.* 10. & *lib.* 9. *c.* 17. Plin. *lib.* 6. *cap.* 15. Vid. Forcat. *in pœn. iur. civ. c.* 20.

TIBIALE, velamen tibiarum: quin etiam arma, quibus crura muniuntur, *tibialia* vocantur, in *l.* 14. §. 1. D. *de re milit.*

TIBURTIBUS municipiis meis, *l.* 35. §. 3. *D. de legat.* 3. Tibur autem sive Tiburtum, urbs, ad decimum sextum lapidem ab urbe distans. Hanc vocem apud veteres Jurisconsultos scriptam per *i* latinum, non per *y*, observat editio Haloandrina. Servus *lib.* 7. auctor est, tres fratres venisse in Italiam: Catyllum, Coracem, Tiburtum. Hi simul omnes unam facere civitatem, & eam de fratris majoris nomine, Tibur adpellavere, licet & alias fecerint singuli.

TIGNUM, a tegendo dictum, *l.* 1. §. 1. D. *de tign. junct.* eoque nomine in XII. Tabulis omnes materiæ, ex quibus ædificia fiebant, adpellantur, *l.* 7. §. 10. *D. de adquir. rer. dom. l.* 62. *D. de verb. signif.* Tignum vetus Glossarium vertit, λίθος, βήσαλον, καταχρηστικῶς πᾶσα ὕλη. Aliud Latinum: Tignum dicitur omne genus ligneæ materiæ.

Tigni immittendi servitus est jus, quo vicinus pati cogitur, ut vicini tignum, suo parieti immissum, in eo requiescat, *l.* 20. *D. de servit. præd. urb. l.* 242. §. 1. D. *de verb. signif.* Dicitur etiam simpliciter, omissa tigni mentione, immittendi servitus, *l.* 1. & 2. *D. de servit. præd. urb.* De *tigno juncto* actio, *l.* 23. §. 6. D. *de rei vind. l.* 6. D. *ad exhib.* ex XII. Tabulis nata, quibus cautum, ut tignum ædibus junctum vindicari non posset, sed contra jungentem a domino ageretur in duplum. *l.* 1. D. *de tign. junct.* Si quis mala fide junxit, actio pœnalis est, adeoque dominus etsi duplum consequutus sit, tamen diruto ædificio adhuc tigni vindicationem habet. *l. fin. D. eod. tit.* Si vero bona fide junxit, est actio rei persequutoria, & sic dupli solutione fit dominus tigni. §. 29. *Inst. de rer. divis.*

TILIA, arbor, cujus ex cortice interiore membranulæ sumuntur, in quibus veteres scribebant, *l.* 52. D. *de legat.* 3.

TINGERE numos aureos, quid sit in *l.* 8. D. *ad leg. Cornel. de fals.* acriter disputant interpretes. Diversas eorum sententias attulit, & pro *tingere* legi posse *cingere* monuit Bynkersh. *lib.* 4. *observ. cap.* 21. Hein.

TINGUERE pro *tingere* addito *v* in ceteris temporibus constanter scribunt, *l. ult.* D. *de judic. l* 22. D. *de negot. gest. l.* 73. D. *de legat.* 3. Quæ verbi *tinguo* scriptura Capro Grammatico probatur.

TIRO. Tirones sunt, qui nondum in numeros relati, lecti tamen ut militent, publicis expensis iter faciunt, & sub campi doctore exercentur, *l.* 42. D. *de testam. milit. l. ult. D. de muner. & honor. l.* 4. *in fin. D. de re milit. l. ult.* D. *de custod. reor.* Hos notis in brachiis compungi solitos, ostendit *l.* 3. C. *de fabri-*

bricensib. & Veget. *lib.* 1. *de re milit. cap.* 8. Tironum autem præstatio & præbitio olim in muneribus publicis fuit, *l.* 4. *C. de proxim. sacr. scrin. l.* 2. C. *de silentiar. Tit. C. Theod. qui a præbit. tiron.* Ammian. Marcellin. *lib.* 21. *cap.* 6. *p.* 211. Parique studio supplementa legionibus scripta sunt, indictis per provincias tirociniis.

TIROCINII evitandi caussa dare : *l.* 3. *C. de condict. ob turp. causs.*

TIRONATUS *l.* 21. *C. Th. de tiron.*

TITHASUS servi nomen, *l.* 67. *D. de hered. instit.*

TITILLUS innocuus, *l.* 2. C. *Theod. de cursu.* ibi : Pigrescentes artus innocuo titillo admonere.

TITULATA beneficia dicuntur, quæ clericus *vi officii sacri*, cui perpetuo jure destinata sunt, possidet, & sic suo jure percipit propter officium sacrum, ad quod ordinatus est. Vide infra art. *Titulus, ecclesia &c.*

TITULUS pro caussa juris cujuslibet. Sic titulo donationis remissæ usuræ : *l.* 54. D. *de don. int. vir. & ux.* Titulo dotis obligata bona : *l.* 5. *C. de pact. convent.* Titulo comprobatarum rationum : *l.* 10. §. 2. D. *de adpel. lation.* familiæ erciscundæ titulus : *l.* 9. *C. famil. ercisc.* Titulo pignoris obligari : *l.* 2. *C. de administr. tut.* accipere : *l.* 6. *C. quæ res pignor.* Titulo usuræ pignora tenere : *l.* 4. *de naut. pign.* titulus ab intestato possessionis : *l.* 1. §. 9. *l. ult.* D. *si quis omiss. causs. testam.*

Titulus in specie, pro caussa dominii, & quidem vel remota, ubi alia immediata seu proxima est, ita ut hæc dicatur modus adquirendi, illa titulus; vel etiam proxima, cum nempe idem est titulus cum modo adquirendi. Titulus caussa est dominii remota, modus adquirendi proxima, & a titulo diversa in his exemplis : Lucius Titius ædes vendit, easque tradit : cum traditione demum rei emptæ dominium adquiratur, hæc modus adquirendi est, quem præcedit venditio, quæ est caussa remota titulusque dominii emtoris rem accipientis. Rem occupasti derelictam : Occupatio est modus adquirendi, utpote caussa dominii proxima, caussa vero remota titulusque derelictio est, quæ præcessit. Res tibi inter vivos donata est, deinde tradita, traditio, modus est adquirendi, donatio titulus. In legato generis, dispositio testatoris est titulus, rei solutio per traditionem est modus adquirendi. *Titulus* vero est etiam aliquando caussa dominii immediata eademque cum modo adquirendi, veluti in his exemplis. Species tibi donata est mortis caussa, vel legata; quoniam eas res, etiam nondum facta traditione pleno jure adquiras & vindicare possis post mortem disponentis, hinc est, ut earum rerum donatio mortis caussa vel legatum sit titulus simulque caussa immediata modusve adquirendi earum dominii, quemadmodum & adjudicatio in judiciis duplicibus, communi dividundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum : §. *fin. Inst. de offic. jud.* Titulum dominii, seu quo dominium quæri solet, ut loquitur *l.* 6. *C. de ingen. manum.* recte etiam dixeris *titulum* possessionis, ut est in *l.* 2. & 11. *C. de petit. hered. l.* 1. §. 9. *D. si quis omiss. causs. test.* & caussam adquirendæ possessionis, ut in *l.* 2. §. 21. D. *de adquir. vel omitt. possess.* Dicitur & titulus usucapionis, qui nempe conditionem usucapiendi facit : *l.* 1. D. *pro dote.*

Tituli varii possessionis, seu do-

dominii per usucapionem vel alias statim adquirendi recensentur in jure nostro, veluti pro emto, pro legato, pro donato, pro soluto, pro dote, pro suo, pro derelicto, pro adjudicato, qui habentur in *lib.* 41. *tit.* 4. *& seq.* D. Titulos pro permutato & pro transacto doctores adjiciunt.

Titulus porro pro herede, vel pro possessore (nempe bonorum) describitur *lib.* 41. D. *tit.* C. quando nempe heres, vel bonorum possessor, in hereditate delata repertam rem alienam absque mala fide, tum suæ tum defuncti possidet, *l. pen.* D. *pro hered.* Ex. g. Si Titii ovis se gregi hereditario, mortuo testatore, immiscuit, ignaro herede, & bona fide hanc ovem credente hereditariam esse: quod elegans exemplum suppeditat Cl. Pagenstecher in *Admonit. ad Pandect. Part.* 6. §. 160. *p.* 707. Vix vero heic deprehenditur novus titulus a præcedentibus diversus: quia heres, vel bonorum possessor, proprie non adquirit novo titulo, sed continuat titulum defuncti, cui succedit, quia in omnia ejus jura transit.

Alio sensu *pro possessore titulus* dicitur ejus, qui prædo est, vel qui interrogatus cur possideat, responsurus sit, quia possideo, nec contendet se heredem (aut bonorum possessorem jure prætorio) vel per mendacium: *l.* 4. *pr. &* §. 1. *l.* 12. *&* 13. §. 1. *D. de hered. pet.*

Titulus pro caussa debiti & præstationis: Sic annonarius titulus: *l.* 4. *C. Theod. tributa in ipsis speciēb.* Titulus genus functionis annonariæ: *l.* 1. *C. Th. de discuss.* Titulus fiscalis: *l.* 5. *C. de suscept. rubr.* C. *de canon. largit. tit.* frumentarius: *l.* 1. 3. *C. Th. de frument. urb. Constantinop.* ad largitiones pertinens: *l.* 3. *C. Th. de indulgent. debit.* navium: *l.* 2. C. *Theod. de Alex. pleb. primat.* præstationis: *l.* 1. C. *Th. de calc. coct.* primipili: *l.* 4. *C. Th. de indulg. debit.* Titulus canonicus: *l.* 36. C. *Theod. de ann.* id est, ordinariæ annonæ, tibuta, quibus opponuntur superindictitii tituli: *l.* 36. *&* 3. *C. Th. de decurion. & silentiar.* Tituli largitionales: *l.* 18. C. *Th. de exaction.* debiti: *l.* 19. *de annon.* ad domum sacram pertinentes: *l.* 19. C. *Th. de indulgent. debit.* Generales tituli: *l.* 9. *C. Th. eod. tit.* quibus personalia debita opponuntur: *l.* 3. *C. Th. eod. tit.* dicuntur genera functionum publicarum: *l. ult.* C. *Theod. de equorum conlat.* Publici tituli sunt publica pecunia: *l.* 31. *C. Th. de oper. publ.* Tituli a Syriarchiæ & Alytarchiæ muneribus deputati: *l.* 1. *C. de offic. Comit. orient.*

Titulus pro forma & nomine: Sic titulus actionis: *l.* 69. *D. de fidejussor.* criminis: *l.* 3. §. 1. *D. stellionat* Titulo Secanorum acceptilati reditus: id est, nomine & adpellatione: *l.* 91. §. 3. D. *de legat.* 3. Titulus inlatæ sollemniter pulsationis: *l.* 1. *C. Th. de his, qui petent. numin.*

Titulus pro colore: *l.* 49. D. *de donat. int. vir. & ux.* Aliquo titulo se excusare: *l.* 60. §. 4. *D. de rit. nupt.* Titulotenus ære alieno allegato: *l.* 5. §. 13. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur.* Hoc sensu etiam sub titulo operarum aliquid stipulari dicimur, in *l. ult.* D. *qui & a quib. manum.*

Titulos Tiberius in *constit. præf.* σανίδας τε βασιλικὰς καὶ σήμαντρα ἐπιτεθέντων, tabulas Imperatorias ac signacula adfigentium: & *cap.* 1. σανίδας ἢ χαρακτῆρας βασιλικοὺς ἀλλοτρίοις οἰκοίοις ἢ χωρίοις ἐπιτιθέναι, tabulas, quæ nostram adpellationem contineant vel effigies insig-

niave Imperatoria alienis ædibus aut prædiis imponere. Hinc Latini *titulum* inscriptionem vocarunt, ut apud Juvenal. *Sat. 6. v.* 123. Tituli insculpti monumento: Paul. *lib.* 1. *sent. tit.* 13. Tituli falsi figmentum: *l.* 7. *C. de contrah. emt.* & *tabellam*, quæ res venales vel locandæ præscribuntur, ut apud Plin. *lib.* 7. *epist.* 27. Sic apud Tibullum II. 4. *v.* 64. Ite sub imperium sub titulumque lares. Tituli affixi prædiis fisci nomine, seu fiscales, *l.* 11. & 20. C. *Theod. de bon. proscript.* Fiscalis tituli proscriptione signatus fundus: *l.* 4. C. *Theod de aquæduct.*

Titulos sive tabulas etiam potentiores solebant prædio affigere, de quibus Rævardus exposuit, ut in *rubr. C. ut nemo alien. præd. titul.* Quo sensu crebro verbum hoc usurpat Augustinus, ut in *lib. de gestis cum Emerito*: In *oratione* ad Christum: Pelle discordiam, introduc te ipsum in titulos suos, tu mane, non aliter possideat & de titulis tuis fallat. Tertullian. in *Apologet. cap.* 2. Christiani suo titulo offeruntur. Vide amplius in voce *figere.*

Titulus æneus, est tabula ænea, cui inscribebatur panis modus, & nomen ejus qui panem gradilem accipiebat, *l.* 5. *C. Theod. de annon. civic.*

Titulus pro inscriptione, quæ supplicii, quod de reo sumebatur, caussam indicabat, usurpatur a Suetonio in *Domitian. cap.* 24. Eodemque sensu in *Evang.* D. *Joan. cap.* 19. *v.* 19. ἔθηκαν ἐπὶ ςαυρῦ τύτλον. Nam quod ille *titulum*, hoc Marcus *cap.* 15. *v.* 26. ἐπιγραφὴν τῆς αἰτίας, D. vero Lucas *cap.* 23. *v.* 38. ἐπιγραφὴν, D. Matthæus *cap.* 27. *v.* 37. τὴν αἰτίαν αὐτῦ γεγραμμένην, vocant. Sueton in *Calig. cap.* 31. Horum titulorum exempla sunt, in *l.* 13. §. *ult.* D. *de jurejur. l.* 16. *seq.* C. *ex quib. causs. infam.* Plura eam in rem congesserunt Jan. Langlæus *Ot. semestr.* II. Rævard. *Var. V.* 7. Cujac. *observ.* VIII. 7. XIII. 2. Radulph. Fœrner. *Rer. quotid. I.* 13.

Titulus pro edicti capite: *l.* 1. *D. de collat. honor.* & titulus edicti: *l.* 195. D. *de verb. signif.* & titulus item pro rubrica *l.* 1. *pr.* & §. 7. D. *de postul. l.* 1. *pr.* D. *de reb. credit.*

Titulus, ecclesia, ad quam deserviendam ordinabantur præsbyteri, ita ut in ea stabilitatis promissionem facere tenerentur, & ab ea recedere iis non liceret: *Capitul.* C. M. *l.* 5. *c.* 26. 108. *l.* 7. *c.* 173. Cur vero ecclesia *tituli* nomine a veteribus donata sit, auctores variant. Baronius Cardinalis a *titulis* fiscalibus desumtam hanc adpellationem putat, quorum appositione rem aliquam sibi fiscus vindicare solet: *an.* 112. 4. 5. 6. Titulum autem crucis fuisse, quo apposito res sacra censebatur: Id. Baron. in *not. Martyrol.* 26. *julii.* Alii a titulis seu sepulchris martyrum vel confessorum, in ædibus sacris reconditis. Alii quod ædi sacræ vestibulis sancti, cui dicata erat, nomen inscriberetur, seu quod eo titularetur, *titulos* dictas ecclesias volunt. Sane horum omnium singula invehi potuerunt ad imitationem *titulorum* fiscalium, vel etiam illorum qui potentiorum titulos ædibus suis præfigebant, ut adversarios deterrerent, quominus eos ædium nomine in jus vocarent, de quibus est *tit C. de his, qui potent. nom. tit. præd. affig.* Ex titulis præfixis ergo constabat de domino, de possessione, & sic prædia ipsa ad titulum alicujus spectare dicebantur. Eodem sensu postea ecclesia, ad quam quis ordinatus erat, *titulus* ejus diceba-tur,

tur, tum quod titulus fancti vel martyris ei appofitus, tum etiam quod hæc illius, qui ad eam ordinatus erat, effe videretur, non quidem plena proprietate, jure tamen fimili proprietatis, poftquam vi officii eam regebat, & *abufive* fuam effe dicebat, quemadmodum olim magiftratus jurifdictionem habere *fuo jure* dicebantur, quam *vi officii* exercebant. Aliis *titulus* idem eft quafi fpecula & cuftodia: Macer. *Hierol. p. 626.* Hinc presbyterorum Cardinalium ecclefiæ *tituli* dictæ fuere, quia fub eorum cuftodia, cura & tutela traditæ funt. Nomen hoc *tituli* etiam quandoque pro peculiari ecclefiæ parte, in qua altare confiftit, græcis βῆμα, latinis ecclefiafticis fcriptoribus *presbyterium*: Leo Oftiens. *l. 2. c. 3. 32.* Interdum etiam ecclefiarum facellis, quæ alii cubicula adpellant, ufurpatur. Ex primaria illa tituli fignificatione æftimandi funt *tituli Cardinales: Conc. Meldens. an.* 845. *c.* 14. id eft ecclefiæ præcipuæ ac parochiales in urbibus ac fuburbiis: & *tituli baptifmales* five ecclefiæ baptifmales. Extenfa poftea tituli de nominatio ad bona ecclefiaftica, ecclefiæ vel officio deftinata, qua itidem fuo jure, feu vi officii, non adminiftrativo feu alieno nomine poffidebat. Hinc neminem fine titulo effe ordinandum, nihil aliud fuit, quam fine ecclefia certa nemini ordines effe conferendos. Alexander III. *in c. 4. Decretal. de præbend. & dignitat.* conftituit, ne epifcopus aliquem ordinet fine certo titulo, de quo neceffaria vitæ percipiat, hoc eft, vel fine certo beneficio, vel fine fufficienti patrimonio, unde fe fuftentare poffit. Vid. Natal. Alexand. *diff. hift. ecclef.* feculo XI. & XII.

TITUS Ælius Antoninus Imp. *l. 1. C. de hered. inftit.* Titus Antoninus *l.* 12. D. *ad SC. Trebell. l.* 11. D. *ad municip.*

TOGA dicta, quod ea tegamur, eaque vel virilis vel muliebris eft, *l.* 180. D. *de verb. fignif.* Add. Voff. *lib. 4. Inftit. orat. cap. 7.*

TOGATUS. Vet. Gloffar. Togatos dicimus eofdem, quos advocatos & patronos cauffarum earum, qui in forenfibus negotiis præmuniuntur, litigatoribus fuum præbent patrocinium, quorum patrocinia fubftantivo nomine dicuntur honoraria. Eodem fenfu in Imperatorum conftitutionibus ponuntur, *l.* 13. §. 9. *C. de judic. l. ult. C. de fportulis & in tit. C. de advocat. diverf. judic.* & paffim. Togatus ordo advocatorum apud Sidon. Apollinar. *lib. 2. epift.* 13. & *lib. 6. epift.* 3. Sic *togatorum* profeffionem accipe apud Caffiodorum *lib. 3. epift.* 33. & apud Symmach. *l. ult. C. de poftuland. l. 3. C. de advocat. diverf. judic.* & qui *togati* dicuntur, in *Conftit. fumma reip. de Juftin. Cod. confirm.* §. 2. iidem patroni cauffarum in *conft. Tanta de confirm. Digeft.* §. 9.

TOLLERE ædificium: id eft, diruere: *l.* 17. D. *de fervit.* thefaurum: *l.* 15. *D. ad exhib.* id eft auferre.

Tollere, fufcipere. *Tollere* liberos: *l. 6.* §. 2. D. *de jur. patron.* Et ita fublatis filiis: *l.* 92. D. *de adquir. hered.*

Tollere & præftare opponuntur: *l.* 14. §. 5. D. *de Ædil. edict.* Sic tollere factum: *l.* 31. D. *de regul. jur.*

Tollere perinde ut Græcum αἴρω duplicem habet fignificatum, tum in fe recipiendi ferendique aut levandi, tum etiam perdendi. Quam ambiguitatem etiam illud epigramma exprimit: Quis neget Æneæ magni de ftirpe Neronem?

Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Sic Cicero C. Octavium Auguſtum laudandum & *tollendum* eſſe dixit, apud Vellei Paterc. II. 63. *n.* 6 Similis figura eſt in verbo exſpectare.

Tollendi altius jus. Vid *altius*.

Tolli, id eſt, diſſolvi & finiri: *l.* 35. *D. de regul. jur.* Sic tolli acceptilatione quod debetur, *l.* 12. & 13. D. *de acceptil.*

TONSURA eccleſiaſtica, cujus originem Iſidorus *lib.* 2. *c.* 4. a Nazireis deducit. Alia olim fuit tonſura orientalium ad exemplum Paulli & Jacobi Apoſtolorum, quos aiunt raſos toto capite fuiſſe: alia occidentalium ad exemplum Petri, quem detonſo ſuperius capite toto, ſolam circuli coronam inferius reliquiſſe volunt, ad formam coronæ ſpineæ exprimendam: Bedæ *hiſt. eccl. lib. c.* 4. *c.* 1. *lib.* 5. *c.* 22. Monachi Scotici aliter tondebantur, quippe ab aure ad aurem per frontem in coronæ modum inciſus erat capillus, ab aure ad aurem occipitium capillus intonſus dependebat. Et hujus tonſuræ occaſione multæ in Anglia excitatæ fuerunt turbæ Id. *l. c. lib.* 3. *c.* 3. 4. *lib.* 5. *c.* 16. Uſſer. *antiquit. Brit. p* 925. Dantur etiam aliqui ſacerdotes chriſtiani in Oriente, qui in modum crucis capita raſa habuerunt: Oſor. *l.* 3. *rer. em.* Simonis magi ſectatores ferebant ſulcum vel lineam, per capitis verticem inter ambarum aurium ſummitatem in ſymbolum Zodiaci, afferentes caput globum cœleſtem denotare. Tempore Hieronymi & Ambroſii, non radebant caput clerici: Hieron. *in Ezech. c.* 44. Tonſura clericalis in circuitu, & in ſummitate capitis in modum ſpheræ debet radi: *c. prohibere* 21. *diſt.* 23. & deſignat in clericis contemtum temporalium: *c. duo cauſſ.* 22. *quæſt.* 1. & debet fieri primo per epiſcopum, niſi ſint regulares, quibus poteſt fieri per Abbatem ſuum, ſi eſt presbyter, *c. quoniam diſt.* 79. *c. cum contingat de ætat. & qualit.* quoniam & talis tonſura facit clericum: *c. clerici diſt.* 23. & eſt ordo qui dicitur pſalmiſtatus: *c. pſalmiſta diſt.* 23. Non habentes tonſuram clericalem in eccleſia non debent lectiones publice legere: *c. quoniam diſt.* 80. Ad tonſuram deferendam clerici per Archidiaconum ſunt compellendi: *c. clerici diſt.* 22. & ſi contemnunt, ſunt excommunicandi: *c. ſi quis diſt.* 23.

TOPIARII ſervi, in *l.* 60. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 12. §. 42. *l.* 17. *D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* & apud Plin. *lib.* 3. *epiſt.* 12. ſunt, qui hedera geſtationes conveſtiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus, faciunt, variaſque ex iis ſubtiliter compoſitis & plicatis figuris exprimunt & reddunt. Unde quidam *typiarios* eos efferendos contendunt, a *typis*, id eſt, formis ac figuris, quas exprimunt. Topiarium vero opus e topiis, quæ a funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices & arbuſculæ tonſiles in animalium ſpecies aut rerum hiſtorias luculenta varietate adſimilatæ ſunt & religatæ hinc inde deſtinentur flectanturque ad effingenda, quæ luduntur, rerum & animalium argumenta. Cicero *lib.* 3. *ad Quint. fratr. epiſt.* 1. Topiarium laudavi: ita omnia conveſtit hedera, quæ baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis: ut denique illi palliati topiariam facere videantur, & hederam vendere. Adde de topiariis Reineſ. *Claſſ. IX. Inſcr.* 35. *p.* 262.

ΤΟΠΟΤΗΡΗΣ. *Novell.* 134. *cap.* 1. Conſervatores loci, itemque judices loci dici, *l.* 2. *C. de exhib. reis*, Juliano Anteceſſori *Vicarii*. Ita dicebantur qui a Præ-

Præfectis prætorio vel comitibus, vel præsidibus provinciarum in singula loca mittebantur juris dicundi caussa. De eorum munere & differentia a defensoribus locorum plura dixit Cujac. *lib.* 9. *observ. cap.* 14. & in *Comment. ad Novell. VIII.* Hein.

TORALIA. Toralium duo fuisse genera Paullus significat, in *l.* 5. *D. de supell. legat.* unum quod straguli nomine contineretur, alterum quod non contineretur. Hoc autem plagam adpellatum Nonius testatur, grande scilicet linteum tegmen, ob eam, ut conjicit Hottomannus, caussam dictum, quod plagis, id est, foraminibus pervium ac pellucidum esset. Toralia memorantur etiam in *l.* 3. *D. eod. tit.* & *imperia* de quibus suo loco.

TORCULARIA, sunt machinæ premendis uvis aptæ. Prœla enim dicuntur trabes in torcuari, quibus uva calcata premitur. Ulpianus in *l.* 17. *pr.* D. *de action. emt.* censuit torcularia instrumenti magis esse, quam ædificii, etiamsi ædificio cohærent. Sic Haloander habet, & sensus ipse requirit, ut sine negatione legatur. Vid. Forcat. in *Penu juris civilis cap.* 7.

TORMENTA servorum *l.* 1. & 4. D. *eod. tit.*

TORQUERI autem dicuntur, de quibus quæstio habetur Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 6. *l. ult.* D. *de decurion. Torquere* corpore, id est, corpore coercere, *l.* 7. § 3. D. *de jurisdict.*

TORQUES inter præmium militarium honores memoratur in *c.* 10. *dist* 4.

TORRENS est, ait Ulpianus, qui Græce χείμαῤῥος *l.* 1. *D. de fluminib.* Festus vero *lib.* 18. Torrens ait, significat fluvum subitis imbribus concitatum, qui alioquin siccitatibus exarescat. Servius ad *lib.* 2. *Æneid. v.* 305. Incidit aut rapidus montano flumine torrens: Fluvius est, ait, qui æstate siccatur, unde & nomen accepit, cui Græci per contrarium dedere vocabulum. Nam χείμαῤῥον dixerunt a tempore, quo arescit, sicut æquinoctium ἠσημέραν. Ovid. *lib.* 2. *Fastor. v.* 219. Velut torrens undis pluvialibus auctus. Et *Remed. amor. v.* 651. Flumine perpetuo torrens solet altius ire. Agratius, Torrens aqua prærupta decurrens.

TOSSEPINORUM hæresis damnatorum mentio est in *c.* 15. *decretal. de hæret.* Vide in *Totus, a, um.*

TOTOS masculos, id est, omnes, *l.* 4. C. *de liber. præterit.*

Totus aliquando non est integer, solidus, sed aliquando & partem significat. Tunc quemadmodum a *quot* fit *quotus*, ita a *tot totus*. Sic in *l.* 1. §. 5. D. *de hered. instit.* Ille ex parte *tota*, ille ex *tota*. Quæ sensum non haberent, si totum esset integrum ac solidum: Bynkersh. *Observ. V.* 1. Ceterum *totum*, quatenus est a *tot*, primam syllabam corripit. Manil. *lib.* 3. *Astron. v.* 447. Detrahitur summæ *tota* pars, quota demit utrique omnibus ex horis. Hein.

In *totum*, id est, omnino *l.* 67. *l. ult.* D. *de regul. jur.* & *passim.* & per omnia, *l.* 8. §. 11. D. *de bonor. possess. contr. tabul.*

In *totum* & in partem opponuntur, *l.* 30. §. 2. D. *ad leg. Falcid.* ut & in *totum* & proportione, *l.* 15. §. 18. *D. de damn. infect.*

TRABALIS, *e*, quod semper firmum ac ratum est, neque umquam suam auctoritatem amittit, *Novell. Theodos. & Valentinian. tit.* 3. *de Judæis, Samarit. hæret.* Trabali jussione decrevimus. Et in concil. Toletan. XIII. mentio fit *trabalis* judicii. Illustravit

hanc loquutionem Ciron. *Observ. II.* 11. Hein,

TRABEA,, pro dignitate consulari. Hinc *trabearum* regalium honor, *l.* 4. C. *Theod. ne quid public. lætit.* ex qua *l.* 1. C. *Justin. eod. tit.* recte emendat Cujacius in Comment. Hinc *trabea* summitas: *l.* 1. *C. de Consul.* & trabeata quies, in *l.* 33. C. *Theod. de potit.* ubi Vid. Jac. Gothofred. & Jac. Guther. *de offic. dom. August. II.* 5.

TRACTARE, pro administrare. Sic *Tractare* bona: *l.* 12. *D. de tutor. & curat. dat.* pecuniam publicam: *l.* 2. *D. ad municip.*

Tractare, agere. Tractare caussam: *l.* 2. C. *de advoc. fisc.* Tractari præscriptiones: *l.* 15. §. 7. D. *ad leg. jul. de adult.*

Tractare, pro excipere & habere. Atrocissime *tractare* ancillas *l.* 2. *de his, qui sui vel alien. jur.*

Tractare, pro discutere, agere, deliberare seu differere: sic tractare dicuntur jurisconsulti, veluti de adulterio, *l.* 9. *D. ad leg. jul. de adult.* & tractari jus, *l.* 11. §. *ult.* D. *eod.*

Sed & *tractandi* vox de differtatione super religione accipitur, in *l.* 2. *C. Theod. de his, qui super. relig.*

TRACTATUS, id est, quæstio: *l.* 5. *pr.* D. *de præscript. verb.* Tractare est rem vel quæstionem plene perfecteque discutere, *l.* 17. D. *de jure patron.* Atque ita differt *tractatus*, quod hic latior sit, illa restrictior & simplicior, *l. 6. pr.* D. *de præscript. verb.* Senec. *Controv.* 1. Hoc ex æquitatis parte pendet, & *tractatio* magis est, quam quæstio. Et *Controv.* 5. Hos non tamquam quæstionem, sed, ut illi mos erat, pro tractatione & loco. Ex quo intelligis, quid *quæstionum publice tractatarum* intellexerit Cervidius Scævola, Vid. Petr. Perrenon, *Animadv. II.* 11. Hein.

Tractatus pro conventione. Sic: Tractatu habito, id est, conventione habita: *l.* 32. D. *pro soc.* Laurentius *de pœnitentia:* Qui enim est distractor aut emtor, qui lucri gratia habet de cupiditate tractatum. Eodem sensu *in tractatu* rem habere dixit Lactantius *de mort. persequut. c.* 48. *Hein.*

TRACTORES in scriptis vocantur, *l. ult.* C. *de exsequut. & exactor.* qui in impressis libris *tractatores.* Tametsi in Lexico B. Germani *Tractatores* Brisson. invenit *παρακομιστὰς* verti. In Novellis plane *τρακτευτῶν* non semel fit mentio, & maxime in *Novell* 30. *cap.* 3. & in *edicto Justin.* 13. quos curam egisse *τῆς ἐις πράξεως τῶν δημοσίων Φόρων, exactionis tributorum fiscalium*, ex is locis patet.

TRACTORIÆ, diplomata & litteras evectionis publicæ prælitionisque significant. *rubr. C. de tractor. & stativ.* Sic enim ea rubrica emendanda est, eodemque collyrio etiam *l. 2. C. de lesertor.* & *l. pen. C. de curs. publ.* mederi possumus, in quibus *tractatoriæ*, pro *tractatoriis* perperam & mendose vulgo legitur. Sed & in *l.* 1. C. *de tractor. & stativ.* ubi imperii codices *tractores cum stativis*, rectius & rubricæ convenientius scriptorum codicum auctoritate freti legimus *tractoriis cum stativis.* Hujus scripturæ veritatem præter veteres libros, etiam impressi B. Augustini codices comprobant, in quibus *epistola XV* ita scriptum est: *Tractoria* ad me denuo idibus Novembr. venit. Quæ & mox *tractoria* epistola ibidem adpellatur, & in *lib. post Collat. contra Donatist. cap.* 24. A primatu suo per tractoriam sunt evocati. Formula *Tractoriæ* legatorum ex antiquo libro sumta hæc est: Ille Rex omnibus gentibus (locis) nos in Dei nomine Apo-

sto-

ftolico viro N. nec non & illuftri viro N. partibus illis legationis cauffa dixerimus. Ideo jubemus, ut locis convenientibus eifdem a vobis evectio fimul & humanitas miniftretur. Hoc eft veredos five paraveredos & panes nitidos tot, vini modios tot, cerevifiæ modium tantum, lardi libras tot, porcos tot, porcellos tot, verveces tot, agnellos tot, phafianos tot, pullos tot, ova tot, olei libras tot, gari libras tot, mel tantum, aceti tantum, piper tot, grani mafticbes tot, dactylas tantas, peftafias tantas, amygdala tot, cereos tot, falis tot, olera, legumen, carra tanta, faculas tot. Itemque victu ad caballos eorum fœni carra tanta, fuffufi modios tot. Hæc omnia diebus tam ad ambulandum, quam ad nos in Dei nomine revertendo unufquifque veftrum per loca confuetudinaria ejufdem miniftrare & adimplere procuretis, quamvis nec moram habeant, nec injuriam perferant, fi gratiam noftram optatis habere. Vid. & *lib.* 4. *Legis Francicæ, cap.* 67.

Tractoria ecclefiaftica eft epiftola qua metropolitani epifcopos fuos ad fynodum evocabant, & veluti trahebant: Auguft. *epift.* 117. Per hanc tractoriam epifcopi evocati, ubique benigne a fidelibus excipiebantur: *Concil. Meldens. c.* 71.

TRACTUS, pro plaga & regione, *l.* 4. *C. de fumm. trinit. l.* 2. *C. de offic. præf. prætor.* Valer. Max. *lib.* 7. c. 1. Mauritaniæ & Numidiæ ceterarumque illius tractus gentium: Frontin. *lib.* 1. *de aquæduct.* Ea namque eft, quam omnes tractus ejus per vicem in modulos certos difpenfatum accipiunt.

TRADERE plus eft, quam reftituere; nam qui reftituit procurator, etiam tradere debet, *l.* 8. §. *ult.* D. *mandati.*

Tradi res videtur, fi quum apud me effet ex aliqua cauffa, poft emtionem apud me remanferit, *l.* 9. §. 1. D. *de publician. in rem act. l.* 62. *D. de evict. l.* 9. §. 5. D. *de adquir. rer. dom.* Non videtur *traditus* fervus, quem donec pretium folveret, a venditore emtor conductum rogavit, quum ejus poffeffio per locationem a venditore retineatur, *l.* 16. D. *de peric. & commod. rei vend.* Si quis fundum per epiftolam donet ei, qui in eo fundo fit, fufficit hoc ad *traditam* poffeffionem, idem eft, etfi a fundo abfit, fi tamen qui donat, ab eo conducat, vel ufum fructum retineat, vel fi ejus nomine conftituat, poffidere: *l.* 77. *D. de rei vind. l.* 35. §. 5. C. *de donation.* Traditæ etiam videntur trabes, quas emtor fignaverit, *l.* 14. §. 1. *in fin. D. de peric. & commod. rei vend.* Tradita quoque videntur vina, quum claves cellæ vinariæ emptori adjectæ funt, *l.* 1. §. 21. D. *de adquir. poffeff.* ubi etiam adjicitur, eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moveri non poffunt, pro traditis haberi, fi in re præfenti contrahere confenferint.

Tradere poffeffionem: *l.* 18. §. 8. D. *de damn. infect.* vacuam poffeffionem: *l.* 68. §. 1.

Tradere pro dicere: *l. ult.* D. *de rer. divif.* Ita etiam: quod per manus traditum eft: *l.* 10. *D. de jur. codicill.*

Tradere latrones, id eft, prodere: *l.* 1. §. 25. D. *de quæftion.*

Traditus difciplinæ, & in difciplinam, id eft, magiftro erudiendus atque inftituendus datus: *l.* 16. D. *de edict. Ædil. l.* 78. D. *de legat.* 3.

TRADITIO. Vetus Gloffar. ἡ ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσις. Traditio autem rerum corporalium eft. Incorporales enim traditionem non

non recipiunt : *l.* 43. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.* Si in his usus juris pro traditione possessionis cedit, *l.* 20. D. *de servit.* Eoque modo traditio servitutum accipienda est, in *l.* 1. *in fin.* D. *de servit. præd. rust.* Traditio ususfructus, in *l.* 11. §. 1. *D. de Publician. in rem act.* Traditionem Wurffel. recte definit factum, quo res e nostra in alterius possessionem transit. In possessionem ait, quod quidem semper obtinet, non vero omni casu in dominium res tradita transit, nisi reliqua dominii adsint requisita : Vid. *l.* 28. D. *de verb. oblig.* & *arg. l.* 3. §. 1. D. *de act. emt.* Et hæc est generaliter accepta traditio. Notant vero traditionem, quæ fit brevi manu, & quæ longa manu fit, & symbolicam. Brevi manu fit sola declaratione ubi scilicet res jam apud eum existit cui traditur. v. g. deposui apud Caium C. Caius igitur tenetur ad res in speciebus restituendas. Jam vero depositarius litteris ad me datis rogat, depositam apud se pecuniam mutuo sibi dari. Concedo, & deposita pecunia fit mutuum, jamque in genere restituendum. Secundum jus strictum reddenda prius fuisset deposita pecunia, reddita vero tradi iterum. Sed has ambages evitaturus declarat, traditionis effectum habere debere concessionem. Vid. *l.* 9. §. *fin.* D. *de reb. cred.* Longa manu dicitur traditio, si monstratione rei tradendæ e longinquo effectus translatæ possessionis se exserit. Vid. *l.* 18. §. 2. D. *de adquir. vel amitt. possess. l.* 1. §. 21. D. *eod. l.* 27. *D. de solut.* Symbolica traditio dicitur a symbolis quorum ope illa fit. Symbolum autem est res, quæ præter sui notionem simul alterius rei notionem in animo generat. V. g. si claves ædium, loco harum tradantur, *l.* 9. §. 6. D. *de adquir. rer. dom.* Et hæ tres posteriores traditionis species *fictæ traditionis* nomine veniunt, differuntque ab illa naturali veraque traditione qua res corporalis de manu in manum transfertur. Vid. Wurffel. *Jurispr. definit.* §. 642.

Traditionis nomine Jurisconsulti omnes adquisitionum species complectuntur, *l.* 31. *dist. de rer. divis. l.* 14. D. *de usu & habit.* ut stipulationis verbo obligationes omnes. Ideoque sæpe stipulari & per *traditionem* accipere conjungunt, quum omnem obligationem & dominii adquisitionem significare volunt, ut in *l.* 12. §. 3. D. *de usufruct. l.* 27. §. 1. D. *ad SC. Trebell. l.* 12. §. 1. D. *de captiv. & postlim. l.* 14. §. 1. *l.* 15. §. 5. *l.* 19. §. *ult.* D. *de castrens. pecul.* & aliis locis.

TRAHERE, protrahere, differre. Sic : *trahere* aditionem hereditatis : *l.* 3. §. 4. *D. de statulib.* conditionem : *l.* 7. *D. eod. tit.* decretum : *l.* 22. D. *ad SC. Trebell.*

Trahere reliqua, dicitur qui reliquatus est, *l.* 34. §. 1. *D. de statulib. l.* 3. §. 1. *D. de administr. rer. ad civit. pert. l.* 46. D. *de administr. & peric. tut.*

Trahere, id est, deducere. Sic : *trahere* nomen : *l.* 1. §. *ult. D. de testam. milit.* originem : *l.* 23. *l. ult.* §. 3. *D. ad mun.*

Trahere, producere extendere. Sic : *trahi* leges priores ad posteriores : *l.* 26. & 27. *D. de legib.* constitutiones ad exemplum : *l.* 1. D. *de constit. princ.*

Trahere, pro rapere. Sic : *trahi* ad pœnam : *l.* 7. §. 1. *D. ad leg. jul. majest.* in servitutem : *l.* 6. *D. de liberal. causs.*

Trahere pro adducere : *l.* 17. §. *ult. D. de recept. arbitr.*

Non trahere damnum, id est, evitare : *l.* 57. & 58. D. *de rei vindic.*

Tra-

Trahendum est, id est, subtrahendum, *l.* 5. §. 20. *D. ut in possess. legator.*

TRAHIANOPOLIS pro Trajanopolis, *l.* 1. D. *de censibus.* &

TRAHIANUS pro Trajanus, in *l.* 4. *in fin. D. ad leg. jul. pecul. l.* 3. *in fin. D. de abig. l.* 5. §. *ult. D. de his, quæ ut indign.*

TRAJECTITIA pecunia nautica, quæ periculo creditoris trajicienda mutua datur, *l.* 3. §. 8. D. *de pecul.* Trajectitia, ait, Modestinus, ea pecunia est, quæ trans mare vehitur. Ceterum si eodem loco consumatur, non erit trajectitia, *l.* 1. *&* 4. *D. de nautic. fænor.* Sic in *l.* 1. *l. ult.* C. *eod. tit. l.* 19. *C. de usur. l.* 2. §. *ult.* D. *de eo, quod certo loco. l.* 23. D. *de oblig. & act.* Paull. *lib.* 2. *sentent. tit.* 14. & *Novell.* 110. Adpellatur nautica pecunia, in *l.* 1. §. *ult. D. naut. caup. stabul. l.* 3. D. *de naut. fæn.* Augustin. *Serm.* 245. Ecce aget hic pauper, qui civis est, regni cœlorum, quid dubitas facere trajectitiam? Sic enim dant, qui hoc faciunt, ut plura accipiant, quum ad ea loca venerint, unde est ille, qui accepit.

TRAJICERE, in ulteriorem ripam, vel littus vehere. Sic trajicere armenta: *l.* 12. D. *de servit. præd. rust.* merces in scapham: *l.* 4. C. *ad leg. Rhod.* pecuniam: *l.* 39. §. 8. *D. de administr. & peric. tut.*

TRALATITIUM. Vid. *translatitium.*

TRAMES. Per tramites (i. e. modos) legitimos: *pr. proœm. Inst.* Hottomannus.

TRANSACTIO specialiter conventionem significat, qua a lite jam mota vel movenda, aliquo dato, retento, promisso, receditur: *Hot. tit. D. & C. de transact.* Et a pacto hoc distat, quod qui transigit, de re dubia & lite incerta neque finita, non gratuito decidit: qui vero paciscitur donationis caussa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit: *l.* 1. D. *de transact.* Harmenopul. *lib.* 1. *tit.* 19. §. 1. Vet. Glossar. Transactio est, quum aliquo aut dato, aut retento, aut promisso ab actione & controversia litigantes recedunt. Aliter: Transactio conventio est onerosa, qua jus ac obligatio dubia determinantur. An vero ea ad pacta, an etiam ad contractus referri debet? Sane transactio memoratur solo pacto facta: *l.* 122. §. 5. D. *de verb. oblig.* Et videbis, transactionem a magni nominis Ictis contractibus innominatis accenseri, idque vel ab hanc potissimam rationem quod in *l.* 6. *& l.* 33. *C. de transact.* transigenti concedatur actio præscriptis verbis: Verum ex eo id minime confici potest: actio enim præscriptis verbis contractuum innominatorum character non est; non enim iis privative inest, sed actio præscriptis verbis datur, quoties ordinaria actio deficit, æquitatis vero ratio adest, *l.* 5. *&* 20. *D. de præscript. verb.* Atque idem hoc *cit. l.* 6. *C. de transact.* non aliud innuit. Decernit enim Imperator: Si stipulatio non accesserit transactioni, in subsidium utilem actionem, quæ præscriptis verbis rem gestam demonstret, dandam esse. Negandum quidem non est, si alter transigens statim aliquid det vel faciat, v. g. numeret C. vel litem derelinquat, contractum innominatum hoc negotium referre; sed quid si nihil detur, nihil fiat, vel saltim conveniat, dandum aliquid esse, qui casus sunt in *l.* 2. *&* 15. *D.* & *l.* 18. *C. de transact.* vel adjiciatur stipulatio, quod factum in casu *l.* 6. *&* 33. C. *eod. tit.* aliter res omnino se ha-

habebit. Igitur vides accidentalia hæc omnia esse, quæ adesse vel abesse possunt, salva substantia transactionis. Suppetit aliud argumentum, *transactionem* contractum innominatum non esse: scilicet in omnibus contractibus innominatis pœnitere licet, atque sic aut condicere datum, aut ad implementum agere, *l.* 1. *&* 4. *C. de rer. permut.* in transactione vero pœnitentiæ locus non est, *l.* 39. C. *de transact.* Porro transactio pactum onerosum esse docet, *l.* 38. *C. eod. tit.* ibi: Transactio nullo dato, vel retento, vel promisso, minime procedere dicitur. Denique transactio supponit obligationem vel jus dubium, nam si certum sit, pactum remissorium est: *l.* 1. *D. de transact.* Wurffel. *jurispr. defin.* §. 161. Sane *transactum* dicitur, sive Aquilliana stipulatione, sive pacto transactum sit, *l.* 2. D. *de transact.* utroque enim modo transactiones fiunt: *l.* 15. D. *eod. tit.*

TRANSACTUM, id est, præteritum, exactum. Sic: Transacta tempora: *l.* 21. C. *ad leg. jul. de adulter.* Transactum bene matrimonium: *l.* 67. §. *ult. D. de legat.* 2. negotium: *l. ult. D. de transact.*

Transacta finitaque in SC. Tertulliano sic accipimus, judicio terminata, transactione composita, longiorisque temporis silentio finita, *l.* 1. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell. l.* 230. D. *de verb. signif.* quæ ipsa inscriptione suadente eo referenda est. Paullus vero libro singulari de tacitis fideicommissis, *transacta* finitaque intelligenda scribit, non solum de quibus controversia fuit, sed etiam quæ sine controversia sint possessa; *l.* 229. D. *de verb. signif.*

TRANSFERRE actiones in pupillum vel adultum: *l.* 26. C. *de administr. tut.* a procuratore in dominum: *l.* 27. §. 1. D. *de procurat.* in heredes: *l.* 4. *C. de hered. tut.* *Translata* condictio in alium statum: *l.* 17. D. *de condict. furt.*

TRANSFUGA, non solum is accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus, aut ad eos, quibuscum nulla amicitia est, fide suscepta transfugit, maloque consilio & proditoris animo patriam relinquit, *l.* 19. §. 8. D. *de captiv. & postlim.* Festus *lib.* 14. Gallum Ælium perfugam, qui & transfuga dicitur, definisse scribit, qui liber aut servus, aut hostis sui voluntate ad hostes transierit. Sic in *l.* 14. D. *ex quib. caus. major. l.* 38. §. 1. D. *de pæn. l.* 3. *in fin.* D. *ad leg. Cornel. de sicar. l.* 51. *D. de adquir. rer. dom.* Vet. Glossar. Græcum: *Transfuga*, αὐτόμολος ἐςιν ἐ μόνον ὁ ἐν καιρῷ πολέμε πρὸς τἐς ἐχθρἐς ἀπελθὼν, ἀλλὰ καὶ ἐν καιρῷ τῶν ἀνακωχῶν πρὸς ἔθνος μὴ ἔχων πρὸς ἡμᾶς φιλίαν ἀπελθὼν ἤτοι ἀποφυγών. Transfuga est defector non solum qui tempore belli ad hostes transit, sed & qui tempore induciarum ad gentem transit vel transfugit, quæ nobiscum in amicitia non est.

Sic & *transfuga* metalli, qui ex metallo refugit, in *l.* 12. §. 17. D. *de captiv. & postlim.* qui alias *refuga* dicitur.

TRANSFUSIO: *l.* 1. D. *de novation.*

TRANSFUSUM legatum: *l.* 1. §. 8. D. *ad leg. Falcid.*

TRANSGREDI personam, id est, excedere, §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civil.*

TRANSIGERE. Hoc verbum generale est, & ad omnes species pertinet, quibus controversiæ deciduntur atque finiuntur. Itaque & jurejurando *transigi* negotium dicitur, *l.* 31. *in fin.* D. de

de jurejur. *l.* 21. *D. de dol. mal.* Senec. *lib.* 7. *declam. in præfat.* Placet inquit, tibi rem jurejurando transigi. Et sententia *transigi* *l.* 13. §. 7. D. *de his, qui not. infam. l.* 1. D. *ad SC. Turpill. l.* 5. D. *de decurion. l.* 15. D. *ad municipal.* Transigi quoque coercitione dicitur, *l.* 1. D. *de termin. mot.* Et pacto *transegisse*, *l.* 15. §. 3. *D. de re judic. l.* 27. D. *de inof. testam.* Transegisse videtur cum possessore, qui jurejurando litem æstimavit eo pretio, quod ipse constituit, *l.* 46. D. *de rei vindicat.*

Transigere controversiam: *l.* 1. §. 10. *D. quar. rer. act.* negotia: *l.* 2. *D. si quis caut. judic. sist.* rem: Cic. *pro Cluent. l.* 21. *D. de dol. mal.*

Transigi active pro transigere, videtur accipi in *l.* 8. §. 2. D. *de transact.*

Transactum de futuro, *l.* 4. §. 4. D. *de re militari.* Transactum dicitur, sive Aquilliana stipulatione sive pacto *transactum* sit: *l.* 2. D. *de transact.* utroque enim modo transactiones fiunt, *l.* 15. D. *eod. tit.*

TRANSIRE acceptio a persona in personam dicitur; *l.* 9. §. *ult.* D. *de except. rei judic.* ut sic quoque *transire* dominium dicitur, in *l.* 80. D. *de legat.* 2. quum transfertur ad accipientem, *l.* 14. D. *de reb. credit.*

Sic etiam *Transire* quid ad heredem vel in heredem dicitur, *l.* 6. §. *ult.* D. *de inoff. test. l.* 32. *D. ad leg. Falcid.* & passim. item adversus heredem: *l.* 29. *D. de jur. fisc.*

Transire ad condemnationem; *l.* 16. §. 1. D. *de pignor.*

Transire pro præterire. Sic *transire* dicitur dies, *l.* 39. D. *de minor.*

TRANSITUM facere negotium: *l.* 20. *C. de procurat.*

TRANSITUS, in *l.* 4. & 5. *C. Theod. de offic. rect. prov.* pro judicum seu rectorum provinciarum ab una provinciæ civitate ad aliam discursu, ut Cassiod. *lib.* 5. *Var. epist.* 14. adpellat: Add. *l.* 1. *C. Theod. ne quis in palat.* Adde etiam Jac. Gothofred. *ad l.* 4. *C. Theod. de offic. rect.*

TRANSLATIO legati, quæ tum fit, quum ab uno ad alium legatum transfertur, *l.* 6. D. *de adim. & transf. leg.* De hac translatione agitur: *l. ult.* D. *de his, quæ pœn. nom.* & a Justiniano in *tit. de ademt. legator.*

Translatio pro functionis seu canonis & præstationis in alium, seu aliud genus mutatione, *l. ult.* C. *Theod. de conlat. donat.*

Translationis naviculariæ munus, *l.* 18. C. *Theod. de navicul.* est onus transportandarum publicarum specierum. Translationum sollicitudo, in *l.* 5. *C. de sacros. eccles. l.* 40. C. *Theod. de episc.* & ibi Jac. Gothofrd. Ita etiam *Translationes* seu parangariæ, *l.* 15. *C. Th. de Episcop.*

TRANSLATITIE, pro defunctorie & collusorie, in *l.* 1. §. 6. *D. ad SC. Turpill.* & obiter in *l.* 1. D. *de jur. patron. l.* 55. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Sic non *translatitie*, & diligenter opponuntur, in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 11.

TRANSLATITIA *edicta* dicebantur, quæ ex veteri & recepto jure, eoque quod antea obtinebat, componebantur, sive quæ ex urbano edicto in provinciale transferebantur, quia in provincia sæpe in jure dicundo repetere solebant, quæ prius in urbe edixerant. Cic. *lib.* 1. *in Verr. cap.* 44. *extr.* In ea re tam usitata satis est ostendere; omnes antea ita jus dixisse, & hoc vetus edictum *translatitium* esse. Cognoscite aliud hominis in re veteri edictum novum. Idem

lib.

lib. 3. *ad Attic. epist.* 23. Alterum caput est translatitium, si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit. Insignior ille locus Ciceronis ex *lib.* 3. *ad diverf. epist.* 8. *n.* 10. Etsi quantum Romæ composui edictum, nihil addidi, nisi quod publicani rogarunt, quum Samum ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentissime scriptum caput est, quod pertinet &c. Hoc vero, ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid, ne quo te offenderem, translatitium est. Gellius *lib.* 3. *cap. penult.* Hoc significat edictum, quo nunc quoque Consules, quum senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis caussa *translatitio* utuntur. Sueton. in *Neron. cap.* 33. translatitium funus dixit, & translatitium jus, in *Augusto cap.* 10. & translatitiæs caussæs & breves, in *Neron. cap.* 7.

TRANSMISSIO, qua efficimus ut jus nostrum transeat ad heredes. V. g. Legatus Caio fundus Apronianus est. Mortuo testatore, Caius adquirit dominium fundi, *l.* 5. §. 1. D. *quand. dies legat. ced.* moritur autem Caius, adita nondum ab herede hereditate, atque sic tradito nondum legato fundo. Mevius Caio exstitit heres, simulque Apronianum fundum post aditam hereditatem traditum accipit. Fundus hic *transmissum* dicitur. De hac materia Vid. *l. un. C. de his, qui ant. apert. tab. hered. transmitt.* & *l.* 3. 7. 19. C. *de jur. deliber.*

TRANSMITTERE, transferre. Transmittere actionem : *l.* 6. *C. de jur. dot.* ad heredem : *l.* 4. *D. de bon. possess. contr. tab. & passim.*

Transmitti quoque allegatio dicitur, in *l.* 1. §. 26. D. *de quæstion.*

Transmittere fugitivos : *l.* 4. *D. de fugitiv.*

Transmitti libelli ad officium : *l.* 72. D. *de furt.* Transmitti in opus metalli : *l.* 8. §. 7. D. *de pæn.* Transmittere ad scrinia : *l.* 6. §. 3. C. *de adpellat.*

Transmitti tempus : *l.* 5. *C. de admin. & peric. tut. l.* 4. C. *de adquir. possess. l.* 3. C. *quib. non objic. long. temp. præscr.*

TRANSCENDERE muros : *l. ult. D. de rer. divis.*

TRANSCRIBERE, in alterius jus transferre significat, *l.* 10. D *de præscr. verb. l.* 3. C. *de reb. auct. jud. possid.* Agratius *de orthograph.* Transcribere, ait, dicimur, quum jus nostrum in alium transit. Sic *transcripta* prædia accipe in *l. ult.* C. *de præd. navicul.* Ambros. *lib.* 6. *epist.* Denique transcriptis in aliorum jura prædiis virum sequitur. Symmach. *lib.* 2. *epist.* Quum ad soliditatem transcriptæ in novum dominium possessionis cuncta ex morte celebrata sint. Arnob. *advers. gent.* Transcribere posse in hominem jus suum, &c. Sic & æs alienum in se transcribere, id est, transferre, in *l.* 13. *D. ad SC. Velleian.*

TRANSVEHERE. Eum, qui in caussa publica *transvehatur*, in jus vocari non posse, ait Jurisconsultus, in *l.* 2. D. *de in jus voc.* ubi alii, sed nulla urgente ratione malunt : *in censu publice* Rem egregie illustrare videtur Sueton. in *Augusto c.* 38. Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto jure *transvectionis*, sed neque detrahi quemquam in *transvehendo* ab accusatore passus est, quod fieri solebat. Græci tamen interpretati sunt de iis, qui in caussa publica cursu publico vel diplomate utebantur, quos τὰς διὰ δημοσίαν ὁδεύοντας τῷ δημοσίῳ δρόμῳ vocant, eique sententiæ suffragatur Marqu. Freher. *Verosim. II.* 18. Hein.

Ex

Ex *transverso*, sive a latere; *l.* 1. D. *de gradib. & adfin.* Ex transverso gradu: §. 2. *Inst. de nupt.* Ulp. *tit.* 5. *regul.* §. 6.

TRAPETUM, in *l.* 19. §. 2. D. *locati*, mola est olivaria, interprete Isidoro *lib. ult. orig. cap.* 14. Unde in Lexico B. Germani *Trapetum* ἐλαίων μύλος & ἐλαιουργεῖον redditur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 6. de oleis agens: postea, ait, inventum ut lavarentur utique ferventi aqua, protinus prelo subjicerentur solidæ, (ita enim amurca exprimitur) mox *trapetis* fractæ premerentur.

TRAPEZOPHORA, in *l.* 3. D. *de supell. legat.* Jul. Pollux. *lib.* 10. *onomast. cap.* 19. τράπεζαν, ἐφ' ᾗ τὰ ἐκπώματα κατάκειται, id est, mensam, in qua vasa potoria collocabantur, τραπεζοφόρον recenti significatione dictam scribit.

Alias *Trapezophora* sunt fulcra mensam sustinentia, ad hominis aut bestiæ cujusdam sive terrestris, sive aquatilis speciem conformata. Jo Brodæus in *Miscell. X.* 20. Hein.

TREBATIUS *Testa*, Jurisconsultus, citatur *l.* 30. §. 5. *D. de legat.* 3. *l.* 1. §. 18. D. *de aqua quotid. & æstiv. l. ult.* D. *de cloac. l.* 29. D. *de legat.* 3. *l.* 30. §. 5. & *l.* 5. §. 1. D. *de legat.* 1. *l.* 21. §. 1. D. *de recept. arbitr. l.* 3. §. 11. D. *de statulib.* De eo vide Porphyrion. ad Horat. *lib.* 1. *Serm. sat.* 2. C. Trebatii librum de religionibus citat Gellius *lib.* 6. *cap.* 12. Macrob. *Saturn.* 3.

Fuit hic C. Julio Cæsari, M. Tullio Ciceroni & postea Cæsari amicissimus, a Q. Cornelio Maximo in jure profecerat. Cic. *lib.* 7. *ad famil. epist.* 8. Eum magnopere laudat Cicero *ibid. VII.* 5. eoque probiorem hominem, meliorem virum, prudentioremque esse neminem, quin familiam illam ducere in jure civili, & singularem ejus memoriam, summam scientiam esse, testatur Hic serio & ut ipse ait, more Romano loquitur Cicero. Quare merito mireris, ex locis, quibus ille cum Trebatio, ut cum amico, paullo liberius familiariusque est, collegisse Dan. Heinsium *Diss. de Satyra Horatiana*, Trebatium illum obtusioris ingenii, ac pæne dubiæ sanitatis hominem fuisse: cujus sententiam refellit Nic. Hieron. Gundling. *Dissertatione de Trebatio Testa.* Inscripsit ei Topica sua Cicero; Horatius vero *Satyram I. libri* 2. *Sermonum*, ejusque consilio in rebus ad jus pertinentibus usus est Cæsar Augustus, ceu patet, ex *pr. Inst. de codicill.* Hein. *Hist. jur. civ. lib.* §. 188. *seq.*

TREBELLIANUM Senatusconsultum, Anneo Seneca & Trebellio Maximo consulibus factum de fideicommissariis hereditatibus, hoc continebat, ut restituta hereditate fideicommissario & in fideicommissarium actiones hereditariæ transirent. Ulpian. *tit.* 25. *regul.* §. 14. §. 4. *Instit. de fideicommiss. heredit.* sed Justinianus in hoc SC. etiam Pegasianum, quod de quartæ distractione scriptum erat, transtulit. Hodie igitur ex Trebelliano non tantum transire actiones, sed & quartam detrahi dicimus, ut in *l.* 14. §. 4. D. *ad SC. Trebell.*

TREBELLIANUS fideicommissarius, *l.* 15. §. 1. *D. ut legator. servand.* id est, is, cui ex Trebelliano SC. restituta est hereditas.

TRECENTUM, pro trecentorum, *l.* 89. §. 2. D. *de solution.*

TREGEMINI, sive tergemini: *l.* 3. D. *si pars. hered. pet.* vid. *trigemini.*

TRE-

TREMISSES aureorum five folidorum tertiam partem valent numi, *l. penult. princ. C. de exact. & translat. milit. annon.* Quos posteriorum Imperatorum tempore filiquas octo pependiffe, non dubium eft, quandoquidem eorum conftitutione duos & feptuaginta folidos ex libra conflatos conftat.

TREUGA, de qua eft *tit.* 34. *lib.* I. *decretal.* feu treva, apud recentioris ævi fcriptores pax eft, induciæ. Hinc Treuga Dei, quæ vox primum feculo XI audita in Gallia, ubi, cum bella flagrarent domeftica feu confuetudinaria, & unicuique facultas effet injurias fibi illatas armis ulcifcendi, in quibufdam Franciæ partibus indictum eft, qualiter certis in locis a præfidibus magnatibufque totius patriæ de reformanda pace & facræ fidei inftitutione celebrarentur concilia: quod ita avide exceptum eft ab omnibus, ut palmis ad Deum extenfis, *pax*, *pax*, *pax*, unanimiter clamarent, ut effet videlicet fignum perpetui pacti de hoc, quod fpoponderant inter fe & Deum. Pax ergo in illis Conciliis propter timorem Dei pariter & amorem indicta omnibus, ita ut nemo feditionem ageret, nullus per vim raperet, nullus, ut fieri folebat, quafi propter juftas querelas pugnam inire conftitueret. Non tamen ubique iidem *Treugæ Dei* ftatuti fuerunt dies: Nam primitus obtinuit illa feria quarta vefpere, ufque ad fecundam feriam incipiente luce, dein omnibus diebus Sabbati ufque ad diem lunæ: præterea aliis temporibus & feftis atque in die dedicationis ecclefiarum. Pœna violatæ pacis Dei fuit excommunicatio & forte alia. C. *illi qui*, *cauf.* 24. *qu.* 3. *& dift.* 90. *per totum.*

TRIBUERE, tefte Fefto, eft in publicum conferre, vel diftribuere. Et ita hoc verbum accipitur in edicto de actione tributoria. Edixerat nimirum prætor, fi quis, fciente patre, vel domino, in peculiari merce negotiatus fit, fe patrem, dominumve cum reliquis creditoribus, in tributum vocari pafſurum, & fi cujus dolo malo factum fuerit, quominus ita *tribueretur*, tantum præftare coacturum; *l.* 1. *pr. l.* 5. §. 2. *l.* 7. §. 1. *D. de tribut. act.*

TRIBUNAL, ut Ifidorus definit, eft locus fublimis & editus, in quo confidentes magiftratus jus dicunt, *l. penult. D. de juft. & jur.* Pro tribunali enim foli magiftratus fedebant. Unde jus dicentem hac periphrafi nonnumque jurifconfulti demonftrant, qui *tribunali præeft*, *qui pro tribunali cognofcit.* Hinc.

Tribunal ædilis municipalis apud Sueton. *de clar. rhet. cap.* 6. *init.* Tribunal præfidis: *l.* 9. D. *de pœn.*

Pro tribunali & de plano opponuntur: *l.* 1. §. 8. D. *ad SC. Turpill. l.* 18. §. *ult. D. de quæftion.* Vid. fupra *pro* tribunali. Ad Tribunal exhibere: *l.* 2. C. *fi mancip. ita ven.* Ceterum *ad tribunal* venire dicitur litigator, *in tribunal* vero prætor vel judex.

Tribunal Inquifitionis temporibus Innocentii III. S. P. inftitutum: in Gallia ob Albigenfium hærefim in Tholofæ partibus ortam, fuam jurifdictionem S. Dominicus Gufmanenfis primus Generalis Inquifitor exercere cœpit, & mira celeritate hanc hærefim compefcuit, Genebrard. in *Chronic. lib.* 4. *fæculo* 13. Illefcas *lib.* 5. *Hiftoriæ Pontificiæ cap.* 33. Circa annum 1483. Potentiffimi Hifpaniæ Reges auctoritate Apoftolica inftitui curaverunt, ut Catholica fides ab omni hærefis fufpicione, eliminata Judaica perfidia in ipforum regnis efflorefceret. Paramo *de origine S. Inquifitionis*

tionis lib. 2. cap. 4. tit. 2. Quorum exemplum Reges Lusitaniæ sequentes, non multo post in regno suo stabilierunt S. Inquisitionis Tribunal. Ante Inquisitionis institutionem puniendi hæreticos munus proprium erat Episcoporum: Simancas *de Cathol. Instit. tit. 25. de episcopis num.* 1. Hæreticæ pravitatis Inquisitor nequit eligi nisi annum 40. attigerit: *Clem. nolentes de hæret.* Eimeric. *in direct. part. 3. quæst. 2.* Pegna *com.* 5. cum aliis: quia in ea ætate solent homines esse prudentissimi. Debent in theologia, aut in utroque jure gradibus esse ornati: Bobadilla *tom* 1. *Polit. lib.* 1. *cap.* 6. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 3. Vicarium generalem Episcopi in caussa hæresis præcedere debet: Abb. *cap. ex tua, de offic. vicarii.* De eorum privilegiis Carena *tit.* 6. §. 13. Consultores eligere possunt, qui theologi aut canonistæ sint: Carena *tit.* 8. §. 2. Pegna *cons.* 126. Secretum strictissime servare debent, utpote præcipuus caussarum S. officii nervus. Dn. Giron.

TRIBUNUS cohortis, *l.* 9. *D. de excusat. tut.* militum: *l.* 20. *D. de testam. milit.* notariorum: *l.* 2. *C. de primicer.* Ex Tribuno & notario, apud Ambros. *pag.* 7. & 9.

Tribuni plebis primum ita creati sunt: Anno 360. cum plebs ex urbe ad Æquorum bellum educta, propter nobilium fœneratorum impotentiam, Consulibus relictis trans Anienem amnem collem occupavit, neque eo anno in urbem revocari potuit, usquedum senatus ei per decem legatos promisit jus ipsi fore, magistratum e suo corpore contra patriciorum potentiam creare. Primum autem duo vel, ut tradunt alii, quinque creati sunt: Sed anno 296. Horatio, Minutio, Coss. decem effecti: Liv. *lib.* 3. & Dionys Halicarn. *lib.* 6. & 10. In eamdem sententiam Pompon. *lib.* 2. §. 20. *D. de orig. jur.* Iisdem temporibus, inquit, cum plebs a patribus secessisset, anno fere decimo septimo post reges exactos, Tribunos sibi in monte sacro creavit, qui essent plebeii magistratus. Dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli creabantur: vel quia Tribuum suffragio creabantur: Varro *de ling. lat.* 4. Tribuni plebeii, qui ex tribunis militum primum Tribuni plebeii facti, qui plebem defenderunt in secessione Crustermerina. Cicero *lib.* 3. *de legib.* potestatem eorum his declaravit verbis. Plebs quos pro se contra vim auxilii ergo decem creassit, Tribuni ejus sunto, quodque ii prohibissent, quodque plebem rogassent, ratum esto: sanctique sunto: neve plebem orbam Tribunis relinquunto. Erat enim hic magistratus sacrosanctus. Liv. *lib.* 3. Ipsis quoque Tribunis, ut sacrosancti viderentur, cujus rei prope jam memoria aboleverat, relatis quibusdam ex magno intervallo ceremoniis, renovarunt, & tum religione inviolatos eos, tum legem etiam fecerunt sanciendo, ut qui Tribunis plebis, Ædilibus, judicibus, Decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad ædem Cereris, liberi liberæque venum irent. Idemque tradit Dionysius *lib.* 16. Ii viatorem quidem & prehensionem habebant, vocationem vero nequaquam: nam (ut ait Gellius) antiquitus creati videntur, non juri dicundo: nec caussis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus præsentes fuissent, ut injuria quæ coram fieret, arceretur, ac propterea jus ad vocandi ademtum: quo-

niam ut vim fieri vetarent, assiduitate eorum, & præsentium oculis opus erat; hæc Gell. *lib.* 13. *c.* 13. Scribit etiam in hanc sententiam, *lib.* 15. *c.* 27. his verbis: Tribuni neque advocant patritios, neque ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita adpellantur quæ Tribunis plebis ferrent accepta. Plutarchus autem *in Catone Utic.* Jus, inquit, Tribunitiæ potestatis magis ad impediendum quam ad agendum: quippe ceteris omnibus collegis volentibus, unus, qui nolit & intercedat, plus potest. Idem *in problemat.* Cur Tribunus plebis purpura non utitur, cum ceteri magistratus utantur? An quod magistratus non est? nam nec in sella jus dicunt, nec ineunte anno item ut reliqui, magistratum ineunt, nec Dictatore creato se abdicant: imo quasi magistratus non sint, delato ad Dictatorem imperio suam ipsi potestatem retinent. Cujus rei testimonium apud Liv. *lib.* 7. Videmus de Tribunis plebis, qui L. Manlium Dictatorem magistratu abire coëgerunt. Idem etiam *lib.* 6. intercedendi formulam, & sollemne verbum fuisse hoc *veto* significat his verbis: Faxo, ne juvet vox ita *veto*, qua nunc continentes collegas nostros tam læti auditis. Reperio etiam apud eumdem *lib.* 4. Consules a Tribunis plebis duci in vincula potuisse, & *lib.* 9. Censorem Apium a P. Sempronio Tribuno plebis prehendi, & in vincula duci jussum esse, & *lib.* 5. Tribunos plebis minitari se jussuros esse in vincula Tribunos militum duci. Apud Dionem autem *lib.* 37. Metellum Consulem a L. Flavio Tribuno pleb. in carcerem ductum esse. Plutarchus *in problem.* auctor est, moribus Romanorum constitutum esse, ut domus Tribunorum noctu ne clauderetur (quod & Macrob. *Saturn.* 1. confirmat) sed interdiu noctuque indigenti cuique eorum auxilio paterent, quasi portus quidam, & præsidium periclitantium. Majores enim communem Tribunum esse voluerunt, & tamquam aram omnibus accessibilem, proinde honore quidem sacrosanctos eos esse voluerunt, nec sine inexpiabili scelere violabiles.

Tribuni prætoriani: *l. ult.* C. *de numerar. l.* 4. C. *de adparit. magistr. milit.*

Tribuni scholarum, *l.* 8. *C. de erog. milit. annon. rubr. C. de comit. & tribun. scholar.* dicuntur qui solis agentium in rebus, ordinibus præfecti erant. Hi comitum honore & nomine dignabantur, Imperatoris epulis adhibebantur, & adorandæ ipsius purpuræ jus habebant. Quam porro altus honoris gradus hic esset, licebit ex his Hieronymi verbis cognoscere, qui adversus Johannem Hierosolymitanum ad Pammachium scribens: Finge, inquit, aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum, per singula militiæ equestris officia ad tyronis vocabulum devolutum, numquid ex tribuno statim fiet tyro? non, sed ante primicerius, deinceps senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tyro, & quamquam tribunus quondam, miles gregarius sit, tamen ex tribuno non tyro, sed primicerius factus est. Vid. & Marcellin. *lib.* 22.

Tribuni vigilum: *l. penult. C. de adparit. magistr. mil.*

Tribuni voluptatum apud Cassiodor. *lib.* 6. *variar. epist.* 19.

TRIBUTARIUS, tributo obnoxius. Vet. Gloss. Græc. *Tributaria*, τὰ ἐν ἐπαρχίαις κτήματα, τριβοῦτον γὰρ τὸ βαρὺ τέλος. Tributaria prædia: *l.* 13. *D. de* im-

impens. in res dotal. §. 42. *Inst. de rer. divis.* Tributaria ratio : *l.* 10. C. *de excus. tut.*

TRIBUTIO, id est, tributum, *l. ult.* §. 23. D. *de mun. & honor.* Tributiones prædii : *l.* 52. §. 2. *D. de pact.*

TRIBUTORIA actio, ἡ διαιρετικὴ ἐκ τῦ *distribuere*, ὅ ἐστι διελεῖν. Tributoria autem actio a prætore redditur in patrem vel dominum, quo sciente servus vel filius familias in peculiari merce negotiatus est, si quid cum eo ejus rei caussa contractum erit, ut quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter patrem dominumve cui quid debebatur, & ceteros creditores pro rata portione distribuatur, a qua distributione *tributoria* nomen habet, §. 3. *Inst. quod cum eo, qui in al. pot. tit.* D. *de tribut. act. l.* 3. *D. quand. ex fact. tut.* Hæc autem actio adjectitiæ est qualitatis, competens ex variis contractibus, qui cum servo filiove familias in merce peculiari sciente domino vel parente celebrati sunt.

Alio sensu *tributoria actio* dicitur, in *l.* 8. C. *de furt.* ubi tamen rectius legitur *exactio*, ut tributoria caussa, id est, ad tributum pertinens, in *l.* 46. §. 7. D. *de jur. fisc.*

TRIBUTUM, initio pecunia ea, quæ populo imperabatur, adpellata est, sive quod tributum a singulis pro portione census exigeretur, ut Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* scribit, sive ab intributione, aut quod militibus tribueretur, ut Ulpianus in *l.* 27. *D. de verb. signif.* & Festus *lib.* 18. probant. Tributum a Moschopulo ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων, definitur τέλος ὁ ἐτήσιος τοῖς βασιλεῦσι διδόμενος φόρος. *Tributa* vero posteaquam Augustus cum populo provincias partitus est, adpellata sunt, quæ bello victæ provinciæ populo quotannis pendebant: quæ vero Cæsaris provinciæ ad belli subsidia inferebant, stipendia sunt vocata. Et caussa est, cur *tributa* a *stipendiis*, tributariaque prædia a stipendiariis separantur, *l.* 13. *D. de impens. in res dot. l.* 46. §. 4. *D. de jur. fisc.* §. 40. *Inst. de rer. divis.* ubi Theophilus hanc horum verborum differentiam verissime tradidit, quæ a quibusdam immerito ridetur. Italica quidem prædia immunia erant. Vid. *Stipendium. Tributa* autem quædam erant personarum sive capitis, quædam vero prædiis aut moventibus reddebantur, *l.* 3. *D. de censib. l.* 42. *D. de pact. l.* 32. *in fin.* D. *de usufruct. legat. l.* 13. §. 6. D. *de action. emt.*

Tributum consequi : *l.* 1. §. 1. *D. de publican. & vectig.* In *tributis* esse reipublicæ nervos, nemini dubium est, *l.* 1. §. 20. D. *de quæstion.* Tributis obligata bona : *l.* 1. *C. in quib. causs. pign.*

TRIBUTUS, *a*, *um*, distributus. In tributum venire, *l.* 4. *D. de leg. Rhod.* vocari : *l.* 1. §. 20. *D. de exercit. act. l.* 1. & 5. §. 6. & 15. D. *de tributor. act.* Vide supra in *tribuere.*

Tributus, pro datus, redditus. *Tributa* facultas : *l.* 1. *C. de alienat.* immunitas.

TRICLINIARIA vestimenta : *l.* 20. *D. de option. vel electIon. legat.*

TRICLINIUM, a tribus lectis dictum fuit, eoque nomine locus & conclave significatur, in quo convivio excepti discumbebant : Laurent. *Not. ad Phædr. IV.* 24. Sed latius postea extensam fuisse vocem loci subjecti ostendunt. In triclinio pædagogi præsto esse dicuntur, in *l.* 12. §. 32. D. *de instr. vel instrum.* Triclinium sternere : *l.* 5. §. 14. *D. commodati.*

TRIENS, tertia pars est as-

ſis, & quatuor uncias continet, §. 7. *Inſt. de hered. inſtit.* Sic pro triente heres: *l.* 7. D. *de bon. auct. jud. poſſid.* Triens prædiorum: *l. 86. ad Leg. Falcid.* Trientes uſuræ, quæ intra tertiam partem centeſimæ concluduntur, *l.* 3. §. 1. D. *de contract. tutel. act. l. 26.* §. 1. D. *quand. dies legator. l.* 3. §. 1. *D. ad leg. Falcid.* Quomodo & trientarium fœnus apud Jul. Capitolin. in *Antonino Pio cap.* 2. interpretari oportet. Sic *trientes* & ſemiſſes in uſufructu conſtituuntur, *l.* 26. §. *ult. D. de uſu & uſufr.*

TRIERARCHUS, qui triremibus præeſt, *l. un. D. de honor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. l.* 46. *D. ad SC. Trebell.* Aſcon. *in Verrin.* 1. *cap.* 20. exponit navi triremi præpoſitum. Tacit. *Annal. lib.* 14. *cap.* 8.

TRIGEMINI, & *tregemini*, utroque enim modo in Pandectis Florentin. efferuntur, ſunt tres uno partu editi, quales fuere Horatii & Curiatii, temporibus Tulli Hoſtilii regis, *l.* 8. D. *de reb. dub. l.* 3. D. *ſi pars hered. pet. l.* 137. D. *de verb. ſignif.* Dionys. Halicarn. vocat ἄῤῥενα βρέφη τρίδυμα. Columell. *lib.* 3. *cap.* 10. Caprarium ſubmittentem fœtus earum pecudum, quæ trigemino partu commendantur, i. e. quæ tres uno partu enixæ ſunt. Idem *lib.* 7. *cap.* 6. Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnumquam trigeminos. Add. Gell. *lib.* 1. *cap.* 10.

TRIMA die, id eſt, tertio anno. Vid. annus.

TRINITAS, *rubr. C. de Summa Trinit.* quod vocabulum non primum in Synodo Alexandrina ſive anno Chriſti 315. fuiſſe receptum, oſtendit Fabrottus *ad Cujac. Paratitl. C. eod. tit.*

Trinitas ſancta adoranda publice tradita Catechumenis per 40. dies: Hieron. *epiſt.* 6. *ad Pammachum.* Feſtum SS. Trinitatis Romæ tempore Alexandri III. non habebat peculiarem diem: Macer. *hierolog. p.* 639. Secundum conſuetudinem enim diverſarum regionum a quibuſdam in octavis pentecoſtes ab aliis in dominica prima ante adventum domini celebrabantur. Eccleſia ſiquidem Romana in uſu non habet, quod in aliquo tempore hujuſmodi celebret ſpecialiter feſtivitatem, cum ſingulis diebus gloria patri & filio & Spiritui ſancto &c. ſimiliaque dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis: *c. quoniam tit. de feriis lib.* 2. *decretal.*

TRINUNDINUM, vel uti in XII Tab. fuit, *tres nundinæ*, viginti quidem ſeptem dies conficiunt: ſed *trinundinum* tamen non differt a *triginta diebus juſtis*, quarum ibidem fit mentio, Connumerandas enim eſſe tres dies, quibus edictum proponebatur, oſtendit Jo. Frid. Gronov. *lib.* 1. *obſ. cap.* 1. §. 4. Simili computandi ratione naſcitur *dilatio Saxonica*, ſex hebdomadum & trium dierum. Sex enim hebdomadas efficiunt tres dilationes ordinariæ, quæ apud Saxones erat quatuordecim noctium. Additis tribus diebus, quibus citatio fiebat, prodit dilatio ſex hebdomadum & trium dierum. Hein.

TRIPARTITA liber Ælii: *l.* 2. §. 38. D. *de orig. jur.*

TRIPLICATIO, eſt defenſio, quæ replicationi objicitur, *l.* 7. §. 1. & 2. D. *de curat. furt. pr. Inſt. de replicat. l.* 2. §. 3. *D. de except.*

TRISTIS ſententia, apud Ovid. *lib.* 15. *metamorph. v.* 43. Nunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis Calculus immitem dimittitur in urnam. Juven. *Sat.* 2. *v.* 62. Valer. Max. *lib.* 7. *cap.* 2. *ex.* 1. & *l.* 15. D. *de adpell.*

adpell. Sueton. *in Domitian. cap.* 11. Quo contemtius abuteretur patientia hominum, numquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ præjudicavit. Hæc alibi *contraria* dicitur.

TRISTITIA judicum pro severitate, *l. 2. §. 6. C. de jurejur. propt. calumn.*

TRITAVUS, est patris & matris atavus, avi vel aviæ abavus, proavi proaviæ proavus, abavi vel abaviæ avus, atavi vel ataviæ pater, dictus quasi tertius avus, *l. 3. l. ult. §. 6. D. de grad. & adfin.* Scribitur autem in *l. 3.* triavius triavia in Pandect. Florent.

TRITICIARIA condictio. Vid art. *condictio triticiaria.*

TRITICUM. Africum, *l. 74. & 75. D. de verb. oblig.*

TRITHEITÆ vocati, quod sicut tres personæ in Trinitate, ita quoque tres afferunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est: Audi Israël, Dominus, Deus tuus, Deus unus est. *Causs. 24. qu. 3. c. 24. §. 68.*

TRIUMPHATOR semper Augustus, *l. 8. C. de summ. trinit.* Triumphatorum autem titulo primum & paullo ante Constantini M. tempora usos esse Principes, observat Reinesius *ad Inscript. II. 8. p. 232.* Hein.

TRIUMVIRI capitales, seu *Treviri*, vel Tresviri (inquit Pomponius) creati sunt, qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret, id interventu eorum fieret. Sallust. in *Catilin.* In eum locum postquam demissus est Lentulus, judices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Hi octo lictores habebant, qui eorum jussu in damnatum animadvertebant. Plaut. *Amphit.* Quid faciam nunc, si Treviri me in carcerem compægerint? Inde cras ex promptuaria cella depromar ad flagrum. Nec quicquam sit qui non me omnes esse dignum deputent. Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cædent. Et in *Asinaria.* Ibo ergo ad Treviros, vestraque ibi nomina faxo erunt capitis. Verum illi de vilibus & abjectæ tantum conditionis hominibus jus dicebant; ut furibus, servis nequam, & apud columnam Mæviam caussas cognoscebant, auctore Cic. *in divinat.* & Ascon. *ibid.* Memorabile autem est, quod Valer. Max. *lib. 5. c. 3.* commemorat de muliere quadam, quam Prætor damnatam Triumviro in carcere necandam tradiderat: quam receptam is qui custodiæ præerat, non protinus strangulavit: aditum autem ad eam filiæ dedit: quam post animadvertit exserto ubere famem matris lenientem. Itaque res ab ipso ad Triumvirum, a Triumviro ad Prætorem, a Prætore ad Consulum judicium perlata, remissionem pœnæ impetravit. Idem etiam *lib. 8. cap. 4.* de L. Calpurnio Triumviro mentionem facit, a quo servus quidam in crucem est actus. Apud Festum autem sub verbo *sacramentum*, lex Papiria legitur de *Triumviris* capitalibus. Sed suspicatur Prateius de mendo, & *monetalibus* legendum putat.

Triumviri monetales, auro, argento, ærive flando feriundo constituti sunt: ut scribit Pompon. in *l. 2. §. 16. D. de orig. jur.* Horum igitur munus erat, numismata probi auri & argenti, justique ponderis examinare. Hinc illud Ciceronis, *lib. 3. de legib.* Æs, argentum, aurum, publice signato.

Triumviri nocturni incendiis arcendis præfuisse dicuntur apud vetustiores, a Paullo in *l. 1. D. de offic. præf. vigil.* & ab eo,

 quod

quod excubias agerent, nocturnos dictos esse: intervenisse etiam nonnumquam ædiles & Tribunos plebis, fuisseque familiam publicam, circa portam & muros dispositam, unde si opus esset, excubaretur. Dio vero *lib.* 55. ita scribit: *οἱ δὲ στενωποὶ ἐπιμελὴ τῶν τινῶν ἐκ τοῦ δήμου οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν καὶ σφισὶ καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ, καὶ ῥαβδούχοις δύο ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις ὧν ἂν ἄρχωσιν ἡμέραις τισὶ χρῆσθαι ἐδόθη, ἥτε δουλεία ἡ τοῖς ἀγορανόμοις τῶν ἐμπιπραμένων ἕνεκα συνοῦσα ἐπετράπη καί τοι καὶ ἐκείνων καὶ τῶν δὲ στρατηγῶν πᾶσαν τὴν πόλιν εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν κλήρῳ προσταχθέντων· ὃ καὶ νῦν γίνεται.* Dio *στενωμάρχους* vocat, qui vicorum magistri dicebantur, quos non, semper prætexta usos. sed eo tantum tempore, quo ludos compitalitios faciebant. Cic. *in Orat. Pison.* & Asconius *in eamdem* idem significat, tametsi ad Augustum hæc potius referenda sunt, de quo Suetonius ita scribit: Spatium urbis in regiones, vicosque divisit, instituitque ut illas annui magistratus sortita tuerentur, hos magistri e plebe cujusque viciniæ lecti.

Trochlea, qua relevatur prælum, *l.* 19. §. 2. D. *locati conducti.*

TRULLA, *l.* 3. *D. de suppellect. legat.* Add. Vitruv. *lib.* 4. *de lingu. Lat.* Cic. *lib.* 4. *in Verr. cap.* 27. Erat etiam vas vinarium ex una gemma prægrandi *trulla* excavata, cum manubrio aureo. Mitti etiam *trullam* auream rogatum velle eam se diligentius considerare. Reines. *lib.* 3. *Variar. Lect. cap.* 17.

TRYPHONINUS *Claudius* Jurisconsultus. Vid. supra art. *Claudius.*

TUBULUS, *l.* 13. *D. de servit. præd. urb.* Vid. in verbo *balneum.*

TUBERO. Q. Ælius. Vid. Sex. Ælius *sub voc. Ælia.*

TUBUS cloacæ adpellatione continetur, *l.* 1. §. 6. D. *de cloac.* Vid. art. fistula.

TUERI se, pro eo quod est sustentare, tolerare, exhibere se, & alere, in *l. penult.* & *l. ult.* D. *de in rem verf. l.* 1. §. 2. D. *de tut. & rat. distr.*

Notandum est, hoc verbum etiam passiva significatione contra Grammaticorum regulas usurpari a Jurisconsultis non semel, ut in *l.* 7. D. *de curat. furios. l.* 17. D. *de injust. rupt. irrit. l.* 30. *D. de liberal. causs. l.* 1. §. 7. *l. ult. in fin. D. de legat. præstand. l.* 17. *in fin. D. de nox. act. l.* 3. C. *de servit. l.* 153. *C. Th. de decurion.* Sic & Varro *lib.* 3. *de re rust. cap.* 1. Et in pace a rusticis Romanorum alebantur, & in bello ab his tuebantur. Vitruvius *lib.* 8. *in præfat.* Res omnes non ali sine elementorum potestate, neque crescere, nec tueri. Ad quem locum P. Victorius adfert talia cujusdam inscriptionis verba: Pareant ergo & noscant omnes Senatus & Populi Romani imperium Deorum numine & militum fortitudine & *tueri* & regi. Sic tueri auctoritas dicitur, in *l.* 3. *C. de ingen. manum.* & tuetur eam auctoritas juris: *l.* 6. *C. ad SC. Velleian.*

Tuendus est: *l. ult.* §. 1. D. *de legat. præstand. l.* 16. *D. si servit. vind. l.* 16. *pr. l.* 28. §. *ult.* D. *de pignorat. act.* formula loquendi, quæ ipso ac subtili jure initum non subsistere, ubique significat. Bachov. *lib.* 2. *de pignor. cap.* 2. *n.* 13.

TUITIO Prætoris: *l.* 1. §. 5. D. *quod fals. tut. auct.* militaris, *l.* 1. C. *de offic. milit. judic.*

TUMIDUS superbiæ fastidio: *l. ult. pr. C. de legib.*

TUMPANUM pro tympanum; *l.* 19. §. 2. D. *locati.*

TUMULTUS, est bellum subito & derepente concitum, ut Cic.

Cic. *Philipp. VIII. cap.* 1. scribit. Ita potest hoc verbum accipi, in *l.* 1. §. 1. D. *depositi l.* 24. *in fin.* D. *de regul. jur.*

TUNC, in edicti, *unde vi*, verbis: *quæque ibi tunc habuit*, sic accipimus, tunc quum dejiceretur, *l.* 1. §. 34. D. *de vi & vi armat.* In hac oratione: *si in quinquennio filius Titio nascatur*, *tunc heres dato*, articulus *tunc* extremi quinquennii tempus significat, *l.* 4. *in fin.* D. *de condit. & demonstr.* Tunc, ex hac die, in *l.* 126. *pr.* D. *de verb. oblig.* quod vulgo dicimus ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc.

Tunc demum, pro tunc tandem, in *fin. l.* 2. *D. de donat. mort. causs.*

TURBA. Eam Labeo adpellatam aiebat ex genere tumultus & Græco θορυβεῖν tractam. Idem *turbam* a rixa hoc modo separabat, quod turba multitudinis hominum erat turbatio & coetus, *rixa* etiam duorum. Et ita in edicto a Prætore de damno, quod in turba datum est, proposito, in turba factum accipimus, quod decem aut quindecim hominibus coactis factum est, *l.* 4. *pr. &* §. 1. D. *vi bonor. rapt.* Sic turbam convocare: *l.* 1. §. 35. *D. ad SC. Silan.* Turbæ faciendæ consilium: *l.* 3. *D. ad leg. Jul. de vi publ.*

TURBARE, conturbare, & decoquere significat. *Turbari* conjuges: *l.* 1. §. *ult.* D. *de lib. exhib.* matrimonia: *ibid.* Turbare possessorem: *l. un. C. ubi de poss. agi oport.* rationem sibi commissam: *l.* 1. *in fin.* D. *de serv. corrupt.* servitutem: *l.* 7. *C. de adquir. poss.*

Turbari tectum dicitur, in *l.* 13. §. *ult.* D. *de usufr.* Turbare signa, est confundere & permiscere, sic ut agnosci jam non possint, *l.* 22. §. 3. D. *qui testam. fac.* Quinctil. *lib.* 12. *c.* 8. Denique linum ruptum aut turbata cera, aut sine adgnitione signa frequenter invenies. Hinc turbare testamenta: *l.* 8. *pr. D. de bonor. possess. contr. tab.*

TURBULENTUS obtrectator temporum nostrorum: *l. un. C. si quis Imp. maledix.*

TURMARII, *l.* 2. *C. de privil. eor. qui sacr. palat. milit. l.* 3. C. *Theod. eod. tit.* qui turmas tyronum exigebant, probabant; qua turmarum adpellatione hac in re utitur, *l.* 8. *C. Theod. de tironibus.* Vid. Jac. Gothofr. Commentar. *ad d. l.* 3. & Du Fresne *in Glossario.*

TURPILLIANUM Senatusconsultum. Eo quinque librarum auri pœna plectuntur, qui sine abolitione ab accusatione desistunt, *tot. tit. D. & C. ad SC. Turpill. l.* 3. *in fin. D. de procurat.* Meminit hujus SC *l.* 22. *in fin.* D. *de his, quæ ut indign. l.* 6. §. 3. D. *de decurion. l.* 14. §. 2. D. *de bon. libert. l.* 5. *in fin.* D. *de pœn.* Const. Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 3. τὸ συκοφαντῶν δόγμα vocat. Nomen autem habet a Turpillio, qui cum Pæto consulatum Neronis temporibus gessit, ut in libro singulari *de adulterio* notavit Brisson.

TURPIS conditio: *l.* 63. §. 7. D. *ad SC. Trebell.* Turpes autem conditiones dicuntur, quæ inhonestæ & contra bonos mores sunt: *l.* 112. §. *pen.* D *de legat.* 1. Turpis conjunctionis macula: *l.* 1. C. *de collus. deteg.* Turpia facta, quæ turpem caussam continent: *l.* 7. §. 7. D. *de pact.* Sunt & *turpes* personæ famosæ & inhonestæ personæ, veluti lenones, meretrices, vespilliones, arenarii, histriones, pantomimi, *l.* 3. *D. si quis a parent. manumiss. l.* 72. §. *ult. D. de solution. l.* 27.

C. de inoff. testam. l. 7. *&* 63. §. 10. D. *ad SC. Trebell. l.* 22. §. 6. *D. solut. matrim. l.* 12. *C. Th. de scenic. l.* 17. *D. de testam. tut. l.* 12. D. *de sponsal. l.* 3. §. 4. *D. de lib. exhib.*

Turpe, famosum, seu quod infamiam irrogat. Sic *turpes* actiones: *l.* 2. *D. de action. rer. amot.* a Græcis δίκαι αἰσχραι apud Lysiam *pro Mantitheo orat.* 15. Turpe crimen: Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 4. Turpia autem judicia ἀτιμοποιὰς ἀγωγὰς vocat Theophilus, in §. 2. *Inst. de pœn. temer. litig.* Quales sunt injuriarum, vi bonorum raptorum, servi corrupti, rerum amotarum, tutelæ fiduciæ, mandati, pro socio, depositi: *l.* 56. *D. pro soc. l.* 2. D. *rer. amot. l.* 1. D. *de his, qui not. infam.* Ita *turpe* tutelæ judicium dixit Cic. *lib.* 1. *de orat. cap.* 36. Et *pro Cæcina cap.* 3. Idemque *pro Roscio Comoedo cap.* 5. turpia mandati, pro socio, depositi judicia adpellat. Sic idem Cic. *lib.* 9. *ad divers. epist.* 15. Noli pati litigare fratres, & judiciis turpibus conflictari.

TURPITER accipitur, quod in hoc accipitur, ut res deposita, vel commodata reddatur, *l.* 5. D. *de tut. & rat. distr.* Turpiter datur, quod meretrici datur: Item quod datur, ut male judicetur, *l.* 3. *&* 4. D. *de condict. ob turp. causs.*

TURPITUDO arbitri: *l.* 9. §. 3. D. *de recept. arbitr.* dantis & accipientis, *l.* 1. *&* 4. §. 1. D. *de condict. causs. dat. causs. non sequut.* ejus, quæ corpore quæstum facit, *l.* 43. §. 4. *D. de rit. nupt.*

TUS citra aspirationem scribitur non modo, in *l.* 3. §. *pen. D. de penu legat.* verum etiam in B. Germani Lexico. Quam scripturam rectam esse Isidorus *lib.* 16. *etymol. c.* 8. a tundendo hujus verbi originem deducens, docet. Julius Modestinus ἀπὸ τοῦ θύειν tractum dicit. Quo posito *thus* scribi oporteret.

TUSCIANUS Jurisconsultus, *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Pro quo *Mæcianum* Menagius *Amœn. jur. civ. c.* 5. alii *Fuscianum*, alii *Vivianum* malunt. Sed probum est nomen *Tusciani*, & vere Romanum, quippe quod & in *l.* 18. D. *mandati.* occurrit. Reliqua omnia ignoramus, nisi quod Juliano σύγχρονον, & Javoleni auditorem, adeoque Sabinianum fuisse, satis constet ex Pomponio, *l.* 2. §. *ult.* D. *de orig. jur.* Hein.

TUSCIUS *Fuscianus.* Vid. in *Fuscianus.*

TUTELA. Eam Servius Sulpicius definit, vim esse ac potestatem in capite libero, ad tuendum eum, qui se per ætatem defendere non potest, jure civili datam ac permissam. Quam vim & potestatem qui habent, *tutores* adpellantur, *l.* 1. *D. de tutel. pr. Inst.* Vis autem de facto, potestas de jure intelligitur, ut talis sit tutor, qui propria imbecillitate non impediatur, nec a juris constitutione repudietur. Quales sunt pupillus, furiosus, & qui perpetuo morbo laborant, qui propter corporis aut animi imbecillitatem tutores esse non possunt. Item nec feminæ, quæ, quamvis scirent res pupillares administrare, & ad id explendum vires haberent, tamen a juris constitutione non admittuntur. Hæc Brisson.

Prima, quæ circa hanc Sulpicii definitionem oritur, controversia ea est: Utrum potius *vis ac potestas:* an vero ejus loco, *jus ac potestas* sit legendum? Posterius quidem Theophilus *Paraphr. Inst.* §. 1. *tit. de tutel.* & Harmenopulus *Epitom. jur. civil. lib.* 5. *c.* 11. *pr.* primum ita verterunt scribentes: δίκαιον ἢ ἐξουσίαν. Hos se-

sequuti Contius, Vulteius, aliique sibi persuaserunt incuria describentium *vis* positum esse pro *jus*. Verum inanis omnis hæc cogitatio est, siquidem non cogitandum, in omnibus locis, ubi vocabulum *vis* additur vocabulo *potestas* eumdem commissum esse errorem, neque omnino possibile est, corrupta simul esse sequentia *l.* 1. *D. de tutel.* verba: *Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent*, ex verbis enim *idem jus*, fieri debuisset *eamdem vim*, insuperque Florentinæ Pandectæ receptam amant lectionem. Nec infrequens est alias, voces: *Vis ac potestas*, emphaseos gratia jungi. Ita non solum Terent. *Heautont. Act.* 4. *sc.* 3. *v.* 32. Qui vim tantam in me, potestatemque habeam tantæ astutiæ: & Seneca *lib.* 2. *de benef. c.* 54. Vis ac potestas longe aliæ: atque Tacitus *lib.* 2. *histor. c.* 39. Vis ac potestas penes Proculum præfectum: Sed etiam in legibus conjuncta hæc vocabula reperiuntur, Vid. *l.* 17. *D. de legibus* §. 3. *Inst. de interd. l.* 7. *C. de codicill.* Succedit alia quæstio: Quinam verborum: *vis ac potestas*, genuinus sensus sit? Diffident hic Accursius atque Bartolus *ad cit. loc.* Prior *in annot. ad* §. 1. *Instit. de tutel.* hæc verba *violentam potestatem*, id est, potestatem cum exsequutione conjunctam interpretatus est: Posterior saltim pro potestate non infrugifera, ut loqui amat, accipi contendit. Interpretem hujus loquutionis, quod ego quidem scio, optimum egit C. Wagnerus in libello, *de genuino definitionis tutelæ intellectu* §. 8. Quod si vero ad accuratiorem Logices normam hoc duplex genus revocare velimus, largissimam id ipsum merebitur censuram. Neque me movet, quod Accursius, *c. l.* Hotomannus, Mynsingerus, Rittershusius, Huberus & Heineccius defendunt, vim ad infantem, potestatem ad infantia majorem, vel ut Marcilius *ad cit.* §. 1. *de tutel.* vim ad personam, potestatem ad bona pupilli referant. Nova lis exoritur considerantibus verba: *in capite libero*: nimirum utrum ad tutorem, anne vero ad pupillum referenda eadem sint? Sunt qui tutorem *caput liberum* hic dici existimant; sunt, qui pupillum hæc verba respicere volunt. Illi ea ratione nituntur, quod (1) alias dicendum fuisset: *in caput liberum*, (2) adjiciendum fuisset: *sui juris*, & (3) etiam servus in tutela esse possit per *l.* 13. *pr. D. de tut. & cur. dat.* Numerantur inter illos Baldus *ad l.* 1. D. *de tutel.* Donellus *comment. jur. civ. lib.* 3. *c.* 1. Pacius *ad* §. 1. *Inst. de tut.* Forsterus *Disp.* 4. *ad Inst. th.* 2. Franc. de Amaya *lib.* 2. *obs.* 7. *n.* 5. Fr. Romanus *Diss. de tutel. Th.* 1. *not. d.* Horum vero classem augent Heraldus *Animadv.* Theophil. *paraphr. tit. de tutel.* Accursius *ad h. l.* Janus a Costa *ad* §. 1. *Inst. de tutel.* Maranus *Paratitl. Tit. de tutel.* quibus & ego omni jure subscribo, siquidem (1) nec infrequens est JCtis, licet contra bene placitum Prisciani, accusativi loco, ablativum ponere, cujus indicio sint, *l.* 65. §. 5. *pr.* D. *pro soc. l.* 12. *D. qui testam. fac. poss. l.* 6. §. 7. D. *de injust. rupt. ac irrit.* nec (2) omnis deficit auctoritas pupillum alibi vocari: *caput liberum.* Cic. *in Verr.* 2. *c.* 32. Hic alteram decuriam senatoriam judex obtinebit? hic de capite libero judicabit? (3) nec denique servus in tutela esse potest, nisi cui libertas testamento data sit, quem casum *cit. l.* 13. *pr.* D. *de tut. ac cur. dat.* supponit. Restat aliud Grammaticum bellum. Scilicet junctum

ctum masculinum adjectivum substantivo neutrius generis, dicitur namque in *capite libero*, *ad tuendum eum*, *qui &c.* dum fuisset scribendum *: id*, *quod &c.* Verum salva res est. Servius significatum magis ob oculos habuit, quam quod vulgarem grammaticam curaverit. Neque solus iste is est, qui per synthesin loquutus est. Socios habebit Terentium *Andr. Act. 3. sc. 5. v. 1.* scribentem: Ubi illic est scelus, qui me perdidit: & ipsum Ciceronem *Orat. pro Sextio cap. 17.* dicentem: Duo importuna prodigia, quos æris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas Tribuno plebis constrictos addixerat. Immo & JCtos, quos larga manu suppeditat Noodt *obs. lib. 1. c. 4. in fin.* Agmen denique claudunt verba: *Jure civili data ac permissa*, quorum alterutrum abundare putant aliqui, sed præter omnem necessitatem; data namque potestas dativam, permissa legitimam ac testamentariam tutelam respicit. Hæc sententia est Cujacii *Paratitl.* Donelli *Comment. lib. 3. c. 2. in fin.* Vulteii, Marcilii, A. Matthæi. Ev. Ottonis & V. Huberi, *ad h. l.* Vid. omnino C. Wagner. *cit. diss. de genuino defin. tut. intellectu*, atque hac ratione quodammodo defenditur Serviana tutelæ definitio, quam si ad lydium Logices lapidem revocaveris, eam innumeris mendis scatere videbis, ut ut Ciceronis in *Bruto c. 41.* insignis in definiendo artifex visus fuerit Servius. Nemo Accursio supra allegato magis contrarius fuit, quam Wildvogelius in *Diss. de tutore minore* §. 4. tutelam potestatem amicabilem dicens. Huberus *de jure civ. lib. 2. Sect. 1. c. 5. n. 45.* tutelam patriam potestatem vicariam vocans, jus naturale, non civile ob oculos habuit. Wurffel. *Jurispr. defin.* §. 502. Hic tutelam definit directionem actionum pupilli in ejus commodum. Cui quidem definitioni adsentior, si modo rerum pupillarium administrationem pupillique defensionem adjunxeris. Pupillum autem ipse definierat hominem sui juris, impuberem. Sui juris autem intelligit eum, qui patria potestate solutus est. Vid. *pr. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv. & l. 239. D. de verb. signif.* Vid. infra *tutor*.

Tutela autem *reddi* a tutore dicitur & accipi a pupillo, quum rationes redduntur & accipiuntur. Vid. Chirium Fortunatum. Sic quoque *tutelam reddere*, tutelæ rationes reddere jurisconsultis significat, *l. 2. §. 3. D. de judic.* Dicunt & eodem sensu *restituere tutelam*, *l. 7. §. ult. l. 28. in fin. D. de administr. tut.* Sic *tutelam exigere* & *reposcere*, pro tutelæ rationes reposcere, in *l. 13. D. de tutel. & rat. distr. l. 29. D. de administr. & peric. tut.*

Tutelæ vox aliquando sumitur objective, pro patrimonio pupillari, ut in *l. 5. D. de admin. tut.* aliquando potestatem & liberum arbitrium significat, ut in sequentibus: In tutelam suam venire, *l. 7. §. 1. D. de administr. tut. l. 8. §. 1. D. de bonor. possess. sec. tab. & passim.* Suæ tutelæ factus pupillus: *l. 9. §. 1. D. de administr. tutor.* Sic in edicto Prætoris, de missione in possessionem, verba hæc: *si pupillus in suam tutelam venerit*, accipienda sunt, *l. 5. §. 2. D. quib. ex causs. in poss.* Proinde si filiæfamilias ita legatum sit, *quum in tutelam suam venerit*, tunc debebitur, quum viripotens facta fuerit, *l. 51. D. de legat. 3.* Nec vero Jurisconsultis tantum, sed & aliis Latinis auctoribus hujusmodi loquutio placuit. Cicero quidem quum alias sæpius, tum *lib. 1. de orator.*

cap. 39. ita loquutus est: Negaretque nisi postumus & natus, & antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui secundum postumum & natum & mortuum esset heres institutus. Porro interdum ea verba significant, quum in suam tutelam & potestatem pervenerit. Quod ex conjecturis erit æstimandum. Interdum etiam 25. annum hæc verba demonstrant, si ea mens fuerit loquentis testatoris, *l.* 50. *pr.* & §. 1. D. *de legat.* 3. in qua Ulpianus ex voluntate testantis aliam atque aliam hæc verba recipere interpretationem docet.

Tutela legitima. Vid. *legitima.*

Tutela cessitia, quæ a legitimo tutore alteri defertur. Tutela enim legitima in bonis agnatorum esse censebatur, ergo cedi poterat, Ulp. *fragm. XI.* 5. 7. 8.

Tutelæ actio duplex est. *Directa* una, qua pupillus rationes reddendas a tutore postulat, *contraria*, qua tutor a pupillo indemnem se servari desiderat. Differt autem *tutelæ* actio directa ab actione de rationibus distrahendis qua pupillus a tutore doloso duplum damni dati exigit: *l.* 1. §. 22. 23. *l.* 2. *pr.* §. 1. & *tot. Tit.* D. *de tut.* & *rat. distr.* Actione vero tutelæ directa compellitur tutor ad rationes reddendas, restituendaque reliqua, damnumque, culpa vel lata, vel levi, vel aliquando levissima datum, resarciendum. Et competit eadem finita demum tutela, ut illa de rationibus distrahendis.

Tutelæ actio utilis quæ ob similitudinem rationis ad curatelam transfertur, seu curationis caussa est comparata. *Tit.* D. *de tutel.* & *rat. distr.* & *utili curationis caussa actione.*

Protutela. Vid. suo loco.

Tutela ædificiorum; *l.* 7. §. *ult.* D. *solut. matrim.* aquarum: Frontin. *lib.* 2. *de aquæduct.* balnei: *l.* 35. §. *ult.* D. *de legat.* 3.

TUTELARIS prætor, de cujus officio librum singularem scripserat, Ulpianus quem citat Modestinus, in *l.* 6. D. *de excusation.*

TUTOR, qui sit vid. *l.* 1. D. *de tutel. pr. Inst. de tutor.* & supra in verbo *tutela.* Tutor item est, qui pupillum morte patris aut emancipatione sui juris factum tuetur.

Tutores enim ab eo, quod pupillos tueantur, h. e. defendant, dictos esse nos docet Paullus *d. l.* 1. D. *de tutel.* & qui eum sequitur Imperator §. 2. *Inst. eod.* atque Gellius *lib.* 12. *c.* 10. scribens: Tutores quando tuitores adpellantur, ex ipsa re nomen acceperunt. Tueri namque est defendere. Cic. *lib.* 2. *epist.* 16. *ad famil.* scribit: Te oramus, quibus cum erimus in terris, ut nos liberosque nostros tueare. Inde etiam *tutores* dicuntur defensores, *l.* 2. *pr. D. qui tut. pet. l.* 21. *C. de administr. tut. l.* 2. *C. quand. mul. tut. off.* & tutela, *defensio.* Terent. *Hecyr. prolog. c. fin.* Sinite impetrare me, qui in tutelam meam - Studium suum, & se in vestram commisit fidem. Tutorum etymologiam latius prosequutus est Menagius *Amœn. jur. civ. c.* 39. *voc. Tutor.* Wurffel. *Jurispr. defin.* §. 502.

Tutores dativi sunt, qui a magistratibus dati sunt, *l.* 7. *D. rem pupill. salv. for.* quales sunt Atiliani, Juliani & Titiani tutores, *pr. Inst. de Atilian. tut.* qui & sub inquisitione dati *tutores* vocantur, *l.* 14. §. 1. *D. de solution.* Atilius namque primus fuit, qui legem rogavit de tutoribus; deficientibus testamentariis ac legitimis, Romæ a prætore dandis. Ergo qui Romæ a Prætore ex hac lege

lege dabatur, Atilianus tutor dicebatur. Sed nec hoc sufficiebat, ceteræ namque provinciæ eodem juris supplemento dum indigerent, accedebat hoc ipsum Augusto tertium & M. Titio M. F. Rufo Coss. dum idem jus provinciis adplicaretur. Ex hoc tempore hi in specie, post vero omnes, dati, *dativi* dicti fuerunt. Dicti autem *dativi* quod Prætor eos hac formula constitueret. Do te tutorem. Vid. Brisson. *de Formul. lib.* 5. *p.* 401.

Tutor fiduciarius. Frater fratris sui emancipati, quia emancipatione periit jus agnationis tutor legitimus esse non poterat tamquam proximus agnatus, sed *tutor fiduciarius.* Exempli gratia, Titius filios suos Servium annis majorem, & Mævium pupillum in potestate habuit, emancipavit Mævium, & ipse ejus tutor mortuus est, eo mortuo Servius frater Mævii pupilli fiduciarius ejus tutor est. Nimirum pater naturalis cum emancipabat liberos trina mancipatione ultimæ mancipationi addebat pactum fiduciæ: *Ego vero hunc filium meum tibi mancupo, ea conditione, ut mihi remancupes, ut inter bonos bene agier oportet, ne propter te tuamque fidem frauder.* Quo facto tunc emtor, seu pater fiduciarius, filium sibi mancipatum patri naturali remancipabat, a quo demum fuit per vindictam manumissus. Quod ideo fiebat, ut pater naturalis jura patronatus conjunctamque cum iis spem succedendi ab intestato retineret. Quum ergo penes patrem, tamquam patronum, spes remaneret successionis: ex prudentum interpretatione deferenda etiam ei videbatur tutela legitima, si filius emancipatus adhuc esset impubes. Mortuo porro patre, fratres istius emancipati natu majores, si essent majorennes, ad tutelam vocabantur. Quum vero hi non essent heredes ab intestato, tutela illa non poterat dici legitima. Vocata ergo est *fiduciaria*, ab illo pacto *fiduciæ*, quod in emancipatione intercesserat. Quamvis ex Ulpiano pateat, olim non legitimam fratrum sed parentum tutelam dictam esse *fiduciariam:* idque vel ideo concinnius sit vocabulum, quod pactum illud fiduciæ non frater, sed pater emancipans interposuerit. Ita tamen & Modestinus hanc tutelam vocat, *l.* 4. *D. de legit. tut.* Vid. Ant. Schulting. *ad Ulp. fragm. XI.* 5. *p.* 595. Huber. Digress. I. 1. 4.

Tutores honorarii dicuntur, qui honoris gratia dantur, *l.* 60. D. *de rit. nupt. l.* 2. §. 1. *D. de administr. tut.* qui etsi non gerant, periculo tamen tutelæ subjiciuntur. Ceterum honoris caussa datus tutor non videtur, quem pater a ceteris tutoribus rationes accipere voluit, *l.* 26. §. 1. D. *de legitim. tut.* Honorariis autem opponuntur, qui ad hoc dantur, ut gerant, *l.* 14. §. 1. *D. de solution.*

Notitiæ vero *caussa dati tutores* dari olim liberti solebant, quod in familia versati cognitas ac perspectas pupilli facultates haberent, & ideo tutores earum notitia instruere poterant, *l.* 1. §. 7. D. *de tutel. & rat. distr. l.* 32. §. 1. D. *de testam. tut. l.* 1. C. *de peric. tut.*

TUTUS, *a*, *um.* In *tutum* redigere actiones: *l.* 24. *D. de liberal. causs.* Res in tuto sit: *l.* 80. D. *de verb. oblig.*

TYMPANUM, margaritæ genus, *l.* 34. §. *ult.* D. *de aur. arg. leg.* quod ita Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. exponit, quibus una tantum est facies, & ab ea rotunditas aversis planities, ob id tympana nominantur.

Tympanum etiam in instrumentis

tis oleariis numeratur, *l.* 19. §. 2. D. *locat.*

TYRANNIRE. Tyranniens spiritus, *l. pen. C. de divers. rescript.*

TYRANNIDIS tempore actum nihil valet, *l. ult. C. de incest. & inut. nupt.* Exemplum est in *l.* 23. *C. de episc. & cler.*

TYRO, vide supra *tiro.*

TZANCARUM vel *Tzangarum*, (est enim quædam in scriptura varietas,) fit mentio in *l.* 2. & 3. *C. Theod. quo quemque habit. esse oport.* Et ita forte apud Trebell. Pollion. in *Claudio cap.* 17. verbum pro *Zanchis*, quæ inter vestimenta numerantur, substitui debet. Genus autem quoddam calceamentorum id fuisse, adductus libelli Græci de officiis aulæ Constantinopolitanæ verbis, suspicatur Brisson. quæ ita habent: ἔϛι ϗ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων, ἃ καλᾶνται τζαγκία, ἔχοντα ἐκ πλαγίων κατὰ τὰς κνήμας, ϗ ἐπὶ τῶν ταρσῶν, ἀετὰς διὰ λίθων ϗ μαργάρων, ἅτινα ϗ φορεῖ ὁ βασιλεὺς ἔις τε τὰς περιπάτας, ϗ τὰς προκύψεις. ϗ ὁ ταῦτα ποιῶν ὰ τζαγκάριος, ὡς οἱ ἕτεροι, ἀλλὰ τζαγγὰς ονομάζεται. Sed & Moschopulus περὶ σχεδῶν, τζαγκάριον vulgo adpellari scribit, quem Attici σκυτοτόμον, id est, cerdonem coriarium vocant. Plane Imperatorum calceamenta purpurea & φοινικόχροα fuisse Zonaras *Tom. III. Annal. pag.* 134. in Michaelis Theophili filii imperio. ἐδίδα, ait, ἀυτῷ τὰ φοινικόχροα πέδιλα, ϗ προσέταξεν ὑποδήσασθαι, καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. Calceos purpureos ei tradidit, ac induere jubet, & Imperatorem salutat. Eaque mox τῆς βασιλείος παράσημα, imperii insignia vocat. Idem in *Basilio Porphyrogeneta p.* 178. Κατανοήσας ὁ βασιλεὺς ἔτι τὰς πόδας ἀυτᾶ ὑποδαμένας ὑποδήμασι φοινικοῖς τὰ μὲν γαρ ἄλλα τῆς βασιλείας γνωρίσματα ὁ σκληρὸς ἀπεδύσατο, τὰ δέγε πέδιλα ὰκ ἀπέθετο. Imperator animadversis puniceis in eo calceamentis, nam cetera insignia regia deposuerat, calceis solis retentis &c. Guilelm. Tyrius *lib.* 15. *de bello sacro cap.* 23. Exhibita, ait, sibi in patris præsentia, & eo mandante imperiali reverentia, ocreis, ut mos est in illo imperio, insignitus purpureis ab universis legionibus certatim Augustus est adpellatus. Idem etiam Nicetas *in Annal. p.* 2. *in Joanne Comneno* confirmat: καὶ τᾶτον, ait, ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον ἐρυθρᾶ τέ οἱ πεδίλα μετεδεδώκει καὶ βασιλέα ἐδώκει ἀναγορεύεσθαι. Datisque purpureis calceis imperio destinavit, & imperatorem adpellandum curavit. Et in *Joanne Comneno p.* 9. τῷ μὲν προσήκοντι κατὰ γένεσιν. Ἀλέξιος τῷ δὲ τὸ ὄνομα, πορφυρίδος μετέδωκε καὶ πεδίλοις ἐρυθροῖς ὑποδεῖσθαι διαφῆκε καὶ συνευφημεῖσθαι οἱ παρεῦχεν, ὁπηνίκα Ρωμαίων ἀυτοκράτωρ ἀνηγορεύετο. Quorum natu maximo Alexio purpuræ jus & purpureos calceos dedit, & quum a populo Romanorum Imperator salutaretur, una secum proclamari passus est. Hesychius in verbo σκυτεὺς, sed mendose, σκυτεὺς, ait, σαγγάριος καὶ παλιγάριος. Scholiastes Horatii *p.* 373. Zangas & Kangas. Adde Jac. Gothofred. *in Comment. ad l.* 2. *C. Theod. de habitu, quo uti oport.* & Carol. Du Fresne *in Glossar.* & Glossar. *ad libros capitular.* Franc. Pithoei hoc voce.

V

VACANTES, in *l.* 2. *C. ut dignit. ord. serv.* & *C. Theod. de comitib. vacant.* sunt quos Græci ζωςὰς vocant, qui scilicet nulla jam dignitate fungun-

guntur, ſive munere exceſſerint, ſive numquam geſſerint, id eſt honores imaginarios geſſerint. Hi etiam dicuntur adſcriptitii & adjecti & opponuntur honorariis. Lamprid. *in Alex.* Ne quem adſcriptum, id eſt, vacantium haberet. Vacantes etiam tribunos apud Marcell. *lib.* 31. & Veget. *lib.* 3. *c.* 17. legimus. Conſule Jac. Gothofr. *Commentar. ad l. ult. C. Theod. de agentib. in reb.* Du Freſne *in Gloſſar.* & in primis Valæſium ad Marcellin. *lib.* 15. *c.* 3. Ex vacantibus ſupplementa militiæ, completa ſunt, *l.* 3. *C. Th. de tabular.* Agentes in rebus *vacantes.* Quæ earum ratio, *l. ult.* C. *Theod. de agentib. in reb.*

Vacantes ſunt, nulli corpori adſcripti, *l.* 177. 179. *C. Theod. de decurion.*

VACARE bona, *l.* 38. *D. de jur. fiſc.* & vacantia bona dicuntur eorum, qui ſine herede decedunt; quæ lege Julia ad fiſcum deferuntur, *l.* 96. §. 1. *l.* 124. §. 2. D. *de legat.* 1. & aliis multis locis, ut & apud Sueton. *in Veſpaſiano cap.* 8. Symmachus vocat hereditatem domino nudam. Vet. Gloſſ. Græcum. Vacantia bona, ἄπρακτα, ἀδέσποτα, ἀκληρονόμητα. Quæ & *vacua bona*. Et dicuntur ſine domino jacere, *l.* 1. *pr.* & §. 12. D. *de ſucceſſor. edict.* Strabo etiam *lib.* 17. *Geograph.* ἀδέσποτα vocat, quod dominum, id eſt, heredem non habeant. Conſtantinus vero Harmenopul. *lib.* 3. *tit.* 1. §. 18. ἀκληρονόμητα. Sed & caduca Tacito *Annal. lib.* 3. *c.* 28. vocantur vacantia, quemadmodum probavit Heinecc. *in Commentar. ad leg. Jul. & Pap. III.* 6. 4. Sic vacantem hereditatem accipe, in *l.* 13. §. 1. D. *de hered. petit.* & vacare bona in *l.* 2. *in fin.* D. *ad SC. Tertull.* & in *l.* 38. D. *de jur. fiſc.* quorum neque heres, neque poſſeſſor exſtat, ab eo quod domino vacua jacent.

Vacare domus dicitur, quæ a nullo inhabitatur, *l.* 22. §. 1. D. *de uſu & habitat.*

Vacans mulier. Vid. *vacatio.*

Vacare, id eſt, feriari. Sic: ruſtici ſtipulas illectas, quum vacaverint, colligunt, *l.* 30. D. *de verb. ſignif.*

Vacare, pro immunem eſſe. Sic vacare culpa, id eſt, carere, *l.* 3. D. *de magiſtr. conven.* Vacare a legatione: *l.* 6. D. *de legation.*

Vacare liberis alendis, id eſt, operam dare: *l.* 5. *D. de jur. immunit.*

VACATIO, munerum & onerum publicorum excuſationem ſignificat, *l.* 5. §. *ult. in fin.* D. *de mun. & honor. tit. de vacat. & excuſat. mun. l.* 9. *C. quand. provoc.* Sueton. *in Claud. cap.* 55. Quum decurias rerum actu expungeret, eum, qui diſſimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, reſponderat, ut cupidum judicandi dimiſit. Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 66. Quum citarem judices, conventum inchoaturus, Flavius Archippus vacationem petere cœpit, ut philoſophus. Vacatio autem muneris non præſtat, ut ne magiſtratus quis creetur, *l.* 12. D. *de muner. & honor.* Ea vero omnia, quæ extra ordinem ad tempus indicuntur, ab his, qui vacationem meruerunt, exigenda non ſunt. Vacatio honoris apud Valer. Maxim. IV. 1. 5.

Vacatio etiam ex lege Julia & Papia dari dicebatur his perſonis, quæ neceſſitatem matrimonii contrahendi ad tempus liberabantur, & interim nihilominus, ex aliorum teſtamentis perinde atque nuptiis devinctæ capere poterant. Ulpianus *tit.* 14. *regul.* §. *un.* Feminis, ait, lex Julia a morte viri anni tribuit vacationem, a di-

divortio sex mensium. Sueton. *in Augusto cap.* 34. de lege Julia de maritandis ordinibus: hanc, inquit, quum aliquanto severius, quam ceteras emendasset, præ tumultu recusantium ferre non potuit, nisi ademta demum lenitaque parte pœnarum & vacatione triennii. Hoc Brisson.

Cavendum tamen est, confundamus *vacationem* feminæ, & vacationem ipsius legis Juliæ. Nam de illa intelligi debet Ulpianus, de hoc Suetonius, quæ res alioquin & Cujacio & Casaubono crucem fixit. Hein. & hujus *Comm. ad leg. Jul. & Papiam II.* 5. 1. Intra illa vacationis tempora viduam manentem *vacantem* adpellari, in *l.* 5. §. 2. *D. ad leg. jul. de vi publ.* defendi potest, quamquam & quamlibet viduam accipi posse non ignorem. Quinctil. *Declam.* 15. Sive enim, judices, malignitas est persuasionis humanæ, feminam vacantem vocare meretricem, seu miseræ nomen id imposuit aliquis amator. Cornel. Tacit. *lib.* 13. *Annal. cap.* 44. vacuam mulierem in eumdem sensum dixit.

Dicitur & *vacatio* tutelarum: *l.* 17. §. 3. *D. de excusat.* & vacatio a tributis & muneribus, *l.* 11. *C. de excusat. tut.* Vacationem postulare, *l.* 36. §. *ult.* D. *eod. tit.* petere: Plin. *lib.* 10. *epist.* 66.

VACILLARE fides anceps dicitur, in *l.* 23. §. 1. D. *ad leg. Cornel. de fals.*

VACUITAS possessionis: *l.* 18. §. *ult. D. de his, quæ ut indign.*

VACUUS, *a, um.* Vacuus fundus, qui a nemine detinetur & occupatur, *l.* 33. D. *locati.* Auctor *ad Herennium lib.* 4. Necesse est, quum constet, istum fundum nostrum esse, ostendas te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse. Alio sensu vacuus dicitur fundus, & ædificato opponitur, *l.* 20. §. 2. D. *de oper. nov. nunciat.* Vacuum ministerium: *l.* 27. §. 2. D. *de usufruct.* Vacua pars quæ & vacans, *l.* 19. & 59. §. 1. D. *de hered. instit.* Sic & vacua pecunia, quæ occupata non est, sed in arca sterilis & otiosa mansit, *l.* 24. D. *de præscript. verb.* Vacuus sextans: *l.* 8. *D. de bon. possess. sec. tab.* Vacuæ tabulæ, id est, nihil scriptum habentes, *l.* 11. D. *de injust. rupt.*

In primis autem *vacua* possessio dicitur ea, quæ a nemine detinetur, *l.* 2. §. 1. *l.* 3. §. 1. D. *de action. emt.* quæ & vacare dicitur. Cic. *lib.* 3. *de orator. cap.* 31. Nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt. Quinctilian. *Declam.* 12. Undecumque effulsit lucrum, sine respectu salus publica adducitur, & in vacuam possessionem fames venit. *Vacua* autem *possessio* emtori tradita non intelligitur, si alius vel ventris, vel legatorum nomine in ea sit, vel creditores bona possideant, *l.* 2. §. *ult. D. de action. emti.* sed magis custodiendi & observandi caussa in possessione sint. *Auct. Rhetoric. ad Herenn. lib.* 4. Vacuum quum ego adessem, possidere non potuisti. Etenim vacuus non est fundus, qui ab alio possidetur. In *l.* 20. *D. de servit.* Vacua traditio dicitur, pro vacuæ possessionis traditione.

VADARI dicebatur actor reum, sive vades ab eo hoc nomine postulabat, & ab illis, ut a reo stipulabatur, ni vadimonium promissum obiret, aut ni sese reus sisteret. Vadari autem erat vadem dare aut stipulari vadimonium & poscere. Cic. *pro Quint.*

Quint. cap. 19. Vadari vis, promittit. Plaut. *Aulular. II.* 4. *v.* 38. Homo ad Prætorem deplorabundus venit: In fit ibi postulare, plorans, ejulans, Ut sibi liceret Milvium vadarier. Et in *Curcul. II.* 3. 5. Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis. Horat. *lib.* 1. *Sermon. sat.* 9. *v.* 36. Et casu tunc respondere vadato, id est, cui vadem dederat me, & qui vadem ab eo acceperat, & non cuivis respondere debebat. Salmasius aliter, *cap.* 16. *de modo usur. p.* 695. cui *vadari* idem est, ac denunciare, ut quis in jus vadat. Adde verba: *Vadimonium & vas.*

VADIMONIUM, a vadibus dictum, non sponsionem modo alterius sistendi, sed & constitutum diem significat, quo quis se judicio sistere debebat, ad quam diem, qui judicio adsunt, *vadimonium obire*, & ad vadimonium occurrere a Latinis dicuntur. Ita enim Cicero *ad Attic.* & Plin. *in præfat. hist. nat.* loquuti sunt. Ausonius *epist.* 23. *v.* 43. Et promissa obiens vadimonia Damon. Festus autem obire vadimonium, ire ad vadimonium interpretatur, quod veteres, *ob* pro *ad*, ponere solebant. Sueton. *in Caligul. cap.* 39. Et litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, caussa caderent. *Vadimonio* etiam sisti dixit Apuleius *lib.* 9. *de Asin. aur.* Gell. *lib.* 2. *cap.* 14. Concipere vadimonium dixit Cicero *lib.* 2. *ad Quint. fratr. epist.* 14. Vadimonia fieri, Liv. *lib.* 23. & Cic. *pro Quint. cap.* 18. Differre vadimonium. Cic. *ad Attic. lib.* 2. *epist.* 7. *pro Quint. cap.* 16. *ad diversos lib.* 2. *epist.* 8. Juven. *Sat.* 3. *v.* 213. Differt vadimonia prætor. Plin. *lib.* 7. *cap.* 53. Judex vadimonium non differret.

VAGI servi, otiosi, *l.* 3. C. *de agricol. & censit.*

VAGINA. In vagina milites scribere possunt testamentum: *l.* 15. *C. de testam. milit.*

VALENS Jurisconsultus citatur a Paullo, in *l.* 78. §. 6. D. *de legat.* 3. Vid. in *Aburnus.*

VALENTINIANI a Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui *αἰῶνας*, id est, secula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit: *Causs.* 24. *qu.* 3. *c.* 38. §. 10. Iidem præter alia hausta ex fabulis Hesiodi, deos triginta sibi fabricarunt, illis aëonum nomine imposito. Tertull. *contr. Valentin. Epiph. hæres.* 31.

VALERIUS *Severus*, *l.* 3. *D. de negot. gest. l.* 8. D. *de procurator.* Vide in *Severus.*

VALETUDINARIUM, locus, in quo infirmi curantur: *Columell. XI.* 12. Tacit. *de orat. cap.* 21. *init.* Et ita optio *valetudinarii*, in *l.* 6. *D. de jur. immunit.* ubi Budæus *valetudinarii medici* conjunctim legere videtur; cum sit *optio valetudinarii* legendum, quemadmodum jam observavit Jo. Frid. Gronov. *ad Senec. Nat. quæst. lib.* 1. *p.* 285.

VALETUDINARIUS, ægrotus in *l.* 40. D. *de excusation.* Et *l.* 12. *in fin.* D. *de re milit.* Non medicos intelligi *valetudinarios*, ceu visum est Budæo, sed ipsos ægrotos, ostendit Ferrand. Adduens. *Explicat. lib.* 1. *p.* 559. *Tom.* 2. *Thesaur. jur. civ.*

VALIDE, pro valde: *l.* 4. §. 3. *D. de ædilit. edict. l.* 27. D. *qui testam. fac.*

VALLARE. Fidejussiones, quas stipulationum sollemnis cautela vallaverit, *l.* 33. §. 3. *C. de Episc. & cler.*

VALLUM. Si vallum quis transcendat, capite punitur, *l.* 3. §. 17.

§. 17. *D. de re milit.* Vetus Glossarium : Vallum χαράκωμα ἐςὶ τὸ περίφραγμα, ὅ περιεβάλλοντο τινες ςρατοπέδῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ.

Vallum fidei in *l.* 31. C. *de episcop. & cler.*

VANUS timor, *l.* 13. *D. de re judicat.*

VAPULARE ab aliquo : *l.* 52. §. 1. *D. ad leg. aquil.*

VARIARE in adpellatione : *l.* 55. §. *ult.* D. *de verb. oblig.* Variatum rescriptis dicitur apud Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 6. §. 3.

VARIETAS proprie in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia, ait Cic. *de finib. lib.* 2. *cap.* 3. *extr.* Post multas varietates placuit : *l.* 55. §. *ult. D. de legat.* 2.

VARIUS, *a*, *um.* Variarum lectionum libri, quales Pomponius scripserat, ceu ex Indice Florentino adparet ; & *l.* 44. D. *de adquir. possess.*

Varius dicitur, qui aliud simulat, aliud agit. Sic varii & dolosi conjunguntur, in *l.* 1. *princ.* D. *de dol. mal.*

VARUS Jurisconsultus ; *l.* 16. D. *de liberal. causs.* Vid. in Alfenus.

VAS, *vadis.* Dicebantur autem *vades*, ut Varro *lib.* 5. *de lingu. lat.* & Festus *lib. ult.* ostendunt, qui reum capitis sistendum spondebant. Qualis ille fuit Damon, de quo Cicero *lib.* 3. *de offic. cap.* 10. meminit. Auson. in *Technopaegn. v.* 100. Qui subit in pœnam capitali judicio, Vas.

Sed tamen quicumque pro altero vadimonium, etiam in civili caussa, & in privatis judiciis extra capitalem caussam, promittebat, *vas* adpellabatur. Acron ad illa Horatii verba *lib.* 1. *Serm. sat.* 2. Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem. Vadibus, ait, id est sponsoribus, a vadimonio, quo promittit is, qui ad judicium provocatur, certo die se adfuturum. Vades autem dicti, quod qui eos dederat, vadendi & discedendi habeat potestatem. Meminit eorum lex XII. Tabularum : Vades, subvades, & Livius *lib.* 3. *cap.* 13.

Date *vadem*, apud Ciceron *lib.* 2. *de finib. c.* 24. Δοῦναι τῆς ἀφίξεως ἐγγυητὰς, mulctæ vades dare, apud Dionys. Halicarn. *lib.* 10. *Antiq. Rom. p.* 633. Vades exigere : *l. ult.* §. 1. C. *de castrens. & minister.*

VAS, *vasis.* Legatis *vasis* non solum ea continentur, quæ aliquid in se recipiant, edendi bibendique caussa paratum, sed & quæ aliquid sustineant. Et ideo scutellæ, vel promulsidaria, repositoria quoque continebantur. Vasorum enim generalis adpellatio est. Dicimus, vasa vinaria, vasa navalia ; *l.* 19. §. 9. D. *de aur. argent. legat.*

Memorantur autem in libris nostris vasa argentea ; *l.* 48. *pr.* D. *de furt.* Corinthia, *l.* 100. §. 3. D. *de legat.* 3. escaria, pocularia : Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 67. byssina, crystallina, vitrea, *ibid.* escaria potoria, *ibid.* §. 86. olearia : *l.* 19. §. 2. D. *locati* pura & cælata opponuntur, *l.* 6. D. *de rei vindic.* vinaria : *l.* 17. *D. de action. emti.* *l.* 93. §. 4. D. *de legat.* 3. Vasa in quibus sunt unguenta : Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 83.

Vasa vel *vasaria*, archiva, vel scrinia publica, in quibus tabulæ censuales, rescripta & constitutiones principum reponebantur, *l.* 12. *C. Theod. de censit. & peræquat. Novell.* 9. *extr.* intra sacratissima vasa. Plin. *lib.* 7. *hist. nat. cap.* 49. Nec sunt omnia vasaria excutienda. Adde Cassiodor. *lib.* 7. *var. epist.* 45. Hein.

VASCULARIUS, qui vasa conficit, *l.* 20. §. *ult.* D. *de præscript. verb.* Vascularii artifices cælatores apud Cicer. IV. *Verr.* 24.

24. & in inscriptione Romana; quam ex schedis Langermannianis edidit Reines. *Inscr. XI.* 101. ubi: *Satyrus Lucifer. vascularius.* Mentio eorum fit & alibi; tum argentariorum, apud Gruter *Inscr. p.* DCXLIII. 3. tum fictiliariorum, p. DCXLIII. 1. corneariorum, DCXLIII. 2. Quin collegii vasculariorum mentio fit in lapide apud Reines. *Inscript. X.* 10. Hein.

VASTAGA, vel ut rectius scribitur, *Bastaga*; de quo supra. Adde Reines. *Class.* 1. *Inscript.* 10. *p.* 24. & Jac. Gothofred. *ad l.* 4. & *l.* 11. *C. Theod. de murilegul.*

UBER Uberes anni: *l.* 18. §. 4. D. *locati* Uberior actio: *l.* 1. *D. de in rem vers.* Uberem dotem: *l.* 4. *D. de pact. dotal.* Uberius legatum: *l.* 88. §. *ult.* D. *ad leg. Falcid.* & uberrimum: *l.* 54. D. *de legat.* 2. Uberior merces: *l.* 8. D. *locati.* Uberius pretium: *l.* 4. *C. de fid. instrum.* Uberes proventus: *l.* 6. *D. de extraord. crim.* reditus: *l. ult.* D. *de jur. dot.* Uberior scriptura: *l.* 217. D. *de verb. signif.* Uberior fors: *l.* 14. *C. de usur.*

Ubera. Infantes ali uberibus; *l.* 1. §. 14. D. *de extraord. cognit.*

UBERTAS anni: *l.* 26. D. *quand. dies legat.* annorum: *l.* 8. *D. locati.* Uberitas in *l.* 15. §. 4. D. *locati.*

UBI pro in quo; *l.* 1. D. *de except. rei judic.*

UBICUMQUE, id est, in universis caussis, *l.* 5. C. *de legib.*

UBIQUE pro ubicumque, in *l.* 77. D. *de contrah. emt. l.* 4. §. 5. D. *de pen. legat.* & in C. Justinianeo saepe. Liv. *lib.* 45. Litterasque omnes, quae ubique depositae essent & pecuniam regiam conferri. Quibus ex locis recte Cujacius, pro *ibique*, legit *ubique* in *l.* 166. D. *de verb. signif.* Eademque loquendi ratione *cujusque*, pro cujuscumque in *l.* 7. §. 2. *D. de liberal. causs.*

UDONES, Vide supra *Odones.*

VE, post *si*, in disjunctiva oratione significat itemque, sive; *sive.* Paull. in *l.* 14. D. *de injust. rupt. irrit.* si filius natus natave sit, hoc est; sive filius natus; sive filia nata sit.

VECTIBULICI lex: *l. ult. C. de serv. reip. manum.* Quis fuerit ille *Vectibulicus*, nemo aperuit, utut anxie inquisiverint viri docti. Itaque emendare textum varie adgressi sunt Contius, Cujacius, Ant. Augustinus, post quorum omnium conjecturas *Vetti Publici.* hoc est *Vettiam Publiciam.* De qua sive lege sive senatusconsulto, sententiam suam dixit Heinec. in *Hist. jur. Rom. lib.* 1. §. 253. *in schol.* Istam nempe legem a Vettio Rustico Bolano, qui cum L. Calpurnio Pisone anno V. C. 863. consul fuit; ceu ex Gruter. *Inscript. p.* 66. 2. *p.* 128. 5. *p.* 163. 7. palam est, nomen traxisse, ut *Vettia* vel *Vectia Bolani* dicta sit, verisimile ipsi videtur.

VECTIGAL, ut ipsa adpellatio ostendit, proprie dicitur, quod pro invectione vel evectione mercium debetur: *rubr. de publican. & vectigal.* Sed tamen generaliter publica vectigalia accipimus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal *portus*, vectigal *octavae*, *venalium rerum.* Item *salinarum*, *metallorum* & *picariarum*, *l.* 17. *l.* 203. D. *de verb. signif. l.* 59. §. 1. D. *de hered. instit. l.* 2. *C. quae res vendi.* Species vero ad vectigal pertinentes, enumerat Jurisconsultus, in *l. ult.* §. 7. D. *de publican. & vectigal.* in qua credibile est de suo nonnulla Tribonianum inseruisse.

Vectigal cadaveris. Vid. infra *vectura.*

Ve-

Vectigalis conductor : *l.* 68. §. 1. D. *de fidejussor.* Vectigalia exercere : *l.* 10. §. *ult.* D. *ad leg. Jul. de vi publ.* Vectigalis favor : *l.* . §. 1. D. *ut in flum. publ.* Vectigalia fisci : *l.* 8. D. *de vacat. & excus. mun. l.* 1. C. *qui mun.* Vectigal, quod in itinere præstari solet : *l.* 21. D. *de donat. int. vir. & ux.* prædii, quod ex prædio penditur, *l.* 29. §. 5. D. *de legat.* 1. *l.* 7. §. *pen.* D. *de usufruct.* Vectigalia publica : *l.* 9 §. 9. D. *de pœn.* reipublicæ : *l.* 9. D. *de rescind. vendit.*

Vectigal pro reditu. Vectigal fundi : *l.* 59. §. *ult.* D. *de usufruct.*

Vectigalis caussa, id est, fraudandi vectigalis caussa : *l.* 8 §. 1. D. *de publican. & vectigal.* uti *fideicommissi caussa*, in *l.* 8. *princ.* D. *qui & a quib. manum.* Vid. Bynkersh. *observ. lib.* 8. c. 11. Hein.

Vectigalis, *e.* Agri *vectigales* civitatium seu municipiorum vocantur, qui manente apud municipes dominio in perpetuum locantur, id est, hac lege, ut tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu neque ipsis, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat, *l.* 1. D. *si ager. vectig. vel emphyt. l.* 12. §. 2. D. *de Publician. l.* 71. §. *ult.* D. *de legat.* 1. Sueton. *in Julio cap.* 17. Agro vectigali immunem opponit Hyginus *lib.* 2. *de limit. constit.* Vectigales autem agri, ait idem, sunt obligati R. P. P. R. quidam coloniarum aut municipiorum, aut civitatum aliquarum, qui & ipsi plerique ad P. R. pertinentes ex hoste capti partitique ac divisi sunt per centurias, ut adsignarentur militibus, quorum virtute capti erant amplius quam destinatio modi. Vet. Glossar. Græcum : Agri vectigales εἰσὶν ἀγροὶ πόλεων δημοσίως μισθούμενοι ἐπὶ τοιούτῳ τρόπῳ καὶ ὅρῳ ἵνα ἐφ᾽ ὅσον δίδοται τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ βεκτιγάλιον τέλος, μὴ ἐκβάλλωνται, μήτε αὐτοὶ μήτε οἱ παρ᾽ αὐτῶν εἰς τόπον αὐτῶν ὑπεισιόντες.

Vectigales quoque agros populi Romani adpellabant, qui ex hoste capti, vectigalibus subjiciebantur, municipibusque vel in singula lustra, vel in annos centenos locabantur, ut Hyginus, in *lib. de limitib. constit.* docet.

Hinc *Vectigales* ædes & *vectigale* prædium : *l.* 15. §. 26. D. *de damn. infect. l.* 16. §. *ult.* D. *de pignor. act. l.* 10. D. *famil. ercisc.* Vectigalis fundus : *l.* 1. *pr.* D. *de condict. tritic.* Vectigales municipiorum fundi : *l.* 71. §. 5. D. *de legat.* 1.

Vectigalis actio, quæ de vectigali fundo possessoribus proposita est, *l.* 15. §. 26. D. *de damn. infect. l.* 66. *pr.* D. *de eviction.* Proprias enim prætor his in rem actiones proposuit, loco domini eos habens, licet domini non sint : *l.* 2. D. *si ager. vectig. l.* 5. §. *ult.* D. *arbor. furt. cæsar.*

VECTOR, qui locum in nave conducit : *l.* 2. D. *ad leg. Rhod.* & navi vehitur : *l.* 1. §. *ult. l.* 5. D. *naut. caup. stab. l.* 1. D. *furti advers. naut.*

VECTURA, merces est, quæ a vectoribus solvitur, *l.* 62. D. *de rei vindic. l.* 15. §. 6. *l.* 61. D. *locati.* Sic : vectura carrulorum : *l.* 52 §. 15. D. *pro soc.* itineris uxori data : *l.* 21. D. *de donat. int. vir. & ux.* jumentorum & camelorum : *l.* 6. D. *qui potior. in pign.* mercium, vestimentorum, penoris : *l.* 4. §. *ult.* D. *naut. caup. stab.* navis : Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 25.

Vectura cadaveris, *l.* 37. D. *de religios.* Et *si quæ vectigalia sunt, vel sarcophagi & vectura.* De vectigali isto pro cadavere e loco in locum solvendo dubitarunt Haloan-

der, Leunclavius, Elbertus Leoninus. Sed ferupulum omnem eximit constitutio vetus, a Cujacio *lib.* 11. *observ. cap.* 21. edita, qua vectigal istud abrogatur. Radulph. Forner. *Rer. quotidian. III.* 6. Lips. *Elector. I.* 6. & 9. Ever. Otto *de tutel. viar. III. p.* 519. Hein.

VEHI Sella & lectica, *l.* 7. D. *de servit. præd. rust.* pro portari: non enim habet jus vehiculi, qui iter tantum habet; *l.* 12. D. *eod. tit.*

VEHICULARIS cursus; *l. ult.* D. *de muner. & honor.*

VEHICULUM; *l.* 3. *pr.* D. *de incend. ruin. naufr.*

VEL pro etiam, *l.* 1. D. *de pignor.* & *passim.*

Vel, pro saltim, *l.* 13. D. *de vit. nupt. l.* 13. §. 8. *l.* 39. §. 3. D. *ad leg. jul. de adult.* & e contrario saltim pro vel, id est, etiam, *l.* 57. §. 3. D *de contrah. emt.*

Vel, pro licet, *l.* 4. *in fin.* D. *de interrog. in jur. fac.*

Vel, pro id est, *l. ult.* C. *ubi & apud quem. l.* 1. C. *de precar.*

Vel, pro nec; *l.* 3. C. *de bon. proscript.*

Vel, negative, seu per remotionem: *l.* 6. C. *de rei vindicat.*

Vel; postpositivum: *l.* 177. D. *de regul. jur. l.* 4. §. 2. D. *de re milit.*

VELAMENTUM, pro specie & prætextu, *l.* 2. C. *de rescind. vendit.* Utitur hoc verbo etiam Tertullian. *de coron. milit. cap.* 12. Velamentum timiditatis *apud eumd. de fuga in persequut.* sic *velamentum* absentiæ: *l.* 4. C. *de postul.* captivitatis: *l.* 1. C. *de collus. deteg.* caussæ: *l.* 1. C. *de repud. bon. possess.* matrimonii: *l.* 27. C. *ad leg. jul. de adulter.* rusticitatis: *l.* 1. C. *de interdict. matrim.*

VELLE apud jurisconsultos est, expressis & disertis verbis testari & profiteri se velle, ut ex diverso *nolle* est vetare & contradicere & ita declarare. Inter hæc medium verbum est *non nolle*, id est, pati & tacere, *l.* 1. §. 3. D. *de tribut. act.* Ejus autem est *non nolle*, qui potest & *velle*, *l.* 3. D. *de regul. jur.*

Velle non creditur infans, pupillus, furiosus, prodigus: item is, qui imperio patris vel domini obsequitur, *l.* 40. & 189. D. *de regul. jur.* Itaque in lege Papia, si impubes sit patronus, voluntate ejus non videtur liberta nupta, si tutoris auctoritas non accesserit; *l.* 13. *in fin.* D. *de oper. libertor.*

VELLEIA lex. Vid. *Junia Velleia.*

VELLEIANO Senatusconsulto, quod M. Silano & Velleio Tutore Coss. factum est, feminis alienam in se obligationem suscipientibus subvenitur, *l.* 1. & 2. D. *ad SC. Vellei.* Adpellatur SC. de intercessionibus; in *l.* 9. & 10. C. *eod. tit.*

VELOVOCORUM Civitas; *l.* 2. C. *Theod. de veteran.* pro Belovocorum, sicut legitur in *l.* 1. C. *eod. tit.* usitata scilicet B. & M. commutatione: de qua Reines. Inscript. I. 10. p. 24. Gothofredus tamen *Velanorum* rescribendum censet.

VELUM. Habebantur apud veteres *vela*, quæ in ædibus vel umbræ gratia, vel arcendi frigoris ventique excludendi caussa obtendebantur, *l.* 17. §. 4. D. *de act. emt. l.* 41. §. 20. D. *de legat.* 1. *l.* 12. §. 17. D. *de instr. vel. instrum. legat.* ubi etiam *vela cilicia* ideo parari scribitur, ne ædificia vento vel pluvia laborent. Martial. *lib.* 14. *epigr.* 29. Sit licet & ventus, te tua vela tegent. Senec. *lib.* 4. *natural. quæst.* Itaque quamvis cænationem velis & specularibus muniant, & igne multo

ſo doment hiemem. Sueton. *in Calig. cap.* 26. Reductis interdum flagrantiſſimo ſole velis emitti quemquam vetarent. Tertull. *de habitu femin. lib.* 1. *cap.* 7. Sed & parietes Tyriis & hyacinthinis & illis regiis velis, quæ vos operoſe reſoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Sic: Velum in mæniano immiſſum, *l.* 2. §. 6. D. *ne quid in loc. publ.* & cubicula velis obductis opaca, apud Plin. *lib.* 7. *epiſt.* 21.

Vela theatri apud Propert. *lib.* 3. *eleg.* 18. *lib.* 4. *eleg.* 21. quæ apud Ovid. *lib.* 3. *metamorph. v.* 111. aulea adpellantur. Chryſoſtom. *Homil.* 2. *in Epiſt. ad Epheſ.* τὰ ἀμφίθυρα, vetus interpres vertit *vela*, quæ vela in hypætris extendebantur.

Alia circa columnas habebantur, ut oſtendit, *l.* 12. §. 20. D. *de inſtr. vel inſtrum. legat.*

Velum in eccleſia Romana eſt vel *converſionis*, quod accipit illa, quæ de ſeculari vita ad religionem tranſiens, illud adſumit: Durand. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 45. vel *conſecrationis*, quod a ſolis epiſcopis ſolis virginibus, & ſolum in feſtivis & dominicis diebus datur: Honor. *lib. c.* 192. vel poſſeſſionis, quod ſuſcipitur a virgine, cum continentiam profitetur, *Sacrament. Gregor. M. p.* 174. *ſeq.* Datur vero illud cum benedictione ſollemni & cum litania. Vel *ordinationis:* olim Diaconiſſæ dabatur, ſeu viduæ. *Concil. Turon.* 3. *c.* 28. vel *prælationis*, quod Abbatiſſis imponitur: Capitul. Car. M. *lib.* 1. *c.* 102. *lib.* 7. *c.* 257. Erat & monachorum *velum*, quo velabantur, cum benedicebantur: *Addit.* 1. *Lud. Pii ad Capitul. Car. M. c.* 35.

Velum in eccleſia Romana triplex ſuſpenditur, primum, quod ſacra operit, alterum, quod ſacrarium a clero dividit, tertium quod clerum a populo ſecernit: Durand. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 35.

Velo levato : *l.* 5. *C. de naufrag.* id eſt aperta fore: Cujac. in *paratitl.* C. *ut nem. privat tit. præd.* Lamprid. in *Alexandro c.* 6. Cum amicis tam familiariter vixit, ut communis eſſet ei ſæpe conceſſus, &c. ſalutaretur vero quaſi unus de ſenatoribus, *patente velo*, admiſſionalibus remotis, aut ſolis iis, qui miniſtri ad fores fuerant. Ibi quod Lampridius *patere*, Senecæ *in epiſt.* 80. adlevari velum dicitur. Adde Car. Du Freſne *Gloſſar.* Lipſ. *ad Senec.* Guther. *de offic. dom. Aug. III.* 11. *p.* 613. Wouwer. *ad Sidon. lib.* 1. *epiſt.* 2.

Levato velo cognoſcere, id eſt, nulla adhibita conſultatione, interpretatur HugoGrotius *ad Matth.* XXVII. 19. idque loquendi genus ex eo derivat, quod tribunal præſidis a loco conſilii, de cujus ſententia pronuntiare ſolebat, velo interpoſito diſcretum fuerit. Sed malim tamen loquutionem, quæ ſequioris ævi eſt, e *velo*, quo conſiſtorium Imperatoris prætendebatur, ut Corippus *lib.* 3. *de laudib. Juſtin.* indicat, quam unde Grotius, deducere. Hein.

Velum judicis, pro ipſa admiſſione & ingreſſu ad judicem, *l.* 1. *C. Theod. de offic. Rect. prov.* ubi Vid. Jac. Gothofred.

VELUT, improprietatis vel fictionis nota eſt. Sic *velut heredes* dicuntur bonorum poſſeſſores, & ceteri honorarii ſucceſſores, quoniam heredes ſola lex, vel conſtitutio principis facere poteſt, *l.* 1. D. *de poſſeſſ. heredit. petit.* §. 2. *Inſt. de bonor. poſſeſſ.* Peculium *velut* patrimonium eſſe dicitur, *l.* 32. §. 1. *l.* 39. D. *de pecul.* Item *velut* longæ poſſeſſionis prærogativa, *l.* 5. 3. §. *pen.* D. *de itiner. actuq. priv.* ut & velut

possessor juris, *l.* 1. D. *de hered. petit.* quoniam juris possessio proprie nulla est, nec dicatur proprie possessio nisi rerum corporalium. Pari ratione & interdicta *velut* possessoria de juribus prædiorum constituta dicuntur, *l.* 20. D. *de servit.* & *velut* longa possessio, quæ usu nititur, qui in rebus incorporalibus possessionis vicem repræsentat, *l.* 5. §. *pen.* D. *de itin. actuq. privat.* *Velut* Muciana cautio, quæ ad exemplum Mucianæ comparata & introducta est, *l.* 92. D. *de condit. & demonstr.* *Velut* uti possidetis interdictum, pro utili interdicto uti possidetis, in *l.* 1. §. 2. D. *de superfic.* *Velut.* pacto transegisse dicitur, qui contentus fuit, pignora in creditum possidere, *l.* 15. §. 3. D. *de re judicat.*

Simili ratione *velut* usurpatur, pro quasi, *l.* 17. *C. de donat l. ult. C. de usucap. pro herede l.* 2. §. 15. *D de orig. jur.* Tribunus Celerum secundum veluti locum a regibus obtinebat.

Velut determinationem sive reduplicationem notat in *l.* 4. §. 6. *D. de manumiss.*

Veluti si, id est, non aliter quam si : *l.* 18. §. 2. *D. de castrens pecul.*

Veluti procul, *l.* 4. §. 1. D. *de servitut.*

VENA. Venæ aquarum : *l.* 1. §. *pen. D. de font.* fontis : *l.* 34. *in fin.* D. *de servit. præd. rust.* & putei : *l.* 24. §. *ult. D. de damn. infect.* Dicitur & *vena* ferri : in *l.* 1. C. *de fabricens.* ubi tamen vulgo mendose *venerabilis*, pro *venæ nobilis* legitur, quemadmodum arguitur ex *l.* 2. *C. Th. eod. tit.* Venæ metallorum & lapicidinarum, in *l.* 13. §. 5. D. *de usufruct.* & venæ saxorum, in *l.* 2. & *l.* 12. *C. Theod. de metallar.*

VENALIS, *e.* Venalium rerum, quemadmodum Quinctilianus *lib.* 8. *cap.* 2. scribit, quum commune sit omnibus rebus, quæ mercis numero habentur, tamen peculiariter servis novitiis tribuitur, *l* 11. *D. de negot. gest. l.* 9. *C. de Judæis.* Inde *venales* Asiatici apud Ciceronem. Sic *venalium* greges accipe apud Varronem *lib.* 1. *de re rust. cap.* 1. Senec. *de benef. lib.* 4. *cap.* 12. Mercator urbibus prodest, medicus ægrotis, mango *venalibus.* Idem *lib.* 2. Detrahis vestimenta *venalibus*, ne quæ vitia corporis lateant. Plin. *lib.* 35. *cap.* 17. Est & vilissima, quæ circum perducere ad victoriæ notam, pedesque venalium, trans mare advectorum denotare instituerunt. Quinctil. *declam.* 338. Quum forte videret puerum venalibus interpositum, & cognovit, & agnitus est. Sueton. *de clar. rethor. cap* 1. Venalitii, quum Brundisii gregem venalium navi educerent, formoso & pretioso puero, quod portitores verebantur, bullam imposuere.

Venale beneficium : *l.* 20. *D. de bonor. possess. contr. tab.* concordium : *l.* 27. D. *de pact. dotal.* Venalis possessio : *l.* 1. C. *de rer. permut.* res : *l.* 19. *C. mandati.* sententia : *l.* 7. *C. quand. provoc.* stipulatio : *l.* 1. §. 6. *D. quar. rer. actio.* ubi alii libri *pœnali* habent.

VENALITIARII adpellantur mangones, id est, mancipiorum negotiatores, qui servorum negotiationem exercent, *l.* 207. D. *de verb. signif.* quis *venalitiarium* vitam exercere ait Ulpianus, in *l.* 73. §. *ult.* D. *de legat.* 3. Mango venalium Plin. *lib.* 7. *cap.* 12. & mangones venalitii, *lib.* 21. *cap.* 26. Adde Salmas. *de fœnore trapezetico p.* 122.

VENALITIUM, pro grege venalium, in *l. ult. in fin.* D. *de ædilit. edict.* & Venalitia multitu-

tudinis numero, in *l.* 5. §. *ult.* D. *de jur. deliber.* Petron. *cap.* 29.

Venalitium alias, est vectigal rerum venalium, quod exigebatur a venditore ob venditionem proponendam, *l.* 1. *C. de veteran.* *l.* 4. *C. de proxim. sacr. scrin.* ibique Dionys. Gothofred. *litt. y.*

VENALITIUS, venalis. *Venalitia* matrimonia, *l.* 2. D. *de donat. int. vir. & ux.* Venalitia familia, quæ venalis habetur, *l.* 31. §. *ult.* D. *eod. tit.* Sueton. in *Augusto cap.* 42. Magna vero quondam sterilitate ac difficili remedio quam venalitias & lanistarum familias urbe expulisset.

Venalitios, qui & venalitiarii, Nonius Marcellus interpretatur venditores, citatque locum & Ciceron. *Orator. cap.* 70. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi *venalitii* mercatoresque superarunt. Add. Sueton. *de clar. rhet. cap.* 1. supra citatur in *venalis.*

VENATIO, in *l.* 26. *D. de usur. & fruct.* est occupatio ferarum quadrupedum, a qua differt aucupium, quod est occupatio avium ferarum, itemque piscatio. Eadem privata est, & quandoque fructus adpellatione venit: *ibid.* Huc pertinet, *l.* 12. §. 12. D. *de instr. vel instrum. legat.* & Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6, §. 22. Venationis instrumentum: Paull. *ibid.* §. 41. & 45.

Venatio edi dicebatur, quum in arena populo bestiarum venatio exhibebatur, *l.* 122. *D. de legat.* 1. *l.* 1. §. 6. *D. de postul. l.* 4. §. *ult.* D. *de administr. rer. ad civit. pert.* Unde Venatorius ludus de quo infra, Venatio ludiaria apud Trebell. Pollion. in *Gallien. cap.* 3. Vet. Gloss. Græc. *Venatio*, κυνηγὺς καλεῖν ἐν τῷ νόμῳ τὺς θηριομάχυς.

VENATOR. Venatoribus immunitas ob hanc professionem concessa non est, *l.* 6. *C. de excusat. muner.* Servi venatores; *l.* 12. §. 12. D. *de instr. vel instrum. legat.* *l.* 99. §. 1. *D. de legat.* 3.

VENATORIUM instrumentum: *l.* 12. §. 12. *D. de instr. vel instrum. legat.*

VENATORIUS ludus in *l.* 8. §. *ult.* D. *de pœn.* pro ludo bestiarum, Vid. in *venatio.*

VENDERE, verbum ad omnem alienationem pertinet, *l.* 8. §. 11. D. *quib. mod. pign. l.* 29. *in fin.* D. *de statulib.* sed proprie ea est, quæ prætio & re inter se commutatis fit. Unde magna differentia est inter *vendere* & rem vendendam dare. Nam si lancem tibi dedi vel massam auri, ut eam venderes, & numis契uteveris, neque venditio, neque mutuum; sed mutuum convalescit, postquam numi ex venditione redacti sunt: *l.* 11. D. *de reb. cred.* Periculum autem rei interim eum spectat, cujus caussa res ad vendendum data est. Nam qui rem vendendam accipit, ut pretio uteretur, periculo suo rem habet, *l.* 4. *pr.* D. *eod. tit.* maxime si sine usuris credita est, & dominus alias rem vendendi propositum non habuerit.

Vendere lege pignoris: *l. ult.* §. 4. *D. de legat.* 2.

VENDICATIO. Vid. *vindicatio.*

VENDITARE, venale habere. Venditare sententiam: *l.* 15. §. 30. D. *de injur. & famos. libell.*

VENDITIO pro re vendita, in *l.* 18. D. *de in diem addict.* *l.* 11. §. 10. D. *quod vi aut clam.*

VENENARIUS, intoxicator, & qui venena miscet, *l.* 28. §. 9. D. *de pœn.* Tertullian. in *Apologet.* Nam si qui forte vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones,

nes, perductores, aquarii, tum ficarii, venenarii, magi. Idem *de pudicit: cap.* 5. Ut tragœdias omittam, sciunt hodie venenarii, sciunt magi. Sueton. *in Neron. cap.* 33. Britannicum veneno adgressus est, quod acceptum a quadam Locusta, venenariorum indice, ventre Britannici moto, mulierem sua manu verberavit. Quod idem Tacit. refert. *Annal. lib.* 13. *cap.* 16. refert. Utitur etiam hoc verbo Jul. Firmic. Matern. *lib.* 6. *Mathes. cap.* 19.

VENENUM, τῶν μέσων ἐςὶ. ut secundum Ulpianum in *l.* 1. §. 3. *D. de serv. corrupt.* loquar, id est, medium nomen est: quemadmodum φάρμακον apud Græcos: ideoque qui *venenum* dicit, adjicere debet, utrum bonum an malum. Nam & medicamenta *venena* sunt, eoque nomine continetur omne, quod adhibitum, ejus rei naturam, cui adhibitum est, mutat; sive ad sanandum, sive ad occidendum paratum est. Venenum quid: Quinctilian. *declam.* 350. *l.* 236. *D. de verb. signif. l.* 3. §. 2. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Unde apud Cic. *de offic. lib.* 3. *cap.* 23. ubi vulgo: qui *vinum fugiens vendit sciens*, in vetustis codicibus *venenum fugiens* legitur, id est, medicamentum. Non Marcell. medicinam, ait, & venenum dicimus: tractum a Græcis, qui venenum φάρμακον adpellant. Servius *ad Virgil. Georg. lib.* 1. *v.* 129. *Ille malum virus.* Bene ait, *malum*, ad discretionem. Nam virus & bonum & malum est, sicut venenum, quod idem est.

Inde adeo ejus veneni, quod nocet, *mali* adjectione distinctio fit, *l.* 9. §. 1. *D. ad leg. Aquil. l.* 35. §. 2. D. *de contrah. emt. l.* 7. D. *ad leg. Pomp. de parricid. l.* 4. §. 1. D. *famil. ercisc.* Et hujusmodi venenum Quinctil. *declam.* 350. interpretatur, potionem mortis caussa datam. Inter venena autem cantharidas Tertullian. *lib.* 1. *advers. Marcion. c.* 14. ponit. Nec dissentit Marcianus, in *l.* 3. §. 3. D. *ad leg. Cornel. de sicar.*

Frequentius tamen jam olim de *malo* usurpatam hanc vocem, hodie autem omnino non dici venenum nisi de malo, notat, & responsum Alexandri, quo, testimonio aliaque imperfecta & ambigua esse statuit, si aiunt de veneno, nec addunt de malo, refellit Alber. Gentilis *cap.* 16. *lection. Virgil. p.* 152. Sic venenum conficere: *l.* 1. §. 1. *D. ad leg. Cornel. de sicar.* Venenum per vim infusum, in *l.* 1. §. 18. *D. de SC. Silan.* Veneno peremtus: *l.* 9. *C. de his, quæ ut indign.*

VENERABILIS Augusta; §. *ult. Inst. de usucap.* ecclesia: *l. ult. C. Theod. de patrocin. vicor.*

Venerabiles domos locosque in constitutionibus recentiorum Imperatorum exaudire opportet, ecclesias, xenones, ptochotrophia, nosocomia, brephotrophia, orphanotrophia, & alia id genus, *l.* 18. & 19. *C. de sacros. eccles. l.* 33. & 37. *C. de episcop. & cler.* Quorum verborum interpretatio hæc est; Xenodochium, ait, est locus venerabilis, in quo peregrini suscipiuntur. Ptochotrophium est locus venerabilis, in quo parentibus orbi pueri pascuntur. Gerontocomia est locus venerabilis, in quo pauperes & propter senectutem solam infirmi homines curantur. Brephotrophium est locus venerabilis, in quo infantes aluntur. Ut orphanotrophium interprete Moschopulo περὶ σχεδῶν, ἔνθα οἱ ὀρφανοὶ τρέφονται, in quo orbi aluntur.

VENERANDA respublica, *l.* 33. *D. de injur. & famos. libell.*

bell. antiquitas : *l.* 3. C. *Theod. de decurion.* fides : *l.* 2. C. *Th. ne Christian. mancip.* urbs : *l.* 6. C. *Th. de adpellat.* Veneranda consistorii secreta : *l.* 7. *C. Th. de privil. eor.* Venerandum vinculum cognati sanguinis ; *l.* 6. *C. Th. de indulg. crimin.*

VENERATIO majestatis : *l.* 7. §. 3. D. *ad leg. jul. majest.* Veneratio hic non actus venerandi est, sed ipsa dignitas & magnitudo principis. Tacit *Annal. lib.* 1. *cap.* 34. *A veneratione Augusti exorsus :* ubi genu flexum & manum ori admotam frustra fingit Aurelius. Idem *Annal. lib.* 12. *cap.* 42. Augebat venerationem feminæ. Senec. *ad Polyb. cap.* 21. Qui munere fortunæ tantum venerationem receperat. Vid. Jo. Frid. Gronov. ad *Tacit. Annal. lib.* 1. *c.* 34. Hein.

VENIA pro permissu, in *tit. D. de in jus voc.* ut patet ex verbis edicti Prætoris. Venia impetrata ab edicto prætoris, Macrob. *lib.* 7. *Saturnal.*

Veniæ ætatis concessio est privilegium, quo Princeps minori jus legitimæ ætatis tribuit, ut tamquam major sine curatore agere & bona sua administrare possit. *Rubr. C. de his, qui ven. ætat. impetrav.*

Venia erroris, *l.* 17. *D. de minor.* id est, condonatio. Veniam habet ignorantia : *l.* 29. D. *de excusation.* Veniam sententiæ consequi : *l.* 4. C. *de his, quæ sibi.* Venia juris ; *Collat. Leg. Mos. & 2. tit.* 1.

VENIENTANA *gemma.* Ejus meminit *l.* 19. §. *penult.* D. *de aur. arg. leg.* Eam Plinius & Isidorus gemmam esse a Veientibus repertam, nigram facie, albis intermicantibus notis scribunt. Ducker. *de Lat. vet. jur. p.* 302.

VENIRE in actionem dicuntur, quæ ex vi & natura actionis peti possunt, *l.* 14. §. *ult. D. de reb. auct. jud. possid.* Venire in actiones, & in stipulationem : *l.* 18. §. 4. D. *de damn. infect.* Sic & fructus venire in actionem dicuntur, *l.* 56. *D. famil. ercisc.* Venire in æstimationem : *l.* 3. *D. de tab. exhib.* in caussam transactionis ; *l.* 30. §. *ult.* D. *de except. rei judicat.* in computationem : *l.* 9. §. 1. *D. de donat.* venire culpam : *l.* 15. §. 11. *D. quod vi aut clam.* in damnationem : *l.* 42. D. *de rei vindic.* in rationem damni : *l.* 4. §. 1. D. *de aqu. & aqu. pluv. arc.* in divisionem : *l.* 12. *C. de collat.* in Falcidiæ rationem : *l.* 41. D. *de donat. mort. causs.* in interdicto ; *l.* 52. *D. famil. ercisc.* in judicium : *l.* 4. §. 2. *D. finium regundor.* in petitionem : *l.* 68. D. *de legat.* 2. in restitutionem : *l.* 27. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* in stipulationem : *l.* 68. D. *de verb. oblig.* in stipulatione : *l.* 21. *D. eod. tit.* in venditionem ; *l.* 2. §. 2. *D. de hered. vel act. vend.*

Venire culpa & dolus dicuntur quæ præstanda sunt, in *l.* 15. §. 11. *D. quod vi aut clam. l.* 45. *D. famil. ercisc.*

Venire pro ire, ingredi. Venire in possessionem : *l.* 33. §. *ult. D. ad leg. jul. de adquir. possess.*

Venire, pro adire, accedere. Venire ad accusationem : *l.* 2. §. *ult. D. ad leg. jul. de adulter.* ad condictionem : *l.* 15. *D. de condict. indebit.* ad judicem : *l.* 27. *D. de donation.* ad judicium : *l.* 1. *D. de feriis.* ad prætorem : *l.* 1. §. 1. *D. de inspic. vent.*

Venire, pervenire. Venire in familiam : *l.* 9. *D. de adimend. legat.* in funus : *l.* 10. *D. de legat.* 3. in libertatem : *l.* 12. *D. qui & a quib.* in ordinem decurionum : *l.* 1. *D. de albo scribend.* in servitutem : *l.* 14. *D. de pœn.*

Venire, procedere. Venientes

a domino perſonæ : *l.* 8. §. *ult. D. rat. rem. haber.*

Venire ad bona : *l.* 20. §. 1. *D. de bonor. poſſeſſ. contr. tab.* ad bonorum poſſeſſionem : *l.* 3. §. 5. *l.* 6. *D. eod. tit.* ad hereditatem : *l.* 24. *D. de condit. inſtit.* Venientes heredes ex quolibet gradu ; *l. ult. C. famil. erciſc.* ab inteſtato : *l.* 81. *D. de legat.* 2. Venire ad legatum : *l.* 33. D. *eod. tit.* ad ſubſtitutionem : *l.* 43. §. *ult. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ad ſucceſſionem : *l.* 2. *D. de natal. reſtituend.*

Venire ex contractu actiones : *l.* 23. §. 4. *D. ædilit. ædict.*

Venire pro adeſſe. Sic : venit conditio : *l.* 13. §. 5. *D. de pignor.* dies : *l.* 4. *D. de judic.* dies penſionis : *l.* 14. *D. de pignor.* exigendarum pecuniarum : *l.* 8. *D. de admin. & peric. tut.*

VENIRI pro venire & venum dari , *l.* 3. *D. de obſeq. a liber. & libert. præſt.*

VENTER adpellatur a juriſconſultis uterus , quem mulier geſtat , vel animal , quod in utero eſt : *l.* 12. *pr. D. bonor. poſſeſſ.* & qui in utero eſt. Et ita *venter* dicitur inſtitui , exheredari , vel præteriri : *l.* 84. *D. de adquir. hered.* Inde ventrem in poſſeſſionem mitti & ventri curatorem dari dicunt : *l.* 7. §. 10. *D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.*

Ventrem facere dicitur paries , qui ex vitio inclinat , *l.* 17. *pr. D. ſi ſervit. vind.* Voſſ. *lib.* 4. *inſt. orat. cap.* 6.

VENTILATA quæſtio , id eſt , diſceptata , *l.* 4. §. 3. D. *de dol. mal. & met. except.*

VENTOSUS dies : *l.* 30. §. *penult. D. ad leg. Aquil.*

VENTRALE, in *l.* 6. D. *de bon. damnat.* eſt faſcia ventri adpoſita , in qua & numos & res alias ferebant. Merill. *obſ. lib.* 3. *cap.* 1. Cujac. *lib.* 10. *obſ. cap.* 28. Adde Salmaſ. ad *Script. Hiſt. p.* 153.

VENTO vivere , *l. ult. C. de pupill. aliment.*

VENULEIUS Saturninus Juriſconſultus , is eſt , qui Quintus Saturninus vocatur , in *l.* 13. §. 5. *D. de jurejur. l.* 2. D. *ſi ingen. eſſe dicat. l.* 1. D. *de Senator.* Sed id non adeo certum.

Claudius Saturninus , qui idem procul dubio , ac Quintus , ſub Antoninis Pio & Marco vixit , *l.* 1. §. 2. *D. quæ res pign. vel hypoth. l.* 6. §. 7. *D. mandati. l.* 4. *pr. D. de legation.* Venuleius Saturninus demum ſub Caracalla & Alexandro floruiſſe videtur , idque ex *l.* 1. *C. de excuſat. veteran. & l.* 1. *C. quib. non objic. long. temp. præſcr.* colligit Guid. Pancirol. *Variar. lect. I.* 79. Venuleius ſcripſit libros actionum decem , Diſputationum libros ſeptem , Interdictorum libros ſex , De officio proconſulis libros quatuor , Publicorum libros duos , Stipulationum libros 19. & librum ſingularem de pœnis paganorum. Hein.

VENUMDARI paſſus , *l.* 7. D. *de liberal. cauſſ.*

VERBERA a magiſtro adlata , vel parente , emendationis non injuriæ gratia data creduntur , *l.* 16. §. 2. D. *de pœn.* Hujuſmodi *verbera* etiam intelliguntur in *l.* 1. *C. Theod. de ſtud. liberal. urb. Rom.*

Verbera ſervilia , *l.* 12. D. *de jur. fiſc.* interpretatur Briſſonius , *lib.* 3. *c.* 9. *antiqu.* flagra , flagella , lora , quibus ſervos rumpi ſolitos conſtat , *l.* 9. §. *pen. & l.* 15. §. 28. D. *de injur.* & ex veteribus comœd.

VERBERARE & *pulſare* in lege Cornelia de injuriis hoc differunt , quod verberare eſt cum dolore cedere , pulſare ſine dolore , *l.* 5. *pr. &* §. 1. D. *de injur. l.* 22. §. *ult. D. rem rat. haber.*

habet. Quamquam illud rurfus diffitendum non fit, non perpetuum effe eam differentiam, fed confundi ut plurimum has voces, *l.* 4. § 13. D. *vi bonor. rapt.* Reprehendit igitur Ulpianum & Offilium Laurent Valla *lib. 6. elegant. cap.* 47. Sed vide Alexandr. ab Alexand. *lib. 3. genial. dier. cap.* 19. *& quæ hac de re docte* difputavit Ducker. *de Latin. vet. jurifc. p.* 146.

VERBERATIO viculorum; *l.* 7. *D. de pæn.*

VERBOSI commentarii apud Caium, in *l.* 1. D. *de orig. jur.* adpellantur, qui meram continent ἀδολεσχίαν, loquacitatem, eodem fenfu, quo *verbofæ* adfertiones dicuntur, in *l. ult.* §. 1. *C. de adpellat.* ubi talibus uti interdicitur & litigatoribus, & libellorum dictatoribus, feu advocatis.

VERBOTENUS, *l.* 44. §. *ult. D. ad SC. Trebell. l.* 19. §. 2. *D. de ædil. edict.*

VERBUM. *Verba* alia *directa* funt & *civilia* & *legitima*, feu *principalia*, feu *imperativa*. Alia funt *precaria* & *inflexa*, ut fuis locis expofitum fuit. Et Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Verba, quæ hereditate a Rege Romulo venerunt. De verbis precariis, in *l.* 15. C. *ad leg. Falcid. l.* 11. *C. de fideicom. libert.* quæ & verba fideicommiffi, *l.* 13. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* Ita verbis legati & fideicommiffi, relinquere feparantur, in *l.* 101. *D. de condit. & demonftr.*

Verbis contrahitur obligatio per interrogationem & refponfionem, ut Caius in *l.* 1. *in fin. D. de verb. oblig.* & *lib.* 2. *Inft. tit.* 9. §. 2. & Juftin. *Inft. pr. de verb. oblig.* fcribit. Sic verbis credimus, *l.* 2. §. *ult.* D. *de reb. credit.* Verbis obligatio; *l.* 2. § 4. D. *ad SC. Vellei.* & verborum obligatio; *l.* 35. *D. de regul. jur.* quæ pro ftipulatione ponitur, in *l.* 1. C. *de rer. permut. l.* 6. *C. de jur. dot.* Vetus Gloffar. Græcum: *Βέρβοις, ἀγωγὴ περὶ ψιλῶν λόγων, ὅταν ἐξ ἐπερωτήσεως ἢ συμφόνου ἀπόκρισις συνίσταται.* Quæ verbis contrahitur obligatio, eadem quoque verbis folvitur, *l. ult. D. de acceptil.* Senec. *lib.* 6. *de benef. cap.* 5. Quamvis non intervenerint numi, fed delegatione & verbis perfecta folutio fit. Sed & *Verborum* obligationis tres conftituuntur fpecies: ftipulatio, *l. cum patron. C. de jur. dot.* Dictio dotis, quæ verbis quoque follemnibus fiebat, nulla tamen interrogatione præcedente, nam Caius 2. *Inft.* fcribit dictione dotis fine interrogatione tres tantum perfonas obligari; mulierem quæ nuptura eft, debitorem mulieris, parentem mulieris virilis fexus. Tertia fpecies eft, jusjurandum liberti jurantis fe donum, munus, operas patrono daturum, nam ut *ibid.* Caius fcribit, libertus fine interrogatione promittens verbis obligatur. Alii duas tantum conftituunt: unam quæ expreffis verbis fit utroque loquente, fefeque exaudiente, *l.* 1. *D. de verb. oblig.* Aliam tacitam, quam lex fingit, *l. un. C. de rei uxor. act.* Add. Cujac. *ad l. fi unus* §. *fi acceptil.* D. *de pact.*

Verbis tantum conjuncti legatarii dicuntur, qui ad eamdem rem, eadem propofitione, fed adjectis partibus intellectualibus vocantur: v. g. Titio & Sempronio ædes meas do, lego, æquis partibus: *l.* 89. *D. de legat.* 3. Re & verbis fimul feu mixtim, qui ad eamdem rem, eadem propofitione, fimpliciter & indivifim vocantur, v. g. Titio & Sempronio ædes meas de lego: *d. l.* 89. *& l.* 142. D. *de verb. fignif.*

Verba facere pro abfente, *l.* 33. §. 2. D. *de procurat.*

Ver-

Verbum commune, id est, formula, *l.* 4. §. 2. D. *de vulg. & pup. subst.* Sic & *l.* 33. D. *de pignor. action.*

VERE datum, id est bona fide: *l.* 40. D *de statulib.* Vere distraxisti, & donationis caussa, opponuntur, *l.* 8. D. *de contrah. emt.* Vere reus dicitur fidejussor, ad quem pecunia pervenit, *l.* 5. D. *de liberat. legat.* Vere caussa perorata, id est juste, *l.* 6. D. *de quæstion.*

VERECUNDE denunciare, *l.* 4. §. 5. *D. de damn. infect.* postulare: *l.* 1. §. 8. D. *de offic. præf. urb.*

VERECUNDIA curatorum: *l.* 5. §. 6. D. *de administr. & peric. tut.* non jurantis: *l.* 25. §. *ult.* D. *de pecun. constit.* materna; *l.* 31. §. 1. *D. de donat.* Verecundiæ obsequi: *l.* 41. D. *de oper. libert.* Verecundiam pulsare: *l.* 8. D. *de adim. legat.* Verecundia sexus: *l.* 1. §. 7. *D. de suspect. tut.*

VEREDARIUS, *Veredus* in *l.* 4. & 7. *C. de curs. publ. l.* 18. §. 21. *D. de munerib.* a Græco verbo, βερηδεύειν, quod currere significat, venit, ut doctissimus Faber, in veteri Lexico Brissonii, notavit. Auson. *Epist.* 8. *v.* 8. Vel celerem manum vel raptum terga veredum. Conscendas, propere dummodo jam venias. Isidor. *lib.* 12. *Etymol. cap.* 1. Veredos ab eo dictos tradit, quod veherent rhedas, vel quod per vias publicas currerent, per quas & rhedæ ire solebant. Procop. *lib.* 2. *de bello Persico* equos publicos, cursuales veredos adpellari Latinis scribit. Inde veredarii apud Cassiodor. *lib.* 2. *var. epist.* 31. *lib.* 5. *epist.* 39. Hi sunt teste eodem Procopio *lib.* 3. *de bel. Persic.* qui equis celeriter vecti, regias perferunt litteras. In quodam libro veteri scriptum est: Veredarii dicuntur a vehendo, quia festinanter in equis currunt, nec descendunt de equis, antequam sua responsa liberent. Habent pennas in capite, unde intelligitur festinatio itineris, daturque eis semper equus paratus, non manducant, nisi super equis quando proficiscuntur. Veredus dicitur, qui vehit currum, vel qui parva rheda vehit. Rheda hoc est parvus currus. Cujus rei fides sit penes illum incertum auctorem. Certe, quale id sit, constat olim nuncios πτεροφόρους fuisse. Vid. Cœl. Rhodigin. in *Var. Lect.*

Sed & *Veredus* pro equo viatorio, qui nec cisium nec rhedam vehat, ab Ausonio in loco supra citato ponitur, & *Epist.* 17. *v.* 13. Non cisium aut pigrum caveas conscende veredum. Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi. Et apud Martialem pro equo venatico, *lib.* 13. *epigr.* 14. Parcius utaris moneo, rapiente veredo. Prisce, nec in lepores tam violentus eas.

VERHEDI pro Veredi, *l. ult. D. de mun. & honor.*

VERITAS juris, *l.* 33. C. *de fideicomm.* naturæ: *l.* 6 D. *ad municip.* Errore veritas originis non amittitur *ibid.*

Veritatem & pœnam opponit, *l.* 2. §. 1. D. *quod fals. tut.* Veritatem & quantitatem: *l.* 1. §. *ult.* D. *qui satisd. cog.*

In *veritate*, id est, revera: *l.* 2. C. *quib. ex causs. major.* Ex veritate: *l.* 42. D. *ad leg. Falcid.* secundum rei veritatem: *l.* 62. *D. eod. tit.*

VERNA, proprie adpellatur servus domi nostræ ex nostra ancilla, vel servo natus, Græcis οἰκογενής. §. 20. *Inst. de legat. l.* 36. *D. de legat.* 1.

VERRES, κάπρος, domesticum animal, sed ferox, *l.* 40. D. *de ædil. edict.*

VERSARI dolose; *l.* 51. D. *de*

de recept. arbitr. dolo vel culpa: *l.* 2. *D. si mens. fals. mod.* imperite & negligenter *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit.* in publicis legationibus: *l.* 4. *C. de legation.* male in re locata: *l.* 5. *C. de locat. & conduct.*

Versatur res in caussæ cognitione: *l.* 14. §. 2. *D. quod met. causs.*

Versari in lucro: *l.* 3. *D. de vi & vi armat.* in obligatione: *l.* 6. *D. de reb. credit.*

Versari delictum in actione; id est, venire & præstari in actione, quod dolo vel delicto corruptum est, *l.* 49. *D. de oblig. & action.* Sic quoque delictum in actione negotii gesti; solummodo versari, id est, venire Ulpianus dixit, *l.* 3. §. 2. *D. de negot. gest.* & Jurisconsultus, in *l.* 8. §. 8. *D. quib. mod. pign.* Sic quoque versari utilitatem, id est, agi de ea, in *l.* 5. §. 2. *D. commodat. l.* 1. *D. de negot. gest. l.* 20. *D. de hered. petit.*

Versari in rem, pro verti, *l.* 27. *D. ad SC. Velleian.*

VERSICOLOR. Ea adpellatione continentur, quæ tincta sunt & neta, neque detexta, neque contexta: veluti purpura, coccum, & alia id genus. Quæ vero native colore vel alba vel nigra sunt, versicoloribus non adnumerantur, *l.* 70. §. 12. *l.* 78. §. 5. *D. de legat.* 3. *l.* 32. §. 6. *D. de aur. arg. legat.*

VERSICOLORIA ergo Jureconsultis non sunt, quæ pro diverso adspectu varios colores præferunt, uti colla columbarum, quod Græci ἄλλαιον χρῶμα adpellitant, sed quæ pro nativo, alio colore tincta sunt. Salmas. *ad Script. hist. Aug. p.* 39. Hein.

Versicoloria lana, Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 82. Plin. *lib.* 35. *c.* 47. vestis: *l.* 32. §. 7. *D. de aur. arg. legat.*

VERSURAM facere mutuam pecuniam sumere: ex eo dictum, quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, vel ut verterent creditorem Fest. Donat. in Phormion. Versuram facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno solvit. Juxta Salmas. *de usur. cap.* 1. nihil aliud est versuram facere quam pecuniam sumere mutuam. Versutam enim est ἀμοιβὴ sive mutuum. Cic. pro Cælio: Tabulas qui in patris potestate est, nullas conficit: versuram numquam omnino fecit ullam. Apud Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.* 16. Versura pro usura poni videtur, his verbis: Postremo, inquit, vetita versura, multisque plebiscitis obviam itum fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes rursum oriebantur. Nisi pro *versura usuram* malis ponere.

VERSUS, *a*, *um*. In rem versum dicitur, quod in patrimonium reductum est, *l.* 2. *D. quod cum eo, qui in al. pot.* Versum autem in rem, quod ad actionem *de in rem verso* attinet, videtur, puta agrum colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, ut Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 9. §. 1. scribit. Ulpianus autem *in rem versum* videri ait, sive id ipsum, quod servus accipit, in rem domini convertit, veluti si triticum acceperit, & id ipsum in familiam domini cibariorum nomine consumserit, aut si pecuniam a creditore acceptam dominico creditori solverit, & generaliter toties de *in rem verso* esse actionem, quibus casibus procurator mandati, vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem, quotiesque aliquid consumsit servus, ut aut meliorem rem dominus haberet, aut non deteriorem: *l.* 3. §. 1. *D. de in rem vers.*

Actio

Actio *de in rem verso* est actio personalis, (adiectitiæ qualitatis) qua contrahens cum filio familias vel servo, in utilitatem patris vel domini, ab his implementum contractus poscit. Vurffel. *jurispr. defin.* §. 360

VERSUTUM jus: *l.* 28. *C. ad leg. jul. de adulter.*

VERTERE. Vertisse *in usus suos* pupillarem pecuniam, ut usuris maximis subiiciatur tutor, videtur, qui sibi sumsit ex administratione nummos, vel clam, vel quasi sua pecunia licenter abusus est. Nec enim utique, qui non fœneravit, vel non deposuit, vel qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi non solvit, vel qui nec pecuniam pupillarem suo nomine fœneravit, in usus suos vertisse intelligitur, *l.* 7. § 4. *l.* 46. & 54. *D. de admin. & peric. tut. l.* 38. D. *de negot. gest.* Quod si tutor in usus suos pecuniam converterit, inde aliquid in rem pupillarem impenderit, quantum impenderit, vertisse desinit, *l.* 3. §. 3. *D. de contrar. tutel. & utili action.*

VERTI, id est, agi, agitari, versari. Sic *verti* in caussis: *l.* 1. §. *ult.* D. *de interrog. in jur. fac.* in caussæ cognitione: *l.* 7. D. *de jure deliber.* in cognitionem: *l.* 1. C. *de ordin. judic.* in animo donatio: *l.* 33. D. *de don. int. vir. & ux.* jus non factum in stipulatione: *l.* 38. §. 6. *D. de verb. oblig.* jus potestatis: *l.* 3. §. 7. D. *de donat. int. vir & ux.* legatum unius rei inter personas: *l.* 10. D. *de option. legat.* periculum: *l.* 15. §. 6. D. *de re judic.* in interdicto possessio: *l.* 14. §. *ult.* D. *de except. rei judic.* privilegium: *l.* 74. D. *de jur. dot.* quæstio in judiciis: *l.* 22. *D. de except. rei judic.* ratio lucri: *l.* 98. D. *de regul. jur.* utilitas: *l.* 5. §. 2. D. *commodati.*

VERUM, pro tamen, *l.* 11. §. 7. D. *de injur.* Sic & verum tamen: *l.* 1. §. *ult. D. ut legat. servand.*

VERUS, *a*, *um.* Verum aliquando pro eo quod justum est, ut in *l.* 31. §. 4. D *de donat. int. vir & ux.* Sic vera æstimatio, & verum pretium: *l.* 7. §. 12. *junct. l.* 10. *in fin.* D. *commun. divid. l.* 5. *pr.* D. *de in rem vers. l.* 5. § 12. *D. de bonor. possess. contr. tab.* Hor. *lib.* 1. *epist.* 7. *v.* 98. Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Idem *lib.* 2. *serm. sat.* 3. Ad quodcumque facit Mæcenas, te quoque verum est. Idem *lib.* 1. *epist.* 12 *v.* 23 Nil Grosphus nisi verum orabit & æquum. Sic Papinianus: *Vere* caussa perorata, *l.* 6. D. *de quæstion.* Cic *lib.* 2. *ad Attic. epist.* 1 Quid verius, quam in judicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam accepisset? Idem pro *Quint. cap.* 5. Continuove vera caussa fuisset, cur a prætore postulares, ut bona possideret. Et paullo post: Continuove verum fuit, postulare ut ex edicto bona postulare liceret. Idem *pro Rosc. Amer. cap.* 30 L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum ac sapientissimum judicem putabat. Priscian. *lib.* 18. *p.* 1180. Justum, inquit, pro vero, & verum pro justo frequenter tam nos, quam Attici ponimus. Sophocles: Αἴαντι δίκαιος γόνος, Virgil. 12. Æneid. Quæcumque fortuna mea est me verius unum. Verius pro justius dixit. Hæc Priscianus. Cujus opinione ut Sophocles δίκαιον γόνον, pro *vero*, sic Labeo jurisconsultus *verum* filium, pro justo ac legitimo dixit, *l. ult.* D. *de jure deliber.* Atque ita fortasse id verbum accipiendum est, quum dicimus *vera* ratione, *l.* 3. *princ.* D. *ad leg. Falcid.* Cic. *Paradox.* 1. Vide

Vide Rad. Forner. *lib.* I. *rer. quotid. cap.* 19. & Gronov. ad Senec. *lib.* 2. *de ira cap.* 29. *n.* 5.

Verus procurator, titulus, tutor, opponuntur falsis, *l.* 14. D. *de solution. l. ult.* C. *de usucap. pro hered. l.* I. §. I. *l.* 10. D. *quod fals tut. auct.*

VESANUS, qui sine sanitate est, *l.* 242. §. 3. *D. de verb. signif.* Ve enim particula ut augendæ aliquando, ita minuendæ rei hic valet. Gell. *lib.* 5. *Noct. Attic. cap.* 12.

VESICAM vitiosam habens redhiberi potest: *l.* 14. §. 4. D. *de Ædil. edict.*

VESPERÆ, una ex horis ecclesiasticis, quæ sub vesperam dicitur, quam eamdem esse cum *lucernario* volunt viri docti; quia dum lucernæ accendebantur, preces vespertinæ recitari solebant. Duodecimæ horæ etiam adpellantur, in *Concil. Turon. c.* 4. quia ultima diei hora recitabantur, vel in memoriam ultimæ cœnæ, a Christo institutæ, vel Christi hac hora de cruce depositi: & ideo quinque psalmi, in memoriam Christi vulnerum recitantur. Sed postea ecclesia constituit, ut post nonam decantarentur, quo plures de populo adesse possent.

VESPERTINIS temporibus in publico esse magistratibus inconveniens est, *l.* 2. §. 31. D. *de orig. jur.*

VESPILLO. Vid. *Vispellio.*

VESTIARIUM, pro vestitu: *l.* 83. D. *condit. & demonstr. l.* 3. §. 4. *D. si cui plusquam per leg. Falcid.* & alibi.

At *Vestiarium* in postremis libris Codicis, & in Notitia Imperii Rom. accipe, in quo vestes principis conduntur, & reponuntur. Moschopul. ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Βεστωπράτης, ὁ ῥάπτης, βέστια γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ τὸ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Guil. Tyrius *lib.* 2. *de bello sacro cap.* 15. Quo facto ex Imperialibus vestiariis oblata sunt prædicto viro munera in auro, vestibus, vasis & pretiosis lapillis. Huic *vestiario* Comes præponebatur. Erat & *vestiarii sacri* scrinium. Hujusmodi erat etiam *vestiarium* Patriarchii Lateranensis, in quo videlicet sacra Pontificum indumenta, & cetera ad sacra peragenda supellex, de quo Cæs. Rapson. de *Basilic. & Partriarch. Lateranens. lib.* 4. *cap.* 12. Unde qui ei præpositi & supellectilis hujus custodes erant, *Vestiarii* adpellabantur. Idem *lib.* 3. *cap.* 17. *p.* 264.

VESTIARIUS negotiator, *l.* 45. *D. de oper. libert.* Vestiarii, in *l.* 5. D. *de institor. action.* & apud Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 58. & 72.

VESTIBULUM quod a Græcis πρόθυρον, προπύλαιον a D. Marco *cap.* 15. & a D. Matth. *c.* 26. πυλὼν adpellatur, est aditus ædium, *l.* 19. §. 1. D. *commun. divid.* Cujac. ad *l.* 157. D. *de verb. signif.*

VESTICULA, *l.* 18. §. 13. D. *de instruct. vel instrum. legat.*

VESTIGATOR, a vestigiis ferarum, quas indagatur, dicitur, ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat. p.* 25. Meminit Caius in *l.* 12. §. 12. D. *de instruct. vel instrum. legat.* Is a Lucano, *lib.* 4. *Pharsal. v.* 440. has paraphrasi signatur: Nec creditur ulli Silva cani, nisi qui presso vestigia rostro Colligit.

E VESTIGIO: *l.* 35. D. *de negot. gest.*

VESTIMENTUM Vestimentorum esse, Ulpianus ait, omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, injiciendi, accumbendique caussa parata sunt, *l.* 23. §. 1. D. *de aur.*

aur. arg. legat. Vestimentumque id accipitur, quod detextum est, etsi defectum non sit, id est, si consummatum sit, non etiamsi nondum pertextum, vel detextum in tela adhuc sit.

Vestimentorum autem quædam *virilia* sunt, quæ scilicet ipsius patris familias caussa parata sunt, & quæ ad usum virilem salvo pudore attinent. Muliebria vero, quæ ad usum matris familias spectant, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione: veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, *l.* 23. §. 2. D. *eod. tit. l.* 127. *D. de verb. signif.* Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 80. 81. Et Varro *lib.* 9. *de ling. lat. p.* 131. Tunicam virilem & muliebrem dicimus, ait, non eam, quam habet vir aut mulier, sed eam, quam habere ex instituto debet. Potest enim muliebrem vir, & virilem mulier habere, ut in scena ab actoribus haberi videmus: sed eam muliebrem dicimus, quæ de eo genere est, quo indutæ mulieres, ut uterentur, est institutum. Mentem autem legantis hac in re inspiciendum esse Pomponius in *l.* 33. *D. de aur. arg. legat.* scribit, ut si testator solitus fuerit uti quadam veste, quæ etiam mulieribus conveniens est, ea virilis adpellatione contineatur. *Vestis* plane absoluta adpellatione tam virilis, quam muliebris, & scenica, etiamsi tragica & citharœdica sit, continetur, *l.* 127. *D. de verb. signif. l.* 15. §. 5. D. *de usufruct.*

Est & tertium *vestimentorum* genus, *communium* puta, quibus promiscue utitur mulier cum viro, *l.* 23. §. 2. D. *de aur. arg. legat.* Quo pertinet, quod Pomponius ait, *l.* 4. D. *de donat. int. vir. & ux.* Si vir uxoris, aut uxor viri vestimentis usus vel usa fuerit, valere donationem. Vestimenta autem, quæ sui nomine confecit uxor muliebria, mulieris esse; sed viri nomine vestimenta confecta virilia, viri esse. Idem respondet *l.* 31. §. 1. D. *eod. tit.* Vide quæ de ejusmodi promiscui usus vestimentis observavit Guil. Forner. *lib.* 1. *selection. cap.* 1.

Hæc de divisione *vestimentorum* in virilia, muliebria & communia. Muliebris vestes iterum in ancillares, meretricias & matrum familias distinguntur, in *l.* 15. §. 15. D. *de injur.* Ubi vestis *matrisfamilias* est stola, id est, tunica talaris, cui adsuta instita & palla. Vestis *meretricia* brevis tunica, ad instar virilium, & toga. Vestis *ancillaris* tunica brevior ad medium crus pertingens, nulla adsuta instita, nec toga injecta, quo ipso a meretricibus distinguebantur. Vid. Octav. Ferrar. *Part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 23. *p.* 252. Hein.

Sunt præterea etiam vestimenta *puerilia*, quæ ad nullum aliud usum pertinent, nisi puerilem, *l.* 23. §. 2. D. *de aur. arg. legat.* Sunt & familiarica quæ ad familiam vestiendam parata sunt, *ibid.*

VESTIS an vestimentum legetur, nihil interest, *l.* 23. & 33. D. *de aur. aur. legat.* Ejusque absoluta adpellatione tam virilis quam muliebris continetur, *l.* 127. D. *de verb. signif. l.* 15. §. 5. D. *de usufruct.*

Vestes etiam ex pellibus constare, ait Ulpianus in *l.* 23. §. 3. D. *de aur. arg. legat.* quum & tunicas & stragula pellicea nonnulli habeant, *l.* 24. D. *eod. tit.* Adparet autem ex *l.* 25. D. *eod. tit.* non de Romanorum, sed barbarorum vestitu eum sentire, ut observavit Strauchius *dissert.* 2. *ad Tacit. Germ. cap.* 3. §. *ult.* Romanos enim pelliceis vestibus non usos esse, ex Varrone, *de re rustica lib.* 2. *cap. ult. constat.*

Vestis

Vestis militaris, de qua est *tit. C. Th. de vest. milit.* Hujus meminit Veget. *lib. 2. cap. 19.* Nec aliquibus, inquit, milites institui deputabantur obsequiis, nec privata iisdem negotia mandabantur: siquidem incongruum videbatur Imperatoris militem, qui *veste* & annona publica pascebatur, utilitatibus vacare privatis.

Vestis sacræ Comes. Vid. supra *Comes sacræ vestis.*

De *scenicis vestibus*, quarum in *l. 127. D. de verb. signif.* & *l. 15. §. 5. D. de usufr.* fit mentio, quæve varii erant generis, quædam dixit Guil. Forner. *Selection. I. 21.* Hein.

VETARE etiam dicitur qui ignorat, hoc est, qui non consentit, *l. 48. §. 3.* D. *de furt.*

Vetari minori 20 annis, & permitti majori 20 annis differunt, *l. 1. D. de manumiss.*

Vetitus rationes reddere servus, *l. 119.* D. *de legat. 1.* Per enallagen subjectorum, pro eo, quod dicendum fuisset: heres vetitus fuit, ne a servo rationes exigeret, *l. 23. §. 2. D. de pecul. legat.*

Vetari testamento tutor esse, *l. 8.* D. *de testam. tut. l. 114. §. 14.* D. *de legat. 1.*

VETAVERIT fœtus, pro hebetaverit, in *l. 2.* C. *de censitor. & peræquator.* scriptum est: quemadmodum patet ex *l. 1. C. Th. eod. tit.*

VETERARIUS dicitur, qui justam missionem legitimis impletis stipendiis consequutus est, *tit.* D. *de veteran. tit. C. de excusat. veteran.* & passim. Justinianus in *§. 1. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* etiam dimissis militibus, id est, veteranis, est concessum. Veteranis habitus honor, *l. 5.* C. *de pœn.* Vetus Glossar. Græcum: Veteranus, ὁ πεπαλαιωμένος καὶ ἀφεθεὶς τῆς στραθείας. Vicena olim stipendia legitima. Suidas: Βετεράνος παρὰ Ῥωμαίοις, ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. Ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ ἤτοι ἐδούλευον. Veteranus Romanis dicitur, qui solutus est militia. In vicesimum autem annum solent merere. Sed id parum servatum sub Imperatoribus. Apud Tacitum enim *lib. 1. Annal. cap. 17.* Percennius tricena aut quadragena stipendia senes, & plerosque truncato ex vulneribus corpore tolerare, queritur. Hein.

Veterani diversorum officiorum: *l. 46. C. Theod. de curs. publ.* pro emeritis officialibus. Reines. *Class. 1. Inscript. 25. p. 53.*

VETERATOR servus, in edicto ædilitio, non spatio serviendi, sed genere & caussa æstimatur. Nam quicumque ex novitiis, venalitiorum alicui ministerio præpositus sit, *veteratorum* numero erit, *l. ult. §. 2.* D. *de ædilit. edict.* Præcipiunt Ædiles, ne *veterator* pro novitio veneat, *l. 37.* D. *eod. tit.* In vectigalium tamen caussa, *veterana mancipia* intelliguntur, quæ anno continuo in urbe servierunt, *l. 16. §. 3. D. de publican. & vectig.*

Veterator est etiam ob id, si liberalibus studiis eruditus sit. Ita Florentiæ legitur, in *l. ult. in fin. D. de edilit. edict.* secus ac in synopsi Basilicorum: ἢ μὴ οὐδὲ παιδευθεὶς ἐλευθέρια σπουδάσματα κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔμπειρός ἐστιν. *Nec ob id, quod liberalibus studiis eruditus sit, veterator est.* Florentina lectio facile vincit. Mancipia enim, quæ rudia erant, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora & dociliora videbantur, & ad omne ministerium habilia, *l. 37. D. de edilit. edict.* Quo ipso nomine novitii veteratoribus præferebantur. Conf. Carol. Labb. *Observ. & emendat. ad Synops. Basil. p. 44.* Hein.

Festus sane aliique Grammatici ve-

veteratorem verſutum & callidum interpretantur. Donat. *ad Terent. Andr. II. 6. v. penult.* Veterator eſt vetus in aſtutia, & qui in omni re callidus eſt.

VETERINARIUS, mulo medicus, *l. ult.* D. *de jur. immunit.* Columell. *lib. 6. cap. 8. lib. 7. cap. 5. lib. 2. cap.* 1. & veterinaria medicina, apud eumdem *lib. 7. cap.* 3.

VETUS jus in libris noſtris varie accipitur. Hinc forma veteris juris, in *l.* 1. §. *ult. C. ſi cert. pet.* legem XII Tab. ſignificat, ut adparet ex *l. ult. C. de heredit. action. l.* 25. §. 13. *D. famil. erciſc. l.* 1. *C. de except. l.* 26. C. *de pact.* Sic enim XII Tabulæ ſignificantur in *princ. Inſt. de bonor. poſſeſſ.* Interdum vero *jus vetus* intelligitur, quodcumque ante novam aliquam legem, vel conſtitutionem obtinuit, ut in *l.* 2. §. 20. *D. ad SC. Tertullian. l.* 2. *C. eod. tit.* jus vetus eſt, quod ante SC. Tertullianum ſervabatur. Similique modo in *l.* 32. §. 10. *D. de donat. int. vir. & ux.* Vetus jus eſt, quod ante orationem Antonini in uſu erat. In *l.* 8. §. 1. *D. de reb. eor. qui ſub tut.* Vetus jus intelligendum eſt, quod orationem Severi anteceſſit, quæ prædia eorum, qui ſub tutela curave eſſent, ſine decreto alienari obligarive prohibuit. Vid. *Antiquum jus.*

VETUSTAS, in libris noſtris infinitum tempus, id eſt, quod hominum memoriam excedit, ſignificat, *l.* 1. §. *ult. l.* 2. §. *ult.* D. *de aqu. & aqu. pluv. l.* 14. *C. de aquæduct.*

Vetuſtas etiam pro X. aut XX. annorum ſpatio accipitur, ut adparet ex *l. ult. in fin.* D. *de aqua & aqu. pluv.* cui junge *l.* 1. C. *de ſervitut.* Add. Harmenopul. *lib.* 2. *tit.* 4. & Cujac. *l.* 14. *D. de ſervitut.*

Vetuſtatis auxilium opponitur temporis præſcriptioni, *l. ult. C. de fund. rei privat.* ubi vid. Cujac. in *l.* 5. C. *de præſcript.* 30. *annor.*

Vetuſtas vinearum, *l.* 15. §. 5. *D. locati.* Cur de vetuſtate vinearum conquerenti colono remiſſio negata? Cauſſam peroravit Menag. *Amœnit. jur. civ. cap.* 9. ubi eleganter docet, & generoſius vinum ferre vites vetuſtas, & eaſdem μακροβίους eſſe, quin immortales. Rationem reddit Theophraſtus *Hiſt. plantar. IV.* 14. τινὲς φασι τὰς αμπέλους μακροβιωτάτους εἶναι, τῷ μὴ φύειν ἑτέρας, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἀεὶ συναναπληροῦσθαι. Vites omnium maxime longævas quidam putant, quoniam non alias creent, ſed ex ſe repleantur. Hein.

VEXARI adverſarium: *l.* 2. *D. de alien. judic. mut.* annonam: *l.* 6. D. *de extraord. crim.* argentarios: *l.* 6. §. 2. D. *de edend.* corpora aut oſſa: *l.* 38. D. *de religioſ. l.* 3. §. 4. *D. de ſepulcr. viol.* judices: *l.* 13. §. 4. D. *de hered. pet.* judiciis: *ibid.*

VEXILLATIO, equitum ala. Vegetius *lib.* 2. *cap.* 1. Vexillationes equitum alas, dici ab eo, quod velis, id eſt flammulis utantur. Quo poſtremo verbo Leo Imperator in libro *de re militari* non ſemel utitur. Ita accipe vexillationes, in *l.* 2. *C. de heredib. decurion. l.* 9. C. *quand. provoc. non eſt neceſſ. l.* 8. *C. de erogat. milit. l. ult. C. de his, qui non implet. ſtip. annon. l.* 1. C. *Th. de bon. milit.* & in Notitia *Imp. Rom.* Apulei. *lib.* 7. *de Aſin. aur.* Sunt autem vexillationes equitum, quemadmodum legiones proprie peditum erant. Gothofred. *ad l.* 22. C. *Th. de erogat. milit. annon. lib. 7. tit.* 4.

VIA, interdum jus eundi, agendi, & ambulandi ſignificat. Nam iter & actum in ſe via continet,

tinet, *l.* 1. *pr. l.* 7. D. *de servit. præd. ruſt. l.* 14. §. 1. D. *de acceptil.* Dicitur autem *via* quaſi *vehia*, quod vehendo teratur, ut Varro *lib.* 4. *de lingu. Lat.* Via enim, ut Iſidorus *lib.* 15. *cap. ult.* ſcribit, eſt, qua ire vehiculum poteſt. Hujus latitudo lege XII Tabularum definita eſt, in porrectum pedes VIII. in anfractum pedes XVI. *l.* 8. D. *de ſervit. præd. ruſt.* Hunc locum tranſcripſit Laurentius *ad Phædr. lib.* 3. *fabul. in prolog. p.* 14. ubi Rittershuſius bene oſtendit, quid diſcriminis ſit inter viam & ſemitam, in illo Phædri verſu: *Ego illius ſemita feci viam:* nimirum quod latior ſit via, ſemita anguſtior, ut in illo Ciceronis *lib.* 1. *de divination. qui ibi ſemitam non faciunt, aliis monſtrunt viam.* Quid autem differant *via*, actus, iter, copioſe exponit Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 37.

Viæ alias itinera ſignificant, quibus publice commeatur. *Viarum* autem quædam publicæ ſunt, quædam privatæ, *l.* 2. §. 22. D. *ne quid in loc. publ. l.* 38. D. *de adquir. rer. dom.* Publicas vias Iſidorus *lib.* 15. *cap. ult.* definit, quæ in ſolo publico ſunt, per quas iter populo patet, quæ ad mare vel ad oppida pertinent. Hæ & prætoriæ dicuntur & conſulares & βασιλικαὶ & militares, *l.* 2. §. 22. D. *ne quid in loc. publ. l. ult.* D. *de itin. publ.* & apud Curtium *lib.* 5. *cap.* 13. Sicul. Flacc. *de condition. agror. pag.* 9. Viarum, ait, non omnium una eademque conditio eſt, nam ſunt viæ publicæ regales, quæ publice muniuntur & auctorum nomina obtinent. Nam & curatores accipiunt, & per redemtores muniunt. Hygin. *de limit. conſtit. p.* 163. Quibuſdam, ait, coloniis D. M. ita continuerunt, uti viam conſularem tranſeuntem per coloniam contineret.

An diſtinguendæ ſint viæ *militares*, & *conſulares* vel *prætoriæ*, non adeo expeditum eſt. Pro iiſdem habere videntur Livius *lib.* 44. *cap.* 43. Curt. *lib.* 5. *cap.* 13. Sueton. *in Auguſt. cap.* 49. *ſcriptor. rei agrar. p.* 146. 254. Eumen. *in gratiar. act. cap.* 7. Contra diverſas eas vias eſſe innuere videtur Conſtantinus M. Imp. *l.* 4. *C. Theod. de curſ. publ.* Sed litem hanc ita componit Ev. Otto *de tutel. viar. II.* 2. *p.* 339. ut omnes quidem militares publicas, id eſt, conſulares prætoriaſve fuiſſe exiſtimet, non autem omnes publicas pro militaribus habeat, ſed eas tantum, quæ vel ceteras latitudine ſuperarint, vel a milite, ne otio langueſceret, ſtratæ ſint. Hein.

Interdictum de *via* publica & itinere publico, prohibitorium & populare eſt, ne vis fiat ei, qui viam publicam iterve publicum aperire & reficere velit, dum tamen ne ea via, idve iter deterius fiat, *l.* 1. D. *de via publ.*

Privatæ *viæ*, quæ & agrariæ dicuntur, dupliciter accipiuntur: vel eæ, quæ ſunt in agro, quibus impoſita eſt ſervitus, ut ad agrum alterius ducant. Vel eæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare licet, in quas exitur de via conſulari, *l.* 2. §. 23. *D. ne quid in loc. publ.*

Sunt & *vicinales viæ*, quæ in vicis ſunt, vel in vicos ducunt, *l.* 2. §. 22. D. *eod. tit.* quæ, ſi non ex collatione privatorum fiant, publicarum loco habentur. *ibid.* Sed inter eas & ceteras militares hoc intereſt, quod *militares* exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habeat. *Vicinalium* vero pars in militarem exitum habent, pars ſine exitu intermoriuntur, *l. ult.* D. *de loc. & itin. publ.* Et ita *vicinales vias* ac-

accipe apud Senec. *lib.* 5. *de benef. cap. pen.* & apud Frontin. *lib.* 2. *de aquaeduct.* & in §. 5. *Inst. de leg. Aquil.* ubi Theophil. *Publica* μὲν ἐςιν ὁδὸς, ait, ἥτις ἢ μιλιτάρια λέγεται, παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησι βασιλικὴ, ἣ πάντες ἄνθρωποι κέχρηνται ἐπὶ διαφόρους ἀπιόντες τόπους, *vicinalis* δὲ ἡ ἐπὶ κώμας ἄγουσα. Vicus γὰρ ἡ κώμη. διὰ ταύτης γὰρ βαδίζει πᾶς ἐπὶ τὴν κώμην ἀπιών. Publica via est, quae & militaris dicitur, apud Graecos βασιλικὴ, qua omnes homines in diversa loca euntes utuntur. Vicinalis vero est, quae in vicos ducit, dicta a vico, quem Graeci, κώμην vocant. Per hanc enim transit omnis, qui in vicum abit. Vet. Glossar. Graecum: Vicinalis via, ὁδὸς ἡ εἰς κώμην ἄγουσα. Sicul. Flacc. *de condit. agror. p.* 9. Vicinales autem viae, quae de publicis divertuntur in agros, & saepe ad alteras publicas perveniunt, aliter muniuntur in pagos, id est, per magistros pagorum, qui operas a possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt, ut comperimus, unicuique possessori per singulos annos certa spatia adsignantur, quae suis impensis tueantur.

Via clivosa, mollis, aspera, angustior, latior, palustris, sicca, longior, altior, humilior: *l.* 9. §. *ult.* D. *si servit. vind. l.* 23. *D. de servit. praed. rust.* In viam terrenam glaream injicere, aut sternere viam lapide, vel lapide stratam terrenam facere, *l.* 1. §. 2. D. *de via publ. & itin. publ. refic.* Viarum curam Romae gerebant quatuorviri, *l.* 2. §. 30. *D. de orig. jur.*

Viam aperire, ait Ulpian. in *l.* 1. *D. de via publ.* est ad veterem altitudinem latitudinemque restituere. Sed & purgare refectionis portio est. Purgare autem proprie dicitur ad libramentum proprium redigere, sublato eo quod superest. Reficit enim & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in pristinum statum deducunt.

Via juris metaphorice, in *l.* 22. D. *quae in fraud. creditor.*

VIATICUM, sumtus itineris. Graece ἐφόδιον dicitur, auctore Gellio *lib.* 17. *cap.* 8. *l.* 36. D. *ad municipal.* & passim. Impendia ad iter explicandum necessaria, in *l.* 7. *D. ad SC. Trebell.*

Ad sumtum etiam destinatam quamcumque pecuniam *viaticum* vocant, *l.* 17. D. *de reb. credit.* Vid. Harmenopul. *p.* 25. *Viaticum* quod ad sumtum pater filio destinaverat, ὑποκοριςικῶς dixit Ulpianus in *l.* 18. §. *ult. D. de judic.*

VIATOR, pro eo, qui iter facit, *l.* 5. & 6. §. 3. D. *naut. caupon. stabul.*

Viator, pro adparitore, *l. ult.* D. *de judic. l.* 5. § 27. D. *ut in possess. legator. l.* 5. §. 13. *D. de reb. eor. qui sub tut.*

VIATORIUM argentum. Vid. *argentum.*

VICANEUS, qui ex eodem vico vel pago est, *l.* 4. *D. de censib. tot. tit. C. ut null. ex vican.*

VICARIUS, qui vicem alterius gerit, *l.* 4. §. 4. *l.* 13. D. *de legation. l. un. C. ut omn. jud.* Scholiast. *Horat. III. Carm.* 24. *v.* 25.

Vicarius, in *l.* 37. §. 1. D. *de pecul.* interprete Theophilo in §. 4. *Inst. quod cum eo, qui in al. pot.* & §. 17. *Inst. de legat.* servus dicitur inferioris notae & ipsius ordinarii servi servus, οἰκέτου οἰκέτης. Sic *vicarius* a servo datus, hoc est, substitutus in locum ejus, qui manumittitur, in *l.* 1. *C. de serv. reip.* & vicarius servus, in *l.* 13. D. *de contrah. emtion.* & aliis multis locis. Vetus Glossar. Graecum: ὁ δοῦλος, καὶ ὁ

ὁ τοποτηρητὴς καὶ ὁ ἐκ προσόδου. Aliud Gloſſar. ὁ τοῦ δούλου δοῦλος. Et Vet. Gloſſar. Lat. qui ſuo ordinario ſubminiſtrat, & qui, ut cujuſcumque vicem gerant conſtituuntur. Apud Gruter. *Inſcript. pag.* 580. 10. memoratur *Tib. Claudii Aug. ſervi arcarii vicarius.* Vicarii vicarius, *l.* 6. §. 3. *l.* 23. *D. de pecul. legat.*

Erant etiam *Vicarii* provinciarum, qui vices præfectorum prætorio in diœceſibus gerebant, *l.* 3. *C. de canon. largition. titul.* Veluti in præfectura prætoriana Orientis tres erant vicarii, quorum fit mentio, in *l. ult.* C. *de diverſ. offic. lib.* 12. Unus diœceſeos Aſianæ, qui provincias octo adminiſtrabat, Pamphiliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Piſidiam, Phrygiam ſalutarem. Alter erat *vicarius* diœceſeos Ponticæ, ſub cujus diſpoſitione erant provinciæ undecim, Bithynia, Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia ſalutaris, Cappadocia utraque, Helenopontus, Pontus Ptolemoniacus, Armenia prima & ſecunda. Tertius erat vicarius Thraciarum, cui ſuberant Thracia, Hæmipontus, Rhodope, Mæſia Secunda, Scythia. In parte vero Occidentis, *Vicarius* unus erat urbis Romæ, cujus fit mentio apud Caſſiodor. *lib.* 4. *Variar. epiſt.* 41. cui ſuberant conſulares & correctores Italiæ & Præſides Sardiniæ, Corſicæ, Valeriæ. Alter vero erat ante Juſtiniani tempora, *vicarius* Africæ, *in inſcript. l.* 16. *C. de reſcind. vend.* in epiſtola præfectorum prætorio in *Actis Concilii Arelatenſis*, cui ſuberant conſulares Byzantii, & Numidiæ, & præſides quoque Tripolitanæ & Mauritaniæ utriuſque. Tertius erat *Vicarius* Hiſpaniarum, cujus fit mentio in inſcription. *l. ult. C. quor. bonor. l.* 16. C. *de donat. ante nupt.* & apud Sulpitium Sever. *lib.* 2. *Hiſt. ſacr.* Huic ſuberant conſulares Bæticæ, Luſitaniæ, Galliciæ, præſides Tarracenſis, Carthaginenſis, Tingitaniæ, inſularum Balearium. Et hæc ita ante Juſtinianum obtinuere. Ceterum Juſtinianus *Vicarios* Aſianæ & Ponticæ diœceſeos abrogavit, & utrumque in unicæ provinciæ, nempe Galatiæ Pacatianæ, adminiſtrationem commutavit, *Novell.* 6. *Novell.* 20. Idem *Vicarium* Africæ in propriam præfecturam prætorianam tranſmutavit.

Vicarius alicujus Prælati *natus* dicitur, qui vicariatum ejus non ex mandato ſpeciali, ſed ex lege vel privilegio, ut officio proprio cohæret, adeoque a principali aut reſtringi nequeat, atque talis eſt Archidiaconi vicaria poteſtas, de qua vide ſub art. *Diaconus.* Alia vero eſt *vicariatus* poteſtas quam ſede vacante Epiſcopali capitulum exercet; alia coadjutoris Epiſcopo debilitato, vel ſenio confecto dati.

Sed & *Vicarios* generales & quidem arbitrarios Epiſcopi conſtituerunt, tum quod hi ſæpe abeſſent, & multiplici occupationum onere diſtringerentur: *c.* 15. *de offic. Judic. ordin.* tum etiam quod Archidiaconis illis graves, & vaſtiſſimi diœceſeos limites eſſent. Ipſe etiam Innocentius III. in concilio Lateranenſi eis auctor fuit ut vicarios tales ſibi conſtituerent, *d. c.* 15. Hi autem vices Epiſcopi in juriſdictione aliiſque juribus ſacris ſpeciatim conceſſis, ſupplent. Et hi *vicarii generales* conſtituuntur vel ad ſecularia, ubi ſcilicet Epiſcopi poſſident territoria ſecularia; vel ad eccleſiaſtica. Atque hi ſpeciatim dicuntur vicarii in ſpiritualibus, *c.* 3. *de temp. ordin. in* 6. inter prælatos relati, & idem auditorium cum Epiſcopis habentes, a quibus

bus ad Archiepiscopum vel S. Pontificem, non ad ipsum Episcopum adpellatur: *c. 2. de consuetud. in 6. c. 3. de adpellat. in 6.* Est tamen hæc jurisdictio dependens ab episcopi arbitrio, cui rationibus reddendis obnoxii sunt *officiales* seu *vicarii*, quia intra limites ab episcopo præscriptos se continere debent. Quocirca generalis commissio officii caussarum cognitionem duntaxat continet, seu jurisdictionem contentiosam, *c. 2. de offic. vicar. in 6. c. 3. de adpellat. in 6.* cui etiam subsunt Archidiaconi, a quibus ad *vicarios generales* adpellatur, *cit. c. 3. pr.*

Ab his generalibus *vicariis* distinguuntur particulares, vulgo dicti *foranei*, sive *villani*, qui in aliqua diœceseos parte jurisdictionem sacram exercent, sed subordinate & in prima instantia, salvo recursu ad supremum tribunal ecclesiasticum, cui præest *vicarius generalis.*

Dantur utique *vicarii generales* Papales, tum in urbe, cujus potestas extra illam se non extendit, *c. 5. de offic. vicar.* tum in patrimonio Petri, quod per vicarios regitur, inter quos eminet Avenionensis.

Dantur etiam Cardinalium, Legatorum, Abbatum, immo etiam Archidiaconorum *vicarii*, qui vices prælatorum in spiritualibus potestatem seu jurisdictionem exercere dicuntur.

Vicarii etiam dicti *beneficiarii* quidam in ecclesiis cathedralibus, qui majoribus missis decantandis & officiis ecclesiasticis peragendis potissimum addicti erant, in eoque vices canonicorum peragebant, unde *canonici vicarii* etiamnum adpellantur, *Concil. Colon. an.* 1310. *c. 7. Paris. an.* 1324. *c. 4.* Ejusmodi dignitas seu beneficium vocatur *vicaria.*

Dicuntur porro in ecclesia *vicarii*, qui vices agunt parochi: nec non *vicarii perpetui*, qui in ecclesiis constituuntur, quæ ad monasteria aut collegia canonicorum pertinent: de his est titulus apud Gregor. *IX. & in 6.*

VICARIUS, *a, um. Vicaria* damna: *l. 3. C. quo quisq. ordin.* opera: *l. 31. D. de contrah. emt.* Vicaria possessio, custodiæ gratia: *l. 5. §. 1. D. ut legator. seu fideic.*

VICEDOMINUS, qui vices domini obtinet. Speciatim *Vicedomini ecclesiarum* aut *episcoporum*, Græcis *οἰκονόμοι* ad hoc constituti erant, ut essent qui rerum temporalium ad ecclesias pertinentium curam gererent, quamdiu episcopi, quorum vices agebant, rebus spiritualibus & divino officio vacabant. Habuit ecclesia Rom. suos *Vicedominos*, qui a Pontifice ex ordine cleri, & aliquando ex episcopali constituebantur, viri prudentes & rerum gerendarum peritia insignes, quibus episcopii vel palatii Lateranensis cura & administratio committebatur, in gubernanda domo, suscipiendis hospitibus & domesticorum caussis cognoscendis: Interdum Pontifices *Vicedominos*, seu vicarios suos constituebant, qui vice sua episcopos in ecclesiis ordinarent: Anastas. *in Vigilio & Constantino.* Ædes hujus Vicedomini Rom. erant in palatio Lateranensi, eæque *Vicedominium* dicebantur: Gregor. Magn. *lib. 1. ep. 11.* Episcopi ipsi eligebant *Vicedominos*; qui ipsorum res strenue tutarentur & vasallorum seu clientum ecclesiæ suæ caussas judicio dirimerent: *Anastas. in Steph. IV.* Abbates etiam habuere ex ordine cleri *Vicedominos*, qui interdum iidem qui advocati: Gregor. M. *lib. 9. ep. 66.* Memorantur quoque Abbatissarum *Vicedomini*: Eginhard. *ep.* 12. 14. 23. & Capit.

Car.

Car. M. *an.* 802. *c.* 13. Singulis denique episcopis, abbatibus aut abbatissis, duos habere advocatos sive vicedominos licitum fuit, quorum alter caussam procuraret, alius sacramentum sive jusjurandum, si necesse fuerit, præstaret. Capit. Car. M. *lib.* 2. *c.* 38. Inter alia eorum munera etiam hoc erat, curare, ut morientium episcoporum res ab iis relictæ in tuto essent, neque domus eorum expilarentur.

VICELLIA lex. Vid. *Visellia.*

VICEM continere: *l.* 37. §. 1. D. *de oper. libert.* obtinere: *l.* 34. D. *de usur.* Vicem referre, id est, compensare, *l. un. pr. C. de suffrag.* Vicem representari actionum: *l.* 20. D. *rem rat. hab.* sustinere: *l.* 25. *D. ad municipal.* tueri: *l.* 4. C. *ad leg. Fab. de plag.*

Ad *vicem* naturalis habere: *l.* 5. *C. de adoption.* Ad vicem magistri equitum institutum: *l. un. pr.* D. *de offic. præf. præt.*

In *vicem* dotis adscriptum: *l.* 2. D. *de dot. præleg.* In *vicem* succedere: *l.* 1. *C. si in caus. judic.*

Vice cautionis in possessione esse: *l.* 15. §. 30. D. *de damn. infect.* Vice codicillorum valere: *l.* 3. *D. de testam. milit.* Vice legatorum fungi: *l.* 3. §. 17. D. *de bon. libert.*

Vice mutua dare: *l.* 28. D. *de præscript. verb.*

Vice alterius postulare, id est, ejus nomine, *l.* 13. §. 14. D. *de damn. infect.*

Vices pro vicissitudine. Sic: *Vices* temporum: *l.* 2. D. *qui ord. in bon. possess.*

VICESIMA hereditatium, vectigal fuit ab Augusto ad subsidium ærarii oneraque bellorum Lege Julia extraneis heredibus irrogatum. Cujus fit mentio, in *l. ult.* C. *de edict.* D. *Hadriani toll.* & apud Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 6. & apud Plin. *Panegyr. cap.* 37. & Dion. *lib.* 55. *p.* 565. De legibus autem *vicesimæ* primus scripsit Aul. Ofilius, auctore Pomponio, in *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Scripserat & de *vicesima hereditatium* Æmilius Macer libros duos ut ex Inscriptionibus satis multis probatur. Historiam autem *Vicesimarii* hujus vectigalis accurate tradidit Ezech. Spanhem. in *Orb. Rom. Exercit.* 2. *cap.* 4. *p.* 140. Tulit autem ea lege Augustus ut quæ hereditates, legata & donationes mortis caussa ad alienos, aut locupletes pervenirent, earum pars vicesima ad fiscum pertineret. Ut testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica, præsentibus testibus, vel honestis viris, inter horam secundam & decimam diei recitentur, exemploque sublato, ab iisdem rursus magistratibus obsignato, quorum præsentia constat apertum, ut testamentum statim post mortem testatoris aperiatur, hoc est, a præsentibus intra triduum, vel quinque dies, ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint. Ut testes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui signaverint testamentum, ita ut agnitis signis rupto lino aperiatur & recitetur: atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archivum redigatur, ut si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit. Dio *lib.* 18. & Paull. *Sent. lib.* 4. *tit.* 6.

VICINALIS via. Vid. *via.*

VICINITAS: *l.* 7. §. 5. *D. de adquir. rer. dom.*

VICINÆ ædes, *l.* 18. §. 2. *D. de damn. infect.* Vicinus fundus, vicinum prædium: *l.* 18.

§. 2. *l.* 7. §. 5. D. *de adquir. rer. dom.*

Vicina dicitur esse emtioni permutatio, in *l. ult. de rer. permut.* Furioso vicinum esse, *l.* 1. §. 13. D. *de oblig. & act.* Cic. *lib.* 2. *de offic.*

VICTOR judicii, *l.* 7. §. 4. D. *comm. divid.* ubi tamen vigorem legitur. *Victor* qui judicio vincit: *l.* 39. D. *de adquir. possess.*

VICTORINA, villicæ nomen, *l.* 51. §. 15. D. *de fideicom. libert.*

VICTUALE, dicitur distributio quotidiana, quæ fit inter canonicos, at præbenda communicatio adpellatur: *c.* 7. *de cleric. non resid. & ibi gloss.*

VICTUS, *us.* Hoc verbo continentur, quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt, vestimenta quoque & cetera, quibus tegendi curandive corporis caussa utimur, eadem adpellatione continentur, *l.* 43. 44. 45. *D. de verb. signif.* Verbum itaque *vivere*, non ad solum cibum pertinet, sed & vestimenta & stramenta eo continentur, quum sine his vivere nemo possit: *l.* 234. D. *de verb. signif.*

Victu pro personæ qualitate & medicamenta continentur, ceu ex *l.* 8. §. 10. D. *de transact.* colligit Scipio Gentil. *de aliment. cap.* 2. *p.* 4. non vero stragulæ vestes, sine quibus vivi potest, *l.* 45. D. *de verb. signif.* Hein.

VICUS, pro pago, in *l.* 2. §. *ult. D. de vacat. & excus. mun. l.* 30. *D. ad municipal. l.* 198. D. *de verb. signif.* Cæsar. *lib.* 1. *de bell. Gall. & lib.* 2. Livius *lib.* 9. 10. 21. 22. Vid. Isidor. *orig. lib.* 15. *cap.* 2.

VIDERE. Hoc verbum notam esse diffidentis, in id tamen se magis inclinare demonstrantis, ait Cujacius *lib.* 2. *observ. cap.* 25. At in *Commentar. ad l.* 4. §. 1. D. *de verb. oblig.* verbum *videamus* esse adfirmantis. Solere enim Jurisconsultos modestiæ caussa his vocibus uti, forsitan, videtur, videamus, ut Aristoteles δοκεῖ, σκοπεῖν δεῖ, φαίνεται. *Videbimus* an sit submovendus, *l. ult.* §. *un.* D. *de inoff. testam.*

Videre aliquando idem est, ac legere, seu oculo mentis videre & accipere. Ita Paullus in *l.* 3. D. *si pars hered. pet.* Sed & tergeminos Senatores cinctos vidimus Horatios. Ubi illud *vidimus* non est referendum ad Paulli αὐτοψίαν, sed ad ipsius lectionem historiæ: atque ita *vidimus*, hoc est, observavimus in historia, reperimus in Annalibus *tergeminos Horatios &c.* Atque ita Justinianus, in *l.* 1. *pr. C. de offic. præf. prætor. Afric.* Vandalorum in Africa furores memorans, *Vidimus*, inquit, venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis suas pœnas miserabiliter loquebantur. Adde Tacit. *in Vita Agricolæ c.* 45. & alios complures, quos citat Bynkersh. *Obs. jur. Rom. lib.* 3. *c.* 8.

Videtur, pro invenitur, *l.* 32. §. *ult.* D. *de adpellat.*

Videtur. Visus est declivi jam Latinitate plane παρέλκει. Ulpianus *ad Pariator. leg. Mosaic. & Rom. tit.* 15. Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum est, qui *visi* erant, vel consulere, vel exercere, quam quod fuerat permissum. Ubi, *Visi erant consulere*, idem est ac *consulebant*. Jul. Capitolin. *in Vero c.* 9. Visum est nonnullis, non tam Marco, quod ejus fraude putaretur occisus. Ubi lege quæ notavit Cl. Salmas. *p.* 106. Hein.

Videtur particula aliquando dispositive & sine nota improprietatis sumitur, ut in *l.* 2. C. *de* res

recept. arbitr. Eadem nequaquam est πλαστική, sed plane adsertiva, in *l.* 14. *C. de Judæis.* Aliis contra *visum* est: *l.* 47. *D. de rit. nupt.*

VIDUA. Hoc nomine non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, adpellari, ait Labeo: quia vidua sic dicta est: quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam esse quasi *sine duitate*: *l.* 242. D. *de verb. signif.* Ut plurimum tamen ea tantum *vidua* adpellatur, quæ nupta fuit, & cujus maritus mortuus est, quo sensu etiam virgini opponitur, in §. 4. *Inst. de publ. judic.* De etymo hujus vocis Scip. Gentil. *orig. p.* 304. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 30.

VIDUITAS injuncta. De qua vid. *l.* 31. D. *qui & a quib. manum. l.* 63. D. *de condit. & dem.*

VIETOR. Si *vietori* locaveris lacum: *l.* 27. §. *ult.* D. *ad leg. Aquil.* sic enim pro *tectori* legendum censet Budæus, quem tamen refellit Cujac. *observ.* 10. 9.

VIGERE. Qui attonito splendore viguerunt: *l. un. C. de quæstor.*

VIGILES, nocturni excubitores vocabantur, qui noctu incendiorum arcendorum caussa vigilias agebant ex Augusti instituto, qui per singulas urbis regiones eos disposuit, præfecto eis ex equestri ordine viro spectabili, qui Præfectus vigilum est adpellatus, *l.* 12. & 13. *D. de offic. præf. vigil. l. ult. D. de condict. causs. dat. l.* 2. §. 1. D. *de fugitiv. l.* 58. *D. de furt.*

VIGILARE sibi dicuntur creditores, qui de suo consequendo solliciti sunt, & in eo exigendo aliis sunt diligentiores, *l.* 6. §. 7. *l.* 24. D. *quæ in fraud. cred. l.* 21. *pr.* D. *de pecul.* Sic *Vigilantibus* jus scriptum dicitur.

VIGILAX pro vigilante, *l.* 18. *pr.* D. *de ædilit. edict.* Quod vocabulum probum eoque Ovidium, Columellam, Tibullum, Propertium usos esse, ostendit Duker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 343. Hein.

VIGILIA, dicitur dies præcedens aliquam sollemnitatem, quia hoc die christiani olim pernoctare in ecclesia & totam noctem precibus, lectionibus & cantionibus distinguere solebant: Durant. *de R. E. lib.* 2. *c.* 4. Bona *Psalmod. c.* 4. Hæ *vigiliæ* a Hieronymo *epist.* 7. *ad Lætam* adpellantur sollemnes pernoctationes. Sunt illæ nunc abolitæ, & in solis fere monasteriis & aliquot ecclesiis cathedralibus usurpatæ. *Vigiliæ* ipsum officium nocturnum, quod in vigiliis nocturnis olim decantabantur: Durant. *l.* 7. *c.* 3. *n.* 6. Vigiliæ, quæ & qua ratione in ecclesia Rom. observantur, indicabunt Gavantus, Macer & alii.

VILLA significat ædificium fundi: *l.* 81. §. 3. *D. de legat.* 1. dicta quasi *vehilla*. Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 2. Interdum tamen *villa* accessio erat fundi, *l.* 8. & 10. D. *quib. mod. ususfr. amitt.* Alias *villarum* nomen ædificia rustica significat: *l.* 211. D. *de verb. signif.*

VILLICUS dicitur, qui ægrum colit, *l.* 8. *D. de instruct. vel instrum. leg.* vel pensionis certa quantitate, vel fide dominica id facit, *l.* 18. §. 4. D. *eod. tit.* unde a *villicis* pensionem exigere: *l.* 40. D. *ad leg. Falcid.* Cujac. *lib.* 10. *obs.* 37. *Villicus* est is, qui præpositus est rationibus rusticis, fructibus percipiendis, universoque operi rustico. Plerumque autem propter fructus percipiendos, non propter quæstum: aliquando tamen distrahendis quoque mercibus villicus præponitur: *l.* 16. *D. de institor. action.*

A poetis, & in antiquis lapidibus de quovis præfecto vox hæc usurpatur. Sic enim Pegasum præfectum urbi *villicum* adpellat Juvenal. *Sat.* 4. & alibi villicus puellarum dicitur, qui apud lenonem meretrices curat ornatque. vid. Strauch. *in differt. de centum lapid. urbicar. n.* 9. Reinef. Claff. 1. *Infcr.* 125. *p.* 162. Hoc fenfu reperias *villicum* loci: Gruter. *infcript. p.* 44. 3. prædiorum: *p.* 1067. 8. hortorum: *p.* 502. 3. 4. *Subvillicum* hortorum: *p.* 1012. *Villicus* aquarum: Reinef. *Claff.* 9. *infcr.* 38. 39. Villicus a plumbo: Gruter. *p.* 643. 10. ab alimentis: *p.* 1033. 9. ærarii, in lapide apud Cujac. *Obf.* 10. 37. Eodem ergo loquendi genere ufus Juvenalis Pegafum *villicum urbis* dixit: ferione an σατυρικῶς difquirit Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 17. *p.* 89. Hein.

VINACEA, funt grana uvarum in doliis condita, *l.* 52. §. 14. *l.* 14. *in fin.* D. *de condict. furt.* Cato *de re ruft. cap.* 10. *&* 11.

VINARIA vafa, *l.* 19. D. *de act. emt. l.* 206. D. *de verb. fignif.* & dolia: *l.* 19. D. *locati. Vinaria* autem vafa proprie torcularia effe placet: dolia autem & feriæ tamdiu in ea cauffa funt, quamdiu vinum habeant. Quum vero fine vino effe defierint, in eo numero non funt: *l.* 206. *D. de verb. fignif.* Seriarum autem, cadorum, cupparum, culleorum, in quibus diffundi folebat, fit mentio in *l.* 15. §. 6. *D. de ufufruct. l.* 93. §. *pen.* D. *de legat.* 3. *l.* 3. §. 1. *l.* 4. *&* 16. D. *de tritic. vin. ol. legat.*

VINARIUS, pro vinofo, *l.* 4. §. 2. *l.* 25. §. 6. D. *de Ædil. edict.*

VINCERE.. *Victus* interdicto: *l.* 35. *D. de act. emt.* apud judicium: *l.* 31. §. 1. D. *de pignor.* de poffeffione: *l.* 35. *de adquir. poffeff.* Vincere licitatione: *l.* 6. *D. famil. ercifc.*

VINCTUS, quod ad legem Æliam Sentiam attinet, non fuiffe fervus videtur, licet carcere claufus fuerit, fi vincula corpori ejus non fint addita: *l.* 216. D. *de verb. fignif.* Ulpian. *tit.* 1. *regul.* §. 11.

VINCULORUM adpellatione vel publica vel privata vincula fignificantur, *l.* 224. *D. de verb. fignif.* Et ideo in edicto prætoris, de in integrum reftitutione majorum verba hæc: *five in vinculis effet*, non ad eum tantum pertinent, qui publica cuftodia coercetur, fed ad eum quoque, qui a latronibus aut prædonibus vel potentioribus vi oppreffus vinculis teneatur. Sed & inclufi latumiis vinctorum numero habentur; quatenus nihil intereft parietibus quis, an compedibus teneatur. In vinculis quoque effe accipimus eos, qui ita adligati funt, ut in publico parere fine dedecore non poffint, *l.* 9. *&* 10. D. *ex quib. cauf. major.* De vinculis publicis, *l. ult.* §. *ult.* D. *de aleator. l.* 23. *D. ex quib. cauff. major.* de privatis, *l.* 27. *D. eod. tit.* Cuftodiæ autem adpellatione fola publica intelligitur. Et ideo *in vinculis cuftodiave* feparantur. Ulpian. *ibid. l.* 3. §. 5. D. *de teftib.* Vinculorum verberatio, in *l.* 7. *D. de pœn.* eft verberatio in vinculis. Solebant enim quidam in vinculis verberari. Liv. *lib.* 39. *c.* 17. *l.* 9. D. *de incend. ruin. naufr. l.* 10. *pr.* D. *de pœn.* Locum habet hæc interpretatio, five vincula tropice accipias pro iis, qui funt in vinculis, ut *cuftodias* dicimus pro iis, qui in cuftodia funt, five levi emendatione legas *vinctorum verberatio.* Vid. Bynkersh. *obf. lib.* 1. *cap.* 22. Hein.

Vinculum etiam omnis caussa dicitur, qua continetur vel nititur aliquid. Sic: *Vinculum* æquitatis, *l.* 95. §. 4. *D. de solut.* cautionis: *l.* 40. *D. de vulg. & pup. subst.* censuale: *l.* 4. §. 8. *D. de censib.* evictionis: *l. ult.* C. *credit. vend. non deb.* familiæ: *l.* 71. & 87. D. *de adquir. hered.* inscriptionis: *l. ult.* C. *de accusat.* juris: *l.* 7. *C. de testam. milit.* locationis: *l.* 52. § *pen.* D. *de fidejuss.* matrimonii: *l.* 11. §. 12. D. *ad leg. jul. de adult.* naturale & civile: *l.* 69. *D. de condict. indeb.* necessitudinis & adfinitatis: *l.* 9. D. *de susp. tut. l. ult. C. de codicill.* obligationis: *l.* 46. D. *de adquir. possess.* pignoris: *l.* 15. §. 7. D. *de re judic.* pœnæ: *l.* 134. D. *de verb. oblig.* potestatis: *l.* 17. *C. de donat.* servitutis: *l.* 18. *C. de liberal. causs.* stipulationis: *l.* 40. *D. de transact.*

Vinculo exsoluti: *l.* 1. *C. qui non poss. ad libert.* suo resolvere: *l.* 71. *pr. D. de adquir. hered.*

VINDEX. Eo nomine in XII Tabulis adpellatur, qui alterius caussam suscipiebat vindicandam, quem nunc procuratorem dicimus, Boeth. *in Topic.* scribit. Videtur tamen ita potius adpellatas, qui judicio sisti, judicatumve solvi satis pro alio dabat.

Vindex idem ac defensor civitatis, in *l.* 1. C. *Theod. si quæ præd. pot.* Postea ita dicta, qui tributa exigebant, *Novell.* 128. *cap.* 5. quales in singulis civitatibus constituerat Anastasius Imp. quum antea id esset officium curialium. Nicephor. *Hist. Eccles. XVI.* 14. Conf. Cujac. *Observ. lib.* 3. *c.* 14. & Ant. Augustin. *in explicat. loc. obscur. in Novell.* voce *vindex.* Hein.

VINDICARE. Hoc verbum, ait Diomedes *lib.* 1. *p.* 361. non pro defendo, sed pro animadverto & punio, ut apud Sallust. Vindicatum fuit in noxios. Sic quoque vindicare delictum dicitur judex, in *l.* 1. D. *de obseq. par. & patron.*

Vindicare, pro adserere sibi, vel jus suum petere, maxime per in rem actionem. Sic: *Vindicare* sibi arbitrium: *l.* 1. §. 10. *D. de magistr. conven.* bona: *l.* 6. §. 7. D. *de injust. rupt. irrit.* dominium: *l.* 16. §. 5. D. *de pign.* dotem vel ante nuptias donationem: *l.* 8. §. 9. *C. de repud.* hereditatem: *l.* 3. C. *de testam.* quod idem esse ac adire, ex *l.* 16. §. 1. & *l. ult. D. de adquir. hered.* colligit Cujac. *observ. lib.* 19. *c.* 18. *Vindicare* legitimam hereditatem: *l.* 2. §. 2. D. *ad SC. Tertull.* *Vindicare* sibi hospitium: *l.* 6. *C. quod cum eo, qui in al. pot.* hypothecam: *l.* 12. D. *de pignor.* per in rem actionem jus non esse alicui reficiendi: *l.* 3. §. *pen. D. de rivis.* juri tuo: *l.* 12. *C. de donat. int. vir. & ux.* sibi legatum: *l.* 22. *D. ad SC. Trebell.* sibi libertatem: *l.* 40. §. 1. *D. de testam. milit.* nostrum esse: *l.* 66. *D. de rei vind.* pignus; *l.* 28. D. *de pign.* res cum objectu exceptionis annuæ: *l. ult. C. ex quib. causs. major.* servitutem: *rubr.* D. *si servit. vind.* statum: *l.* 3. D. *ne de stat. defunct.* successionem: *l.* 5. *C. commun. de success.* vacationem: *l.* 7. D. *de legation.* usumfructum: *l.* 8. §. 1. *D. de liberal. causs.*

Vindicari fisco: *l.* 4. *D. ad leg. Corn. de fals.* fisci juribus: *l.* 1. *C. de sepulcr. viol.* fisci rationibus: *l.* 4. C. *de pœn.*

Vindicare sibi libertatem, id est, proclamare ad libertatem, *l.* 32. §. *ult. l.* 40. §. 1. D. *de testam. milit.* in libertatem: *l.* 12. *pr.* D. *ad exhib.* in ingenuitatem: *l.* 32. D. *de liberal. causs.* in servitutem: *l.* 3. *D. eod. tit.*

Vindicare, ulcisci. *Vindicare* adul-

adulterium: *l.* 13. §. 1. *D. ad leg. jul. de adulter.* injuriam sibi factam: *l.* 2. §. 5. *D. de judic.* mortem: *l.* 18. D. *ad SC. Silan.*

Vindicare aliquando latiore sensu pro defendere accipitur, ut in *rubr. C. quand. lic. unic. se sine jud. vind.* Vindicentur jure ac legibus, *l. un. C. de his qui ad stat. confug.*

VINDICATIO omnis in rem actio adpellatur, *l.* 25. *D. de oblig. & act.* §. 15. *Inst. de action.* A vindicando autem *vindicatio* dicitur. Itaque non eæ tantum actiones, quibus rem nostram esse, sed & quibus pignori obligatam nobis esse intendimus, *vindicationes* adpellantur. Unde hypothecaria actio *vindicatio* pignoris adpellatur, in *l.* 16. §. 3. D. *de pignor. l.* 9. *C. de pignorat. act.* Vindicatio dominii: *l.* 11. *C. de usufruct.* servitutis: *l.* 90. *D. de oper. nov. nunciat.* successionis: *l.* 4. C. *qui admitt. ad bon. possess.* Vid. *inject. manus.*

Vindicatio, pro vindicta seu ultione, *l.* 7. C. *de revocat. donat.* quo sensu vindicationem, pro *dicationem*, in *l.* 2. C. *Th. de famos. libell.* reponendum, cum aliis censet Radulphus Forner. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 27. sed nihil mutandum ex sententia Gothofredi.

VINDICIÆ, quæ olim dicebantur, vide apud Gell. *lib.* 20. *c.* 19. & Fest. Pompei. *lib. ult.* dare vindicias dixit, ut & dicere & abdicere, Pompon. in *l.* 2. §. 24. D. *de orig. jur.* Arnob. *lib.* 4. *advers. gent. p.* 81. *edit. Elmenh.* Qui inter personas hujusmodi aut vindicias justas dare, aut sacramenta conetur promittere non justa. Ascon. Pædian. *ad lib.* 1. *in Verr. c.* 45. Lis, ait, vindiciarum est, quum litigatur de ea re apud prætorem, cujus incertum est, quis debeat esse possessor. Et ideo qui eam tenet, satisdat pro præde litis vindiciarum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum esse, qua jurgium est.

VINDICTA, pro ultione. Sic: *Vindicta* defuncti, quam salvo officio non potest omittere heres, si testator fuerit occisus, *l.* 21. & 22. D. *de his, quæ ut indign.* Hereditate itaque excidebat tamquam indignus, qui defuncti vindictam insuper habebat, *l.* 17. *D. eod. tit. l.* 2. *C. de calumniat. l. ult.* D. *de jur. patron.* Hinc auctor est Aimoin. *de gest. Francor. IV.* 28. Filiis ducis Aquitaniæ propter inultam patris mortem, bona erepta fuisse, secundum legem Romanam. Hein.

Vindictæ, id est, pœnæ persequutio, *l.* 2. §. 4. D. *de collat. bonor.* opponiturque rei persequutioni, *l. pen.* D. *si ex nox. causs.*

Vindictam Boeth. *in Top. Cic.* virgulam quamdam fuisse ait, quam lictor manumittendi servi capiti imponens, eum in libertatem vindicabat. Quam a Vindicio servo, de quo in *l.* 2. §. 24. D. *de orig. jur.* Vitellicorum servo, dictam quidam putant, quod pro præmio indicii conjurationis libertatem a consulibus publice accepisset. Alii ab eo, quod ea virgula apud magistratum in libertatem mancipium vindicabatur & manumittebatur, in civitatemque accipiebatur, ut Liv. *lib.* 2. *c.* 4. 5. & Plutarch. *in Poplicola p.* 100. & Theophil. in §. *ult. Inst. de libertin.* sentiunt. Hac autem virga consul vel prætor tangebat caput servi, quem ex jure Quiritium liberum se facere dicebat. Itaque is vertigine quadam tunc usu recepta circumactus, &, ut ait Persius, rotatus & circumductus pileum accipiebat. Hinc: *Vindictam* imponere: *l. pen.* §. 4. *D. de castr. pecul.* vindicta liberare:

l. 5. 22. D. *de manum. vind.* manumittere: *l. ult.* D. *pro derelict.* Vid. *manumissio.*

VINDIUS *Verus*, Jurisconsultus, aliquoties, at non expresso libri titulo laudatur, *l.* 32. §. 4. *D. ad Leg. Falcid. l.* 7. §. 18. D. *de pact. l.* 2. D. *si ex nox. causs. ag.* De ætate tamen ejus satis constat: quia eum inter Antonini Pii consiliarios fuisse, testatur Julius Capitolin. *cap.* 12. Hein.

VINO legato, id omne, quod ex vinea natum vinum permansit, & acetum quoque, quod vini numero paterfamilias habuerit, continetur. Mulsum vero & defrutum, & Zythum & cerevisia, nisi de his quoque testator senserit, non continetur, *l.* 1. & 9. D. *de tritic. vin. oleo legat. l.* 2. *in fin.* D. *de option. legat.*

Vinum Aminæum, de quo *l. ult.* §. 2. D. *de tritic. vin. ol.* Servius *ad Virgil.* dictum putat *quasi sine minio, quia album sit.* Aliter & rectius Macrobius III. 10. Cujus vini quum Cato *de re rust. cap.* 6. Plin. *Hist. nat. lib.* 13. *cap.* 13. aliique scriptores meminerint: merito mireris Alciatum ipsum vocabulum sollicitasse, & pro vino *Aminæo* legisse ἄμεινον. Quem ita merito notat Brodæus *Miscell.* X. 12. Hein.

VIOLARE, lædere, injuria adficere. *Violare* cognatam: *l.* 5. *D. de quæstionib.* contumeliis: *l.* 6. §. 1. *D. de agnosc. liber.* matrimonium: *l.* 13. & 14. D. *ad leg. jul. de adult.* pudorem: *l.* 11. *C. de quæstion.* sepulcrum: *rubr. de sepulcr. viol.* statuas: *l.* 7. §. 1. D. *ad leg. jul. majest.* virginem: *l.* 1. C. *ad leg. jul. de adult.*

VIR *bonus.* Eo nomine quilibet justus, æquus & prudens consideratusque paterfamilias accipiendus est, *l.* 3. §. 1. *D. de recept. arbitr.* & passim. Horat. *lib.* 1. *epist.* 16. *v.* 40. Vir bonus est quis? Qui consulta patrum, qui leges juraque servat: Quo multæ magnæque secantur judice caussæ: Quo responsore, & quo caussæ teste tenentur. Nec ejus modo, qui judicandi munere fungitur, sed cujuslibet minime astuti & fallacis, at integræ vitæ & existimationis idoneique ac diligentis paterfamilias arbitrium *viri boni arbitratu*, seu *arbitrio* continetur, pro eodemque *virum bonum* & bonum patremfamilias nostri auctores dicunt: *l.* 9. §. 2. *l.* 13. §. *ult.* & *l.* 15. §. 4. D. *de usufr. l.* 20. §. 1. D. *de oper. libert. l.* 13. D. *de ann. leg.* quemadmodum & *bonus vir* & innocens conjunguntur, *l. ult.* C. *de alim. pupil. præst.* Quandoquidem tamen judicem in primis *viri boni* ac innocentis officio fungi debere, dicitur in *l.* 4. *D. famil. ercisc.* judicem in primis eo vocabulo intelligi sciendum est. Unde rem ad judicem, id est, ad *virum bonum* remittere, in *l.* 137. §. 2. D. *de verb. signif.* Et ita sæpe arbitratus *viri boni* in libris nostris intelligendus est, qui omnibus fere stipulationibus comprehendi solebat, *l.* 11. & 12. *D. de judic. solv. l.* 21. §. 4. D. *de nov. op. nunc. l.* 4. *C. de restit mil.* Justinianus *Nov.* 89. *c.* 12. §. 6. Ἀποτρέπεσθαι δὲ τοὺς νόθους παρὰ τῶν γνησίων θεσπίζομεν κατὰ τὸ πρέπον τε καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον παρὰ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμαζόμενον· τοῦτο δὴ τὸ παρὰ τοῖς ἡμετέροις νόμοις. Pasci vero naturales a legitimis sancimus, uti decet, & secundum substantiæ mensuram, a bono viro æstimandam: id quod a nostris legibus *boni viri arbitratu* dicitur. Add. *l.* 18. D. *judicat solv.*

VIRGA salignea: *l.* 3. §. 3. *D. arbor. furt. cæs.*

VIR-

VIRGARIUS, in ecclesia rom. cantor, exstititque prope vaticanam basilicam ecclesia S. Mariæ *Virgariorum*, & schola *virgariorum*. Virgarius ille habebat curam præparandi lectum pro S. Pontifice, ubi terminabat processio ejusdem Papæ; qui usus tamen remansit præparandi lectum in eo cubiculo, in quo super lectum S. Pontifex induitur, & exuitur paramentis sacris.

VIRGO accipitur, quæ non est facta puerpera, quæ nullos liberos suscepit, in *l.* 8. C. *de incest. nupt.* Sic loquitur Marcellinus Comes & Paullus Diaconus de Honorii nuptiis agentes. *Virginis adpellationem nox una aufert.* Quinctil. *Declam.* p. 175. Unde Cicero apud Macrob. *cras mulier fiet. Virgo* nondum *mulier.* Arnob. *lib.* 5. *adverſ. gent. p.* 173. *Quodam tempore, quum in Siciliæ prætulit purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proſerpina*, quo loco vide, quæ de differentia *virginis* & mulieris observavit Desid. Heraldus *p.* 211. Add. *l.* 11 §. 1. *D. de contrah. emt. l.* 11. §. 5. *D. de action. emt.* Miscentur tamen haud raro hæ voces. Vid. *mulier.* & Guil. Forster. *lib.* 1. *observ. c.* 5. & Alber. Gentil. *cap.* 11. *p.* 104. *sequ.*

Virgo filia: *l.* 4. §. 7. *D. de legat.* 3.

VIRIDIARIA, loca significant virentibus herbis, graminibusque & arbustis consita, *l.* 26. D. *de instruct. vel instr. legat.* & apud Ulp. *regul. tit.* 6. §. 17. Suet. *in Tib. c.* 6. & Capitolin. *in Gord. c.* 32. & Veget. *lib.* 4. *c.* 6. adpellantur. Et *viridaria* prout in pandectis Florentinis scriptum est in *l.* 13. D. §. 4. & 7. *D. de usufr. l.* 8. *in fin.* D. de *instruct. vel instr. legat.* & *viridia* in *l.* 79. *fin.* D. *de verbor. signif. l.* 15. D. *de servit. l.* 12. *D. de servit. præd. urb.* & apud Vitruvium, *lib.* 6. *c.* 6. & *lib.* 5. *c.* 9. Sic apud Senec. *epist.* 86. cisternam *viridibus* subditam, & apud Plin. *lib.* 5. *epist.* 6. ambulationes pressis ac tonsis *viridibus* umbrosis. Macrob. *lib.* 1. *Saturn. c.* 4. Viridia, quum ἀντὶ ἐπιθέτȣ accipiuntur, genitivum in *ium* faciunt, ut viridia prata, viridium pratorum: quum vero ipsam loci viriditatem significare volumus, *viridiorum* dicimus: ut quum dicitur: formosa facies *viridiorum.* Adparet autem ex *d. l.* 26. etiam in doliis defodi consuevisse viridaria aggesta terra. Quin & in fenestris amoenitatis gratia interdum habebantur, ut ex Martiale, & ex Plinio *lib.* 19. *cap.* 4. intelligimus. Supra ædificia quoque viridaria habuisse Romanos, ostendit *l.* 12. D. *de servit. præd. urb.* & *l.* 79. *D. de verb. signif.* Em. Merill. *observ. I.* 34.

VIRILIS, *e.* Virilis animus: *l.* 4. *D. qui pet. tut.* Virile munus: *l.* 1. *C. quand. mul. offic.* officium: *l.* 16. *D. de tut.* Virilis obligatio: *l.* 8. C. *ad SC. Vell.* opera: *l.* 12. *D. de edend.* sexus, *l.* 15. D. *de liberal. cauſ.* vestis, *l.* 22. *D. de aur. arg. leg.* vigor, qui completur post vigesimum quintum annum: *l.* 1. *D. de minor. l.* 25. D. *de aur. arg. leg.*

Virilis adpellatione in lege Papia, etiam interdum tota hereditas continetur, *l.* 145. D. *de verb. signif.* Viriles portiones æquales interpretatur Paullus *lib.* 3. *Sent. tit.* 2. §. 3. quæ scilicet pro numero personarum in capita constituuntur, ut tot fiant, quot sunt personæ: *l.* 1. §. 11. D. *de tut. & rat. distr. l.* 6. D. *de fidejuſſ. tut. l.* 6. §. 2. D. *de legat.* 1. *l.* 43. D. *de re judic. l.* 54. §. *ult.* D. *de legat.* 1. *l.* 67. §. 4. D. *de legat.* 2. Virilis portio in legatis conservandis post petitam contra

ta-

tabulas bonorum possessionem, quomodo accipienda sit, vid. *l.* 8. D. *de legat. præst. l.* 5. §. 7. *l.* 6. 7. 8. *pr.* §. 1. 2. 5. D. *eod. tit. l.* 67. §. 4. *D. de legat.* 2.

VIRILITATEM amittere: *l.* 4. §. *ult. D. ad leg. Corn. de sicar.* eripere: Martial. *lib.* 9. *epigr.* 7. adimere: Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 31. amputare: Plin. *lib.* 35. *hist. nat. c.* 12. excidere: Quinctil. *Declam.* 340. & *lib.* 5. *instit. orat. c.* 13.

VIRIOLA, ornamenti genus ex gemmis, *l.* 14. D. *de contrab. emt.* Diminutivum autem esse a *viria*, quo verbo utuntur Tertullian. *de pallio c.* 4. & Plin. *lib.* 33. *c.* 3. Vetus glossa: *Viriolæ* κλαυίον ψέλιον, *viriolæ* περιχέρια, ψήλια. Cujac. *obs.* 2. 4.

VIRIPOTENS virgo, dicitur matura & nubilis virgo, *l.* 13. D. *de verb. signif.* Viripotentes autem vocantur feminæ, ut masculi puberes, *pr. Inst. de nupt.* & apud Ulpian. *tit.* 5. *regul.* §. 2. ut masculi impuberes, feminæ vero nondum viripotentes, *l.* 1. §. 32. D. *ad SC. Silan.* Feminas tamen tam impuberes quam puberes dixit Ulpianus *tit.* 16. *regul.* §. 1.

VIRTUS bellica, militum: *l.* 12. & 21. D. *de capt. & postlim.*

VIS, est necessitas imposita contraria voluntati, majorisque rei impetus, qui repelli non potest: *l.* 1. & 2. D. *quod met. causs.* Vetus Glossar. Græc. Βία ἐςὶ μετὰ πράγματος ἀπέλευσις, ἣν ὀ δύναταί τις ἀπωθεῖσθαι ἤγουν ἀφ' ἑαυτοῦν ἀποδιώκειν καὶ ἀποτρέπειν. Vim autem sine corporali vi locum non habere, ait Pomponius, invito Ulpiano *l.* 1. §. 29. *D. de vi & vi arm.* Eaque vel *publica* vel *privata* est. Omne enim omnino, quod per vim fit, aut in *vis publicæ* aut privatæ crimen cadit: *l.* 195. *D. de regul. jur.*

Vim publicam Isidorus *lib.* 5. *Etym. c.* 26. definit esse, si quis civem ad populum vel judicem vel regem adpellantem necaverit, torserit, verberaverit, vinxerit. Quod ille ex Paullo *lib.* 5. *Sent. tit.* 26. §. 1. transcripsit. Vetus Glossar. Græcum: Διαφέρει βία δημοσία τῆς ἰδιωτικῆς βίας. Βία μὲν δημοσία ἐςὶν, ὅταν μετὰ ὅπλων ἐπελθών τις ἁρπάσῃ ἀκίνητον, καὶ ἔχει καταδίκην τὸν περὶ Ἰούλιον νόμον. i. e. Differt vis publica a privata. Publica quidem est, cum quis armatus invadit rem immobilem, & vindicatur ex Lege Julia. Vim utique *publicam* committit, qui per vim stuprum infert: *l.* 29. §. *ult.* D. *ad leg. Jul. de adult.* Atque ita credo initio genere & qualitate delicti vim *publicam* a *privata* separatam. Postea placuit, *publicam* vim eam accipi, quæ armatis hominibus coactis committatur; *privatam* vero, quæ sine armis fiat: *l.* 5. *D. ad leg. jul. de vi privat. l.* 3. 4. & 5. D. *ad leg. Jul. de vi publ.* §. 8. *Inst. de publ. judic.* §. 6. *Inst. de interd.*

Vis privata, ut Isidorus *eod. loco* explicat, est, si quisquam ante judicium armatis hominibus ex suo quemquam dejecerit, vel expugnaverit. Glossar. Græcum: ἡ δὲ ἰδιωτικὴ βία ἐςὶν, ὅταν χωρὶς ὅπλων ἀφέληταί τις ἀκίνητον, καὶ ἔχει καταδίκην τὸν περὶ βίας ἰδιωτικῆς νόμον, ἤγουν δημεύεται τὸ τρίτον τῆς οὐσίας, καὶ οὔτε συγκλητικὸς ἢ ἄρχων γίνεται, ἢ ἄλλην μετέρχεται τιμήν. i. e. *Privata* vero *vis* est, quum quis sine armis invadit rem immobilem, & vindicatur lege de vi privata; videlicet publicatione tertiæ partis bonorum, & (qui admisit eam vim) nec senator, nec prætor sit, nec ullum alium honorem obtinet.

Interdictum *unde vi*, locum habet, cum quis possessionem soli per vim amisit: & datur directe con-

contra dejectorem vel eum, qui mandavit, ratum habuit, aut perſuaſit fraudulenter dejectionem illi, qui vi de poſſeſſione civili, vel naturali, *l.* 1. §. 1. *D. de vi & vi arm.* alicujus rei immobilis dejectus eſt ſine omni cauſſa, ut reſtituatur ei poſſeſſio de qua dejectus eſt, & omnia ablata, imo dato quod ibidem eſſent aliqua, quæ penes violentum fuerint mortua, vel aliquæ res, quæ caſu fortuito perierint, non propter hoc liberabitur, ſed in totum condemnabitur ad earum æſtimationem, quia nec mortalis, nec fortuitus caſus liberat dejectorem. Dicit enim *l.* 1. C. *unde vi.* Recte poſſidenti ad defendendam poſſeſſionem, quam ſine vitio (ſcil. maximo) tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licet, & *ibi not.* & *l.* 1. §. 25. D. *de vi & vi arm.* Et eſt hoc interdictum annale, quia poſt annum non tenetur, niſi quantum pervenit ad eum, *l.* 3. §. 1. D. *eod. tit.* Vis autem hoc loco atrox intelligenda auctore Ulpiano, quæ inde æſtimaretur, quod armis intervenientibus poſſeſſor expellitur, ſive ad uſum armorum proceſſum fuerit ſive terrore eorum fugatus. Nam etſi inermes venerunt animo dejiciendi, & in ipſa concertatione tandem eo perventum eſt, ut fuſtes, aut lapides in manus ſumerent, vis erit armata. Add. Cujac. *Jul. Paul. recept. Sent. lib.* 5. *tit.* 6. §. *de navi vi dejectus.*

Quod *vi* aut clam. Vid. ſupra *Quod* &c.

Vis major, quam θεῦ βίαν vocant. *l.* 9. §. 2. *l.* 25. §. 6. *l.* 33. & 36. *locati.* Plin. *lib.* 19. *cap.* 28. Duo autem genera cæleſtis injuriæ meminiſſe debemus. Unum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, ceteraque ſimilia intelliguntur, quæ quum acciderint, *vis major* adpellatur. Columell. *lib.* 1. *c.* 7. Nam ubi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, numquam niſi cæli *major vis*, aut prædonum inceſſit, detrimentum adfert. Senec. *lib.* 4. *c. penult.* Vadimonium promittimus, tamen deſeritur: non in omnem datur actio deſerentem: *major vis* excuſat. Adpellatur & *vis divina*, *l.* 24. §. 4. D. *de damn. infect.* & *vis magna*, *l.* 2. *in fin.* D. *de peric. & comm. rei vend.* naturalis, *l.* 59. D. *locati.* cui reſiſti non poteſt: *l.* 15. §. 1. D. *eod. tit.* & potentia: *l.* 33. *D. eod. tit.* & majores caſus, quibus humana infirmitas reſiſtere non poteſt: *l.* 1. §. 4. D. *de oblig. & action.* Hujuſmodi ſunt grandiores labes, tempeſtates, incendia, terræ motus, vis aquarum, magnitudines ventorum, & alia id genus, quæ conſilio humano provideri non queunt, qui caſibus fortuitis & vi divinæ adſcribuntur, Vid. *l.* 24. §. 4. D. *de damn. infect.*

Vis aquarum, *l.* 2. §. 5. D. *de aqu. & aqu. pluv.* fluminis, *l.* 9. §. 1. D. *de damn. infect.* ignis, *l.* 3. *C. de peric. tut.* maris, *l.* 24. §. 4. D. *de damn. infect.* ruinæ, *l.* 24. §. 5. D. *eod. tit.* tempeſtatis, *l.* 7. §. 12. *D. ſolut. matrim.* ventorum, *l.* 24. §. 5. *D. de damn. infect.* hoſtium, prædonum, latronum, piratarum, *l.* 30. D. *ad leg. Falcid. l.* 5. §. 4. *D. commod. l.* 1. *D. naut. caup. ſtab.*

Vi deditus, *l.* 24. D. *de hered. pet.* *Vi* factum, in interdicto, quod vi aut clam, videtur, finitore Mucio Scævola, quod quis contra, quam prohiberetur, fecit, *l.* 1. §. 5. D. *quod. vi aut clam.* Sed & qui vel minimi lapilli jactu prohibitus facere perſeveraverit, vel contra teſtationem de-

denunciationemque fecerit, aut quum se sciret prohibendum, per vim molitus est, ne prohiberi posset, & quo minus prohiberetur, consequutus est per periculum denunciando adversario, aut janua præclusa, *l.* 1. §. 6. 7. *l.* 19. D. *eod. tit.* Vim facit, qui non sinit possidentem eo, quod possidebit, uti arbitrio, sive in serendo, sive in fodiendo, sive ædificando, sive quid omnino faciendo, quod liberam possessionem adversarii non relinquit, *l.* 11. *D. de vi & vi arm.* Vim facere videtur quominus reficiatur, qui necessaria refectioni asportari non patitur, *l.* 4. D. *de itin. actuq. priv.* Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinaria actione experitur, *l.* 97. §. 1. *D. de reg. jur.* Alia caussa est ejus, qui quod sibi deberi putat, non per judicem reposcit, *l.* 13. D. *quod met. causs. l. penult.* D. *ad leg. jul. de vi privat.* Vis quædam impune fit, *l.* 4. §. 1. D. *de itin. actuq. priv. l.* 5. §. 1. D. *eod.* Vis aliqua fit juris retinendi caussa, a qua facinus abesse potest, *l.* 24. *D. de oblig. & act.* Vim inferre visceribus mulier dicitur, *l.* 39. *D. de pæn.*

Vi possidere in interdictis prætoriis dicitur, qui expulso veteri possessore, sive jure is, sive mala fide possidebat, adquisitam per vim possessionem obtinet: aut qui in hoc ipsum aptatus & præparatus venit, ut contra bonos mores auxilio, ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, facit. Sed qui per vim possessionem suam restituerit, aut etiam ereptam sibi, in ipso congressu recuperaverit, vi possidere non intelligitur, *l.* 1. §. 28. D. *de vi & vi armat. l.* 4. §. 22. *D. de usucap.* Vi possidet & ille, qui absente domino ingressus possessionem venientem deinde non admittit, *l.* 6. *in fin.* D. *de adquir. possess.* At qui vacuam possessionem occupaverit, quamquam deinde venientem dominum prohibuerit, *vi* non possidet, *l.* 4. §. *pen. D. de usucap.* Vi porro possidere a me videtur, qui ab auctore meo vi possidet, *l.* 3. §. 1. D. *de itin. actuq. priv.* Vi, clam, precario possidere, cui adversatur sine vitio, ut *l.* 1. §. 29. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

Vis, pro eo, quo res efficere quid valet. Sic: *Vires* accipere, *l.* 8. §. 9. D. *de legat.* 1. *l.* 9. §. 2. D. *de option. legat. l.* 26. D. *de stipul.* Cujac. *lib.* 25. *obs. c.* 19. & *ad Julian. d. l.* 9. Vis actionis, *l.* 1. D. *ad exhib.* conditionis, *l.* 69. *D. de hered. inst.* conventionis, *l.* 12. *D. de precar.* exceptionis, *l.* 11. §. *ult. de bon. possess. sec. tab.* institutionis, *l.* 13. §. 1. D. *de testam. milit.* præturæ, *l.* 2. *D. de judic.* rei judicatæ, *l.* 6. *C. de exsequut. rei jud.* sententiæ, *l.* 1. *C. quand. provoc.* stipulationis, *l.* 23. *D. de pact. dot.* testamenti, *l.* 2. D. *de his, quæ in testam. dol.*

Vi ipsa, quod Græce dicitur τῇ δυνάμει, ut in *l.* 29. D. *de recept. arbitr.* & effectu in *l.* 10. D. *de usu & habit.* Ita vero in *l.* 27. §. 3. D. *de pact. l.* 1. *D. de statul. l.* 72. §. 4. *D. de solut. l.* 16. §. 3. *D. ad SC. Trebell. l.* 1. §. *ult. D. de interdict. l.* 45. §. 1. D. *ad leg. Falcid.*

Vi ipsa modo idem est, ac sua natura, uti apud Gell. *lib.* 2. *c.* 7. quæ sua vi recta & honesta sunt: modo ipso effectu, vel τῇ δυνάμει. An vero & simpliciter positum *vi* effectum notat, in d. *l.* 45. §. 1. D. *ad leg. Falcid.* Vid. Bynkersh. *lib.* 7. *observ. c.* 25. Hein.

Vires pro bonis & facultatibus. Sic vires dotis: *l.* 15. *D. de donat. int.*

int. vir & ux. hereditatis : *l.* 42. *D. mandat.* patrimonii, *l.* 36. D. *de bon. libert.* portionis : *l.* 11. §. 6. D. *ad leg. Falcid.*

VISCERA. Viſcerum portio, partus antequam edatur, *l.* 1. §. 1. D. *de inſpic. ventr.* Add. Quinctill. *declam.* 338. Senec. in *Octav.* Ovid. *lib.* 6. *metam. v.* 192. Uteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.

VISCERATIO, in *l.* 54. D. *de legat.* 3. idem ac epulum, ut vocatur in *l.* 122. *pr.* D. *de legat.* 1. Vid. Senec. *epiſt.* 19. & 73. & utroque loco Lipſium. Add. Reineſ. *Claſſ.* 1. *inſcr.* 105. *p.* 145.

VISELLIA lex, adverſus libertinos ingenuitatis jura & munia uſurpantes & ſibi vindicantes ſcripta fuit. *tit.* C. *ad leg. Viſell. l. un. C. quand. civil act. crim. præjud.* Ulpian. *tit.* 3. §. 5. Militiam quiritiam accipit Latinus, ſi inter vigiles Romæ ſex annis militaverit, ex lege *Viſellia*, ea lex fuit a L. Viſellio Varr. Conſ. cum Caio Fronteio an. 773. Claudii temporibus. Vetus Gloſſarium Græcum : Vicellia Lex, *ἐςὶ νόμος παλαιὸς ἐκτεθεὶς ἐπι Βεσελλίȣ ὑπάτȣ, τιμωρῶν τȣ̀ς ἀπελευθέρȣς ϗ ἐπάγων ἀτιμίαν τȣ̀ς ποιήσαντας τὰ τῶν ἐυγενῶν, τȣτέςι τȣ̀ς συγκλητικȣ̀ς γενομένȣς, ἢ ἑτέραν τινὰ τιμὴν, ἢ λέγοντας ἑαυτȣ̀ς ἐυγενεῖς εἶναι, χωρὶς αἰτήσεως χρυσῶν δακτυλίων ϗ κεῖται ἐν τῷ Κατιτλτȣ̃* [illegible] *βιβλ. τȣ̃ Κώδ. Ανῃρέθη δὲ ὑπὸ τῆς νεαρᾶς τῆς ἐν τῷ κς. τίτλ. τȣ̃ μη. . . βιβλ. τῶν βασιλικῶν λέγȣσα μὴ δεῖσθαι τȣ̀ς ἀπελευθέρȣς χρυσῶν δακτυλίων ὅθεν ȣ̓κ ἐςι διαφορὰ ἐυγενείας ἢ ἀπελευθερότητος.* Eſt lex antiqua lata a Viſellio Conſule, puniens libertinos & infamiam irrogans eis, qui fecerint quæ ſunt ingenuorum, puta ſi ſenatores facti, vel aliquem alium honorem acceperint, vel ſe dixerint ingenuos eſſe, cum non haberent jus aureorum annulorum. Et exſtat illa lex in *tit.* 21. *lib.* 9. Codicis. Extracta autem eſt e novella quæ eſt in 26. *tit. lib.* 48. . . . Baſilicῶn, hac ſententia, ne geſtent libertini anulos aureos, ne ingenuitatis & libertinitatis nulla ſit differentia.

VISIONES, ut Anton. Auguſtin. animadvertit, juriſconſulti adpellant, quod Græci *θεωρήματα* & *θεωρίας*, *l.* 25. §. 15. D. *de hered. pet. l.* 8. §. 2. *D. ad SC. Vellei. l.* 8. *in fin.* D. *de probation. l.* 28. §. 5. D. *mandat.* Inſpectionem etiam dicunt Icti nonnumquam in eamdem ſententiam, *l.* 31. §. 1. *D. depoſ. l.* 44. §. 1. D. *de oblig. & act. l.* 12. §. 9. *D. de captiv.* ubi dicitur inſpectatis. Viſiones plane Quinctilian. *lib. ult. c.* 10. adpellat, quas Græci *φαντάσματα*. Civitas vacuatur ſtudio *viſionis*. Apulei *lib.* 8. *metam. p.* 316.

Vocabulum autem *viſionis* ſemper a manu eſſe Triboniani, ait Cujac. *lib.* 3. *Quæſtion. Paull. ad l.* 25. D. *de probation.* & *lib.* 21. *obſ. c.* 26. & Viſſembach. in *Emblemat. Tribon. p.* 60. Quia Græciſmum ſapit hæc loquutio. Quaſi vero & meliores ævi juriſconſulti a Græciſmis religioſiſſime abſtinuerint. Frequentiſſime in diſputando veteres utebantur verbo : *videbimus*. Quinctil. *Declam.* 309. Videbimus, an in controverſiam res adducta ſit? *Declam.* 314. Videbimus an in aliis partibus demens fuerit? Add. *Declam.* 326. 327. 350. Senec. *epiſt.* 110. 116. Conf. Jo. Frid. Gronov. *ad Senec. de ira III.* 14. Itaque non mirum, ſi quæſtionem, de qua diſquirebant, *inſpectionem* vel *viſionem* noſtri vocarint, quamvis alia notione ea vocabula alibi occurrere non ignorarint. Hein.

VISPELLIO, vilium & ignobilium cadaverum elatorem ſigni-

nificat. Et ita hoc verbum in Pandectis Florentinis scribitur, in *l.* 31. D. *de eviction. l.* 7. *D. ad SC. Trebell. l.* 72. §. *pen.* D. *de solut.* ubi *bispellionem* usitata litterarum *b* & *v* commutatione scriptum est. Quod tamen in fœdum errorem quosdam induxit. Sic & in Lexico B. Germani: *Bispelliones*, νεκροτάπτας, κοπιάται. In aliorum auctorum codicibus *vispilliones*, & *vespilliones* adpellantur, ut apud Tertullian. *de pallio*, & Martial. *lib.* 1. *epigr.* 31. & 48. & in libello Fulgentii *obscurarum vocum p.* 801. *edit. Dion. Gothofred.* Et apud Ammian. Marcellin. *lib.* 29. & Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *epist. ult.* & *lib.* 2. *ep.* 8. ubi *vespilliones* & *sandapilas* conjungit. In codicibus tamen Suetonii, *in Domit. c.* 17. & Eutrop. *lib.* 7. quum de Domitiani funere agit, qui Venetiis an. 1490. impressi sunt, *Vispelliones* scriptum est. Vetus Glossarium utriusque testamenti: Vispelliones ait, esse fossarios, qui mortuos portant. Apud Festum Pompei: diligentia Anton. Augustini restitutum sic legitur: Vespæ & vespilliones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed qui vespertino tempore eos auferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam *vespillones* vocantur. Martial. Qui fuerat medicus nunc est *vespillo* Diaulus. Add. Dionys. Gothofred. *not.* 21. *ad d. leg.* 72. §. *pen.* D. *de solution.*

VITA decedere: *l.* 9. D. *de reb. dub.* Vitæ necisque jus: *l.* 1. D. *de his, qui sui vel al. jur.*

Vita pro conditione. Vitæ tenuis: *l.* 6. §. *ult.* D. *de offic. præsid.*

VITELLIUS, jurisconsultus, *l.* 34. *D. de adquir. possess.* Vitellium eumdem cum Masurio Sabino putat Anton. Augustin. *Emendat. I.* 6. deceptus, ut videtur *l.* 18. D. *de hered. instit.* ubi Paullus in inscriptione ad Vitellium scripsisse dicitur, & tamen in textu ipso locus ex Sabino describitur. Sed non recordatus est vir doctissimus, Sabinum quoque scripsisse ad Vitellium: *l.* 45. D. *de legat.* 3. *l.* 8. 12. §. 27. D. *de instr. vel instrum. leg. l.* 3. *pr.* D. *de pen. legat. l.* 20. *in fin.* D. *de his, quæ ut indign.* Ex eo ergo commentario ibi quædam profert Paullus. Petr. Perrenon. *Animadvers.* 26. Præter Sabinum & Paullum Vitellio eam operam navarunt Cassius, *l.* 12. §. 27. *D. de instr. vel instr. leg.* & Aristo, ut ex *l.* 3. §. 1. D. *de pen. legat.* colligit Guil. Grotius *de vit. ICtor. II.* 5. Hein.

VITIARE corrumpere. *Vitiatum* ædificium, prædium, *l.* 15. §. 32. *l.* 18. §. 11. D. *de damn. infect.*

Vitiare, destruere, & efficere ut nullius sit momenti. Sic: vitiantur actiones: *l.* 14. §. 4. *D. de except. rei judic.* actus legitimi: *l.* 77. D. *de regul. jur.* matrimonium: *l.* 3. C. *de interd. matrim.* obligatio: *l.* 1. §. 3. D. *de verb. oblig.* regula: *l.* 1. D. *de regul. jur.* scriptura: *l.* 94. D. *eod.* stipulatio: *l.* 65. D. *de verb. signif.*

VITIOSE, i. e. non idonee, non recte. *Vitiose* cautum, vel satisdatum: *l.* 6. *D. qui satisd. cog.* tutor datus: *l.* 37. D. *de excusat.* uti: *l.* 6. *D. de itin. actuq. priv.*

VITIS. *Vites* etiam arboris adpellatione continentur, *l.* 1. D. *de arbor. cæd.* Et sæpissime arboribus accensentur vites, tum in jure nostro, *l.* 2. D. *arbor. furt. cæs.* verum etiam apud Plinium *lib.* 14. *hist. nat. c.* 1. immo & Horat. *Carm. I.* 18. 1. aliosque, quorum testimonia attulit Menag.

Amœn. jur. civ. c. 9. Hein. *Vites* transducere in arbores : *l.* 3. §. 4. *D. uti possid.* Vitium incensores : *l.* 16. §. *pen.* D. *de pœnis.*

VITIUM a *morbo* in Ædilium edicto separatur. Eaque inter hæc verba differentia statuitur, quod morbus temporalis est corporis impedimentum, veluti si luscus quis sit, *l.* 1. *pr.* & §. 7. D. *de ædil. edict. l.* 101. §. 2. D. *de verb. signif.*

In stipulatione vero damni infecti, qua de vitio loci cavetur, *vitium* esse definitur, quod accidens extrinsecus vitiosas ædes facit, *l.* 15. §. 13. & *seq.* D. *de damn. infect.* Ita exaudienda verba: quod si arbores vetustate deciderint, *vitio* earum casus factus intelligitur, *l.* 24. §. 9. *D. eod. tit.* Vitium loci : *l.* 14. §. 1. D. *de aqu. & aqu. pluv.* quod nocere dicitur aquæ, apud Cic. in *Topic.* quoties, ut Boethius ibi explicat, naturaliter sese locus habet, ut excipere aquam posset & nocere verno. Palustris itaque locus & arenosus vitiosus non existimabitur, quia naturale id *vitium* est. *Vitium* operis & soli, *l.* 18. §. 1. D. *de damn. infect.* Quo referenda sunt verba Ciceronis *in Top.* Non enim ejus vitio, ait, qui demolitus est, damnum factum est, sed ejus operis *vitio*, quod ita ædificatum est, ut suspendi non possit.

Vitium facere ædificia dicuntur, interprete Boethio *in Top. Cic. c.* 3. quæ ruinam minantur, *l.* 28. §. *ult. l.* 3. D. *locat. l.* 32. D. *de damn. infect.* Vitium etiam facere navis dicitur, *l. ult.* §. *pen.* D. *de leg. Rhod.*

Vitium etiam pro culpa ponitur, in *l.* 22. *in fin. D. de negot. gest. l.* 95. §. *pen.* D. *de solut. l.* 71. *in fin. D. de cond. & dem.* Sic: Vitio suo, vel sine vitio suo, *l.* 63. §. *ult.* D. *de evict. l.* 4. *C. de pign. act.*

Vitium, pro defectu. Sic in ambigua voce legis ea potius accipienda significatio, quæ vitio caret, *l.* 19. D. *de legib.* & quæ facit, ut vox interpretata aliquid operetur : neque enim maligne accipienda est, *l.* 126. §. 2. D. *de verb. oblig.* ne vitium adferat interpretatio, & nullius momenti faciat esse legem.

Vitia possessionum, alia sunt *ex re*, veluti quod res fisci sit, vel furtiva, vel vi possessa, vel contra legem Juliam repetundarum accepta : alia *ex persona*, veluti si mala fide, si clam, si precario quis possessionem sit ingressus, *l.* 11. C. *de adquir. possess. l.* 13. §. 1. *D. eod. l.* 24. *D. de usurpat. l.* 13. §. 1. D. *de publician.* Vitiosum itaque initium possessionis est, si quis alienæ sciens possessionem adprehendat, *l.* 15. §. *pen. D. de usurpat.* Vitium pronunciationis, id est, error, in ea admissus : *l.* 37. *D. de excusat.*

VITRASIANUM SCum, de manumissis, & pretio manumissionis, *l.* 30. §. 6. D. *de fideicom. libert.*

VITREA, pro vitreis vasis, in *l.* 12. §. 28. D. *de instr. vel instr. legat.* Vitrea escaria & potoria, *l.* 3. §. 1. *D. de supell. leg.* Vitreum autem non semper significare, quod est ex vitro, sed aliquando etiam, quod vitri colorem habet, ex Virgil. 4. *Georg. v.* 350. probavit Salmas. *ad Lamprid. Elagab. c.* 19. conf. Nicii Erythræi *indic. Virg.* voce vitreisque sedilibus.

VITRCAMINA, *l.* 18. §. *pen.* D. *de instr. vel instr. leg.*

VITUTIARII, in *l.* 2. *C. Theod. de collegiat.* qui fuerint non constat, & hanc vocem varie sollicitat, Gothofred. in *commentar. ad d. l.*

VIVARIUM, locus septus est,

eſt, quo incluſæ feræ cuſtodiuntur & adſervantur, *l. 62. §. 2. D. de uſufr. l. 3. §. 14. D. de adquir. poſſeſſ.* ubi Paullus a *vivariis* piſcinas ſeparat, & quod initio *vivariis*, id poſtea *ſilvis circumſeptis* opponit. Et ita hoc verbum accipitur apud Plin. *lib. 8. c. 52.* Columell. *lib. 8. c. 1.* Ammian. Marcellin. *lib. 31.* Gell. *lib. 2. c. 20.* Varro *lib. 3. de re ruſtic.* dicit leporaria adpellari, & mox: *Vivaria* autem, quæ nunc vulgus dicit, ſunt quos Græci παραδείσους adpellant. Seneca *epiſt. 91.* *Vivaria* piſcium in hoc clauſa, ut tempeſtatum pericula non adiret gula, & quamvis acerrime pelago ſævienti haberet luxuria portus ſuos, in quibus diſtinctio piſcium greges ſaginaret. Hæc Seneca. Pro piſcina etiam hoc verbum uſurpat Columella *lib. 8. c. 16. & c. ult.* Q. Curtius *lib. 8. c. 9. n. 28.* Venatoris maximus labor eſt, incluſa *vivaria* animalia inter vota cantuſque pellicum fugere. Plenius quoque *lib. 9. cap. 54. 55. 56.* vivaria muræxnarum, oſtrearum, cochlearum dixit.

VIVERE actiones dicuntur, quæ non expirarunt, *pr. Inſt. de perp. & temp. action.*

VIVIANUS ICtus laudatur, *l. 1. §. 45. & 46. D. de vi & vi arm. l. 2. §. 6. D. de itin. actuq. priv. l. 17. § 4. D. commod.*

ULPIANUS, Domitius, Juriſconſultus, de quo ſupra in *Domitius.* Tyrium Syrophoenicem eum fuiſſe, patet ex *l. 1. pr. D. de cenſib.* Floruit ſub Severo & Antonino, ſub Elagabalo aut in exſilio fuit, aut dignitate privatus. Lamprid. *in Elagab. c. 16.* ſub Alexandro Præfectus prætorio fuit, quin ἐπιγνώμων καὶ ὥσπερ κοινωνὸς τῆς ἀρχῆς, inſpector ac veluti particeps imperii Zoſim. *Hiſt. I. 1.* ut ſummum Imperatorem ideo factum Alexandrum putet Lamprid. in *Alexand. c. 51.* quod Ulpiani conſiliis præcipue rexerit rempublicam. Non mirum ergo, Alexandrum eum amicum vocaſſe, *l. 4. & 24. c. locat.* Stilus ejus multa habet ſingularia, nec ſemper eſt elegantiſſimus, fatente Bynkersh *obſ. 8. 15.* nec tamen hebraiſmos in ejus fragmentis reperiri, olim ſingulari diſſertatione adverſus Ant. Auguſtinum alioſque oſtendit Hein. Proculianis eum faviſſe exiſtimat Ev. Otto in *Papiniano XIII. 9. p. 297.* ſed id non magis certum, quam quæ de æmulatione inter eum & Paullum, quin & Papinianum plerique ſibi videntur obſervaſſe. Hein.

ULPIANUM quemdam Tyrium, unum ex Deipnoſophiſtis κατὲκειτον dictum, Athenæus in proemio operis, & ex eo Suidas in κατὲκειτος teſtantur. Id de noſtro accepit non modo Lectius *de vita & ſcript. Ulpiani Orat. 1.* Sed & alii. Sed vide Gerard. Jo. Voſſium *de Hiſtor. Græc. lib. 3.* & Hier. Wolffium *ad Ulpian. Comment. Demoſthen. p. 1129.*

Ulpianum rhetorem fuiſſe Chriſtianum, oſtendit Cujac. in *c. 1. de vit. & honeſt. cler.* & huic libros adſignat opinionum Jac. Gothofredus in *Commentar. ad l. 61. D. de regul. jur.*

ULTIMAM pœnam, Plinius *lib. 2. epiſt. 2.* & Sueton. in *Julio c. 14.* dixerunt, quæ alias *ultimum* ſupplicium *l. 38. §. 8. D. ad leg. jul. de adulter. l. 1. §. 28. D. ad SC. Silan.* quod mortem interpretamur, *l. 22. D. de pœn. l. 1. fin. D. ad leg. Corn. de Falſ.* Ad beſtias itaque damnati, quia ea damnatio mortem irrogat, ultimo ſupplicio damnati dicuntur, *l. 19. D. de pœn.* Sic Græci ἐσχάτην δίκην, ut Plutarch. *in Ciceron.* & ἐσχάτην κόλασιν, ut Appian. *lib. 1. de bell. civ. 2.* ἐσχάτας τιμωρίας,

μωρίας, ut Demosth. περὶ ϛεφάνȣ p. 193. adpellant.

ULTIS. Cis & *ultis* in *l.* 2. §. 31. D. *de orig. jur.* non, ut alii codices, *uls*.

ULTRO. Interdum significat ultra, versa vice, prior. Idque in Terent. *Adelph. act.* 4. *scen.* 3. quod a Servio in *lib.* 2. *Æn. v.* 145. adnotatum. Justin. *lib.* 22. *c.* 5. ultroque victores insequuti. Eamdem significationem Cujac. 3. *obs.* 2. observavit, eamque sibi deprehendere visus est, in *l.* 1. §. 6. *D. uti possid.* Actio numquam *ultro* possessori datur. Liv. *lib.* 1. *c.* 5. Latrones captum regi Amulio tradidisse; ultro accusantes. Petr. Perrenon. *Animadv. I.* 13. eamdem significationem deprehendit, in *l.* 2. *pr.* D. *ad leg. Rhod. de jact.* Ultroque ex locato habiturus est actionem, nec non in *l.* 6. D. *de bon. damnat.* Itaque neque speculatores ultro sibi vindicent, neque optiones. *Ultro* id est, prius, quam reus damnatus sit, ceu patet ex *l.* 2. D. *eod. tit.* Harum omnium significationum exempla occurrunt in *l.* 3. §. 4. D. *de condict. causs. dat. l.* 1. §. 6. D. *uti possid. l.* 2. D. *ad leg. Rhod. l.* 34. §. 3. D. *de contr. emt. l.* 15. *D. de op. nov. nunc. l.* 29. *in fin.* D. *famil. ercisc. l.* 59. *D. de furt. l.* 1. *in fin. D. de usur. l.* 25. D. *de liberal. causs. l.* 18. §. 2. D. *de castr. pecul. l.* 10. D. *de negot. gest. l.* 19. D. *mandati. l.* 22. *D. ex quib. causs. major. l.* 11. §. 3. *l.* 37. §. 4. *D. de legat.* 3. Cic. *pro Quint. c.* 23. Unus fuit Sex. Nævius, qui cum ipse *ultro* deberet. Tacit. *lib.* 11. *annal. c.* 29. Deinde metu, ne ad perniciem ultro traherentur, desistunt. Idem *lib.* 6. *annal. c.* 23. Consultusque Cæsar, an sepeliret sineret, non erubuit permittere, ultroque incusare casus, qui reum abstulissent. Idem *lib.* 6. *c.* 30. ultroque damnatur, atque urbe exigitur, & *c.* 31. Non despectum id apud barbaros, ultroque potentiam habet. Adde Plin. *lib.* 5. *c.* 9. *lib.* 29. *c.* 1. *lib.* 35. *c.* 6. Sueton. *in Tib. c.* 11. Apulei. *apolog.* 2. Augustin. *lib. de gest. cum Emerito.* Sil. Ital. *lib.* 16. Latius adfatur juvenem ac prius incipit ultro.

Ultro citroque, hinc inde, ex utraque parte, ex utroque latere: *l.* 19. *D. de verb. signif.*

UMBRÆ inanes & cassæ imagines dignitatum: *l.* 74. *v. inanes C. Theod. de decurion.*

UNCIA duodecima pars est assis, & , ut Cassiodor. *lib.* 1. *var. epist.* 10. scribit, mensuræ primus gradus. *Unciæ* hereditatis, *l.* 60. & 78. §. 2. D. *ad SC. Trebell.* Sic etiam unciæ usuræ: *l.* 47. §. 4. D. *de administr. & peric. tut.*

UNCIARIUS heres: *l.* 34. §. 12. D. *de legat.* 1. id est ex uncia heres, ut est in *l.* 24. *D. de leg. Corn. de fals.* Unciaria lex: Fest. *lib. ult.*

UNDE pro a quo veteres dicebant, ut testis est Donatus in *Ter. Eunuch. prolog.* citans illud Virgilii: *genus unde Latinum.* Sic: is, unde is emit, *l.* 15. §. 1. D. *de div. temp. præscr.* Unde erat, *l.* 1. §. 1. D. *de effractor.* id est, unde oriundus erat, quæ loquutio familiaris est Ciceroni, velut *Top. c.* 6. Scholiast. *Horat. p.* 373. & *p.* 311. Itaque reum a quo petitur, eum *unde* petitur, Latini adpellant. Cic. *lib.* 7. *ad divers. epist.* 11. Omnibus *unde* petitur hoc consilii dederim. Unde petas: *l.* 60. §. 2. D. *locat.*

Unde vi. Vid. art. *vis.*

UNGUENTIS legatis, non tantum ea legata videntur, quibus ungimur voluptatis caussa, sed & valetudinis, *l.* 21. §. 1. *l.* 25. *in fin.* D. *de aur. arg. legat.* Un-

Unguenta autem coactis odoribus fieri, ait *l.* 27. §. 1. D. *de adquir. rer. dom.*

UNI pro unius, *l.* 1. *in fin.* D. *de bon. possess. sec. tab.*

UNIO margarita est ex concha, quæ apud rubrum mare & crescit & coalescit, *l.* 6. & 19. §. 13. *seq.* D. *de aur. arg. leg.* Vid. Plin. *lib.* 9. *c.* 25. *lib.* 12. *c.* 1. Vid. supra sub art. *margaritæ.* Unionem solvere: Vid. in *solvere*, & add. Rad. Forner. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 11. 12.

UNITAS. Terra unitatem facere dicitur, quum crusta terræ coaluit, *l.* 9. §. 2. D. *de damn. infect.* Unitate majoris partis consumi, *l.* 23. §. 5. D. *de rei vindicat.*

UNIVERSITAS & singula corpora opponuntur, *l.* 16. §. 1. D. *ad SC. Trebell.*

Universitas quoque pro universitate jurium, sive rerum & bonorum, ut hereditate, ut castrensi peculio, cui singulæ res opponuntur, *l.* 1. §. 1. D. *quor. bonor. l.* 20. §. 10. *D. de hered. pet. l.* 1. *D. de rei vind. l.* 7. §. *ult. D. de bon. damnat. l.* 1. *pr. D. de interd.*

Ad *universitatem* venire, id est, ad successionem omnium bonorum, *l. ult.* D. *de bon. damn.*

Per *universitatem* transire, *l.* 62. D. *de adquir. rer. dom.* & per universitatem transit prædium, *l.* 1. D. *de fund. dot.* Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 2. §. 1. Per universitatem, ait, hoc est, omnia simul bona adquirimus hereditate, adoptione. Sic in §. *ult. Inst. per quas pers. adquir.* & *pr. Inst. de adquis. per adrogat.* verbum hoc accipiendum est.

Universitas, adpellatur collegium, corpus, curia, societas, *tit. quod. cujusque univ. nom.* & *tit. de manum. serv. ad univ. pert.* Durat vero & manet universitatis nomen, etiamsi ad unam personam reciderit, *l.* 7. §. *ult.* D. *quod cujusq. univ. nom.* Universitatis res sunt, quæ in civitatibus sunt, theatra, stadia, & si qua alia sunt communia civitatum: *l.* 6. §. 1. D. *de rer. divis.*

UNIVERSORUM bonorum societas, *l.* 5. & 7. D. *pro soc.* id est, earum rerum, quæ posteacumque adquirentur, *l.* 73. D. *eod. tit.*

Universa non, id est, nulla, *l.* 4. C. *de precib. Imp. offer.*

UNIVIRA, quæ uni viro nupserat, apud Tertull. *lib.* 1. *ad uxor. c.* 7. & *Trebell.* Pollion. in *trig. Tyrann. c.* 32. & in lapide apud Gruter. *Inscript.* 1141. 1.

UNUSQUISQUE, pro alterutro, *l.* 3. C. *comm. divid.*

VOCABULA rerum immutabilia sunt, hominum mutabilia, *l.* 4. *pr. D. de legat.* 1.

Vocabulo feminino etiam masculos contineri, exemplo pessimum est, *l.* 45. *pr.* D. *de legat.* 2. Vid. *l.* 81. D. *de legat.* 3.

VOCARE. *Vocari* in crimen: *l.* 26. *C. ad leg. Jul. de adult.* Cic. 5. *Verr.* 50. ad judicium: *l.* 1. §. 3. *l.* 51. D. *de administr.* & *per. tut.* Vocare in jus, verbum est XII. Tabular. ut adparet ex his verbis: *Si in jus vocet, atque eat.* Et quia vocatos, non sequentes trahere licebat, inde Horatius sæpe *rapere in jus* dixit. Vocari ad pœnam, *l.* 2. D. *ad SC. Silan.* in testimonium, *l.* 10. §. 4. D. *de quæstion.*

Vocari ad curam: Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 28. ad honorem: *l.* 2. §. *ult.* D. *de decur.* ad munus: *l.* 7. C. *de adpell.* ad negotia gerenda: *l.* 16. D. *de excus.* ad tutelam: §. 13. *Inst. de excusat. tut.*

Vocari ad bonorum possessionem: *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 11. D. *de bon. possess. contr. tab.* ad here-

reditatem : *l. 6. D. de suis & legit. her.* ab hereditate : *l. 2. D. und. cogn.* ad substitutionem : *l. 83. D. famil. ercisc.*

VOCATORIÆ litteræ, evocatoriæ, citatoriæ. *Vocatoria* epistola, in ordine rom. dicitur, qua is, qui absens in episcopum alicujus ecclesiæ a clero & plebe electus est, ad hanc dignitatem capessendam evocatur, directa epistola a metropolitano ad episcopum & presbyteros, ex quorum diœcesi & paroecia est electus.

VOCONIA lex de mulierum hereditatibus *pr. Inst. de leg. falcid.* & apud Paull. *lib. 4. tit. 8. §. 22. & Pariat. Leg. Mos. & Rom.* Quam Voconius Saxa Tribunus plebis a plebe rogavit, ut Cicero *pro Corn. Balbo c. 8.* & Flor. *in Epitom. Liv.* & Augustin. *lib. 2. de civit. Dei* scribunt. Cavebatur autem ea, ne qui census esset, id est, centum millia sestertium possideret, virginem neve mulierem, supra quadrantem suorum bonorum, id est, ultra 25. millia sestertium, ut ait Liv. *lib. 56.* heredem institueret: plusve cuiquam legaret, quam ad heredem heredesve pertineret. Ne feminæ ultra consanguineos ab intestato succederent. Theophil. *Inst. tit. de leg. Falcid.* ϗ ἐτέθη ἐν τρίτῳ τάξει ὁ βοκώνιος νάμος, ὅςις εἶπεν μηδὲν πλέον λαμβάνειν τὸν λεγατάριον ἢ κληρονόμȣ. Add. Cic. *de finib. 2.* Dis. *lib. 56.* Gell. *lib. 2. c. 13.* & *lib. 17. c. 3.* Vid. Franc. Balduini & Jac. Perizonii libellos de lege Voconia.

VOLGO pro *vulgo.*

VOLO, verbum, meram voluntatem significat, proinde qui restituere rogatus est, quibus volet, etiam indignos præferre poterit, aliter atque, si his, quos putaverit, vel arbitratus fuerit, restituere rogatus esset. Tunc enim non alias, quam ex boni viri arbitrata restitutio facienda est, *l. 1. & 24. D. de legat. 2.* Verba autem hæc : *Si volet* extensiva sunt, & tractum habent, *l. 6. in fin. D. ad SC. Tertul. l. 113. D. de verb. oblig.* Adde supra *velle.*

VOLUNTAS interdum ex scientia & patientia inducitur, *l. 1. §. 11. D. ad SC. maced.* Errantis voluntas nulla est, *l. 20. D. de aqu. & aqu. pluv.* nec furiosi : *l. 47. D. de adquir. hered.* Quum voluntas alicujus in aliquo actu desideretur, ea vel subsequi recte potest : *l. 10. D. de aqu. & aqu. pluv.*

Voluntatem filiæ, quum pater agit de dote, non sic accipimus, ut consentiat filia, sed ut ne contradicat, *l. 2. § 2. D. solut. matrim.* Voluntate itaque filiæ pater dotem recepisse videtur, si caussas contradicendi ei filia non habeat, *l. 37. D. eod. tit.* Voluntate Domini in libertate est, qui volente & consentiente domino jus libertatis usurpat, vel aliquid pro libero gerit, *l. 4. C. de fideicomm. libert. l. 2. D. de liberal. causs.* Opera, quæ non secundum *voluntatem* sunt, opponuntur operibus manu factis, & quæ ex voluntate facientis originem trahunt, *l. 2. §. 6. D. de aqu. & aqu. pluv.*

Voluntas absolute voluntatem ultimam significat, *rubr. C. si contr. matr. volunt.*

Voluntas, legis, orationis, id est, mens & sententia, *l. 18. D. de legib. l. 6. §. 2. D. de confess.*

VOLUPTARIÆ, vel *voluptuosæ* impensæ. Vid. art. impensæ.

VOLUSIUS *Mæcianus*, Ictus, quem Divi Fratres vocant amicum juris civilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxie diligentem, in *l. 17. D. de jur. patron.* Fuit autem Mæcianus in consilio Antonini Pii Jul. Ca-

Capitolin. in *Anton. Pio c.* 12. sub quo & Marcum in jurisprudentia instituit. Idem in *Marco c.* 3. ipseque Marcus εἰς ἑαυτὸν. I. 6. ubi Μαικιανοῦ legendum esse pro Μαρκιανοῦ, viri docti monent. Periit in tumultu Cassiano: Volcat. Gallic. *in Avid. Cassio c.* 7. scripsitque *fideicommissorum* seu *quaestionum de fideicommissis* libros 16. *Publicorum* libros 14. e quibus Jacobus Gothofredus *de imperio maris c.* 2. esse putat librum *de lege Rhodia*, recte id negante Bynkersh. *ad leg. Rhod. c.* 1. Denique ejusdem Jurisconsulti exstat libellus *de asse*, mirifice commendatus a Cujacio in *l.* 21. §. 2. D. *de ann. legat.* quem contra eum Maeciano nostro sine idonea caussa abjudicavit Alciatus *Parerg. I.* 17. Hein. Add. Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 5.

VOS & *vobis*, ad personas singulas, in *l. ult. D. de institor. act.*

VOTUM. *Votorum* oblatio, *rubr. utroqu. C. de votor. obl.* ad quam singularis exstat Strauchii dissertatio.

Vota pro nuptiis, *l.* 4. *&* 6. *pr. C. de secund. nupt.* B. Ambros. *Serm.* 186. Solent autem homines, sicut mos est, in suis votis, hoc est, nuptiis praecipue saltare & canere. *Vota* nuptialia, apud Apulei. *lib.* 4. *de asin. aur. p.* 101. Idem *lib.* 1. *Florid.* Togam parari *voto* & funeri.

VOX. *Voces* populi vanae non sunt audiendae: *l.* 12. §. 1. C. *de poen.* Voces populi vanae hic sunt vulgi clamores, quibus reos vel ad supplicium postulabant, vel absolvi non sine convicio flagitabant. Quales illi inconditi clamores Judaeorum: *Tolle, tolle, crucifige, crucifige, Barrabam, Barrabam.* Similes memorat Apuleius *lib.* 2. *metam.* quibus reus ad ignem poscebatur. Omnium autem frequentissime tales clamores audiebantur adversus Christianos. *Act. c.* 22. *v.* 23. Tertullian. in *Apologet. c.* 10. Cypr. *epist.* 3. Has *vanas voces* & insanientis populi clamores contemni jubent leges, quibus tamen saepe se vinci passos esse magistratus, vel Christi patientis historia satis superque ostendit. Hein.

Vocem funestam amputari, (*intercidi* habet. Cod. Theod.) oportet potius quam audiri, *l. pen.* C. *de his, qui accus. poss.* Dicitur autem eo loco *vox funesta* servi vel familiaris dominum accusantis: eodemque modo, quo libertorum adversus patronos illicitae atque improbae voces adpellantur, in *l.* 12. C. *de testib.*

UPILIO, pro Opilio, *l.* 60. *in fin. D. de legat.* 3.

URBANICIANI officiales, in *l.* 1. C. *Theod. de condit. in publ. hom.* hoc est officiales Praefecti urbi & adparitores. Guther. *de offic. dom. August. lib.* 2. *c.* 4. a quibus diversi sunt *urbaniciani*, quorum mentio fit, in *l.* 8. *C. Theod. de agent. in reb.* milites nempe, qui ad urbis custodiam dispositi erant sub Praefecto urbis dispositione, de quibus Spartianus in *Antonin. Caracall.* 64. & Antonin. Geta *c.* 6. & *l.* 35. *D. ex quib. causs. major.* Hi scilicet ad urbis custodiam milites erant, suosque Tribunos habebant, ceu ex dicto Spartiani loco patet: officiales vero urbaniciani erant officiales Praefecti urbi, & nullos Tribunos habuere. Vid. Jac. Gothofr. *in Comm. ad d. l.* 8. *C. Theod. de agent. in reb.*

URBANUS, *a*, *um.* Urbana praedia adpellari aedificia, etiam si in villa sint, *rustica* vero fundos, Ulpianus scribit in *l.* 1. *D. comm. praed. & tit.* 19. *Regul.* 1. Urbana autem praedia a rusticis non loco, sed materia & qualitate

te discernuntur. *Urbana* siquidem accipimus ædificia omnia, non solum ea, quæ sint in oppidis, sed si forte stabula sunt in continentibus ædificiis, vel alia meritoria in villis & vicis, vel si prætoria voluptati tantum deservientia, horti quoque, qui amœnitatis gratia, non reditus habentur, *l. 98. D. de verb. signif. l. 16. C. de præd. minor. l. 54. in fin. D. de petit. hered. l. 59. D. de contrah. emt. l. 13. §. 11. D. de act. emt. l. 4. D. de pact. tit. de servit. præd. urb.* Atque ita urbanorum vel rusticorum prædiorum servitutes, pro genere & qualitate prædiorum, quibus debentur, æstimamus. Nam & aquæductus, qui per urbanum prædium transit, iter quoque per urbanum prædium, urbanæ servitutes sunt, *l. 11. §. 1. D. de publician. l. 14. D. commun. præd.* Vet. Glossar. Servitutes urbanorum prædiorum sunt, quæ ædificiis inhærent, ut mihi liceat tignum mittere in parietem.

Urbana familia a *rustica* non loco, sed genere usus distinguitur. Potest enim dispensator non esse urbanorum servorum numero, si rusticarum rerum rationem dispenset, *l. 166. D. de verb. signif. l. 10. §. 4. D. de usu & habit. l. 12. D. de supell. legat.* Cic. *lib. 14. ad famil. ep. 7.* Qua in re usus præcipue testantis spectari convenit, videndumque est, quo quemque servum loco & numero his habuerit. Et certe quos circa se habet paterfamilias & sui usus ministeriique urbani caussa, non possunt non in eo numero esse. Quod plenius exponitur in *l. 99. D. de legat. 3. l. 12. §. 42. D. de instr. vel instr. legat. l. 4. §. pen. D. de pen. legat.*

URBICARIA præfectura: *l. 2. C. ubi senat.*

Urbicariæ regiones passim, in *C. Theod.* vocantur, quæ urbi circumjacebant, Salmas. *ad script. Hist. Aug.* p. 314. *seq.* Adde eumdem *in epist. ad amic. de region. suburbic. & in Eucharistico de region. & eccles. suburbic. Part. 1. c. 2. p. 46.* ubi ostendit, annonariam regionem opponi urbicariæ; urbicariamque omnes suburbicarias urbicariasque, intra centesimum ab urbe lapidem sitas, comprehendisse. Hein.

URBICUS, id est, urbanus in inscript. *l. 9. D. de op. nov. nunciat.* & alibi passim. Martial. *lib. 1. epigr. 34. v. 5.* Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

URBS, ab urbo adpellata, id est, a curvatura aratri, quod in urbe condenda olim adhiberi solebat, uti Pomponius tradit in *l. 239. §. 6. D. de verb. signif.* Quod & Servius in *lib. 1. Aen. v. 16.* & Isidor. *lib. 15. c. 2.* scribunt. Qua ergo sulcus ductus erat, eo urbs porrigebatur. Varro *lib. 4. de lingu. lat. p. 35.* Quod fiebat orbis, urbs. Principium quod erat post murum, pomœrium dictum, ejusque ambitu auspicia urbana finiuntur.

Urbs Roma: *l. 4. §. 5. D. de pen. legat.* Urbs Roma ἀντονομαστικῶς. Quinctilian. *lib. 6. p. 113.* Urbem autem simpliciter quum legimus, Romam κατ' ἐξοχὴν intelligimus, quæ olim inter alias *tantum caput extulit urbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi.* Et ita in *l. 1. D. de senator.* & alibi passim. *Urbis* tamen adpellatio proprietate sermonis angustior est, quam Romæ. Urbs enim muris, Roma vero continentibus demum ædificiis finitur, *l. 2. D. de verb. signif. l. 4. §. 5. D. de pen. legat.* Eadem a Constantino *urbs* æterna in *l. 1. C. de suar.* & ab Ammian. Marcellin.

lib. & Symmach. *lib.* I. *epist.* sæpe vocatur. Et ita in *l.* 4. C. *de oper. publ.* Valentinianus & Valens AA. intra *urbem æternam* scripserant. Cujus loco Tribonianus *intra urbem veterem & novam* supposuit. Addidit etiam de suo clausulam hanc : *nisi ex suis pecuniis opus hujusmodi construere voluerit.* Quemadmodum etiam in *l.* 6. *eod. tit.* addidit : *& murorum*, & in *l.* 9. *publicis pecuniis*, & in *l.* 11. *non sterilia*, & illa postrema verba, *nemini excusatione* &c.

Urbem regiam in Constitutionibus Constantinopolim accipere debemus, *l. ult. C. de adsessor.* & passim. Eadem & inclyta & florentissima urbs adpellatur; *L. un.* C. *de contr. judic.* & urbs magnifica, *in l.* 33. §. 5. C. *de episc. & cler.* & nova Roma. Vid. in *Roma.*

Urbis adpellatione, in *l.* 4. §. 9. *D. de damn. infect.* & *l.* 3. C. *Theod. de decur. urb. Rom.* intelligendæ sunt urbes metropolitanæ, matrices civitatum & provinciæ capita, quas civitates maximas Modestinus in *l.* 6. §. 2. *D. de excusat.* & πόλεις τῶν πόλεων septuaginta interpretes alibi adpellant. Quo etiam sensu civitatis nomen usurpat Tertullian. *lib.* I. *ad Nation. cap.* I. ubi Vid. Jac. Gothofred.

UREDO, qua herba, frutices, arboresque percussæ arescunt, quam ἔπληξιν τῶν δένδρων vocat Theophrastus. De ea Ulp. *l.* 15. §. I. *D. locat.* Plin. *lib.* 17. *c.* 24. & *lib.* 18. *c.* 28. & 29. & Cic. *de natur. Deor. lib.* 3. *c.* 35.

URGERE, vel *urguere* æs alienum dicitur, *l.* 5. §. 14. *D. de reb. eor. qui sub. tut. l.* 7. §. II. D. *quib. ex causs. in possess. l.* 35. §. 2. *D. de hered. inst.* & *urgueri* in *l.* 13. §. *ult.* D. *de recept. arbitr.* & passim. *Urgat* pro urgeat, in *l.* 8. D. *quib. ex caus. in possess.*

URINALIA. Qui vinum Surrentinum in urinalibus habebat diffusum, *l. ult. pr. D. de instr. vel instrum. legat.* Vasa hæc quæ fuerint explicat. Anton. Augustin. *lib.* 2. *emendat. c.* 11. ubi de mensuris & vasis edisserit.

URINATOR, qui sub aqua natat, *l.* 4. §. I. D. *ad leg. Rhod.* Quo verbo utitur & Firmicus *lib.* 8. *Mathes. c.* 15. Illorum ministerium his verbis describit Manil. *lib.* 5. *Astronom. v.* 429. Illis in Ponto jucundum est quærere pontum; Corpora qui mergunt undis, ipsumque sub antris Nerea & æquoreas conantur visere nymphas, Exportantque maris prædas & rapta profundo Naufragio, atque imas avidi scrutantur arenas. Nam per urinatores naufragio mersæ, & in mare navis levandæ caussa jactæ res extrahi solebant. Unde *urinandi artifex*, apud Symmach. *lib.* I. *epist.* 25. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Urnæ dictæ, quod urinant in aqua haurienda ut urinatori urinare est mergi in aquam. De *urinatoribus*, qui & *piscatores urinatores*, κολυμβηταὶ, δύται, ὑφαλοι, ὕφυδροι, κυβιστῆρες, & si colligerent ostreas & purpuras, πορφυρεῖς, si spongias, σπογγοθῆραι adpellati, plura reperies apud Reines. *ad Inscript. p.* 622.

URSEIUS Ferox, jurisconsultus citatur a Cassio *l.* I. §. 10. *D. quar. rer. actio.* & Urseius Proculum citat *l.* 27. §. I. D. *ad leg. Aquil.* nec non *l.* 48. D. *de jur. dot. l.* 11. §. 2. D. *de aqu. & aqu. pluv.* ipseque non modo a Juliano citatur, sed & a Cassio, adeoque Proculo & Cassio eum fuisse σύγχρονον, & sub Nerone circiter floruisse eum oportet. Proculi sectator videtur fuisse, ac proinde non mirum, ad eum

eum notasse ex alterius sectæ antesignanis Cassium & Julianum. Hein.

U S I O pro usu, in *l.* 66. §. 2. *D. de legat.* 3. *l.* 27. §. 4. D. *de aur. arg. legat.* Utitur & Cato *de re rust. c.* 39. quemadmodum ibi Victorius adnotavit. Add. Duker. de *lat. vet. Ictor. p.* 360.

U S Q U E, accipitur inclusive, in *l.* 2. *D. de his, qui not. infam. l.* 11. D. *de dol. l.* 1. D. *an per al. causs. adpell.*

Usque adhuc, id est, donec princeps comprobaverit, *l. ult. C. de discussor.*

U S U A R I U S dicitur, qui usum habet, *l.* 13. §. 2. D. *de usufr.*

Usuarius tamen servus, in quo usum habemus, vocatur in *l.* 14. D. *de usu & habit.* Et ita *usuariæ* ancillæ, *l.* 12. §. *ult. D. de usu & habit.*

Usuarius & usufructuarium significat, *l.* 32. D. *de stipul. servor.*

U S U C A P E R E est, usu adquirere, & possessione suum facere, quemadmodum Jurisconsulti loquuntur, *l.* 1. 19. & 21. D. *ex quib. causs. major.* Usucapi itaque dicitur res, quæ per temporum spatium nostra fit, *l.* 22. §. *ult.* D. *de rei vind.*

U S U C A P I O est dominii adjectio vel adeptio, adquisitioque per continuationem possessionis temporis lege definiti, *l.* 3. D. *de usucap. l.* 23. §. 1. D. *quib. ex caus. major.* Vocabulum adjectionis in adeptionem mutat Ulpianus *Fragm. tit.* 19. §. 8. quod quidem magis distinctum reddit sensum.

U S U F R U C T U A R I U S, qui alias fructuarius dicitur, qui *usumfructum* habet, de quo infra.

U S U R A, inde adpellata est, quod pro usu pecuniæ datur. Est enim quasi merces & pensio usus pecuniæ. *Usuræ* enim nomine olim cujuscumque rei usus veniebat. Plaut. *Amphitr. prolog. v.* 108. usuramque ejus corporis cœpit sibi. Vid. *Trinum. Act.* 1. *sc.* 2. *v.* 144. Varro *de ling. lat.* Isidor. Etymol. *lib.* 5. *c.* 25. Definiunt Canonistæ usuram lucrum supra sortem exactum unice propter officium, in dato mutuo præstitum. Damnarunt autem patres qualescumque usuras sub pœna ejectionis, *c.* 5. *decretal. tit. de usur.* (1.) quod S. Scriptura his reclamet Ps. XV. 5. ad quem locum provocat Concil. Nicen. 17. in *cit. c.* 2. dicti tituli relatum. Pariter ad Deut. XXIII. provocatur in *c.* 3. *c.* 14. *q.* 3. (2) quod Christus eas damnet in verbis: *mutuum date, nihil inde sperantes*, *c.* 10. *decretal. tit. de usur.* ubi Pontifex provocat ad Luc. VI. 35. & ita utroque fœdere prohibitæ sint, *c.* 4. *eod. tit.* (3.) quod per omnia secula patres & concilia eas damnaverint, ut *detestabile avaritiæ genus*, & sic cum christiana religione pugnare credantur, *c.* 18. *eod. tit.* Ambros. in *c. f. in f. c.* 14. *qu.* 5. ubi jus belli, ibi jus usuræ.

Assis locum in usuris *centesima* obtinet, ad eamque reliquæ omnes rediguntur. *Centesimæ* autem dicuntur, quæ ex singulis centenis numis duodenos numos quotannis efficiunt: sic dictæ, quod earum menstrua quantitas centesima pars sit sortis, *l.* 4. §. *ult.* D. *de naut. fœn. l.* 8. C. *si cert. pet. l. ult.* §. *ult. C. de jur. dot. l. un* §. 7. *C. de rei uxor. act. l.* 1. 2. *C. de usur. rei judic. authent. hoc jus* C. *de sacros. eccl.* Constant. Harmenop. *lib.* 3. *epist. tit.* 7. §. 18. ἑκατοςιαῖος τόκος ἐςὶν, τὰ ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν νομίσμασι ιβ νομισματα ὑπὲρ ὅλȣ δίδοσθαι ἐνιαυτȣ̃ διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν, καθ᾽ ἕκαςον μῆνα δίδοσθαι νόμισμα ἕν.

ev. *Centesima usura* est, quum ob centum numos toto anno duodecim præstantur, propterea quod pro centum numis unus quoque mense numus datur.

Usuræ semisses, quæ quasi dimidiæ centesimæ sunt, nempe quum pro centum aureis sex quotannis penduntur, ita ut usura menstrua ducentesima sit pars sortis, *l.* 30. *D. de adim. legat. l.* 3. D. *quod jussu. l.* 24. D. *de præscript. verb. l.* 1. C. *de his, quæ ut indign.* & apud Plin. *lib.* 14. *c.* 4. Cujusmodi olim usuras a debitoribus suis fiscus accipiebat, *l.* 17. §. 6. D. *de usur.* Ex qua *usuras fiscales* in *l.* 6. *D. de jur. fisc.* semisses interpretamur. Adpellantur & *semissales*, in *l.* 10. D. *de pollicit.*

Usuræ quinquunces sunt, quæ quintam centesimæ reddunt, nimirum quinque aureos pro centum, *l.* 15. D. *de adim. legat. l.* 7. §. 10. *D. de administr. & peric. tut. l.* 17. *D. de usur.* Et ita quincuncem modestum accipe apud Persium *Sat. V. v.* 149.

Trientes sunt, quum in sortem centum, quatuor numi penduntur, *l.* 7. §. 10. *D. de admin. tut. l.* 3. §. *ult. D. ad leg. falcid.* Tertiam centesimæ dixit Paullus in *l.* 17. *in fin.* D. *de usur.*

Quadrantes usuræ sunt, quum in sortem centum, tres nummi quotannis præstantur, *l.* 21. §. 4. D. *de ann. legat.*

Septunces, vero quoties septem aurei; *Besses* quoties in singula centena, octo annua præstantur, *l. pen. C. de usur. Dodrantes* vero quum novem, *Dextantes* quoties pro C. aureis quotannis X. redduntur, *Deunces* vero undecim aureos, *Sextantes* duos pro centum efficiunt. Pers. *cit. l.* Quid petis? Ut nummos, quos hic quincunce modesto Nutrieras, avidos pergant sudare *deunces*?

Unciæ usuræ in centenos aureos unum annuum reddunt, *l.* 47. §. 4. D. *de admin. & peric. tut.*

Hinc videre licet, quæ *usuræ majores & minores*, *l.* 12. §. 9. D. *mandati l.* 9. *C. de usur.* leviores: *l.* 5. D. *de oper. publ.* graviores: *l.* 12. D. *de usur.* Usuræ pupillares vel quincunces sunt, vel trientes pro more regionis. Vid. in art. *pupillares.*

Usura legitima quam centesimam fuisse docuit. Brisson. *lib.* 3. *select. antiquit. c.* 1. Eaque legitimarum usurarum interpretatio facienda est, in *l.* 7. §. 4. 7. 10. D. *de admin. & peric. tut. l.* 13. §. 26. *D. de act. emt. vend. l.* 1. §. 3. D. *de pignor. l.* 14. *l.* 15. & 16. *C. de usur. l.* 1. *C. de usur. pupill.* Proinde *legitimæ usuræ* gravissimæ & maximæ sunt, ut adparet ex *l.* 7. §. 4. & §. 8. D. *de admin. & peric. tut.* juncta: *l.* 38. *D. de negot. gest.* Eodemque modo legitimum modum usurarum accipe in *l.* 2. §. *ult. D. de eo, quod cert. loc.* Legitimas utique usuras in *l.* 17. *C. de locat.* licitas & quæ ex more regionis frequentantur, intelligere debemus. Qua loquendi figura Ulpianus in *l.* 10. §. 3. *D. mand.* In usuras, ait, convenietur, quæ *legitimo* modo in regionibus frequentantur. Et ita quoque in *l.* 8. D. *in quib. causs. pign.* verba hæc: *Potest creditor de fructibus rei sibi pignoratæ ad modum legitimum usuras retinere*, ad eas usuras refer, quæ secundum morem regionis præstantur, æque ac in *l.* 26. D. *de condict. indeb.* verba hæc: *si usuras supra legitimum modum solvit.*

Usura ut a pœna differat, vid. supra sub art. *pœna*

USURARIUS debitor adpellatur, qui sub usuris pecuniam debet, *l.* 7. D. *de usur.* Sic usurarium debitum, *l.* 6. *in fin. l.* 40. D. *de negot. gest.* & usuraria pecu-

pecunia, *l.* 10. *&* 12. D. *de compensat.*

USURPATUM aliquando est pro usu adquisitum, ut in *l.* 40. §. 1. *D. ex quib. causs.* Sic *usurpatum* jus, id est, usu retentum *l.* 16. *D. quemadm. servit. amit.* *Usurpata* lex: *l.* 2. §. 1. D. *de administr. rer. ad civit.* Usurpari servitus dicitur, quæ utendo retinetur, *l.* 6. §. 1. *l.* 9. *&* 16. D. *si servit. vind.* Sic & usurpata servitus apud Paullum *lib.* 1. *sent. tit.* 18. §. 2. est, quæ amissa usu recuperatur.

Usurpare pro abuti: *l.* 45. *C. de decur.*

Usurpare, pro mala fide & injuria sibi vindicare, *l.* 3. *C. de offic. quæst.*

USURPATIO, est usucapionis interruptio, *l.* 2. *l.* 5. *D. de usurpat.* De usurpationibus autem librum scripserat Appius Claudius teste Pomponio, in *l.* 2. §. 46. *D. de orig. jur.*

Usurpatio pro abusu, *l.* 1. *C. ne sanct. baptism. iter. l.* 6. *C. de episc. aud.*

USUS est jus *utendi* re aliena, seu jus ex ea percipiendi commoda ad necessitatem. Vid. *uti.* Cui usus relictus est, uti potest, frui vero non potest, *l.* 2. D. *de usu & habit.* Minusque est usum legari, quam fructum, quandoquidem fructui & usus inest, usui fructus deest, *l.* 10. *&* 14. §. 1. *D. eod. tit.* Et usus quidem necessitate personæ circumscribitur & definitur, fructus non item. Nam qui usumfructum habet, non tantum ad usum suum uti potest, sed & ad quæstum & compendium. Omnis enim rei utilitas ei concessa est. Vid infra *ususfructus.* Interdum tamen *usu* legato, etiam ususfructus datus intelligitur, veluti si pecuniæ usus legetur, *usus* adpellatione etiam ususfructus continetur, quoniam idem continet usus pecuniæ, quod fructus, *l.* 5. *in fin. l.* 10. *D. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* Usum autem Græce χρῆσιν adpellari Ulpianus significat, in *l.* 10. §. 1. *D. de usu & habit.* quamquam apud Ciceronem *lib.* 7. *epist.* 29. χρῆσιν pro fructu Curius accepit. Itaque *usus* sine fructu constitui potest, *l.* 13. §. 3. D. *de acceptil.* & sic quædam *usui* non fructui sunt, *l.* 64. *D. de rei vind.*

Interdum *usus* vox pro usufructu accipitur, ur in *Nov.* 2. *c.* 1. *& Nov.* 118. *c.* 2. sed improprie. Vid. infra *uti.*

Usus sui caussa & *usu suo* duci ea demum mancipia dicuntur, quæ ad patrisfamilias corpus tuendum atque ipsius cultum destinantur, veluti cubicularii, coci, ministratores, obsonatores, & alii ejusmodi *usus* caussa parati, *l.* 203. D. *de de verb. signif.* Si quis argentum quod *usus sui caussa paratum* esset, legaverit, id duntaxat debebitur, quod victus sui caussa ad quotidianum usum paraverit, non etiam quod commodare ad ludos & ceteras adparitiones solebat, *l.* 28. D. *de aur. arg. legat.* Legatis uxoris servis, qui *usus ejus caussa parati sunt*, ad eam non pertinent hi servi, qui non proprii ipsius, sed communis *usus* caussa parati sunt, *l.* 35. D. *de legat.* 2 his vero verbis ea, quæ post testamentum factum usibus ejus comparaverunt, continebuntur, *l.* 33. §. 1. D. *de legat.* 3.

Usus etiam possessionem significat, ut Javolenus, in *l.* 7. *& l.* 115. D. *de verb. signif.* scribit. Et ita Ælius Gallus possessionem usum definit apud Festum *lib.* 14. Et in LL. XII. Tab. Usus auctoritas fundi biennii, ceterarum rerum annuus *usus* esto. Sic & Horat. 2. *epist.* 2. *v.* 159. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

usu. Publ. Syrus in *mimis*: Fortuna nobis usu dat, mancipio nihil. Græci hoc efferre conantur his verbis: χρήσει ὂ κτήσει. Cic. *lib. 7. ad famil. epist.* 29. Unde usus aquæ: *l.* 2. D. *de extraord. cognit.* usu adquirere: *l.* 23. *D. ex quib. causs. major.* & usu capere, de quo supra.

Usus pro utilitate. Sic usui esse, *l.* 19. §. *ult. D. de captiv.*

Usus pro consuetudine, more, in *l.* 45. *&* 52. D. *de legat.* 3. & passim.

USUSFRUCTUS est jus utendi fruendi re aliena. Nimirum verbum *frui*, quod est ex re commodum percipere etiam ad voluptatem & compendium, temperatum quodammodo est, dum componitur cum verbo *uti*, de quo infra. Hinc intelligitur Usumfructum non necessitate quidem circumscribi, quod *frui* magis est quam *uti*, sed ita comparatum esse hoc jus, ut ne sit abusus, contra *salva sit rei substantia.* Quæ ultima verba ab Imperatore addita definitioni §. 1. *Inst.* & a Paullo *l.* 1. *D. de usufr.* superflua videntur.

Sunt porro, quibus positum hic genus displicet, quique sibi persuadent, eo non satis usumfructum ab emphytheusi, feudo, contractu colonario, dominio mariti in res dotales, antichresi &c. distingui, eaque propter *servitutis* vocabulum generis loco poni volunt. At, præterquam quod satis a se invicem distent omnes hæ notiones, attendendum erat, *usumfructum* non esse definiendum ex persona concedentis, qui eum non habet, sed ex persona utentis & fruentis. *Ususfructus* jus est, si usufructuarium spectes, si proprietarium servitus. Conferri merentur quæ habent Vinnius ad §. 1. *Inst. de usu & habit.* & Huberus *disp. ad Inst. XII. th.* 3. idque vel ex ea ratione, quod *quasi usumfructum* non complectatur. Sed nec debebat. Fingunt alii *usumfructum* aliquem *caussalem*, eum scilicet, qua re propria utimur & fruimur, sed nec hi absolvendi sunt a vitio contradictionis, quum dominii titulo propria res ad nos pertineat, nec servire ea nobis possit, *l.* 26. *D. de servit.* Wurffel. Jurispr. definit. §. 249. *n.*

UT pro quamvis, *l.* 10. *in fin.* D. *de negot. gest. l.* 1. *C. de action. emt.* Cæsar. *lib.* 3. *de bell. Gall. c.* 9. Ac jam *ut* omnia contra opinionem acciderent, tamen se plurimum manibus (navibus) posse. Liv. *lib.* 5. *sub fin.* Hanc autem jactari magis caussam, quam veram esse, *ut* ego non dicam, adparere vobis, Quirites, puto. *Et paullo post*: quum jam *ut* virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci hujus transferri non possit. Et *lib.* 38. Ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, *ut* ferrum non admoveas, prosternunt. Tertullian. *de cultu femin.* Ut a culpa vaces, ab invidia non liberaberis. Inde etiam geminatum *ut*, id est, *ut ut*, ἀντὶ τῦ *quamvis* est. Gronov. *lib.* 3. *observ. c.* 6.

Ut pro æque ut, *l.* 1. §. *ult. D. quæ res pign. vel hypoth.*

Ut idem significare videtur, ac quum, in *l.* 2. D. *de inoff. testam.* quasi non sanæ mentis fuerunt, ut testamentum ordinarent, id est, eo tempore, quum testamentum ordinarent. Sic Terent. *Hecyr. Act.* 3. *Sc.* 3. *v.* 18. Mater consequitur: jam ut ad limen exirem, ad genua accidit.

Ut, pro aut, in *l.* 8. *C. de locat.* ut si qua lue, usurpari notat Rudolph. Forner. *rer. quotid. IV.* 5.

De constructione conjunctionis *ut* cum futuro indicativi modi, qualis est in *l.* 32. §. *ult.* D. *de* ad-

adquir. hered. Vide Duker. *de Latin. vet. Ictor. p. 356. & p.* 489. Hein.

UTCUMQUE, id est, in universum vel quocumque loco & tempore, *l. 64. D. de legat 2. l. 26. D. de injur.* & apud Horat. & Plaut. sæpissime. Cujac. in Paul. ad *d. l. 26.*

Utcumque, pro aliquo modo, *l. 75. D. de verb. oblig.*

UTER, id est, alteruter. Sic *utro* pro alterutro *l. 1. §. 24. D. de exercit. act.* nisi forte ibi pro *utro* legendum est *uno.* Similiter *utrius* pro alterutrius, in *l. 1. D. de divort.* nisi & ibi magis est ut *unius* legamus.

Utræ, id est, utræque, in *l. 34. pr. D. de oblig. & act.*

Uter ab *utero*, id est, ab altero, aversus sit, *l. 45. §. 3. D. ad leg. Aquil.*

Uter dicitur unus ex pluribus. *Utri* volet, cui ex his volet, *l. 23. pr. D. de testam. tut.*

Uter. Utres vini, *l. 3. in fin. D. de tritic. vin. ol. leg.*

UTERINI fratres sunt, qui diverso patre, sed eadem matre nati sunt, quemadmodum B. Ambros. *lib. 6. epist. 62. & 66.* exponit. Uterinum Græci ὁμομήτριον dicunt. Appian. *de bell. Syriac. p. 132. edit. Stephon.* ἐπεβούλευε γὰρ τῷ Κυζικηνῷ, καίπερ ὄντι ὁμομητρίῳ. Struxit enim Cyziceno, quamvis uterino fratri, insidias. πρὸς μητρὸς ἀδελφὸν vocat Dio Cass. *lib. 58.*

UTERQUE. *Utrisque* natis: *l. 14. D. de injust. rupt. irrit.* quamvis Accursius ibi explicet pro utrocumque nato. Si *utrique* vixerint, *utrique* si alteri, alteri debebitur, *l. 81. §. 8. D. de legat. 1.*

Uterque, id est, alteruter, *l. ult. §. 5. C. de bon. quæ liber. l. 2. pr. D. de eo, quod cert. loc.* Et sic quoque accipiendum hoc verbum, in *l. 24. D.* [illegible] *injust. rupt. irrit.* & *l. 13. pr. D. de liber. & postum.* ex sententia Accursii, quæ tamen vix probanda.

UTERUS. Uno utero tres edere, *l. 3. §. 16. D. de statul.* id est, uno fœtu, ut loquitur, *l. 7. D. de reb. cred.*

UTI actione, *l. 28. §. 4. D. de jurejur.* Faviana: *l. 1. §. 17. D. si quid in fraud. patron.* interdicto: *l. 5. §. 10. D. de op. nov. nunciat.* hereditatis petitione: *l. 1. D. de hered. pet.* pignoratitia: *l. 11. §. ult. D. de except. rei jud.* Publiciana: *l. 16. D. de pignor.* Serviana: *l. 10. D. eod. tit.* vindicatione: *l. 8. C. ad exhib.*

Uti auctoritate rei judicatæ: *l. 17. D. de inoff. testam.* compensatione: *l. 15. D. rat. rem hab.* deductione: *l. 15. D. eod. tit.* defensione: *l. 16. C. de usur.* exceptione: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Trebell.* excusatione: *l. 1. §. 1. D. de vacat. & excusat.* præscriptione: *l. 50. §. ult. D. de judic.* replicatione: *l. 15. §. ult. D. de bon. liber.*

Uti accessione: *l. 14. D. de divers. temp. præscript.* adminiculo: *l. 13. §. 1. D. de adquir. possess.* adpellatione: *l. 5. C. si reus vel accus.* beneficio: *l. 33. D. de excusat.* commodo: *l. 4. D. ad SC. Trebell.* conditione: *l. 7. §. ult. D. de dol. except.* contemplatione: *l. 6. D. ad SC. Vellei.* conventione: *l. 12. C. de pact.* distinctione: *l. 35. D. locati.* Falcidia vel ratione Falcidiæ: *l. 75. D. l. 5. C. ad leg. Falcid.* honoribus: *l. 3. C. de re milit.* immunitate: *l. 34. D. de excusat.* instrumentis: *l. 35. D. de re judic.* intentione: *l. 66. D. de judic.* jure suo: *l. 3. D. de natal. rest.* jure minorum: *l. 4. C. ex quib. causs. major.* lucro: *l. 26 D. de damn. infect.* opera servi: *l. 3. §. 2. de statul.* præro-

rogativa: *l. 9. §. ult. D. de jure jur.* prætextu: *l. 6. D domum, & honor.* privilegio: *l. 5. §. 6. D. de jur. immum.* querimonia: *l. 8. C. de non num. pec.* remedio: *l. 1. §. 3. D. de tutel.* repudiatione: *l. 26. C. defideicomm.* senatus consulto: *l 20. §. 10. D. de hered. per* susbcriptione: *l. 29. D. ad leg. Corn. de fals.* titulo: *l. 16. C. de don. int. vir. & ux.* via: *l. 10. §. 1. D. de pact. Uti* etiam jure, vel sententia consultorum, quæ adprobata receptaque est. Hoc *jure* hodie utimur: *l. 25. §. 7. D. de hered. pet.* Utimur Cassii sententia: *l. 50. D. ad leg. Falcid.* Non utimur Atilicini sententia: *l. 6. §. ult.* D. *quibus mod. pign. vel hypoth.*

Uti proprie est commoda ex re aliena ad necessitatem percipere. Ita Horatius *lib. 2. ep. 2. v.* 190. Utar, & ex modico, quantum res poscit, acervo Tollam. Non enim is, cui usus rei concessus est, pro lubitu commoda ex illa percipere potest, sed status ejus externus ejusque limitationes necessariæ eumdem determinant. Fusius hæc exposita sunt supra in art. *usus.* Add. *l. 12. §.* 1. 2. 3. 4. 5. *&c.* D. *de usu & habit.* & Imp. *pr. Inst. eod. tit.* Frui vero ad commoditatem & voluptatem refertur. Et plus esse *frui* quam *uti*, vel ex Floro *Hist. Rom. lib. 2. c. 6.* perspicitur: is enim Hannibalem, post victoriam adeptam, Roma, urbe principe, Campaniam, ad irritandas voluptates instructam, petentem, victoria non *uti*, sed *frui* voluisse scribit. Non enim ad necessitatem, sed ad voluptatem is devictis occupatisque usus fuit. Rem denique consumere est *abuti.* Donat. *in prolog. Andr. Terent.* Utimur fructibus rei, quæ ab amantibus salvo usu nobis subministrantur, *abutimur*, quando disperdimus rem & fructum: *Usui* est ager, domus, *abusui* vinum, oleum & cetera hujusmodi. Subscribit huic Ulpianus, *l.* 11. §. 2. D. *de jurej.* scribens: Sed si rerum, in quibus ususfructus propter *abusum* constitui non potest &c. Distinctius hæc proponit Plautus *Asin. Act.* 1. *sc.* 4. *v.* 44. AR. Ubi illæc, quæ dedi ante? LE. *Abusa.* Et Cato *de re rust. c. 76.* omnem caseum *abuti* scribit. Alias *abusus* etiam notat usum in alium, quam in quem comparata res erat, finem. Conf. *l. 19. & 34.* D. *de usufr.* Wurffel. *Jurispr. defin.* §. 14. 8. Igitur utendum proprie datur quod commodatur, *l.* 20. D. *de adquir. poss.* Unde *utendum* rogare, pro commodato rogare, *l.* 13. *D. depos.* Plaut. *in Aulul. Act.* 1. *sc.* 2. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quæ *utenda* vasa semper vicini rogant. Cato *de re rust. c.* 1. Unde utenda roget. Inter commodatum tamen & *utendum* datum Labeo proprie hoc interesse existimabat, quod inter genus & speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam soli: *Utendam* dari etiam soli, *l.* 1. D. *commod.* Sic utendum dare aurum: *l.* 34. D. *de jur. dot.* Utenda vasa dare: *l.* 20. §. 1. D. *commod.* Plaut. *in Asin. Act.* 2. *sc.* 4. Scyphos, quos utendos dedi Philodemo. Idem in *Aulul. Act.* 2. *sc.* 1. Famem hercle utendam si roges, numquam dabit. *Ibid. Act.* 2. *sc.* 9. Ego hinc artoptam ex proximo utendum peto a Congrione. *Utendum* tamen dicitur & quod mutuum datum est, *l.* 9. *D. de calumn.* ubi verbum *uti* tunc referri videtur ad quantitatem, non ad ipsa corpora quæ mutuo data sunt, hæc quippe usu consumuntur.

Non *utendo* amittere, §. 3. *Inst. de usufr. l.* 126. *D. de verb. oblig.*

Uti passive, *l.* 24. *D. de servit. præd. rust.* Uti cum quarto casu: Uti exceptionem: *l.* 7. §. 6. D. *pro emt.*

Uti possidetis, interdictum, de quo vid. supra art. *possidere.*

UTILE, quod prodest. *Utilia* quædam sunt publice, quædam privatim: *l.* 1. §. 1. D. *de justit. & jur.*

Utile pro æquum, in *l.* 26. D. *ad leg. jul. de adult. l.* 1. §. 5. D. *quand. adpell.*

Utiles actiones dicuntur, quæ deficientibus legum vel edictorum verbis æquitate suggerente, & utilitatis gratia ad speciem propositam accommodantur, *l.* 19. *D. de præscript. verb.* Et *utiles* actiones *directis* opponuntur, quæ recta ex verbis legis descendunt, quum *utiles* inflexæ sint, &, ut Theophilus vocat, πλαγιαςικαὶ. Hinc *utilis* actio *legitimæ* opponitur, id est, directæ, in *l.* 22. D. *de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Ex eo enim negotio, cujus caussa constitutæ & comparatæ sunt, ad aliud, cui minus conveniunt, utilitate suadente contorquentur, & inflectuntur. Demonstrantur autem plerumque hæ actiones his verbis: *quasi*, *ad exemplum*, *exemplo*, *veluti*, *ad similitudinem.* Eoque significatu dicitur *utilis* exceptio, *l.* 41. D. *de minor.* Utile interdictum: *l.* 1. §. *ult. D. de interd. l.* 1. §. 35. *D. de aqu. quotid.* judicium: *l.* 2. §. 1. D. *famil. ercisc.* Utilis persequutio: *l.* 5. C. *si alien. res.* petitio: *l.* 36. *D. de servit.* pignoratitia: *l.* 13. *D. de condict. indeb.* doli replicatio: *l.* 7. §. 1. D. *pro emt.*

Interdum tamen *utilis* actio eam significat, quæ est in manibus, *l.* 14. D. *de liberal. causs.* §. 1. *Inst. vi bonor. rupt.* Sic *utilis* actio pro efficaci, *l.* 31. *D. de regul. jur. l.* 38. §. 21. *D. de verb. oblig.* & utile judicium: *l.* 24. D. *de liber. causs.*

Dicuntur & anni, dies, menses *utiles.* Sunt autem dies *utiles*, quibus experiundi & judicis adeundi potestas est, *l.* 1. D. *de diverf. temp. action.* & passim.

Utiles autem dies, interdum, (quod in his, quæ decretum exigunt servatur,) sessionum accipiuntur, quibus scilicet prætor pro tribunali sederit, & postulationibus dederit responsum. In his vero, quæ de plano expediri possunt, *utiles* sunt, quicumque dies, quibus prætor sui copiam in publico, vel adeuntibus se fecerit, *l.* 2. D. *quis ord. in bon. poss. l.* 2. *C. qui admitt. ad bon. poss.* §. *ult. Inst. de bon. possess.* Utilem quoque annum ita accipimus, ex diebus utilibus, id est, quibus experiundi potestas fuerit, constantem, *l.* 1. D. *quand. de pecul. act. annal.* quo primum experiundi potestas fuit, *l.* 2. *C. vi bonor. rapt.* Experiundi autem potestas est, si agendi facultas est, nec enim satis est, reum potestatem secum agendi facere, vel habere eum, qui se idonec defendat: sed hoc amplius exigitur, ut actor nulla idonea caussa impediatur experiri. Nam si vel reipublicæ caussa absit, vel ab hostibus detineatur, aut in vinculis sit, aut si tempestate in aliquo loco detineatur, aut mandare non possit, experiundi potestatem non habet, *l.* 1. *D. de diverf. temp. act.* Ceterum experiundi potestatem, quod ad redhibitoriæ tempus attinet, habuisse non videtur, quo vitium latens fugitivi ignoravit, *l.* 55. D. *de Ædil. edict.* Dies ad adpellandum constituti ad aliquid utiles sunt: si forte ejus, a quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur. Nam is dies servatur, quo primo adeundi facultas erit, id est, quo in publico sui copiam fecerit, *l.* 1. §. 7. *D. quand. adpell.*

adpell. fit. Utile autem tempus & continuum opponuntur, *l.* 31. D. *ad leg. jul. de adulter. l.* 1. §. 9. *D. de liber. agnosc.* Sic: Utile tempus restitutionis: *l.* 39. *D. de minor.*

Utiles impensæ. Vid. *impensæ.*

UTILITER, id est, recte secundum legum ordinem, *l. pen.* D. *de legit. tut.* cui opponitur inutiliter, *l.* 66. §. 2. D. *de evict.* Sic: *Utiliter* agere: *l.* 54. *D. mandati.* cavere: §. 2. *Inst. de usufr.* cedere tempora: *l.* 5. D. *pro emt.* competit: *l. ult. D. servit. quemadm. amitt.* computari tempora: *l.* 21. *C. ad leg. jul. de adult.* dari: *l.* 17. D. *de fideic. libert.* dependi: *l.* 66. D. *de solution.* experiri: *l.* 23. D. *depositi.* instituit: *l.* 46. §. *ult.* D. *de hered. inst.* interdicere: *l.* 1. §. 1. D. *de major.* peti: *l.* 29. D. *de act. emt.* probatum est: *l.* 5. §. 1. D. *ut legator.* relicta libertas: *l.* 45. D. *de fideic. libert.* respondetur: *l.* 22. D. *mandati.* stipulari: *l.* 45. D. *de verb. oblig.*

UTIQUE pro tantum, *l.* 21. D. *mandati, l.* 31. §. 12. D. *de Ædil. edict. l.* 17. §. 4. D. *de præscr. verb. l.* 7. §. 2. D. *de injur.* Ita etiam *non utique*, pro non tantum, *l.* 31. §. 12. D. *de ædil. edict.*

Utique, certe, *l.* 16. D. *de rei vind.*

Utique pro si non, *l.* 34. *pr.* D. *de damn. infect. l.* 14. §. 1. D. *depos. l.* 35. §. *ult.* D. *de negot. gest.*

UTRUBI, sic enim recte in Pandectis Florent. & apud Theophil. *pr. Inst. de interd.* scriptum est, interdictum est retinendæ possessionis, quod de re mobili majore parte anni possessa datur, *l.* 1. D. *utrubi. l.* 9. D. *de rei vind.* Theophilus interpretatur παρ' ὁποτέρον, *apud quem. Utrubi* autem dictum est a primis verbis, quibus concipiebatur, hoc interdictum nominatum est, *l.* 37. §. *ult.* D. *de oblig. & action. l.* 8. D. *de procur.* Eo autem ab interdicto *uti possidetis* differt interdictum *utrubi*, quod hoc mobilium, illud immobilium rerum possessionis retinendæ caussa sit comparatum.

UVA. Uvæ duracinæ, & purpureæ, & quæ ejus generis sunt, quas non vini caussa habemus, quas Græci τρωξίμους, id est, comestibiles adpellant, *l.* 205. D. *de verb. signif.*

Uva tumorem quemdam & glandulam carneam significat, *l.* 14. §. 5. D. *de Ædilit. edict.* Plin. *lib.* 20. *c.* 17. Tonsillis quoque, ait, & *uvis* medetur & capitis doloribus.

VULGARIS, e. *Vulgaris* substitutio potest videri dicta, quæ ex legibus XII Tabularum descendit, nisi cui magis placeat inde dicta, quod a quolibet testatore, & cuicumque heredi scripta fieri possit. Nam & *in vulgarem casum* factam substitutionem dixit Modestinus, in *l.* 4. §. 1. D. *de vulg. & pupill. substit.* Vid. supra in *substitutio.*

Vulgaria verba, ordinaria & cautione de rato habendo comprehendi solita, *l.* 3. D. *rem rat. hab. Vulgare* verbum impostorum exorcizare, *l.* 1. §. 3. D. *de extraord. cognit.* Vid. art. *exorcisare.* Add. Grot. *in Flor. spars. p.* 228. Impostorum nomine Schilterus gentiles intelligit exorcistas, in *Inst. Jur. Canon. lib.* 10. 3.

Vulgaris uxor, quæ sui vulgo copiam facit, & ut cum Martiale loquar, quam quis habet cum populo, *l.* 13. §. 1. *D. ad leg. jul. de adult.* Guil. Forner. *Select. III.* 21.

Vulgaris cautio legatorum, quæ legatorum in die vel sub conditione relictorum nomine vulgo inter-

terponi solet, *l.* 114. §. 12. D. *de legat.* 1. Vulgaris formula, in *l.* 44. D. *de furt.* pro actione usitata de peculio, cujus formula est cum adjectione noxæ.

Vulgari modo legatorum dies proferri dicitur, in *l.* 4. D. *de dot. præleg.* qui ex clausula prorogatur, quæ refertur, in *l.* 30. D. *de legat.* 1.

Vulgaris persona, levis quæ honestæ personæ opponitur, in *l.* 5. §. 1. D. *de legit. tut.*

Vulgare præmium, propositum delatoribus præmium significat, in *l.* 13. §. 5. D. *de jur. fisc.*

Vulgaria tectoria, pro gregalibus tectoriis, ut cum Seneca loquar, in *l.* 13. *in fin. D. de servit. præd. urb.* At in *l.* 3. §. 1. D. *de suppell. legat.* ut & vasa ænea vulgaria Paullus interpretatur, quæ non essent proprio loco attributa.

V U L G O concepti & quæsiti dicuntur, qui passim & σποράδην & incerto patre concepti sunt, qui & spurii vocantur, *l.* 19. D. *de stat. hom.* Modestinus autem vulgo conceptos definit, qui patrem demonstrare non possunt: vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, *l.* 23. D. *de stat. hom.* ut & Plutarch. *in Quæst. Rom.* & quos vulgo mater concepit, patrem habere non intelliguntur, §. 12. *Inst. de nupt.* Sic vulgo concipere & vulgo parere accipimus eum, quæ vulgo & passim sui copiam facit, *l.* 44. §. 3. *D. de ritu nupt. l.* 5. *D. de stat. hom.* Vulgo autem quæsiti ex justis nuptiis quæsitis opponuntur, *l.* 2. D. *ad SC. Tertul.*

V U L N E R A T U S non mortifere, si negligentia perierit, de vulnerati actio est, non de occiso, *l.* 30. *in fin.* D. *ad leg. Aquil.*

V U L T U S sacri, pro imaginibus Imperatorum, pectore tenus expressis, quas & *thoraces* vocabant, *l.* 1. *C. publ. læt. vel consul. nunc.* Si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus. Quod in Basilic. *lib.* 56. *sub fin.* exprimitur: εἴτε λάβρατα καταγέλλοιεν. Jul. Capitolin. in *Maxim. & Balbin.* c. 17. Legiones & auxilia jam ubique vultus vestros adorant. Salmas. *ad Script. Hist. Aug. p.* 440. Hein.

U X O R, dicitur vel ab unguendis postibus, vel figenda lana, id est, quod quum puellæ nuberent, maritorum postes unguebant, ibique lanam figebant; vel quod lotos maritos ipsæ unguebant: Donat. *in Terent. Hecyr. Act.* 1. *sc.* 2. *v.* 60. Vid. Plin. *lib.* 29. *c.* 9. Isidor. *etymol lib.* 9. *c.* 8. Ut adeo uxor sit quæ viro matrimonio juncta est. Eadem domina vocatur, ut *dict. art.* domina, dictum non honoris tantum gratia, sed & quod ipsa familiæ domina sit, viroque mortuo quasi filia succedat, *l.* 1. D. *de act. rer. amotar.* §. 2. *Inst. de hered. qualit.* Guil. Forner. *Select. I.* 11. & 19. Uxor autem si in manum mariti convenit, quod fiebat confarreatione, vel coemtione vel usu, erat simul materfamilias ipsissimaque domina, si vero non in manum convenerat, confectis saltem instrumentis dotalibus uxor quidem erat, sed uxor tantum, ex qua utique nascebantur liberi legitimi; nec jura habebat agnationis in familia mariti. Vid. art. materfamilias. Adde Grupen. *Diss.* de Uxore Romana, cum ea, quæ in manum convenit, farre, coemtione & usu, tum illa, quæ uxor tantummodo habebatur, Prodiit opus Hanoveræ anno 1727. in 8°.

Uxores eorum, qui in hostium potestate sunt, possunt videri nuptarum locum retinere eo solo, quod alii temere nubere non possunt, *l.* 6. D. *de divort.* Reveren-

rentia maritis exhibenda ab uxoribus, *l.* 14. *D. solut. matrim.* Uxor marito concrescat, & sentiat ejus fulgorem: *l.* 28. *C. de nupt.* Defendi a viris uxores, non viros ab uxore æquum est, *l.* 2. D. *de injur.*

Uxor justa, legitima. Vid. art. justa.

Interdictum *de uxore* ducenda a marito, datur marito adversus eum, qui dolo eam retinet, nec voluntate mariti, licet ipsa volente. Datur autem præcipue marito adversus socerum, ne contra quam D Pius constituit, bene concordantia matrimonia jure patriæ potestatis dissolvantur, *l.* 1. §. *ult.* D *de liber. exhib. l.* 11. *C. de nupt. l.* 2. *D. de liber. exhib. l. ult. C. eod.* Cujac. *Jul. Paul. recept. Sent. tit.* 6. §. *bene concord.*

Uxor pro sponsa, *l.* 17. D. *de pact. dot. l* 15. §. 24. D. *de injur.* Adde Barth. *lib.* 6. *Animadv. c.* 13.

Uxor etiam dicitur ancilla, in *l. ult. C. de serv. fugit.*

Uxoriæ rei actio est, quoties post divortium de dote contentio est, inquit Boët. in *Topic. Cic.* ubi Cicero hujus in actionis formula verba illa sollemnia fuisse ait, *quantum æquius melius*, quod idem in 3. *offic.* commemorat, ejusque rei vestigia sunt *in fin. l. pen.* D. *solut. matr. l.* 82. D. *de solut.* Add. *rubr. C. de uxor. act. toll.*

X

Xenia vocabantur munuscula, quæ a provincialibus rectoribus provinciarum offerebantur, *l.* 6. D. *de offic. proconf. l. un.* C. *Th. ne damn. prov. infl ig.* Cassiodor. *lib.* 7. *Var. Form.* 9. Plin. *lib.* 5. *epist.* 14. & *lib.* 6. *epist.* 31.

Xenodochia. *Xenodochus, Xenon*, *is* in *tit.* C. *de episc. & cler.*

Xenoparochi, *l. ult.* D. *de jur. immun.* Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 405.

Xerolophus urbis faustissimæ, in quo epigrammata varia inscripta, ex quibus unum laudat Justinianus, §. 5. *Inst. de publ. jud.* Locus erat Constantinopoli, multis columnis, statuis, tripodibus ornatus, cujus meminit Priscianus *lib.* 6. Vid. Petr. Gyllii *Topograph. urb. Constantinop. IV.* 8. Hein.

Xylocinnamomi, de quo in *l. ult.* §. 7. D. *de publican.* fit mentio, Dioscorides *lib.* 1. diversam facit speciem, a cinnamomo, esseque lignosum cinnamomum tradit, quod sarmenta longa, robustaque ferat, & odore longe sit cinnamomo inferior. Meminit & Plin. *lib.* 12. *cap.* 19.

Ξύλον, lignum. Hinc ξυλιγὰς naves, id est, lignorum vectricis adpellant: *l.* 55. §. 5. D. *de legat.* 3.

Xystici, thymelicis junguntur, in *l.* 4. D. *de his qui not. infam.* qui se in gymnasiis & xystis exercebant. Quorum meminit Suetonius *in Galba c.* 19. & Tertullian. *de spectac. c.* 22. Unde Xystarchus apud eumdem Tertull. *ad Martyr. c.* 3. Suidas, ξυςαρχεῖς, τοῦ γυμνασίου ἀρχεῖς interpretatur. Et ita Xystarcham apud Ammian. Marcellin. *lib.* 21. *c.* 1. legimus. In Pandectis tamen Florentinis *exustici* adpellantur.

Υ Π.

Υπερβίβασμοι & trajectiones quædam a Cujacio notantur, *lib.* 25. *obs. c.* 35.

Υπόβολον, incrementum dotis, modo tertiæ, modo dimidiæ partis, quod marito mortuo uxori su-

superstiti redditur. De eo vid. Cujac. *lib.* 5. *obs. c.* 4.

Ὑποχοριστικῶς, id est, deminutive, patrimonium suum *peculium* plerique dicunt, *l.* 16. *pr.* D. *ad SC. Trebell.*

Υ Σ.

Υ Στερολογία in jure frequens, *l.* 7. §. 8. D. *de pact.*

Z A.

ZAETA, vel *Zeta*, pro diæta, quemadmodum *Zabolus* pro diabolo, *Zaconus* pro Diacono, *Zanga* pro διάγχη, *constrictione.* Salmas. *ad hist. Aug. p.* 343. Argutantur enim, qui *Zetam* ἀπὸ τοῦ ζέειν, *fervere*, vel ἀπὸ τοῦ ζῆν vivere derivant. Usus est Plin. *lib.* 2. *epist.* 17. quamvis alii ibi restituerint *diæta.* Hein.

ZAETARIUS, servus diætis præfectus. Paull. *recept. Sent. III.* 6. quem *diætarium* vocari videmus, in *l.* 12. §. 42. *D. de instr. vel instrum. leg.* De diætariis plura Laur. Pignor. *de servis. p.* 572. Hein.

ZANGÆ, vide supra *Tzangæ.*

ZEUXIPPI porticus, in *l.* 19. *C. de oper. publ.* & apud *incert. auct. in descript. urb. Constantinop.* thermæ Zeuxippi in secunda regione ponuntur. Zonaras *Tom.* 3. *Annal. in Justinian. p.* 51. Καὶ τὸ Σευήρου λουτρὸν τὸ λεγόμενον ζευξίππου. Et balneum Severi *Zeuxippi* dictum. Et *in Philippico p.* 80. Καὶ ἐν τῷ τοῦ ζευξίππου μετὰ τὸν ἀγῶνα : λουσάμενος λουτρῷ. Et post certamen lavans in balneo *Zeuxippi.*

ZINGIBERI, in *l. ult.* §. 7. D. *de public. & vectig.* imitatione Græcæ scripturæ. Nam Græcis ζίγγιβερ dicitur, estque interprete Suida εἶδος ἀρώματος, species aromatis, de qua videndus est Dioscorides, *lib.* 2. & Plin. *lib.* 12. *c.* 7.

ZYGOSTATES, libripens, ponderum caussa in civitatibus constitutus, *l. ult. C. de ponderator. l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* & *Edicto Justin. XIII.* Inde Zygostasii munus, in *l.* 1. *C. utroq. de frum. urb. Alex.* Immo *Zygostatarum* præcipue erat examinare monetam, si de qualitate solidorum orta esset dubitatio. Marqu. Freher. *Verisimil. I.* 14. Tales etiam Græcis ἀργυρογνώμονες, de quibus idem Freherus. Add. Æschinis Socratici Dialog. I. ubi : Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰσὶν ὑμῖν δοκιμασταὶ, οἵτινες ὁρῶντες κρίνουσι τὸ, τε βέλτιον, καὶ τὸ χεῖρον ; Ἐισι. Τίνας οὖν τούτους καλεῖς ; ἀργυρογνώμας. id est ; Sed suntne nobis etiam circa aurum & argentum probatores, qui videntes judicant, quid melius, quid deterius sit? Sunt. Quomodo ergo hos vocas? Ἀργυρογνώμονας. Hein.

ZYTHUM, quod in quibusdam prouinciis ex tritico, vel ex pane conficitur, non continebitur vini adpellatione, *l.* 9. *pr.* D. *de tritic. vin. vel.* quem textum emendat, & pro *pane*, *panico* legit Cujac. Obs. *lib.* 23. *c.* 39. eo, quod nemo unquam audiverit ex pane confici Zythum. Sed nihil absurdi esse illam Zythi ex pane confectionem, docuit Reinesius *lib.* 3. *var. lect. c.* 9. p. 483. ut ut Cujacii opinionem probare nihilominus videatur Straculius ad Tacit. *dissert.* 2. *c.* 2. §. 5. ipso etiam Reinesio non adeo ivito. Pro *pane* in eadem lege *farre* rescribit Alciat. *Parerg. X.* 15. quod eodem loco refert Reinesius. Et sane uti incredibile non est, ex pane quoque factum Zythum ; ita in Aegypto, ubi illud quam maxime in usu erat, ex hordeo fiebat, teste Herodoto *lib.* 2. *p. m.* 57.

F I N I S.

